DISPUTATIONES AD MORBORUM HISTORIAM ET CURATIONEM FACIENTES.

QUAS COLLEGIT, EDIDIT ET RECENSUIT

ALBERTUS HALLERUS.

TOMUS QUARTUS.

ITERUM

AD MORBOS ABDOMINIS.



LAUSANNÆ,

Sumptibus MARCI-MICHAEL. BOUSQUET & Socior.

MDCCLVIII.

DISPUTATIONUM AD HISTORIAM *ET* CURATIONEM MORBORUM PERTINENTIUM.

PARS TERTIA

CONTINUANTUR MORBI ABDOMINIS.

CIX.

CAR. FRIDER. KALTSCHMIED

DE

LIENE PUERI NOVEM ANNORUM RARÆ MAGNITUDINIS.

PROGRAMMA.

Jenæ 9 Maij 1751.

ANte annum & quod excurrit, ad me defertur puer 8. annorum cum tumore abdominis infigni hydropico, aquarum fluctuatione in abdomine per contrectationem auditui fe manifeftante. Aegerrime obtrufis ægro puero purgantibus tumor abdominis evanuit & puer fatis bene fe habuit per aliquot menfes. Cacochymia interim pituitofa, pertinaciter puero medicamenta refpuente non fublata circulo per vifcera non patebat via; hinc variis poftea puer tenfionibus fpafticis doloribus infimi ventris graviffimis obnoxius fæpius denuo remediis tentatus ad ufum eorum non poterat adigi. Tandem tumore abdominis redeunte imprimis in finiftro hypochondrio aucto continuis agitatur doloribus, donec etiam inflammata gena finiftra & nullo remediorum genere admiffo gangræna & fphacelo accedentibus morti fuccumberet. Parentibus non renitentibus cadaver in ufum auditorum cultro fubjiciebam anatomico & quædam inde obfervata hic proponere placet. Aperto igitur abdomine feri extravafati non ultra libram dimidiam reperiebatur. Curiofo autem fpectaculo renis finiftri conformatio apparebat. Hic enim a parte fuperiori & inferiori eadem ut renes alias confpiciuntur, apparebat figura. Media autem ejufdem pars non nifi pinguedinem oftendebat, ad latitudinem duorum digitorum, remota pinguedine pelvis fatis amplus ad capacitatem duorum digitorum oculis fe offerebat, ita quidem ut calculus ponderis ℥ß. coloris flavi, tricufpidalis, afperæ & inæqualis fuperficiei totam cavitatem hanc repleret & uretherem obturaret, quem etiam exfectum mecum domum fumfi. Glandularum mefenterii pondus fex fere uncias fuperabat & duritie admodum notabili gaudebat, tanta quidem, ut mirum fit, eafdem aliqualem chyli tranfitum permittere potuiffe, cum hæc durities recens vix fuerit orta propter ejufdem gradum. Mirum quoque, puerum nutritione non deftitutum effe, cum corpus etiam ultimis menfibus, quamvis doloribus & cruciatibus variis anxie fatigatum, imo appetitu deficiente, adhuc longitudine auctum deprehenfum fuerit, vafis etiam & majoribus & minoribus fatis repletis, imo tumidis. Maxime autem curiofum fpectaculum edebat lien. Tumorem enim, quem puer ultimis vitæ menfibus in finiftro hypochondrio & oculis & manibus offerebat, lienis magnitudo repleverat ac hypochondrii finiftri fpatium ita occupaverat, ut non folum aperto abdomine fuper ventriculo ex finiftro latere affurgeret, fed etiam hepar reprimeret & partem fpatii alias ipfi deftinatam occuparet. A figura lien hic non oberrabat vulgari, color autem ipfi erat idem ac hepatis, nec durities ipfius naturalem fuperabat, ita quidem ut ratione coloris & confiftentiæ hepar imitaretur. Cum igitur vifcera hæc duo lanci imponerem, hepar lienem non nifi uncia una cum dimidia pondere fuperabat. Hepar enim libram unam uncia dimidia excedebat, lie-

 nis

nis vero pondus libræ uni subtracta uncia una æquabat. Nec scirrhus, nec ulcus lieni inerat, neque stasis sanguinis in eo vera notabilis, cum vena ex eo ad hepar tendens repleta etiam satis appareret, & tumor jam per aliquot menses durans, sanguis si stagnasset, persistere non potuisset sine inflammatione & subsequente scirrho vel ulcere. Major interim affluxus sanguinis quam transitus vel ex colore apparebat, & dolores; quos ultimis mensibus sensit puer in tumore hoc, si manibus tentatus fuit, obstructionem utique incipientem & infarctum denotabat, sic ut non vera nutritione, sed dilatatione vasorum sanguiferorum successive facta lienem hanc attigisse magnitudinem appareat. Ingens interim ponderis differentia satis conspicua est. Utplurimum enim in homine adulto lienis pondus uncias 12. non superat, cum hic puer novem annorum esset & pondus lienis 14. cum dimidia uncias expleret. Cæterum, ut supra memoravi, figura ejus a naturali vix abhorrebat, nisi, quod a parte inferiori ventriculum respiciente, quæ alias concava esse solet, itidem convexa esset, & longitudo septem fere superaret pollices, quæ alias in homine adulto septimum pollicem longitudine vix attingit.

F I N I S.

J. VALENTINI

CX.

J. VALENTINI SCHEID

ET

J. GOTHOFREDI SCHEID

OBSERVATIONES QUASDAM

LIENUM DISRUPTORUM

Argentor. Februar. 1725.

PRÆFATIO.

INter partes corporis humani non plane ultimum occupare locum *Lienem*, præter alias rationes, variæ obſervationes Lienis præternaturaliter affecti, & hinc ipſam quoque vitam eripientis, loquuntur; diverſis equidem modis affici hoc viſcus poſſe, nemo eſt, qui dubitat. Quamvis enim non cum iis faciam, qui agyrtarum more miſeris ægrotis perſuadere conantur, lienis ſitum ita mutari poſſe; ut circumvolvatur ventriculo, id quod vernacula ita exprimere ſolent, Lien circumvolvatur ventriculo tanquam linteum: ita nec porro de prodigioſo ſplenis in dextro, hepatis autem in ſiniſtro hypochondrio collocati exemplo ab *Ariſtotele lib. 2. hiſt. animal. cap.* 13. *aliiſque paucis* annotato, a celebri autem illo comico Gallo *Molierio* falſe exploſo, veritatis teſtimonium experientia propriæ demonſtrare, non valeam; nihilominus tamen *ſplenem* ita læſum fuiſſe, hiſtoriæ docent, ut, licet externe corpus integrum deprehenſum fuerit, attamen ob dictæ partis enormem læſionem repentina mors ſecuta ſit. Loquor videlicet *de liene diſrupto*, qualem, licet rarius, & alii authores obſervarunt, in qua quoque *Urbe* cernere licuit. Cum autem, uti dixi, non æque frequenter, ac alii morbi ejuſmodi caſus occurrant, omnino e re fore putavi, ſi, cum profectuum meorum in *arte machaonia* publico eruditorum conſeſſui ratio reddenda eſt, *Hiſtoriam Lienum Diſruptorum* traderem, atque ea occaſione ſimul quaſdam quæſtiones exararem, quibus anſa, & *Patronis*, & *Commilitonibus* in ſtudia mea qualiacunque inquirendi, daretur. *A tyrone* autem in palæſtra Academica non æque, ac veterano exercitato ſumme exaſciatam & profundam elaborationem B. L. minime expectare poterit. Spero tamen theſes haſce pro ingenii modulo conſcriptas æqui bonique conſultum iri, cum deficientibus viribus, vel ſola voluntas laudanda ſit. *Deum T. O. M.* ſupplicibus invoco precibus, divina ſua gratia labori huic meo ex alte benedicere ne dedignetur.

HISTORIA I.

PRomiſſo ut faciam ſatis, aliquot *Tibi* B. L. enarrabo *Lienum Diſruptorum* obſervationes anatomicas, initium faciam ab hiſtoria, quam Anno 1687. d. 4 Menſ. Octobr. contigiſſe annotavit *Venerandus Patruus meus, Archiater civitatis hujus Experientiſſimus, Præſes diſſertationis meæ graviſſimus, Patronus in æternum colendus, (cujus pluſquam paterna in me collata beneficia ad cineres uſque memori recolam mente,) cum adhuc profeſſione anatomica defungebatur, & curæ medicæ Noſocomii majoris* præ-

præerat. Ea in ejus observationibus anatomicis manuscriptis sic legitur. Adolescens quidam, Helvetius natione, cæmentario opificio addictus, in renovando atque reparando templo, quod nunc ad D. Ludovici audit, cum aliis occupatus, cum turrim nondum ascensui tuto accommodatam audaculus conscendisset, improvidus in trabem obverso ventre decidit, à qua deinceps inter ligna citra ordinem adhuc dispofita casu retardato perrexit, donec terram lipothymia correptus contingeret. Aqua frigida asperfa, & vino, atque agitatione corporis à sociis excitatus, cum ad se rediisset, de dolore punctorio, atque insigni fervore in hypochondrio sinistro quam maxime conquestus est. Comitabatur ea symptomata illico spirandi difficultas, & sitis inexplebilis. Unde, cum & lipothymiæ reverterentur, ad Nosocomium haud procul distans vehiculo deductus est. Verum vix istud ingressus erat, cum epoto, quod anxie petierat, poculo vini denuo lipothymiis prehensus expiraret.

In corpore exterius examinato, quod solito pro vitæ conditione magis nitidum erat, nullum ullius fracturæ indicium apparuit, nisi, quod hinc inde, imprimis in sinistro hypochondrio, in quod violentius casu impegerat, sugillatis defœdatum fuerit.

Ubi vero, abdomen aperuimus, fere totum quantum sanguine partim grumoso, partim adhuc fluido scatens reperimus, reliquis visceribus omnibus salvis, solus *Lien Disruptus*, ac si ab animali robust ore, præacutis unguibus prædito, discerptus fuisset, inventus fuit: quod fervoris in abdomine, & lipothymiæ credidimus causam. Diaphragma quoque quoad dimidiam sui partem, inprimis membranosam sanguine extravasato suffusum inventum est: à quo dispnœam, dolorem punctorium, sitimque excitatam causati fuimus. Hoc mirandum inprimis in hac historia fuit, adeo disrumpi, nulla costarum, aut ullo alio osse læso, potuisse lienem.

HISTORIA II.

Anno 1722. Puer quatuor circiter annorum ædibus suis egressus, cum aliis sibi æqualibus tempus ludendo consumere dum gestiit, accidit ut globus, quo in ludo conorum lusoriorum uti solent, impetuosius in ipsius sinistrum hypochondrium impegerit, ita, ut intra 12 horarum spatium vitam cum morte commutare coactus fuerit, vocato post interitum *Archiatro supra laudato*, cadaveris visitatio pro more instituta fuit, externe nihil observari poterat, præterquam quod abdomen nimium intumuerit. Cultro hinc anatomico subjectum est corpus. Integumentis abdominis tum communibus, tum propriis remotis, & examinatis sanguis grumosus inter carnes effusus atque dispersus hypochondrii dicti comparuit, quæ læsio tam citam mortem inferre, probabiliter non poterat, quare etiam peritonæum dissectum est, sub quo statim magna extravasati sanguinis

copia

copia fe confpiciendam præbuit, unde facile augurium fumptum fuit, vifcus aliquod infigne læfum effe, quod & fic fe habere, deprehenfum fuit. *Splen* enim non folummodo præter naturam magnus, ut 2. libras circiter pondere adæquarit, fed & inftar literæ T *Difruptus* fuit, quod quidem vulnus repentinæ mortis caufam fatis fuperque demonftravit.

HISTORIA III.

Die 14. Octob. anni fuperioris mulier quædam annis gravis & pauper à ruftico, vino onufto, qui vehebatur curru 4. equis inftructo, humi proftrata fuit, quumque ebrius ifte nebulo nihilominus equos urgeret, ejus abdomen ab equis & rotis tranfcurrentibus ita compreffum fuit, ut illico animam efflarit, juffu hinc *Incl. Magiftratus*, vifitatio cadaveris inftituta fuit. Bene autem & accurate perfpecto corpore, contufionem quandam capitis pone oculum finiftrum prope os temporum cum fanguine extravafato obfervare licuit; duæ infuper in abdomine læfiones, altera in dextro, altera in finiftro latere à clavis folearum ferrearum, quibus equi muniuntur, inflictæ, vifæ funt; quæ in parte finiftra occurrit, major fuit, & femur quoque ejufdem lateris excoriatum, fpithamæ longitudine deprehenfum eft; cum autem mulierem exinde tam fubito interfectam effe haud probabile videretur, corpus quoque apertum fuit. In abdomine, quod infigni tumore turgidum erat, *Splen* quoad totam longitudinem *Difruptus* repertus, quod quidem vulnus cum magna ifta, qua abdomen repletum fuit fanguinis copia ipfam vitam effudit.

HISTORIA IV.

Ante quatuor circiter annos proftibulum quoddam, poftquam diu militum fuccuba fuiffet, evitaturum incarcerationem fuga nocturna fibi confulere volens, ex vallo urbem cingente infeliciter decidit, & corpus palo fortiter impegit, ex quo gravi lapfu horas aliquot poft vitam finiit, cadaver juffu *Locum tenentis Regii* in theatrum anatomicum delatum à *lynceo noftro Anatomico Experientiffimo, Excellentiffimoque* DN. JO. SALTZMANNO, *Patrono ac Præceptore in æternum venerando, cujus fideliffimæ informationis & infignis favoris in omni vita memor ero*, examinatum fuit; nulla autem ipfo referente, mortis caufa reperiri potuit, quam *Difruptio lienis* in medio tranfverfim facta, cum copiofa fanguinis extravafatione.

Ex his jam expofitis obfervationibus tres luftrare quæftiones animo conftitui. *Utrum videlicet lien in unitate folvi poffit? quomodo idem difrumpi queat? & utrum vulnera lienum fint lethalia per fe?* Pauca autem præmonebo de ftatu lienis naturali. Variæ ab anatomicis hujus

visceris circumferuntur descriptiones, quas omnes adducere, minus necessarium videtur.

Mœbius in institutionibus suis ita lienem describit: Quod sit pars organica in sinistro hypochondrio sita, sanguinem feculentiorem ulterius elaborans, & ita disponens, ut partes recrementosæ, tartareæ, salinæ & serosæ in locis convenientibus separari queant.

Juxta Verheyen, Lien est pars rubra, vel ex rubro ad nigredinem vergens, mollis, facile dilatabilis, in sinistro hypochondrio inter costas spurias & ventriculo collocata.

Heisterus Lienem esse viscus atro-rubens in sinistro ventriculi latere situm, pronunciat.

Meam, quæ addenda erat, definitionem merito omisi, ne crambem bis coctam apponerem, quia B. L. illam in corollariis inveniet.

Structuram hujus partis quod attinet, controversa quadantenus adhuc illa videtur inter recentiores anatomicos, dum alii illam cellulosam, atque glandulosam, alii vero *Ruyschio* assentientes, vasculosam & fibrosam esse, statuunt. Sermo autem est præsertim de *Liene humano*, ubi nullum dubium est, quod hæ diversæ sententiæ, modo altercandi studium absit, facile conciliari queant.

Vasis gaudet pluribus; *Arterias* à cœliaca & quidem ramo sinistro obtinet, quæ non tantum per lienis superficiem, sed intimam quoque ejus compagem dispergentur.

Venam obtinet, dictam splenicam, in Venam Portæ sese exonerantem, ad quem ramum splenicum etiam vasa sic dicta brevia pergunt.

Nervis donatus copiosis satis a plexu splenico provenientibus, ita, ut propterea multi in admirationem fuerint tracti, cur splen non adeo acuti, sed obtusi potius sensus sit.

Nec desunt *vasa lymphatica*, quæ tamen interiora non adeo penetrant & ad receptaculum chyli humorem contentum deferunt.

Quod ejus *magnitudinem* attinet, illa haud raro variat, sicut & in colore quandoque occurrit differentia.

Tandem notandum, quod modo dicta vasa *duabus* cingantur *membranis* atque in dictam compagem conformentur. Manifesto nobis lienis structura inculcat, non frustra hanc partem esse creatam, nec solummodo ad æquilibrium ponderis, & symmetriam corporis esse appositam, multo minus esse inutile pondus, aut naturæ dormientis errorem, vel sentinam, atque cloacam humoris melancholici, sed potius organum esse summe utile in quo sanguis magis conquassetur à variis hic concurrentibus causis, ut deinde per venam splenicam in venam portæ delatus, in hepate aptior ad secretionem exsistat.

Pateret hic campus diffusos satis producendi sermones, de variis quos huic visceri affinxere usibus, verum cum extra institutum meum hæc

res

res fit, pluribus ambagibus ſuperſedeo, meque ad denotandas ſuperius propoſitas quæſtiones converto.

QUÆSTIO I.

Utrum Lien in unitate ſua ſolvi poſſit?

Lien, ſicut alia viſcera corporis humani, mutationibus quam maxime etiam eſt obnoxius, nunc enim intemperie laborat, juxta veteres; nunc ſitum mutare fertur, nunc præter naturam augetur, nunc etiam imminuitur, patitur infarctus, ſcirrhoſamque diatheſin, infeſtatur inflammationibus, laborat quoque morbis ſolutæ unitatis, ita ut cum *Vid. Vidio* Lienem tum ulceribus tum vulneribus obnoxium videamus, qui morbi tum à cauſis internis, tum etiam externis produci poſſunt. *Audiamus Vid. Vid. lib.* 10. *cap.* 10. ita loquentem: *unitatis ſolutio pro cauſis internis habet ſuccos acres & erodentes, qui lienis externam potiſſimum tunicam interdum exulcerant; quamvis hoc raro admodum accidat, & ubi id fiat, vix fere percipi poſſit. Pro externis autem habet tela atque ictus, quorum vis adeo alte in ſiniſtrum hypochondrium penetraverit, ut lienem quoque intra ipſum incluſum offendere poterit.* Læſionis à cauſis internis dependentis exemplum *Foreſtus* refert, dum in moniali Alcmariana inflammatum lienem in abſceſſum & ſuppurationem abeuntem, ſe vidiſſe aſſerit, quæ tamen deinde pure per urinam emiſſo, curata fuit. Mihi autem hic ſermo potiſſimum eſt *de lienis ſoluta unitate à cauſis externis producta.* Videntur equidem multi hac de re dubitare, uti *Tulpius* ipſe fatetur, quando *lib.* 2. *obſ. cap.* 29. in hæc verba erumpit: *quis vidit unquam molle hocce lienis viſcus, medium diffindi, ab ictu forti illato? Cum enim conſtet corpora mollia diſruptioni non æque obnoxia eſſe ac dura, & tacta ictui forti cedere.* Mirandum eſſe ajunt, quomodo talis læſio contingere queat, comparantes præſertim ſplenem ſpongiæ, quæ percuſſa nihilominus integra permanet, addunt alii, flexilitatem, dicentes, pueris jam notum eſſe, corylos ſucco plenos difficulter frangi, quia fibræ ob ſuccum illis in exiſtentem ſunt elaſticæ; arundines itidem ob eandem cauſam ventis reſiſtere, nullamque ab ipſis reportare noxam. Præterea ſitum hujus viſceris in ſcenam producunt, cum enim inter coſtas ſpurias ſit locatus ſplen, eum ab iiſdem ſicuti militem cataphractum à panoplia quaſi protegi putant, nullumque lienis vulnus niſi prius coſtæ fractæ ſint, dari, aſſerunt. Tandem quibus obſervatio *Fabric. ab Aquapend. qui in oper. chir. cap,* 52. *refert* hiſtoriam de empyrico quodam indurati lienis ſcirrhum malleo tam vehementer percutiente ut ipſe lien rimas & æger vapulans animam ageret, objicitur; ij à ſtatu præter natura-

li ad naturalem non valere consequentiam, regerunt. Hæc autem omnia me non morantur, quin convictus autopsia & experientia mille rationes superante in unitate splenem lædi posse, constanter pronunciem. Testantur istud supra recensitæ historiæ, testantur etiam illud ab aliis collectæ observationes, sic à *Tulp. l. c.* historiarum nostrarum secundæ fere similis describitur. *Inter ludicra puerilia*, ait, *ictus fuit scipione, in regione lienis, Juvenis 14. annorum; cum insigni dolore ac tam frequenti animi deliquio, ut postridie ejus diei, vita cum morte commutaverit, licet foris nullum conspiceretur vulnus. Quo etiam caruit textor ille, quem à simili ictu, inopinate vidit occisum Oudekerka; pagus mille passuum ab Amstelodamo distans. Vidimus autem in utroque cadavere lienem ut mollem: sic in gibba parte, in qua tamen ictum exceperat, illæsum: ut in cava, contra evidenter fissum: vel potius ampla rima tantum dilaceratum, ut in illa facile duos occultasses digitos. Mirabantur certe quam plurimi, cur rimas egerit, & non potius cesserit ictui, molle ac pendulum hoc viscus.* Cui & assentitur *Zittmann. in medicina Forens. Cent. 3. Cas. 59.* ubi inter alia & hæc habet: In sectione infimi ventris quamprimum sanguis concretus ac lymphaticus, qui peritonæum inter & viscera, præcipue vero circa lienem, ubi magna sanguinis concreti frusta relinebantur, ad 4 amphoras reperiebatur; & cum hujus origo quæreretur, ex liene nimis læso oriri inventum est; cum hic tres haberet fissuras: unam scilicet in parte cava prope vasa sanguifera, in eo ipso loco, quo in eundem intrant, obliquam, tribus *Kampffer* longam, inque medio sesqui *Kampffer* profundam, ita ut non lienis solum Parenchyma, sed ipsæ quoque venulæ & arteriolæ, quæ hanc partem occupant, læsæ ac ruptæ essent, unde copiosa sanguinis extravasatio orta est. Præter hanc fissuram duæ adhuc aliæ ad latus neque magnæ, neque profundæ videbantur; cum in his vero partibus nullæ neque venularum, neque arteriolarum læsæ essent, hinc ad sanguinis extravasationem parum contribuerunt. Cœteroquin hæ fissuræ & vulnera scipionis ictui ortum debent. Ejusdem *Cent. Cas.* 54. describit observationem quandam *lienis disrupti*, ubi vir fœminam suam verberibus excipiens, illam ita verberavit, ut hora post mortua, cum visitaretur, lienis vulnus inter alia apparuerit, verba ejus hæc sunt: Lien in parte gibba & peritonæum tangente, magnam fissuram in forma anguli acuti habebat, in parte læsa rubicundus & naturalis color supererat. *Conferatur & Casus* 94. *dict. Cent. & Cent. 6. Cas.* 76. Causam famuli cujusdam molitoris mortis inquirens, invenit & eundem lienem disruptum. Tandem vero, inquit, subjacentem lienem mediocriter turgescentem & inflatum, ut in parte gibba per fissuram a fortiore contusione factam, ad duas *Kampffer* magnam, plurimaque vasa sanguifera profunde & enormiter læsa, ita ut ob insigniorem hæmorrhagiam cavus venter usque adeo quassatus fissusque lien ipse sanguine concreto repleta invenirentur. Quibus alle-

gatis adhuc plura addi poffent exempla cum in ipfis *E. N. C. D.* 2. *A.* 8. *Obf.* 197. talis exftat. Mentionem faciunt fœminæ quæ gravida habebatur, & poft mortem in aperta, *lien difruptus* erat. Sic enim verba fonant :— *Quapropter illud primum ut de fufpicione in gravidationis conftaret aperiri curavi, & ecce totum fanguine extravafato & fluido fcatebat, cujus extravafationis originem inquirens, reperio lienem in multas partes totaliter difruptum & quafi laceratum, ut etiam tranfitus digitis ubivis pateret.* Nec opus videtur hic effe prolixum, fi quis enim dubitet poterit informari, & convinci per obfervationes magno numero proftantes, & collectas ab authoribus, & inter alios, *Fontano in Vefal. Epitom. Valent. Pandect. Medico-legal. Caf.* 44. *&c.* Hoc fcribens; ecce, aliud fubjectum ad demonftrationes publicas anatomicas deftinatum, eandem & agnovit caufam mortis, vifceribus enim abdominis, quibus infignis magnitudinis inftructum erat, reliquis falvis, folo *liene difrupto*, quanquam & hydrops pectoris, unde dyfpnœa provenit, aderat, illo tamen non tam fubito, nifi hoc vifcus læfum fuiffet, mortuum effet. Sic fatis & abundanter me, quod lien poffit vulnerari, explicatum effe credo, quamobrem ad aliam propero quæftionem.

QUÆSTIO II.

Quomodo lien in unitate folvi poffit ?

UTi merito diftinguendum eft, qua ratione & in quam partem corporis ictus fuerit factus, an itidem cofta quædam diffracta fuerit nec ne? Cofta diffracta, res non adeo magnam patitur difficultatem, quum forfan à feftuca dilacerari aut perforari poffit, quo ictus fortius penetrare queat; hinc in E. N. C. obfervatio coftæ fextæ defuper numerando introrfum fractæ legi poteft, ubi & in fine fcribunt: *rupturam vero ipfius lienis ab ictu, etiamfi in loco folum vicino facto, non mirabitur forfan, qui fubftantiam ejus non quidem è fanguine concreto, uti veteribus videbatur, è textura tamen laxiori vaforum fanguineorum, quorum extremitati folum glandulæ infinitæ racematim difpofitæ afperguntur, conflatam effe noverit, quæ proinde levi admodum maceratione, fuccedunt & deterguntur uti nihil nifi facculus membranaceus per fibras tranfverfim excurrentes, adhuc cohærens relinquatur.* Si ictus fortis coftis fpuriis hypochondrii finiftri infertur, coftæ tum luxari, tum comprimi poffunt, & fic per confequens impingentes in fubjectum vifcus, illud findere poffunt. Quod fi cofta nulla læfa fit, aut percuffa vel compreffa, ficut in aliquibus præmiffarum obfervationum, experientia comprobavit, nihilominus tamen membranam lienis difrumpi poffe, facile concedet, qui ex-

 panfas

paufas lienis membranas non adeo tenaces ac aliorum vifcerum effe novit, unde certe etiam iftæ non tam facile poffunt refiftere, fed fubito perculfæ atque compreffæ ab invicem fecedunt, præfertim quum vafa fanguifera turgida, folidum quafi corpus repræfentantia, refiftant, ut adeo iftæ membranæ introrfum cedere nequeant, ficuti quoque ipfa vafa propterea difrumpuntur, quoniam humoribus repleta, ipforum vaforum parietes comprimi nequeunt; accedit illud, quod & reliqua abdominis vifcera, quibus partim lien adjacet, partim oppofitus eft, etiam compreffioni atque ceffioni refiftant, unde videlicet ictus majorem vim exferere poteft; quare cum *Tulpio* exclamare poffumus; *Quid non læderet penetrans baculi vis? imo quid refifteret perniciofiffimo impetui? quem tam valide adegit verberans manus, ut ne ipfius quidem aër, innoxie fuftinuiffet, tam fubitam ipfius vehementiam.*

QUÆSTIO III.

Utrum vulnus lienis fit lethale?

SErmo hic potiffimum eft de vulneribus lienis, à caufa externa productis, de quibus variæ inter authores exortæ fuere lites, aliis vulnus lienis lethale negantibus, aliis affirmantibus; qui negant, illos fequuntur, qui cum *Erafiftrato*, *Ruffo Ephefio &c.* fruftra lienem conditum & vifcus otiofum nulliusque ufus confiftere, autumant, aut qui cum *Plinio*, *Paracelfo*, aliifque fplenem corporibus impedimento effe, vitamque fine fplene largiorem, quam cum fplene exfiftere, putarunt, ex quo fundamento quidam hoc vifcus non folum brutis, fed & hominibus innoxie & fine vitæ jactura exfcindi poffe crediderunt. Poffet de hac exfciffione lienis quæftio moveri; *an fcilicet illa citra vitæ jacturam fieri poffit nec ne?* Verum cum perfuafus fim neminem qui faltem hujus vifceris ftructuram novit, adeo crudeli futurum animo ut exfcindendo hocce vifcus, fi non vitam eriperet, faltem atrociffimis doloribus ac cruciatibus hominem conficeret, illam fuo relinquam loco; ficuti autem hi lethalitatem vulneris negant, ita viciffim alii omne lienis vulnus pro lethali venditant, quibus *Zittmannus* affentiri videtur, dum in obfervationibus fuis de liene, vulnus ejufdem pro abfolute lethali declarat, præfertim *in Cent.* 3. *obf.* 79. Ubi hæc proponitur quæftio: An vulnus lienis, cum læfus triginta feptem horas vitam adhuc produceret, cum fundamento abfolute lethale dici, ægrotufque a medicis & chirurgis negligi poffit? Refponfio hæc data: Quod ad primariam quæftionem attinet, nos vulnus lienis & ventriculi fundamentis anatomiæ chirurgicis congruenter dicimus abfolute & fimpliciter lethale. Media incedit via *Vid. Vid.* dum quidem vulnera lienis haud parvi effe pronunciat, interim

terim tamen non omne, præfertim fuperficialiter inflictum, vitam adimere docet, verba ejus *lib.* 10. *c.* 10. hæc funt : *Quamvis lien non numeretur inter ea vifcera quorum tanta dignitas fit, ut iis vel leviter affectis, maximum ftatim immineat mortis periculum, ejus tamen conditionis eft, ut facile fuas ægritudines communicet ipfi ventriculo jecinori atque univerfo corpori, unde hydrops, cachexia, elephantiafis, melancholia, aliæque graviffimæ affectiones fæpe numero enafcuntur, quæ majori ex parte tandem ad interitum determinantur.* Quibus addit in fine capitis fequentia : *Vulnera in finiftrum præcordium penetrantia ac potiffimum quæ una fimul lienem vehementer laceraverint, plerumque hominem interficiunt, quæ ad externam duntaxat ejus fuperficiem pertinent, facile fanantur, nifi una fimul inteftina tenuia aut alia vifcera graviter fuerint violata, ob quam caufam æger coactus fit vitam cum morte commutare.* Confentit *Sennert.* hac de re in *prax. med. lib.* 3. *p.* 4. *cap.* 7. ita loquens : *Vulnera lienis periculofa imo fæpe lethalia funt, fi non alia de caufa, certe ob fanguinis effufionem, cum lien multas arterias & venas habeat, unde de periculo vulneris judicandum è loco in quem vulnus inflictum, fi enim folum fubftantia lienis & ejus fuperficies vulnerata eft, non neceffario lethalis eft, fi vero ipfius lienis magna vafa funt vulnerata, vulnus lethale habendum.* Jungere his placet, egregie fuffragantem, nempe *Gothof. Welfchium in rat. vulner. lethal. judic. c.* 5. *p.* 65. & 66. ubi ita loquitur : *Lienis vulnera fi foli infligantur fubftantiæ, pro periculofis, fin vero majores vaforum, arteriarum imprimis, quarum copia lien gaudet, vulnerentur rami pro fimpliciter & abfolute lethalibus pariter habeam.* Non poffum non in eruditiffimorum virorum fententiam ire, vulneraque lienis paulo fortiora pro lethalibus declarare, cum & fuperiores à me allatæ obfervationes id loquantur, & fequentes etiam rationes illud doceant, quia videlicet pluribus eft inftructus arteriis & venis quibus fauciatis fanguis enormiter evacuatur, quia ramum habet à vena Portæ fplenicum appellatum quo perforato aut diffecto, magna cum pabuli vitæ difpendio, oritur hæmorrhagia. Sicut promifcue omnia vulnera ramorum ampliorum, ut arterialium, ita venoforum in interioribus corporis penetrabilibus abfolute lethalia funt. Quia lienis magna eft neceffitas, & denique hæmorrhagia ifta fifti nequit, manus enim chirurgica ad locum vulneratum minime pervenire poteft.

Habes hic B. L. tenuis ingenij fœtum, quem ut benigne excipias rurfus decentibus formulis efflagito.

COR-

CORROLLARIORUM LOCO PLACET.

THeſes haſce ex Manuſcriptis *Venerandi Dn. D. Præſidis*, Collegii ſplanchnologici quod 30 circiter & quod excurrit abhinc annis in academia privato publice, uti loquuntur, ventilatum fuit adjicere.

I.

Poſt hepar, inter viſcera ſanguinis depurationi deſtinata merito lieni locus datur.

I I.

Non tamen ex ea ratione, quod lien cum Ariſtotele ſpurium hepar dicendus ſit.

I I I.

Undecunque vero ſplen Græcis, latinis lien, dicatur, non eſt anatomici, ut curioſius inquirat.

I V.

Cæterum lien, viſcus eſt abdominis, in ſiniſtro hypochondrio ſitum, totum quantum vaſculoſum, membranoſum, ac fibroſum, duplici tunica involutum, vaſis omnis generis donatum, ſanguifluis in tenuiſſimas & innumerabiles veſiculas terminatis, innumeris cellulis & inter textis fibris diſtinctum, ſanguinem forſitan, ad faciliorem bilis in hepate ſequeſtrationem diſponens, aut etiam ad ulteriorem *in corde perfectionem præparans.*

V.

Lienis ſubſtantia non eſt caro parenchymatica, uti quondam antiqua medicorum ſchola docuit.

V I.

Parenchyma tamen lienem perinde ac pulmonem dicere licet.

V I I.

Nempe quia, ut in pulmone, licet alia adminiſtratione anatomica, omnis humor elui poteſt.

§. VIII.

VIII.

Hinc patet propriam lienis ſubſtantiam membranoſam ac fibroſam eſſe.

IX.

Iſtis vero fibris lienis, ceu quibus nulla pars ſimilis in toto corpore reperiatur, ex ratiocinio Gliſſoniano primario lienis actionem deberi, nondum demonſtratum eſt.

X.

Fibris tamen iſtis, junctis nimirum una poris, cellulis, veſiculiſque lienis, nec excluſis vaſis omnis generis, adeoque toti fabricæ viſceris ipſum uſum tribuendum eſſe, rationi omnino conſonum eſt.

XI.

Ob iſtam ſui fabricam merito Hippocrati rarus & ſpongioſus, aut potius ſpongiæ ſimilis lien dicitur.

XII.

Inde forſitan olim viſcus linguale lien appellatus magis eſt, quam à figura, ratione cujus in homine linguæ nequaquam reſpondet, utut in brutis nonnullis figuræ linguæ accedat.

XIII.

Sed & uti ejus ſubſtantia proprie non eſt ſanguis concretus, ita nec ſanguini limoſo vel generando vel recondendo, dicatus eſt lien, uti olim cum nonnullis Galenicis Arabes docuerunt, cum nullus plane chylus imprimis merus & ſincerus ad lienem feratur.

XIV.

Inde iſti Doctores Ariſtotelicum ſupra th. II. allegatum pronunciatum male huc traxerunt, præter auctoris mentem illud interpretati.

XV.

Ariſtoteles etenim lienem in ſe ſuperfluos ſuccos aut humores recondere putavit, citra quam quod naturæ ratio iſtud placitum aut experientia confirmet.

XVI.

Sed nec lien fons aut receptaculum humoris melancholici, five alimentarii, five excrementitii in quemcunque ufum vitæ deftinati, uti antiquitus fcholæ Galeni placuit, e fententia peripatetica forfitan derivata.

XVII.

Nullus fiquidem eft in corpore humano humor fecundùm naturam, ut medici loquuntur, melancholicus, qui, qualitatum primarum dictarum atque effectus ratione, frigidus & ficcus fit, adeoque iftum humorum quaternionem compleat, prout vetuftas credidit.

XVIII.

Imo ne quidem limus aut fedimentum fanguinis proprie loquendo melancholia, aut bilis atra dici poteft, utut in fanguine per venæ fectionem etiam e corpore fano extracto, fubfidens infima pars colore nigro aut ad atrum accedente tincta appareat.

XIX.

Ita nec à liene eft, ut vulgo putatur, fi fanguis venæfectione e corpore tum fano tum ægro extractus, cum concreverit, fuperiori fui parte lividus appareat, tinctura quadantenus lienis externo colori refpondente.

XX.

Ipfe fiquidem lien fecundum naturam fe habens, non femper lividi coloris eft, fed potius rofeo colore rutilat.

XXI.

Ita nec fons eft aquæ, uti olim Hippocrates docuit, & patrum memoria Carolus Pifo ex parte commentus eft.

XXII.

Sed & reliqui a Pifone lieni tributi ufus fictitii funt.

XXIII.

Cordi tamen famulari non negatur, licet alia ratione.

XXIV.

Ventriculo vero, nempe immediate eructatione humoris melancholici pro ciendo appetitu animali inservire, non videtur: uti post Galenum tota schola antiqua putavit.

XXV.

Nihil enim per vas, breve dictum, ex liene ventriculo infertur.

XXVI.

Ad sanguinis depurationem & perfectionem facere lienem certissimum est, licet, qua ratione, id fiat, dubium sit.

§. XXVII.

Non tamen inde sequitur, sanguinis veluti quandam, ne dum veram plus quam perfectionem in liene celebrari, quod termino, si dicendum, quod res est, magis grammatico, quam physico, aut medico Franciscus Sylvius expressit.

§. XXVIII.

Istam sententiam Sylvius ex Francisci Ulmi opinione, qui nimirum sanguinem arteriosum à liene cordi præparari, ante sesqui seculum commentus est, hausisse videtur, ratiociniis nonnullis pro probabili reddenda suffultam.

XXIX.

Alterari certe sanguinem in liene, color sanguinis non nihil varians indigitat.

XXX.

Quem vero usum ista alteratio in ipsa sanguinis vel depuratione, vel exaltatione & perfectione præstet, non dum firmis rationibus demonstratum est.

XXXI.

Hinc in lienis usu determinando magis dicere possumus, quid non fiat, quam quid fiat.

XXXII.

Denique lieni injuria fit, ut ita loquamur, ſi ipſe à nonnullis antiquæ ſcholæ Magiſtris velut expurgator cloacæ in corpore eſſe dicitur, quo quidem encomio adhucdum non ſolum quidam chirurgi atque agyrtæ ſed & vulgus lienem commendare ſolent.

FINIS.

CXI.

ABRAHAMI VATER
ET
CHRISTIANI SIGISM. EZLER
DISSERTATIO
DE
SCIRRHIS VISCERUM
OCCASIONE SECTIONIS,
VIRI TYMPANITE DEFUNCTI.

Wittenbergæ 8 Jul. 1723.

Q. D. B. V.

MOrbi, qui a temporis diuturnitate, chronici audiunt, hoc peculiare imprimis habent, ut obſcuras in corpore radices agant, tarde procedant, ac niſi iiſdem mature, per remedia convenientia reſiſtatur, tandem curam omnem eludant, ægroſque ſucceſſive conficiendo, eos lenta morte extinguant. Hi ubi cum notabili corporis emaciatione, aſthmate, tuſſi, calore lento, aliiſque ſymptomatibus, phtiſi pulmonari communibus complicantur, pro phtiſi vera ab ægris ipſis non tantum, ſed quandoque etiam a medicis haberi ſolent, cum tamen eorum fundamentum, potiſſimum in viſcerum abdominis depuratoriorum obſtructionibus, ſcirrheſcentia atque corruptione lateat. Contingit hoc præcipue in illis, qui ex malo hypochondriaco, ictero, febribuſque intermittentibus, aut neglectis, aut male curatis in tabem ſeu atrophiam incidunt. Factum propterea non raro eſt, ut in ægris ejuſmodi, pro phtiſicis habitis, defunctis, facta poſt mortem ſectione, nullum pulmonis vitium, ejuſque loco, variorum viſcerum labes detecta fuerit. Notabile hujus rei exemplum in viro, haud ita pridem defuncto, & a Domino Præſide ſecto, vidimus, quod propterea, ſpeciminis inauguralis loco, exponere ſuſcepimus. Faxit Deus, ut inſtitutum hoc feliciter ſuccedat.

HISTORIA MORBI.

Vir ſexagenarius per plures admodum annos caſtra ſecutus, variaque diæta, ac fortunæ viciſſitudinibus uſus, appropinquante ſenio, tandem functioni civili præfectus, imbecillitatibus atque morbis variis tentabatur. Laboraverat idem antehac ictero, atque affectionibus melancolicis, quæ tamen mala non adeo diu durarunt, ſed ab uſu remediorum, neſcio quorum, mox evanuerunt, at aliquoties repetitis vicibus eundem invaſerunt. Ad nos tandem accedens, aſthmate gravi, cum tuſſi frequenti, modo humida, modo ſicca, dolore lateris ſiniſtri punctorio, in regione coſtarum ſpuriarum dorſum verſus, calore hectico, ſudoribus graviſſimis, ac id generis pluribus Symptomatibus, phtiſin mentientibus afficiebatur, contra quæ auxilium noſtrum imploravit, firmiter perſuaſus, nullum alium morbum, quam phtiſin in corpore latere. Obtemperavimus quidem ipſi, ac ab initio medicamenta pectoralia, expectorationem promoventia, ipſi propinavimus, a quorum tamen uſu nullum percepit levamen, ut potius dolor lateris, tuſſis, ac reſpiratio difficilis tanto magis urgeret. Quapropter ex vita anteacta, ægri temperamento, morbiſque prægreſſis, obſtructiones potius viſcerum abdominis ſubeſſe judicavimus, ad eaſque curam direximus, exhibendo medicamenta aperitiva, anticachectita, præcipitantia, amara, martialia,

cum

cum laxantibus blandioribus interpofitis, a quibus melius habuit. Recurrente tamen fæpius malo, imprimis cum ifte diæta accurata non uteretur, ac iræ non facile temperare poffet, lecto affixus, præter dolorem fixum lateris, accedentibus obftructionibus alvi pertinaciffimis, inflatione ac tumore abdominis prægrandi, fluxu alvi cruento, ac tumore pedum œdematofo, tandem fato ceffit.

SECTIO CORPORIS DEFUNCTI.

Data nobis libertate, defuncti corpus aperiendi, ac ipfo, dum adhuc in vivis effet, volente, in caufam morbi inquirendi, aperto abdomine, nullum in canali alimentorum vitium reperimus, præterquam, quod a flatibus vehementer diftentus effet, effluebant autem ex cavitate aliquot libræ aquæ fæculentæ. Hepar vero, non quidem magnitudine auctum, at totum fcirrhofum & induratum, ac quia in aliis locis tumidum, in aliis contractum erat, totum ex nodis atque tuberculis inæqualibus conflatum, fe nobis obtulit, ita ut vix figuram hepatis referret. Pancreas pariter totum induratum, Scirhofum, ac fere cartilagineum deprehendimus. Notatu vero imprimis digna fuit lienis conftitutio, utpote qui non tantum folito grandior, fed etiam duriffimus & admodum ponderofus apparuit. Hoc fecto, admirandum fe exhibuit fpectaculum, quoniam fubftantia interior nullatenus dura, cartilaginofa aut lapidofa, quafi in Scirrhis communiter obfervatur, fed fpiffa, denfa atque rubicunda, inftar carnis fuit, ita, ut fruftum petafonis porcini, fumo leviter indurati, vel hillam infumatam interius referret. Thorace aperto, pulmo fanus ac bene conftitutus fuit, nec quicquam ulcerofi vel Scirrhofi monftravit, in cordis vero ventriculo dextro polypus, verfus arteriam pulmonalem extenfus, reperiebatur.

THESIS I.

EX hiftoria morbi patet, ægrum hunc plurima phtifeos præfentis indicia præbuiffe, contrarium tamen probavit fectio ejufdem, quæ docuit, fcirrhos præcipuorum vifcerum abdominis depuratorium, horum malorum caufam extitiffer. Tumorem durum, renitentem atque indolentem, fcirrhum feu fcirrhoma vocant Medici, quo ipfo ab inflammatione, abfceffu, atque œdemate, aliifque id generis tumoribus, eundem diftinguunt. Reperiuntur tales non tantum, in partibus externis, vifui obviis, collo, mammis, tefticulis, labiis, gingivis atque lingua, fed etiam in abditis corporis noftri vifceribus, ubi difficilius cognofcuntur, atque ab aliis morbis internis non, nifi ex circumftantiis rite ponderatis, dijudicantur. Præcipue his obnoxia funt, vifcera abdominis di-

gestoria

geſtoria & depuratoria, glandulæ meſenterii, hepar, lien, pancreas, renes, uteruſque, quæ textura vaſculoſa, obſtructionibus favente, gaudent.

THESIS II.

Hepar præprimis, uti eſt viſcus depuratorium præcipuum, & colatorium humoris bilioſi, craſſioris atque fœculenti, ita ad obſtructiones ſuſcipiendas, admodum pronum deprehenditur. Concurrit enim ad hoc, per ramos venæ portæ, ex meſenterio, liene atque pancreate, ſanguis per illa viſcera circulo vitali translatus, ac potiori lymphæ parte jam tum orbatus, adeoque craſſior atque fœculentior, qui tanto facilius in hepate ſtagnat, quoniam novo plane circuitu per ſubſtantiam ejus fertur. Accedit, quod ſanguis per vaſa iſta multo tardius incedat, quoniam demonſtrante *Keilio*, *of Animal ſecretions*, hic in arteriis meſentericis evaneſcentibus, ſexageſies quater tardius movetur, ac in trunco arteriæ meſentericæ fit, in ramis vero venæ portæ meſentericis, motus centies & ſeptuagintà ſepties tardior eſt, quam in eodem arteriæ meſentericæ trunco. Hoc enim velocitatis decrementum neceſſarium eſt, ut partes ſalino ſulphureæ, motu in arteriis rapidiori reſolutæ, ſeroque dilutæ, hoc abſumpto, propius ad ſe accedant, inter ſe cohæreant, ac ad ſeceſſum a ſanguine in hepate præparentur. Id cum fit, in ſanguine naturaliter conſtituto, quid fiet, ubi ille craſſus, fœculentus, atque impuritatibus copioſis refertus eſt.

THESIS III.

Non aliter ſe res habet cum liene, viſcere hepatis vicario, ac in juvanda bilis ſecretione ſocio, quod frequenter in ictericis, hypochondriacis, melancolicis atque cachecticis, obſtructum induratumque deprehenditur. Eam ob rem, etiam veteres ſedem mali hypochondriaci, & melancholiæ in eodem collocarunt, licet obſervationes non paucæ doceant, eundem in ejuſmodi morbis defunctis, inſontem, ac nullo manifeſto vitio laborantem, repertum eſſe, uti videri poteſt in *Boneti Sepulcr. T. 1. L. 1. Sect. 9. obſ. 21.* Imo non ſcirrhoſum tantum, ſed plane lapidoſum invenit *Tilingius*, eumque caſum ad Collegium naturæ curioſorum retulit, uti videri poteſt. A. 6. Magis tamen curioſum ac notatu dignum eſt, quod membrana ejus externa, in parte gibboſa, cartilaginea interdum inveniatur. Obſervavit hoc non tantum *Jungius* in cadavere virili, de quo *vid. Miſcell. cur. A. 1. obſ. 29.* ſed etiam *Helvi-ſius ex Schedis Gregorii Quecci, obſ. 57.* lienem media ſui parte ſubſtantia cartilaginea incruſtatum refert. Teſtatur præterea *Bauhinus L. 1. Theatr. Anat. c. 43.* viſcus hoc tunica aliquando inſtar cartilaginis, colore & craſſitie ac duritie intectum eſſe, imo *Riolanus Encheir. p. 141.* affirmat,

lienem ſæpius ita incruſtari, illumque tam denſa & dura cartilagine incruſtatum, ut inde adimeretur inſtar craſſioris alicujus corticis, in Eunucho vidit Tulpius, quæ omnia exempla videri poſſunt, in *Bonet. Sepulcr. L.* 3. *Sect.* 17. *obſ.* 16. qui abinde pulſationes hypochondrii ſiniſtri factas obſervavit. Invenimus etiam nos talem callum cartilaginoſum in dorſo lienis, palmæ latitudine, & craſſitſimum in fœmina, aſcite defuncta, quem curioſitatis cauſa conſervamus. Inde *Hippolitus Boſcus de Facultat. Anat. L.* 2. *p.* 13. infert, *unum* inquiens, *circa ſcirrhoſum lienis affectum habeo, quod in multis cadaveribus obſervavi, & eſt, quod ſuperior tunica lienis, verſus abdominis muſculos vergens, ita dura redditur, & colore livido donatur, ut ſcirrhus intra lienis ſubſtantiam videatur, quod falſum eſſe, manifeſto patet, ut multis Medicis præſentibus ſæpe obſervavi in Anatome molienda.* Cur vero lienis ſubſtantia non æque, ac aliorum viſcerum, ſcirrhoſa fieri queat, non videmus, præprimis, cum exempla contrarium doceant.

THESIS IV.

In pancreate, perinde ac aliæ glandulæ, obſtructionibus maxime obnoxio, ſcirrhi pariter non raro obſervati ſunt, de quibus exempla quam plurima videre licet apud *Bonet. l. c.* *Riolanus*, illud in Thuano in tantam molem auctum vidit, ut ipſum hepar amplitudine & pondere æquaret. Hujus vel ſolius indurationes tanto plura mala creare poſſunt, quoniam hoc ipſo non ſolum duodenum ſucco, ad chyli ſecretionem adeo neceſſario defraudatur, ſed etiam ventriculus & colon, eidem incumbentia, premuntur graviter, & irritantur, ipſiuſque ductus choledochi orificium in inteſtino, cum pancreatico in homine commune, comprimitur, atque ſic effluxus bilis verſus inteſtinum pariter inhibetur. Exinde nos aliquando in infante unius circiter anni, tabe ex vitio meſenterii defuncto, orificium illud ita compreſſum obſervavimus, ut ne guttula quidem bilis ex folliculo, fortiſſima licet preſſione adhibita, verſus inteſtinum exprimi poſſet. Ea de cauſa ductus choledochus, ab impedito bilis effluxu, notabiliter extenſus deprehendebatur, ut arcum & ſacculum inſignem formaret. Glandulæ totius meſenterii pariter ſcirrhoſæ erant, haud dubie, ob digeſtionem & depurationem alimentorum, culpa bilis & ſucci pancreatici deficientis, maxime turbatam, quamobrem infans continua diarrhæa chyloſa & mucoſa laboraverat. In viro noſtro, cyſtis quoque bile craſſiſſima, atque picis inſtar nigricante turgebat, ob effluxum ejus difficilem, quoniam non niſi forti compreſſione facta, guttatim tantum exſtillabat.

THESIS V.

Ad generationem ſcirrhorum, quod attinet, ea ex humoribus craſſis,

viſco-

fis, feculentis atque tartareis, ad ftagnationes potiffimum aptis depender, qui per vifcera circulati, in anfractibus & anguftiis facile fubfiftunt, atque obftructiones, & diuturna ftagnatione ulterius infpiffati, indurationes atque fcirrhos vifcerum efficiunt. Inde eft, quod hypochondriaci & fcorbutici his maxime obnoxii deprehendantur. Humores tales, non tantum ex alimentis ejufmodi craffis atque vifcofis, fed etiam ob læfam in inteftinis eorundem digeftionem, depurationem atque defecationem gignuntur. Facit huc præcipue ufus indecens, fex rerum non naturalium, ac mille in diæta errores, quamobrem alimenta indecenter affumpta, non rite digeruntur, atque a fcoriis impuris fegregantur, indeque chylus crudus generatur. Hic in vafis lacteis per mefenterium translatus, in ipfis mefenterii glandulis facile ftagnat, harumque obftructiones, indurationefque efficit. Fit hoc imprimis in infantibus, ob tonum vifcerum digerentium debiliorem, bilis inertiam, lactis vitia, & addephagiam, imprimis quoque potum nocturnum, unde abdomen in tumorem elevatur, totum vero corpus marafino afficitur. Male autem cum his res agitur, fi illis medicamenta antiphtifica & antihectica propinentur, cum iftis potius aperientia, abftergentia atque evacuantia conveniant. Ubi vero cruditates iftæ ad fanguinem ipfum deveniunt, & cum eodem per corpus circulantur, nec per emunctoria expurgantur, in variis corporis partibus, imprimis in glandulis ac vifceribus depuratoriis, obftructiones & indurationes producunt. Quoniam enim humores impuri præcipue, in tubulis anguftis & anfractuofis fubfiftunt, ftructura glandularum, & vifcerum colatoriorum huic rei maxime favet.

Thes. VI.

Non prætereunda hic eft, cura variorum morborum indecens, ac minus recte inftituta, quæ multum quoque ad fcirrhorum generationem facere poteft. Pertinent huc evacuationum criticarum, diarrhææ, hæmorrhoidum, fluxus menfium, aliarumque hæmorrhagiarum intempeftiva, per medicamenta adftringentia fuppreffio, aut exanthematum variorum, critice in habitu corporis erumpentium, repulfio, quo ipfo impuritates fanguinis, exitum molientes, in fanguine retinentur, ac obftructiones vifcerum inducuntur, vel augentur. Maxime vero notanda eft, cura febrium intermittentium perverfa, qua, neglectis digeftivis, aperitivis atque evacuantibus medicamentis, ftatim ad corticem chinæ, chacquerille, aliorumque fpecificorum antifebrilium, tanquam ad facram anchoram confugitur. Non quidem in eo cum veteribus facimus, ut corticem peruvianum tantum ftyptica fua natura agere, ac fomitem febrilem in vifceribus condenfare, coagulare atque concentrare, exiftimemus. Hoc tamen certiffimum eft, nifi primæ viæ prius decenter ab impuritatibus liberentur, ac humores vifcidi & tenaces fufficienter folvantur, & ad exi-

tum præparentur, eundem in febrium intermittentium ſanatione, plus noxæ, quam utilitatis afferre. Hujus enim uſu intempeſtivo, ob virtutem ejus reſolventem atque ſiccantem, impuritates craſſiores ex primis viis, verſus ſanguinem pelluntur, in anfractus tubulorum ſecretoriorum propelluntur, ibique abſumpta humiditate, inſpiſſantur atque indurantur. Inde eſt, quod febres intermittentes male curatas, ſequantur tumores pedum œdematoſi, icterus, cachexia, ac ipſe hydrops, uti toto die experiuntur medici.

Thes. VII.

Prout tamen humorum vitioſorum temperies, digeſtiones, ac viſcerum ſtructura variat, ſcirrhi quoque ipſi, ratione duritiei majoris, minoriſve, coloris, aliarumque circumſtantiarum variant. In noſtro ſubjecto, ſcirrhos viſcerum trium abdominis, depuratoriorum præcipuorum vidimus, facie externa & interna plane differentes. Hepar quippe duriſſimum & quaſi lapidoſum, interius colorem obſcuriorem monſtrabat, pancreas induratum diſſectum, nodos cartilagineos atque oſſeos, albicantis coloris exhibebat, lienis vero ſubſtantia interna, carnem denſam ac pinguem referebat. Cujus rei cauſa forte in ſuccorum ſtagnantium, & ſcirrhos hos generantium, varietatem conjicienda erit, quia in hepate potiſſimum ſcoriæ bilioſæ, in pancreate ſuccus pancreaticus inſpiſſatus, in liene vero, ſanguis ipſe craſſus & viſcidus coagulatus, ſcirrhos iſtos produxit. Notari hic imprimis meretur figura hepatis inæqualis atque nodoſa, quia totum ex tuberculis inæqualibus, profundiſſimis ſulcis inter ſe diſtantibus, conflatum conſpiciebatur. Hepar ſcirrhoſum, ſuperficiei inæqualis, ſæpe vidit Celeberrimus *Ruyſchius*, uti docet in *obſerv. anat. chirurg.* 45 & 86. illudque ipſi aliiſque impoſuit, ut a glandulis tumefactis hoc ipſum derivarent, quales tamen in hepate non reperiri, *idem* variis locis demonſtrat. Periculum nos aliquando fecimus, cum hepate indurato, & in ſuperficie nodoſo, tuberculis minoribus, parumque eminentibus prædito, quod ex aſcitica ablatum conſervamus, immittendo in vas ſanguiferum flatum, & conſiderando tubercula iſta in ſuperficie poſita, quæ in veſiculas minimas, glandularum inſtar elevari, vidimus. Ex eo tamen nullatenus glandularum præſentiam evincere conamur.

Thes. VIII.

Lienis ſcirrhus, ob ſimilitudinem, carnoſus a nobis dictus, tanto magis conſiderationem meretur, quoniam talem ab aliis obſervatum, non meminimus. Ad ſcirrhos vero, tumorem iſtum referendum eſſe, ex eo patet, quia viſcus hoc totum durum, magnitudine auctum, atque pon-

ponderofum eft, uti hoc cuilibet in eodem, a nobis confervato, monftrare licet. Hunc ex fanguine ipfo craffo & vifcido, in fubftantia lienis infpiffato, & coagulato generatum effe, ipfa infpectio docet, & quoniam ex inflammatione vifcerum, fæpiffime fcirrhos remanere, auctores obfervant. Anfam huic haud dubie præbuit, difficilis fanguinis per hepar fcirrhofum tranfitus, qua de caufa idem neceffario per lienem difficulter motus, in eodem reftagnavit, ac fucceffive fpiffior redditus eft. Confirmat hoc quoque dolor continuus, diu ab ægro in eo loco perceptus, a preffione fanguinis, in tranfitu impediti, excitatus. Quamvis lien obtufo magis fenfu gaudeat, afficiuntur tamen ab ejus tumore partes circumjacentes, uti exiftimat *Spigelius Anat. L. VIII. c.* 14. Non enim ab inflammatione lienis dolor ifte provenit, quia hæc per tantum temporis fpatium, quo æger illum fenfit, durare haud potuit.

Thes. IX.

Diagnofis fcirrhorum, quidem in partibus externis, adeo magnam difficultatem non habet, fed faciliter ab inflammatione, œdemate, aliifque tumoribus diftingui poteft. At in interioribus hifce vifceribus, profundius fitis, ifti tanto difficilius, ac non nifi ex dolore obfcuro & gravativo fixo, refpiratione difficili, tuffi ficca aliifque circumftantiis, cognofcuntur & dijudicantur. Sufpicio tamen eorum imminentium, vel præfentium adeft, in morbis illis diuturnis atque rebellibus, febribus intermittentibus pertinacibus, imprimis quartana, malo hypochondriaco & ictero confirmato, melancolia hypochondriaca, cachexia, atque hydrope. Hi omnes quippe morbi faburram humorum corruptorum in primis viis, obftructiones & oppilationes vifcerum depuratoriorum, digeftiones ac fecretiones vitiofas præfupponunt. Tales igitur obftructiones fcirrhofas in ægro noftro, ex morbis antegreffis, ac fymptomatibus præfentibus, non immerito fufpicati fumus, & ad eafdem curam noftram direximus.

Thes. X.

His itaque vifceribus induratis atque fcirrhofis, fieri non poteft, quin diaphragma iifdem immediate incumbens, graviter prematur ac irritetur, eoque ipfo afthma & tuffis concitetur. Præterea quoque digeftio ciborum atque chylificatio, ob bilis fuccique pancreatici defectum aut vitia; maximopere turbatur, indeque fanguis pluribus indies cruditatibus repletur. Inde eft, quod ejufmodi ægri polypos cordis, aliarumque partium poft mortem fæpiffime monftrent, qualem etiam in noftro invenimus. Polypos e fanguine vifcido, impuro ac glutinofo, in

 cir-

circulo per vifcera impedito, ac circa valvulas cordis, aliofque vaforum anfractus, per conquaffationem concrefcente, generari, res eft apud Medicos notiffima. Eofdem vero e fero potiffimum impuro, fpiffo, atque ad coagulum prono, generari, elegans nobis experimentum defunctus nofter præbuit. Attulit hic nobis aliquando fanguinem, per venæfectionem ab ipfo emiffum, noftrum de eodem judicium expetens, qui in fuperficie, nullam penitus fanguinis rubri faciem habuit, fed totus albo quodam muco obductus fuit. Hunc cum ad interiora confideranda, cultro divideremus, infignem hujus velaminis tenacitatem effe, experti fumus. Quamobrem illud a fanguine, fubtus latente, feparatum, aqua elotum ac fpiritui vini immerfum in rei memoriam confervamus, quod tunicam denfam & validam, craffitie cultri dorfum æquantem, refert.

THESIS XI.

Quemadmodum vero fcirrhi, perfecti imprimis, inveterati & duriores, communi medicorum confenfu incurabiles æftimantur, ita mirum non eft, ægrum hunc, ob fcirrhos vifcerum nobiliorum multiplices, e mortis faucibus eripi non potuiffe. Scirrhi quidem dolentes, qualis in eo fuit lienis, aliquam fpem curationis medicis præbere folent, eorundemque pariter in vifceribus interioribus curatorum, exempla ab auctoribus recenfentur, quod de fcirrhis, admodum recentibus ac imperfectis intelligendum eft, quorum tamen curam medicus promittere certo nequit. Ita enim jam tum *Galenus* 2. *ad Glauc. c.* 4. *Scirrhus*, inquit, *infenfibilis non recipit curationem, qui vero difficulter fentit, non incurabilis quidem eft, non tamen facile curationem admittit.* Sufficit, quod hi quandoque curam recipiant, imprimis quando tales in fuperficie vifcerum, qua integumenta corporis attingunt, hærent, ubi non tantum facilior diagnofis, fed etiam cura eft expeditior, quia præter medicamenta interna, etiam externa refolventia & difcutientia opem præftant. Quamvis etiam hoc pacto, fcirrhus non femper refolvi queat, fit tamen, ut idem ad maturationem abeat, ac rupto ad exteriora abfceffu, materia contenta evacuetur, qualis cafus *in differt.* fub Præfidio Celeberrimi Hoffmanni, *de fcirrho hepatis* Halæ fuperiori anno habita, proponitur.

THESIS XII.

Communiter tamen fcirrhi in interioribus vifcerum latentes, nulla, vel obfcura fui figna præbent, infenfibiliter augentur, & in duritiem nimiam abeunt, ad quam diffolvendam, tandem neque interna, neque externa remedia fufficiunt. Ea de caufa morbi illi chronici inveterati, malum hypochondriacum, icterus, imprimis niger, melancolia, febres intermittentes, præcipue quartana, aliique nullam curam admittunt,

potius

potius cachexiam atque hydropem, marafmum atque hecticam, interdum quoque inflammationes vifcerum lethales inducunt. Quoniam enim, propter digeftiones atque depurationes fanguinis, in vifceribus iftis destructas, impuritates in eodem coacervantur, idem fpiffior indies redditus, difficilius circulatur, indeque exteriora verfus, in variis corporis locis erumpit, imprimis in naribus, pulmonibus atque inteftinis. Inter hæmorrhagias vero, nulla tam tuta eft, in dictis morbis, quam fluxus hæmorrhoidalis, utpote quo fanguis ipfe craffus & impurus, periodice atque critice evacuatur, vafa tonum fuum preffione & ftagnatione fanguinis craffioris amiffum, recuperant, atque fic obftructiones, ad fcirrhos difponentes, tolluntur. Propterea fluxus hæmorrhoidalis criticus, regularis & moderatus, obfervante hoc jam tum *Hippocrate* noftro in fpleneticis, quartanariis, melancolicis, fcorbuticis, falutaris eft, & morbos illos, nifi folvat, tamen fymptomata, exinde dependentia, mitigat. Confirmatur hoc conftanti medicorum obfervatione, adeo, ut hodie non pauci hunc fluxum naturæ beneficiis annumerent, quo vel folo homines, ad morbos iftos difpofiti, ab his aliifque malis præfervantur. Alia tamen ratio eft fluxus iftius alvi, cruenti atque mucofi, quo fanguis grumofus nigricans, atque corruptus, cum graviffimis torminibus & anxietatibus cordis, brevi ante mortem tempore, adeoque non critice, fed fymptomatice evacuabatur, qui vifcerum labem infignem indicans, corruptionem internam, ac totalem fanguinis ftagnationem mox futuram, in noftro prænuncius erat.

THESIS XIII.

Eafdem ob caufas, fanguis craffus, in circuitu per vifcera indurata impeditus, in aliis quoque partibus ftagnat, & difficili motu circumagitur, ac propterea ferum ejus vifcidum, & mucofum vafa egreditur, & tumores œdematofos relinquit. Idem ferum, fanguinis circulatione per vifcera magis impedito, tandem in ipfam abdominis cavitatem elabitur, atque hydropem afcitem inducit. Imprimis vero tympanites, quem durante vita ægri noftri, inflatio ventris modo crefcens, modo remittens, ac tumor renitens docebat, quemque diftenta valde inteftina in fectione monftrabant, tanto periculofior affectus eft, quoniam communiter aliquid monftri alit, & ingentem vifcerum obftructionem; & fcirrhefcentiam indicat, quod etiam eventus in illo confirmavit. Tympaniti, inquit *Doleus*, *Encyclopæd. Medic. Theoret. Pract. L.* 3. *C.* 9. fi accedat inflammatio umbilici, vel alius ventris mufculi, tunc mors eft in propinquo, uti in duobus hydropicis obfervavi. Hoc ipfum pariter in defuncto noftro ufu venit, nam die, mortem proxime præcedente, fub hypochondrio dextro macula rubra apparuit, quæ fingulis fere momentis latior reddita, verfus femur extendebatur, unde brevi vitæ terminum

minum adfuturum, ipsi prænunciavimus. Huic eventus respondit, paucis enim horis ante obitum, macula rubicunda lividum, ac nigricantem colorem induit, ægerque tandem animam Deo reddidit. Ita morte ægri, uti medelæ nostræ, ita huic dissertationi imponitur.

FINIS.

JOAN.

CXII.

JOAN. PHILIPPI METZ,

DIABETIS

OBSERVATIO RARA.

Basileæ 1. Octob. 1737.

HISTORIA MORBI I.

VIrgo 20. annorum ante satis sana, paulo gracilioris habitus corporis, qualis temperamentum dictum biliosum comitari solet; alias a vermibus ante aliquot annos multum vexata; fluxum menstruum quater passa, sed non satis coloratum, eundem quarta vice largiorem experta cum esset incidit in sitim ingentem, quæ pedetentim est aucta; urinam copiose reddidit; lingua singulis mane erat sicca, alba, cutis constricta & aspera, per quinque menses circiter 4. mensuras aquæ singulis diebus potavit, munera sua utcunque peragere potuerat; molestiis paulo postea recensendis aliquomodo conflictata, appetitu satis bono gaudens, alvo tamen non semper respondente, hinc gravius paulatim se habere cœpit; hinc paupercula sub finem Novembris 1736. in Nosodochium secessit, ubi cum per 7. hebdomadas commorata esset, variis remediis est usa. Quo tempore tertius medicus, qui ejus curam in nosodochio habuit, accessit; qui cum ægram de siti ingenti, ardore & siccitate faucium & linguæ conquerentem deprehenderet, nec tamen febre alicujus momenti conflictatam, morbumque jam a multo tempore durantem, de urinæ copia, quam emitteret interrogans, ex responsionibus ægrotæ tantum rescire potuit medicus, ut statim suspicio de diabete ipsi mota fuerit, quo ægrota detineretur; statum vero ægrotæ eo quidem tempore, sequentem esse deprehendit. Virium illa magnam prostrationem sensit, ut & sensum pungitivum in lumborum regione, ad costas spurias usque se extendentem, simulque dolorem rodentem sub scrobiculo cordis. Pulsus naturali paulo celerior, & magis tensus erat; corpus imbecillum & flaccidum; cutis aspera & peculiaris habitus siccioris, quem coriaceum diceres; lumborum aderat ardor tensioque, dolor per intervalla pungitivus a costis spuriis, a lumborum initio ortus, ad scapulas se extendebat; lingua intensa, fere carmesini coloris rubedine erat tincta: artus superiores, gravitatis & ardoris sensu, augebant molestiam: appetitus pro imbecillo corpore, & molestiis reliquis, ingens satis; animus dejectus; somnus inæquali tenore per diem noctemque ad justum tempus tandem assurgebat. Urina, quam ex matula singulis fere semihoriis plena, in situlam prope lectum positam effundebat, pallida nullius fere odoris, ad gustum leviter salsa erat, neque ita nauseosa, ut sanorum est urina. Inquirebatur statim in remedia illa, quibus hactenus usa esset, quæ hic proponere necessarium esse haud puto, id monuisse sufficiat, ea vel ad vermes necandos, vel ad ardorem & sitim pertinuisse. Antequam vero symptomata morbi omnia, ut & remedia ea proponam, quæ medicus ille, dicto tempore ordinarius, varia admodum præscripsit, experimenta, spectantia ad urinæ emissæ quan-

titatem & proportionem ejus ad liquida aſſumpta cognoſcendam, præmittere e re eſſe duxi. A die 9. Februarii 1737. ad diem 11. ſpatio 48. horarum, aſſumpſit potus 19. lb. ciborum vero 7. & $\frac{1}{2}$ lb. reddidit vero urinæ 34. lb. quibus ſi ſubtrahantur 26. & $\frac{1}{2}$ lb. aſſumptorum, remanet 7. & $\frac{1}{2}$ lb. egeſtorum per urinam ſuperantes quantitatem ingeſtorum. A die porro 11. Februarii ad 14. ejuſdem menſis, ingeſſit potulenti 28. & $\frac{1}{2}$ lb. ciborum 11. lb. Summa 39. & $\frac{1}{2}$ lb. urinæ pondus, intra id ſpatium 72. horarum, emiſſæ aſcendebat ad 52. lb. a quibus ſi detrahantur ingeſtorum 39. & $\frac{1}{2}$ lb. remanent 12. & $\frac{1}{2}$ lb. plus redditæ urinæ. Quanquam vero plus ingereret ciborum & potulenti in ſequentibus diebus, tamen urina non in data proportione ad aſſumpta prodibat, uti id ſuperioribus diebus factum erat; ſcilicet dum poſt 39. lb. & $\frac{1}{2}$ potus & cibi aſſumpti, ut in experimento 11. & 14. Febr. id patuit, prodibant 52. lb. urinæ, quæ 12. & $\frac{1}{2}$ lb. præponderabant aſſumptis; jam ingeſtis eodem temporis ſpatio 51. & $\frac{1}{2}$ lb. cibi & potus debuiſſet quis exſpectare prodituram urinæ quantitatem eam, quæ eſſet ad 51. & $\frac{1}{2}$ lb. uti ſe habebant 39. & $\frac{1}{2}$ lb. aſſumptorum, ad 51. & $\frac{1}{2}$ lb. urinæ emiſſæ die 11. & 14. Febr. quæ proportio foret 67. & $\frac{1}{2}$ lb. præter propter, ſicque detractis 51. & $\frac{1}{2}$ lb. copia aſſumptorum, a 67. & $\frac{1}{2}$ lb. (quæ ſumma correſponderet proportione ſua, aliis urinæ quantitatibus, ſuperioribus experimentis deprehenſis) relinqueretur, ut ſuperare deberet urinæ pondus, aſſumptorum pondus 16. lb. Atqui aliter res ſe habuit, ut experimenta a 1. ad 4. Martii facta docuerunt. Ægrota enim, per hoc ſpatium 72. horarum, ingeſſit 51. lb & $\frac{1}{2}$, & urinæ pondus intra idem ſpatium erat 64. lb. A quibus ſi demas 51. & $\frac{1}{2}$ lb. aſſumptorum, reſiduum erit 12. & $\frac{1}{2}$ lb. plane uti illud repertum eſt, cum minus cibi & potus ingereret ægra. Plura tunc experimenta, vel & alia ad pondus totius corporis ægrotantis explorandum ſpectantia, quæ libenter inſtituiſſem, facere haud licebat. Eadem vero experimenta & poſt inſtitui aliquoties, ſemperque exinde conſtitit, urinæ vim 4. fere libris ſingulis diebus ſuperaſſe pondus ingeſtorum. Id vero notandum, urinas poſterioris temporis, non tam coloratas prodiiſſe ac prioris, ſaporiſque quidem ſubſalſi fuiſſe, ſed magis ad dulcedinem inclinantis. Sed redeo ad filum hiſtoriæ morbi. Februarii 12mo. ægra conquerebatur de doloribus utriuſque thoracis lateris pungitivis, uſque ad ſcapulas procurrentibus, quos ſentiebat in inſpiratione acutos, aderat ſimul tuſſis ſicca cum ſapore ſalſo in ore. Interim vero a 5to Februarii ad uſque hoſce dies præſcribebantur, & quidem 5to Februarii electuarium ex rhei opt. ʒiß nitri puri ℈j. confect. de hyacint. ʒj & ſyrup. cort. aurant. q. ſ. paratum, quod irrorabatur Liqu. anodyn. min. Hoffm. gtt. 25. capiebat ſingulis 5. horis quantitatem nucis moſchatæ. Potus ordina-

ordinarius & medicaminis vehiculum erat, decoctum ex rad. torm. ℥ß. rad. caryophyll. ʒx. fem. plautagin. ʒij. cum aqua factum. Die 9. repetebantur species pro decocto, interim paulo melius habere videbatur ægra, alvo præsertim liberius respondente. Die 9. paulo fortiora roborantia adstringentia ordinabantur; considerabatur enim morbus tunc simpliciter, ut laxiores fistulas renales pro causa agnoscens, sive ut diarrhæa ad renes; electuarium igitur propinabatur ex rhabarbar. tosti ʒj. nitri ℈j. flor. millefol. pulv. ℈iv. cort. chinæ chinæ ʒj, cum syrupo acetosit. citri confectum, dosis eadem quæ prioris electuarii & ad idem tempus assumenda. Externe unguento ex unguenti de lythargirio ℥j camphor. gr. 15. & ol. coct. hyosciami ʒvj. constante regio lumborum inungebatur. Die 12. Februarii oxymell. squillit. ℥iv. tribus potus ordinarii mensuris diluebantur, ut ob hujus vim saponaceam, potulenta eam ipso sanguine intimius misceri possint. Vacillare certe tum incepit mens medici ordinarii ex plurimis phœnomenis morbi hariolans, laxitatem illarum fistularum renalium putatam, non esse primarium ad quod attendendum esset in curatione hujus morbi; si ea unquam possibilis esset. Die 13. Februarii phœnomena illa doloris ad costas spurias & regionem lumborum, paulo molestiora erant, hoc die roborantibus pergendum esse quidem, sed corpus siccum & squalidum blande refocillandum e re esse judicabatur. Ergo cort. chinæ chinæ ʒvj. herb. veronic. m. 11. & nitri puri ʒß. in 6. partes æquales divisa, forma infusi cum ⅓ parte lactis vaccini potandi usurpabantur. Rhabarbarinorum interim remediorum, in hoc morbo adeo laudatorum, ab Harris apud Alleni synops. prax. med. cap. 7. §. 12. usus continuabatur; siquidem 3tio quovis die, tertiam partem pulveris, qui capiebat rhei ʒij & crem. tartari ʒiiß. assumpsit. Die 14. dolores erant remissiores, sed pulsus tensus & celer; 15to die eadem, sed pulsus mitior; 16to emplastrum de crusta panis stomachi regioni applicabatur, & repetebantur species pro infuso; sub hoc tempore ægra dixit, se posse urinam per duas horas retinere, cum antea vix per dimidiam potuisset, sed uno mictu fere totam matulam replebat; reliqua phœnomena hesternis simillima sunt; 17mo die magis conquerebatur de dolore sub scrobiculo cordis rodente, cum magno appetitu, sitique majori, unde frequentiores mictus sequebantur. Dolor autem rodens, post assumptos cibos & potus, semper ad breve temporis spatium remittebat, reliqua vero phœnomena a pristinis non secedebant. 18. & 19. idem status; 20mo die retulit se dolorem sub scrobiculo cordis jam dudum sensisse, antequam delata in nosodochium esset; cum rogaretur, an in infantia vermibus laborasset, affirmabat se ante paucos annos, ventrem tumidum habuisse, multosque vermes per inferiora ejecisse. Hunc in finem præscriptæ sunt sequentes pilulæ no. 30. ℞. extr. scordii ʒj. gum. assæ foetidæ ℈i. Mercur. dulc. gr. 22. pulv. rhabarbar. ℈j, quarum binas singulis 2. horis sumebat. Diei 24ti

nocte 4ter alvum dejiciebat, per diem autem ſequentem ceſſavit alvi excretio; 26. rurſus nocte excretiones totidem alvinæ ſuccedebant, cum ſatis magna virium proſtratione; excrementa erant nigra inſtar ſanguinis congrumati, cum pelliculis intermixtis, fœtoreque magno. Dolor autem ſub ſcrobiculo cordis rodens penitus ceſſavit, lingua ex rubedine reſplendebat & ſicca erat; uti ſuperioribus diebus, cum juncto ardore faucium; 27. diarrhæa ceſſavit, ut & faucium ardor, totamque per noctem dormivit, ſed abſque refectione virium. Quo tempore radices ulmariæ, ſpecie infuſi, cum tertia parte lactis vaccini uſu veniebant, ut & electuarium ex rhei ʒij. cort. chinæ chinæ ʒiij. ſyrup. acetoſit. citr. ʒx. adjecto Julepo roſarum. Die 27. Februarii, de heſternis phœnomenis, de majore tamen ſiti, frequentiorique mictu propter crebriores hauſtus conqueſta eſt, & magna virium proſtratione, præterea patiebatur tantum æſtum in manibus ita ut loca frigida quæreret: continuabatur electuarii uſus; alvum ſemel dejecit, fœceſque fuerunt mediæ conſiſtentiæ, ſine ullo ſanguinis congrumati admixti indicio. Die 1. Martii & ſequentibus, ægram cum ſupra dictis phœnomenis conflictatam invenimus, niſi quod 4to die Martii conqueſta eſſet de quodam ſenſu, quaſi aliquid cibos cito conſumeret & ex ventriculo diſſiparet. Quo tempore præſcribebatur, pulvis temperans ardorem, & roborans, ex nitri ʒj. croc. mart. aperit. ʒij. crem. tartar. ℥ß. rotul. berber. ʒiij. in 12. prætia diviſus, quorum unum 3tia quavis hora ſumebat. Hoc pulvere aſſumpto, cum excretio alvina rurſus, uti alias conſueverat, ſegnis eſſet, alius pulvis temperans balſamicus, & alvum liberiorem ſervans, datus ex magneſiæ nitri, rhei, lap. cancror. maſtich. aa. ʒj. ſacchar. perlat. ʒiß. nitri ʒß. in 10. doſes diſtribuatur ſingulo 3horio uſurpandus: Interim decoctum ex rad. ulmariæ ſæpe repetebatur. Die 10. Martii electuarium ex rhei opt. ʒiij. nitri puri ʒj. fung. cynosbat. ʒij. ſpirit. nitri dulc. ℈i. conſerv. roſar. rubr. ʒvj. cum julepo roſar. & ſyrupo acetoſ. citr. aa. q. ſ. confectum eſt, cujus ad magnitudinem nucis avellaneæ quavis 4ta hora ſumebat. Sub noctem 13. Martii excretiones aliquot alvinæ ſequebantur, fœceſque ac ſi bullas formarent, apparebant; conqueſta eſt quoque de virium deliquio, præſertim nocte matutinoque tempore; lingua non tam exaltate rubra, & in ſuperficie albedine perfuſa atque ſicca erat; pulſus magnus & celer. Cum vero tot roborantia, & rhabarbarina remedia, quæ ad atoniam fiſtularum renalium, reſtaurandam ordinata erant, nihil memoratu digni præſtitiſſent: conſilium ex hac indicatione natum abjecit medicus, atque alias indicationes ſibi, quanquam fundamentis, modo probabilibus nixus, formabat: cum nempe ex urinæ inſpectione contentis, ſapore &c. ſupra enarratis videret, laxitatem illam fiſtularum renalium, quam authores incuſant, cum hujus morbi phœnomenis, ut fuſius in explicatione diſputabitur, haud congrueret; de ſanguine ſpiſſo, falſo corrigendo, & leni diaphoreſi

diaphoresi excitanda, potius cogitavit: inque hunc finem 16. Martii julepum sequentem dedit: ℞ oxym. squillit. ℥iv. aq. borragin. fumar. ana. ℥iij. aq. fontan. lb. 1. quem cum bibisset, subjunxit 18. die pulverem diaphoreticum efficaciorem, ex lact. sulphur. ʒij. nitri ℥j. rotul. berberum ʒiij. in 24. doses divid. cujus unam singulis bihoriis assumebat. Die 21. Martii conquesta est de dolore pungitivo sub costis spuriis, in utroque latere; dolorem vero rodentem, sub scrobiculo cordis per aliquot dies non tantum sentiebat; sitis remissior erat; lingua se habebat, uti supra annotatum est. Die 28. strepitus in articulationibus artuum, eorumque motu ab adstantibus manifeste audiebatur: reliqua vero symptomata prægressorum dierum, perdurabant usque ad 6tum Aprilis diem, quo corripiebatur dolore pungitivo prope aurem sinistram se extendente usque ad maxillæ inferioris anteriorem partem ejusdem lateris. Ordinabatur 1. Aprilis die mixtura ex oxymell. squillit. ℥iij. nitri ℥j. spirit. nitr. dulc. ʒj. acet. destillat. ʒx. aq. meliss. ℥xij. singulis horis cochleatim hauriendum; 8vo die, quo repetebatur mixturæ usus, dicebat ægra, se assumptum potum ultra dimidiam horam retinere non posse; dolor pungitivus supradictus continuabat; ardor in faucibus, æstus in manibus recrudescebant, ex ore ingratum odorem spirabat, & quidem magis talem, quam qui præteritis temporibus observabatur; sitis ut & appetitus non tam valde urgebant hoc tempore; alvus quæ antea adstricta, nunc reserata est; facies sicuti per totum morbi decursum, ita quoque hoc tempore satis rubra est; pulsus celer & magnus. Hinc 11mo die emulsio præscripta est, ex sem. papav. alb. ℥ij. amygdal. dulc. no. 15. aq. borragin. ℥ 16. nitri pur. ʒ1. sacchar. perlat. ʒ2. parata; quam intra 10. horarum spatium consumere dedebat. 12. Aprilis, summo desiderio ægrotæ, instituta est venæ sectio (quam alias in hoc morbo, administrari vetat Sydenhamus, quidam tamen eam admittunt) qua ℥iij. sanguinis emissæ sunt, ut virium ratio haberetur. Sanguis iste, postquam per 3. dies in quiete fuerat repositus, continebat tantum ℥ß. & ℈vii. seri supernatantis decantati. Unciæ hæcce tres, post lenem usque ad siccitatem, institutam evaporationem, continebant ℥ß. & ℈v. materiei crassæ & siccæ; durante evaporatione, nullus ingratus odor observatus est. Post celebratam venæ sectionem, symptomata quævis fere sublata videbantur, saltem insigniter remittebant, bene dormivit ægra, adeo ut illa crederet, se mox sanitatem recuperaturam esse. Sed istæ induciæ tantum perdurabant ad breve temporis spatium: siquidem 16. die rursus correpta est siti majori, ardore in manibus & pedum plantis, alvo adstricta, reliqua vero symptomata paulo mitiora apparebant, quam ante venæ sectionem; Præscriptus est pulvis ex nitri ʒiij. & crem. tartar. ℥ß. in 12. doses distribuatur; dabatur 4ta & 8va hora vespertina una. Postea 22. die lene laxans ex magnes. nitri ʒvj. & salis absinthii ℈ß. est datum. 29. die vero pulvis ex magnes, nitri ℥j. crem. tartari ʒvij. santal. rubr. ʒij. in 30. doses,

omni

omni 4ta hora fumendus. Ifte morbi ftatus perdurabat ufque ad primum Maji diem, quo alvus laxior & phœnomena mitiora erant; Quæ continuabant ufque ad fextum; alvus laxa eft, pulfus naturali fimilis. Die fexto per aliquot dies, fitis magis urgebat; dolor rodens fub cordis fcrobiculo, vehemens erat; lingua fubalbida rubra; faliva fubfalfa & vifcofa; æftus in volis manuum pedumque plantis maxime urgebat. Hæcce continuarunt ufque ad 13. diem, quibus accefferunt per aliquot alternantes noctes, fœces alvinæ vermiculis afcaridibus fimilibus permiftæ, quæ quidem poft aliquot dies ceffarunt. Hifce autem viciffitudinibus morbi fymptomatum, preffa ægra, tandem medicamenta faftidire cœpit, neque talia amplius per fatis longum temporis fpatium affumere voluit; cum alias morbus incrementa non fumeret, neque vires magis dejectæ effent, neque corpus magis contabefceret, ufque ad 27. Junii; quo tempore medicus ille, qui hactenus cum morbo ifto pugnaverat; locum medicinam in Nofodochio faciendi, ex more confueto, alio conceſſerit. Interim vero ægra in eodem morbi ftatu, ufque in hoc temporis punctum verfans iifdemque vere morbi fymptomatibus ftipata, quibus urgebatur, cum 4to medico commiffa effet. Conqueritur enim adhucdum de dolore rodente fub fcrobiculo cordis, fiti magna, ita ut quotidie circiter quinque menfuras liquidi hauriat. Dolor ille rodens, inprimis eam ad edendum & potandum ftimulat. Poft affumptos cibos dolorem acutum fentit in regione ventriculi, fub initium coftarum fpuriarum, quafi quædam cofta effet fracta, qui ad tactum acutior fit, poft abfolutam digeftionem ciborum vero ille remiffior eft. Potum affumptum diu retinere non poteft, fed ad mingendum cogitur. Æftus in manibus, ut & aliquando in toto corpore, præfertim nocte perdurat. Somnus quidem adeft, fed tamen non reficiens. Laffitudo artuum, eorumque fenfus contufionis non mitigatus eft. Pulfus naturalis fed debilis, urina pallida fubfalfa haud naufeofi faporis eft. Alvus non uti fuperioribus temporibus ftricta, fed laxa eft, corpus magis emaciatum. Varia quidem medicamenta a medico funt ordinata, quæ cum parum a prioribus medicamentis, præfertim roborantibus, difcrepent, hic referre opus effe non cenfeo. Duo tantum recenfebo medicamenta, quæ ex permiffione medici die 2. Septembr. ordinavi; electuarium nempe Sydenhami ex elect. diafcord. frac. ℥iß. theriac. androm. ℥ß. zinzib. condit. ʒvj. pulv. cort. aurant. ʒiij. nuc. mofch. ʒij. pulv. cort. exter. granat. rad. angelic. corall. rubr. terr. catechu, bol. armen. ana ʒj. gum. arabic. maftich. ana ℈ij. camphor. ℈ß. & fyrup. myrtill. & fyr. cydonior. ana q. f. paratum eft, fumebatur ejus mane & hora 5ta vefpertina ad magnitudinem nucis juglandis, femperque fuperbibebantur 6. cochlearia vini medicati ex radicibus enul. imperat. angelic. gentian. ana ℥ß. foliifque abrotan. marub. alb. cent. min. calaminth. ana Mj. quibus fuperaffundebatur vini albi menfura una & dimidia, confecti.

Quorum

Quorum uſu ſitis valde infracta eſt, ita ut ægra per diem menſuras circiter 3. modo epotaret; cœteraque quoque ſymptomata aliquatenus mitigata apparerent, ſed induciæ eæ tantum erant, etenim paucis poſt diebus, ſupra allata ſymptomata recruduerunt. Hoc tempore utitur ægra per aliquot dies, pilulis balſamicis, ut & elixirio viſcerali ad mentem Hoff. Tandem & hoc notandum, ægram raro admodum, vel leniſſimo modere perfuſum habuiſſe corpus, ſalivam paucam & ſumme viſcoſam expuere, ſed rarius.

Antequam vero caſum huncce pro viribus tenuibus noſtris explicemus, recenſenda prius veniunt experimenta quæ inſtituta ſunt cum ægræ urina. 1°. Unciæ novem urinæ leni igne evaporatæ, dederunt magmatis ℥viiß. conſiſtentiæ & coloris melli craſſo ſimilis, quod 2°. leniter torrefactum, & aeri libero expoſitum, in eo rurſus liquefactum eſt. 3tio. Hujus magmatis ſumſi ℥ij. ſpir. vini ℥j. & digeſtioni commiſi, exindeque tincturam obtinui ſpadicei coloris. Decantatæ tincturæ materia, a ſpiritu vini non ſoluta, pondere erat ℈ij. ſapore ſubacido, in aere facile liqueſcens. 4to. Unciam ſemis tincturæ evaporavi leniter, & inſtillavi relictæ materiæ aliquot guttas ol. tartar. per. del. ſed nullum odorem volatilem urinoſum ſparſit. 5to. Alteram tincturæ unciam ſemis, igne incendi, quæ flammam concepit, deflagrato autem ſpiritu, flamma ex incenſo oleo ſimillima exorta eſt, & materia conſiſtentiæ mellis relicta pondere gran. 15. 6to. Partem quandam magmatis ſuperioris commiſcui cum oleo tartari per d. ſed nullus volatilis fœtor aſſurgebat.

CAPUT II.

Epicriſis.

RArus iſte morbus, a διαβαίνω tranſeo, Diabetes vocatur. Celſo urinæ profluvium, aliis διψακός, vel ab ingenti ſiti, quæ hunc morbum comitatur, vel a διψάς ſerpente, ſitim inextinguibilem morſu inferente; hydrops ad matulam, diarrhæa veſicæ, appellatur.

In hujus vero morbi ſignis inſeparabilibus, & caracteriſticis tradendis, non convenit inter ſcriptores, magnaque certe pars eorum, qui de Diabete mentionem faciunt, Galeni delineatione ſeducti, quam dedit lib. 6. de loc. affect. cap. 3. hunc morbum ita deſcribunt, quaſi urina emiſſa, qualitate ſua aſſumpta referret, odore ſcilicet colore & ſapore. Verba Galeni hæc ſunt: *Ad renes quoque pertinere is videtur affectus, quem alii matellam inter cutem, alii urinæ profluvium, alii diabetem, alii dipſacon appellant, qui certe quam rariſſime evenire ſolet.*

Equidem cum ante hac bis duntaxat videre potui, supra modum videlicet sitientibus infirmis, atque subinde bibentibus, qua propter exuperanter reddunt id, quod biberunt, eo a sua qualitate non mutato.

At vero recte jam notavit Listerus exercit. med. de Diab. Aretæum, qui Galeno vetustior est, rectius hunc morbum descripsisse, neque in ejus morbi historia, hancce qualitatem urinæ, assumptis respondentem, referri; quanquam Listero non concesserim, nunquam ejusmodi urinam in hoc morbo prodire: refert enim Bartholinus cent. 1. obs. 68. seipsum ex calculi tormentis aliquando in diabetem incidisse, vinumque rhenanum epotum per urinam rursus reddidisse, ita ut pro vino ipso, harum rerum ignaro potuerit propinari. Simile exemplum a Benedicto Sylvatico sibi relatum refert Bartholinus, de quodam qui vinum rubrum, eodem colore præditum, eminxit. Huc pertinet historia diabet. Amat. Lusitani, quam recenset cent. 2. obs. curat. 94. Si igitur omnes observationes, a testibus ocularibus recensitas examinemus, apparet certe, ad sitim illam ingentem, & urinæ plus vel minus immoderatum & insigne profluvium, veros caracteres diabetis redigendos esse; sic certe Prosperi Alpini, Nic. Tulpii, Listeri, nostræ observationes nihil aliud docent.

Quod autem alia accidentia hunc morbum concomitantia attinet, scilicet ejus intensionis gradus, ratione sitis, marcoris, doloris pressorii lumborum, præcordiorum &c. æstus & ardoris in visceribus & artubus, febris aliquando aut nephritici affectus conjuncti; qualitatis urinæ emissæ & certæ copiæ, quæ sæpe horrenda & incredibilis est: Ea quidem in variis subjectis varia sunt. Illud vero hic ante omnia notari velim, peculiarem illum cutis habitum & linguæ, quem in historia nostræ ægrotæ depinximus, non satis accurate ab autoribus designari; quamvis enim corpus arescere & contabescere dicant, sicut in phthisi & atrophia id observari solet, attamen peculiaris iste cutis habitus, qui coriaceus quasi est, non adest in phthisi, nisi consummatissima, sed tunc substantia carnium penitus defluxit, in nostra vero ægra utcunque carnosa brachia habente, cutis aridior longe est, quam ea esset, si phthisica quædam, tantum adhuc carnium haberet, ac nostra ægrota. Inter ista vero morbi symptomata, copia urinarum maxime attendi meretur, quæ quidem tanta aliquando est, ut omnem fere fidem superet. Talis est historia, quam Cardan. de variet. rer. lib. 8. cap. 44. de puella annorum 18. recenset, quæ anno 1481. passa est superfluum urinæ profluvium, adeo ut singulis diebus urinæ circiter lb. 36. emingeret, cum ex potu & cibo non plus 7. libris assumeret. Cumque hoc 60. diebus perseveraret, emisit ultra cibi & potus quantitatem, libras 1740. quod pondus longe excedebat pondus puellæ, etsi tota fuisset in urinam resoluta, cum puella

non

non potuisset excedere pondus 250. librarum, imo nec 150. attingeret. Dodonæus Libr. observ. medic. cap. 32. itidem affert casum civis cujusdam singulis diebus 40. libras urinæ excernentis. Cl. Michellotti in epistola quadam ad amicum data, historiam diabeticæ recenset, quæ fidem fere dubiam redderet, nisi a viro fide digno, eoque erudito, & hodienum vivente, narraretur. Puella nempe 50. lb. ponderans, anni spatio plusquam 20000. lb. eminxit, in vigore nempe morbi reddidit spatio 24. horarum 135. lb. urinæ, cum tamen ultra 15. lb. potulenti, jusculor. & lactis quibus vitam sustentabat, non assumeret, qui torrens per 4. menses fluxit, antea vero ad 60. 70. & 90. lb. emisit. Cœterum sitis non erat adeo ardens, macilentia insignis, somnus rarior, debilitas magna corporis, symptomata erant morbum comitantia. Hæc sanata est post remedia temperantia & astringentia incassum data; ope balnei frigidi, quo per plures dies continuos usa est.

Nostra autem ægrota, diabete haud gravissima, & idcirco magis chronica laborat, neque adeo exuberanter mensura excreti lotii vincit copiam assumptorum.

Febricitabat non raro ægrota nostra, eo modo quo hectici incalescere solent, non vero semper, alias non raro fit, ut societur diabetes acutæ febri, ut Höller. prax. medic. cap. de diabete, febrem continuam non ita ardentem ad sensum, in diabetem finiisse, & haud pauci alii testantur.

Differt autem diabetes verus, a diabete spurio, in quo insignis urinæ copia sæpe prodit, in eo 1. quod sitis illa urens non adsit in spurio. 2. quod in spurio, non auctior sit secretio urinæ, sed urina ex obstructione viarum urinariarum collecta, insigni copia laxatis rursus viis, subito expellitur. Qualia exempla habentur admodum frequentia apud observatores.

Cadavera hoc morbo extinctorum pauca ab observatoribus aperta deprehendimus; refert petrus Pawius, observ. anatom. se renes diabeticæ aliquot annis eo malo laborantis, non quidem absumptos, verum flaccidiores solito, cineritii coloris, nec adeo rubros deprehendisse. Sic qui ex diabetis spurii causa, qua calculosa concrementa vias urinarias obstruxerunt, in verum diabetem incidit quidam comes, ureterem dextrum insigniter & farciminis instar expansum, quin ejusdem lateris renem, in molem duplo majorem elevatum ostendit: uti videre est, ap. Fr. Hoffm. consult. med. T. II. S. 3. cap. 80.

Causæ antecedentes hujus morbi, in nostra quidem ægra, nullæ aliæ cognoscuntur, quam mensium ante immodice fluentium suppressio integra, quæ quidem nullam aliam ideam exhibet ejus medii nobis quidem cogniti ad morbum faciendum conspirantis, quam quod nisus partium membranaceo-nervosarum uteri qui eo tempore, quo menses immodice fluebant, vehementior erat, dum jam non amplius tendit ad excretio-

nem per uterum moliendam, ad alias partes fit converfus: an ad renes, & organon illud, in quo folet effe fedes fitis? alias annotatum eft ab obfervationum fcriptoribus, viam huic morbo ftraviffe abufum medicamentorum diureticorum, ex. gr. allii, ceparum, crithmi marini conditi, aquarum mineralium, quale quid de aquis griesbacenfibus Fabric. Hild. Cent. 5. obf. 53. Schenck. obf. m. Libr. 3. de diabet. Lifter. Exercit. med. de diabet. animi item affectus nimii, febres acutæ imperfecte folutæ, febres intermittentes V. S. & catharcticis male tractatæ in fenibus, ut obfervavit fydenhamus, prax. med. 357. ulcera prava fubito occlufa. Hæ quidem fenfibus noftris deprehenfæ funt caufæ præcurrentes hunc dirum affectum, procatharcticæ quidem magis & occafionales, at vero proægumenæ internæ non facile defignari poterunt, videtur omnino hic, uti in aliis morbis, peculiaris quædam non modo renum, fed & omnium humorum difpofitio fubeffe, ut data occafione, ad caufam proximam faciendam cooperentur.

In quo autem confiftat illa caufa proxima & immediata hujus morbi, quam arduum fit determinare, clare docent tam variæ de hac re opiniones medicorum omnium temporum. Aretæus de morb. diuturn. cap. 3. caufam hujus morbi credit confiftere in liquefactione carnium, hancque talem ex morbo acuto inferri poffe, impetum fuum ad renes exercente, qui aliquod reliquerit malignum virus fub crifi, vel & perniciofum quoddam venenum, quod renibus & veficæ infeftum eft.

Galenus loco citato, renibus folis id vitium adfcribit, quos fimili modo affectos effe putat, ac funt primæ viæ in lienteria, ubi minus retinent, fed celerius arripiunt & tranfmittunt: hunc fecuti funt Trallianus, Ætius, quos longo ordine excipiunt Galeni fequaces. Tandem cum aliis videretur; intemperiem illam calidam renum, fortiter attrahentem lotium, nimis vage in medium adduci, potius facultatem retentivam renum debilitatam, cum calore vifcerum hepatis & lienis præcipue conjunctam effe opinabantur, uti Sennertus Libr. 3. de infimi ventr. affect. p. 832.

Platerus prax. med. T. 3. p. 751. vero colliquantis caufodis, vel alius febris eum effectum in corpore relictum effe credit, qui in colliquatione humorum confiftat, & diabetem inferat. Inter recentiores vero Willifius feri cum rubra & fibrofa fanguinis parte denegatam debitam commixtionem caufam effe contendit. Simile quid accidere putat Henr. Regius Libr. 2. cap. 13. pag. 68. Cl. Theod. Zwinger. Theatr. prax. medic. fub litera D. p. 332. tubulos lotium ex papillis Bellinianis in pelvim effundentes, paralyticos redditos effe autumat, ex obftructione, vel compreffione, interim tamen in renibus vigorem remanere naturalem, ad fecretionem in finibus arteriolarum efficiendam. Sydenhamus fupra citato loco, cruditatem feri non fubacti accufat, exitum fibi per renes quærentis, qui dicit tamen eam caufam obtinere poffe in cafu languoris vifcerum, a male tractatis intermittentibus orti. Lifterus qui alias

accuratius hunc morbum examinavit, non renes affectos esse contendit, sed potius a summo stomachi & intestinorum ardore produci, a quo lenis & cruda potio subito vehementer diuretica fiat & acris, ac talem ardorem diuretica, spiritus vini &c. inferre posse, statuit. Celeb. Boerhav. instit. med. §. 824. Diabetem in urinæ chylosæ vel lacteæ frequenti & copiosa trajectione, causamque ejus consistere in nimia laxitate arteriolarum urinosarum, concurrentibus simul humoribus valde dilutis, utrumque vero ab aquosis oriri ponit. Sylvius de le Boe oper. tract. 5. de Cachexia, sal volatile intimam dissolutionem humorum inducens, pro causa adducit. Junckerus, conspect. med. theoretico-pract. tab. 99. Ingentem excretorii motus urinæ turbationem subesse affirmat, quæ non solum serum, verum etiam lympham ex colliquata pinguedine reductam, ad vias urinarias cum impetu protrudat.

At perpensis omnibus istis theoriis de natura causæ proximæ diabetis, quas singulas excutere, examinare & maximam partem refutare, nimis longum esset, nihil enim exinde elucet, quod claram ideam & adæquatam hujus rei nobis exhibere possit. Sicuti in aliis theoriis obstrusioribus formandis, ita certe & hic omnino requiritur, ut nihil statuamus, quod non ex phœnomenis morbo propriis & statu naturali ad statum morbosum clare fluat. Sique positivæ & reales causæ afferri non possint, ut saltem eam differentiam inveniamus, quæ huic morbo propria est, a sano statu & aliis quibuscunque maxime affinibus morbis eum distinguentem.

α. Statim ergo si attendamus ad statum sanitatis, sub quo urinæ emissæ quantitas se habet, ut copia assumptorum præcipue potulentorum in genere, in specie vero prout aliæ corporis secretiones & excretiones, muci, salivæ, sudoris &c. plus vel minus vigent in dato individuo, apparet tunc causas urinam facientes ita comparatas esse, ut dato tempore in vasorum systemate colligatur liquidum., quod cœteris paribus existentibus, in renibus percolabitur, nisi aliqua alia causa id impediat.

β. Id autem liquidum quod transitum per renes affectat, consistit tam ex vehiculo, quam ex ipsis urinæ innatantibus, quæ sunt oleum subtilissimum quod nativum fœtorem urinæ efficit, deinde salinæ, oleosæ & terrestres particulæ, quarum proportio ad ipsum vehiculum in variis subjectis, varia est.

γ. Hæc jam vehiculi, sive aquosæ partis copia, in majori porportione ad ipsa innatantia exibit, si majori copia assumpta fuit, quam dilutio ciborum & humorum tam retinendorum in corpore, quam excernendorum id requirebat.

δ. Porportio liquidi requisita ad diluendos humores se habet, ut ejus dissipatio per omnis generis organa excretöria.

ε. Excretio urinæ eum finem habere constat, ut 1°. excrementitium salino-terrestre-oleosum, quod corpori inutile est & id lædere posset, tamen-

ramentaque detritarum fibrillarum a vaforum fuperficiebus e corpore prof- cribatur. 2°. ut abundans copia aquofi commodiffimam exeundi viam nancifcatur.

ζ. Hæ autem particulæ excrementitiæ producuntur, 1°. per fegrega- tionem fimplicem, dum novus chylus fanguini infertur, atque ex eo novum ferum, novus fanguis &c. elaboratur; tum enim in quavis ta- li immutatione aliquid impuri & inepti ad horum liquidorum confectio- nem fecedit. 2°. ipfe perpetuus calor & attritus femper bonos & utiles fuccos ita mutant, ut falinæ & oleofæ fordes, ramentaque fibrillarum colligantur, per urinæ vias expellenda.

η. Ergo eadem caufa, quæ utiles fuccos generat, gignit impuros, fi- ve elaborationem fuccorum corpori neceffariorum confideres, five per- petuam illam converfionem utilium fuccorum in excrementitios.

θ. Quæ omnes actiones fubigentes, præparantes, feparantes in certa porportione & harmonia fieri debent, ut maneat vita & fanitas; quo- cunque itaque tempore, fub quacunque ferie fe mutuo excipientium ha- rum actionum contingat, ut loco ejufmodi proportionatæ admixtionis li- quidi, & loco feparationis excrementitiarum particularum ab utilibus retinendis fiat, ut maffa illa fanguini advecta, ad reftaurationem fuc- corum, in excrementitias degeneret particulas, quæ per urinæ vias able- gari folent; ex quacunque caufa pofitiva id fiat, aderit tunc caufa fre- quentiorem urinæ fecretionem efficiens ex parte maffæ humorum: por- ro cum copia liquidi fecreti in quodam organo fe habeat, uti copia ap- pulfi humoris per vafa majora, aptitudo liquidi ad fecretionem apti, & vaforum fecretoriorum copia, & eorum ofcillationis celeritas. Prætereaque augeatur copia liquoris, cum frequentior fit ejus fecretio ex fublata re- fiftentia. Fiet tunc copiofior fecretio in organo quodam fecretorio, five ipfum primario fit difpofitum ad talem ftatum contrahendum, vel ip- fum liquidum frequentius fecerni incipiens, id ita difponat: hinc in- telligitur cur fecretio fumme augeri poffit? Caufa igitur determinata confiftere debet in his duobus momentis 1°. in bonorum humorum ex chylo generandorum degeneratione, in materiam excrementitiam ad uri- næ vias abire folitam 2°. in concurrente difpofitione renum. Quid au- tem illud fit, quod in illa actionum fubigentium & præparantium ferie obveniens, impedit elaborationem utilium humorum, illud non conftat, ejus enim rei non habemus experimenta fufficientia; an miraris quod cau- fam, quæ turbat debitam fuccorum utilium elaborationem, & vi hujus fimul perficiendam fegregationem impuri, nobis incognita fit? cum fa- ne, fi velimus fateri quod res eft, neque præcife & adæquate fciamus, quid per vim certæ fabricæ corporis humani & indolis liquidorum de- beat contingere, ut fiat chylus, ferum, fanguis, nifi quædam gene- raliora requifita. Deinde an paradoxum videri debet quamcunque actio- nem feu functionem poffe lædi? nonne defectus fanguificationis in ca- che-

chexia; cum mucus fere loco sanguinis generatur; exemplum est ejusmodi turbatæ actionis? quæ quidem frequentius longe contingit, quam illa quæ diabetem facit. At vero diabetes non modo fatiscere facit utiles succos in excrementitios urinarios, ut ita loquar, sed tantam urinæ fundit copiam, ut quævis assumpta, & quidem immensa quantitate superet. De cujus phœnomeni causa jam dicendum venit.

α. Ante omnia id ratum esse debet, machinam animalem, ex qua plus decedit quotidie quam vero ipsi ingeritur brevi tempore destructam iri, si v. gr. ægrota nostra penderet 100. lb. illaque quotidie 5. lb. plus deperderet, quam vero per os ingereret, totum corpus in nihilum redigeretur spatio 20. dierum; nisi aliunde resarciretur id, quod a corpore separatur.

β. Debet igitur aliqua esse via quæ possit accipere id, quo possit resarciri deperditum; materiaque illa quæ aliunde accedit ejus indolis esse, ut illas vias subire, deinde id perditum restaurare possit vel ex toto vel ex parte.

γ. Urina uti ex superioribus patet heterogeneum liquidum est, ex vehiculo aquoso & contentis salino-oleoso-terrestribus partibus constans.

δ. Urina diabeticorum pallida aquosa, colore, sapore & odore ostendit quantopere vehiculum aquosum excedat porportionem contentorum.

ε. Aquosum illud vehiculum, per aërem copiose dispersum perpetuo alluit nostrum corpus.

ζ. Dantur in superficie nostri coporis vasa inhalantia sive absorbentia, quæ suis minutissimis extremitatibus apertis hauriunt aquam, docent id 1. Balnea, quibus si diutius quis insidet, frequentius mingit aquosum.

2. Tempestas humidior, sic milites toto die tempestate pluvia iter facientes, frequentissime mingunt.

3. Varii liquores oleosi, spirituosi, mercurius cutem nostram penetrant, satis quidem facile.

4. Dantur organica corpora, quæ nutritionis, incrementi, transpirationis & inhalationis, functiones communes habent cum animalibus, plantæ scilicet.

5. Inter plantas quæ maximam copiam liquidi inhalant, eæ sunt recensendæ, quæ succulentissimæ cum sint, parvas admodum radices habent, & in solo sicco arenoso, vel sæpius non irriguo crescunt. Quales sunt, seda, euphorbia, cerei, echino-melo-cactus &c.

6. Sed & alia nascitur planta, quæ non pro sua conservatione modo aquam inhalat, sed tantam copiam aquarum trahit, ut ea rursus magna copia instar raræ pluviæ aut perpetui roris exhalet, qui finis peculiaris a Divina Providentia inditus esse videtur. De hac a Linschotten Ind. Occid. p. 6. refert, eam in insula ferri, quæ una ex canariis est nasci, tamtamque aquarum vim fundere, ut incolis navibus ad aquandum vehendis sufficiat, perpetuaque ac densa circumvestitur nebula, quæ ali-

quan-

quando nimio folis æftu refolvi videtur &c. At Jonftonus in hiftor. nat. tur. arbor. p. 469. qui hæc ex a Linfchotten recenfet, fubjungit; Johannem Haukins Anglum *multas ejufmodi arbores in Guinea vidiffe, fed nullas quæ tam abundanter aquam ftillarent.* Sufficiat tamen nobis infignem & fenfibus obviam fieri aquæ inhalationem.

7. Experimentis probatum eft, aërem quanquam ad noftros fenfus ficciffimum, definitam adhucdum copiam aquofi continere; fic uncia una falis tartari ficciffimi fere uncias tres aquæ in fe trahit; idem aër calefactus fummopere, intra ampullam quæ tres libras aquæ continere poffet, detentus, fal tartari calidiffimum in ea contentum ita madefecit, ut Experimentum quo offa Helmontii conficitur, non fucceflerit. vid. Boerhav. Chymic. Elem. T. p. 468. Aër ope antliæ pneumaticæ maximam partem ex campana vitrea extractus permittit, ut aqua in eo contenta inftar nebulæ defcendat, & campanam obfufcat; quid igitur fieri debebit, fi univerfa congeries fuperficierum veficularum pulmonalium, fi univerfa corporis fuperficies ita fe habeat, ut plus aquæ inhalet, quam fit in homine fano cœteris paribus? poterit certe ea ratione increfcere hæc inhalatio, qua augetur excretio humidi. Summe igitur probabile eft cutem & pulmones in cafu diabetis fieri quafi magnes aquæ. An igitur ex fola dilatatione renalium tubulorum intelligi poteft caufa hujus profluvii urinæ, an urina dulcis chylofa facit caracterem morbi? reclamant fane experimenta cum urina noftræ ægræ facta, nam fapor fubfalfus, denique magma exhalatione ad ignem facta relictum, quod verum falem urinofum fiftat. Reliqua phœnomena fitis, rubedinis linguæ, fenfus ardoris in membris, fatis intelliguntur, ex cita exhauftione aquofi diluentis fieri debere. Sed illa rofio præcordiorum, dolorque tenfivus & pungitivus ad Lumbos, & coftas fpurias, videtur 1. ad membranæ communis fauces, oefophagum & ventriculum involventis, ftatum quendam fingularem ex ficcitate oriundum, pertinere; ficcitas enim faucium ut & ardor & rofio præcordiorum femper fitim antecedebant in ægrota. 2. Dolor ad coftas fpurias & lumbos, videtur pro caufa agnofcere eundem nifum prefforium, & tenfivum membranarum nervofarum, qui quoque oritur cum menftrui fanguinis excretio præter naturaliter aucta fit, fub quo ftatu magni dolores fæpe ad os facrum & inguina oriuntur.

Ad prognofin hujus morbi quod attinet, morbus ex fua indole gravis & refractarius, in noftra ægra chronicus quidem eft, fed videtur tabem tragædiæ huic finem impofituram. Alias fi graviffimus eft morbus cito fatis ægrum e medio tollere poteft.

Quomodo vero in curatione hujus morbi procedendum fit, id certe ambiguum fatis & obfcurum eft; videmus practicos methodum medendi & auxilia accommodare ad fuas hypothefes, unde alii utuntur adftringentibus, roborantibus & temperantibus, qui vias nimis laxas ac apertas in caufa effe putant, unde tot formulæ adftringentium remediorum repe-

reperiuntur apud practicos, ex corallis, ſuccino, ſpodio, ſanguine draconis, equiſeti decocto vel ſucco expreſſo, roſis rubris pulveriſatis, maſtiche, cort. caſtan. aſſat. cort. granat. myrobalanis citrinis, ſem. portulacæ, nuce moſchata, ſtomacho gallinarum, Eſſ. martis &c. pro interno & externo uſu confectæ. Alii ſolam attemperationem ſuccorum, viſcerum obſtructorum & ſemi-inflammatorum reſerationem tentandam eſſe inculcant, imo adſtringentia tanquam nociva ob metum hydropis ex ſubita conſtrictione oriundi, rejiciunt. Vid Junckeri Conſpect. prax. med. p. 801. Alii ſitim & æſtum extinguentibus remediis contra iſtud malum pugnavêre. Aretæus præter diætam convenientem humectantem & partim ſtomachum roborantem, ex lacte alica cocto, vino adſtringente, hiera purgabat ægrotum, quam Liſterus putat illam eſſe, quam recenſet Scribonius Largus Libr. de Compoſit. Med. præterea theriacam laudat & mithridatia, ac in genere medicamenta ad hydropem curandum pertinentia commendat, & revera compertum mihi eſt, ut ex hiſtoria morbi patet, electuarium illud Sydenhamianum a me ægrotæ propinatum illico ſitim extinxiſſe, quod tamen ingredientibus talibus gaudebat, quæ ſitim potius augere debere videntur; An ſitis ſic extincta fruit, uti alias videmus pauca copia datum ſpiritum vini vel alium liquorem generoſum ad tempus ſitim fallere poſſe? an corroborando viſcera id peregit? utrumque præſtitiſſe crediderim. Harris rhabarbarum laudat in vino canarienſi infuſum, quo ſuſtulit diabetem, ſed unico exemplo curationis. Cl. Michellottus diabeticam illam de qua ſupra diximus, balneo frigido curavit, quod remedium optimum eſſe cenſeo, quoniam vaſa firmat, & liquores ad diſſolutionem pronos compingit. Apparet vero ex curationis hiſtoria, ægram noſtram, omnis generis medicamenta, excepto balneo, uſurpaſſe, non quidem ſemper cum fruſtraneo ſucceſſu, ſed tali tamen, ut ſemper ad priorem ſtatum relaberetur. Plura anguſtia pagellarum & penuria temporis haud permittit, ut de hoc morbo diſſeram. Illud ſaltem rogo ut tenues hoſce conatus in bonam partem accipere dignetur. B. L.

FINIS.

CXIII.

CHRISTIANI GOTTLIEB KRATZENSTEIN

THEORIA FLUXUS DIABETICI MORE GEOMETRICO EXPLICATA.

Halæ 1746 April.

PROOEMIUM.

REm ſane arduam adgreſſus ſum thema medico practicum more geometrico explicaturus. Simile quid tentando quiſque facile hac de re convincetur. Via enim plane nondum trita fuit mihi terenda. Et omnes æqui judices ad meam partem accedent, ſi contendo, hac via eo magis a medicis eſſe incedendum, quo ſæpius eorum ſcientia inculpari ſolet, eam omni certitudine eſſe deſtitutam. Indigeſto enim ordine incedentes rem ſuam bonam male agunt, cum hoſtes e contrario rem ſuam malam interdum optime agant. Minime quidem me fugit complures methodum hancce faſtidire, ſed tantum propter abuſum. Nullatenus itaque rejiciendus erit ejus legitimus uſus & concinna adplicatio; & ſi hæc in præſenti non ſemper exacte a me facta ſit, ſed interdum a conſueto geometrarum rigoroſo more recedat, difficultati id B. L. ut tribuat, eſt quod rogo.

CONSPE-

CONSPECTUS
THEORIÆ DIABETÆ.

Diabetes definitur §. 1. Etymologia vocis oftenditur §. 2. Machinula hydraulica ejufdem nominis recenfetur §. 3. Differentia diabetæ ab urinæ excretionibus copiofis criticis. §. 4. Obfervatio I. Wedelii de diabete §. 5. Obferv. II. cel. Junckeri §. 6. Obferv. III. ejufdem §. 7. Synopfis obfervationum Scaramuccii, Schmidii, a Lebenwald, Hünerwolfii ex A. N. C. §. 8. Differentia diabetæ veri a fpurio §. 9. Raritas hujus morbi & difficultas theoriæ ejufdem §. 10. Difpofitio ad hydropem, unde? §. 11. Oedema gravidarum, unde? §. 12. Hydrops ex ufu chinæ, qui fiat §. 13. Dantur in cute & pulmonibus vafa infpirantia §. 14. Quare fanguis non per ea effundatur §. 15. Aër maximam femper aquæ copiam continet §. 16. Fluida leviora in tubulis capillaribus moventur a parte ampliori ad anguftiorem §. 17. Infpiratio humidi aërei, qui fiat §. 18. Uberior explicatio §. 19. Inde infpiratio poft refrigerationem fubitaneam §. 20. Experimenta duo de tranfitu aquæ immediato in veficam urinariam ex abdomine §. 21. 22. Confirmatio §. 23. Tranfitus hicce, quomodo fiat §. 24. Veficæ ftructura valvulofa §. 25. Vafa brevia & mefaraica in ventriculo & inteftinis extremitates habent apertas, §. 26. Non omnis urina diabeticorum per vafa lactea tranfit, nec per renes fecernitur §. 27. Itidem nec potatorum §. 28. Brevis theoria fecretionis urinæ, ibid. Difpofitio hydropica, quomodo in diabetem degeneret §. 29. Hinc ufus chinæ in febribus, hauftus frigidus, diæta calida, cantharides & fuccus betulæ diabeten excitare poffunt §. 30. 31. 32. 33. Febris anomala, quare interdum accedat §. 34. Motus mechanicus & organicus definiuntur §. 35. 36. Illuftratio §. 37. Omnis motus fit mechanice aut organice §. 38. Cauffa efficiens motus tonici nervorum eft anima §. 39. Objectio folvitur §. 40. Cenfura quarundam hypothefium §. 41. Syftema harmoniæ præftabilitæ non repugnat fyftemati ftahliano; fed harmonifta pfychologicus poteft effe ftahlianus §. 42. Fluxus diabeticus eft labor naturæ abfterforius §. 43. Urina diabeticorum potiffimum ex aëre proficifcitur §. 44. Uberior explicatio §. 45. Confirmatio per ftateram fanctorianam §. 46. Humorum conftitutio alcalina in diabeticis, unde §. 47. Inde colliquatio corporis & fufio pinguedinis §. 48. Ardor & fitis intenfa §. 49. Dulcedo urinæ unde §. 50. Infpiratio in diabeticis fit partim ex conftitutione humorum alcalina, partim ex ftricturis periphericis §. 51. Illuftratio §. 52. Maxima pars per pulmones infpiratur §. 53. Obfervatio VIII. & IX. de confenfu fluxus diabetici cum phafibus lunæ §. 54. Origo hujus fluxus §. 55. Sal urinæ diabeticorum canibus lethale §. 56. Fluxus hic periodicus non pro critico habendus eft. §. 57. Sed ratio ejus latet in ipfa luna §. 58. Actio lunæ in corpus humanum inque fluxum diabeticum explicatur §. 59. Confirmatio per experientiam §. 60.

PARS

PARS PRIMA.

Observationes pathologico practicas recenset, ac inde rationes earumdem stabilit.

DEFINITIO I.

§. I.

Diabetes est morbus chronicus lymphatico serosus, ubi urina cruda, copiosa & plerumque in majori quantitate, ac potus adsumtus fuit, excernitur.

SCHOLION I.

§. 2. *Derivatur hæc denominatio a* διαβαίνω, *pervado; quia nimirum in hoc morbo potus adsumtus vias urinarias libere quasi & celeriter pervadit. Vocatur etiam diarrhœa in urina, hydrops ad matulam, matula inter cutem, dipsacus a* διψάω *potum vehementer expeto, urinæ sipho.*

SCHOLION II.

§. 3. *Ad analogiam hujus morbi machinula quædam hydraulica diabetæ nomen sortita est.* Fig. I. *Hæc poculum repræsentans ea gaudet proprietate, ut ad summitatem usque fluido repleta omnem liquorem per ductus absconditos quasi emingat, minus vero impleta omnem retineat. Constructionem ejus vide in* Wolfii *elem. hydraul.* §. 72.

COROLLARIUM.

§. 4. Quoniam in diabete urina cruda ejicitur, hinc differt ab excretionibus urinæ copiosis criticis, ubi urina cocta adparet.

OBSERVATIO I.

§. 5. *Vir quidam magni nominis a scabie antea medicamentis ordinariis liberatus anno sequenti, vere ineunte, ad præservationem bibit per vices ultra* 15. *mensuras succi betulæ fere corrupti. Orta inde est fortis humorum versus renes congestio. Sitis urgebat maxima. Calor accedebat intensus, & quotidie copiam urinæ potu triplo sextuplove majorem excernere cogebatur cum partium odaxismo. Omnibus specificis internis & externis martialibus ipsisque*

sisque opiatis frustra adhibitis, convulsivis tandem motibus accedentibus moriebatur (*a*).

OBSERVATIO II.

§. 6. *Studiosus quidam theologiæ, studiis avide inhians, per frequentes lucubrationes spissitudinem sanguinis & inde malum hypochondriacum sibi contraxerat. Huic malo symptomatis instar junctus erat adfectus diabeticus adeo effrenus, ut nocturno tempore somno occupatus frequentissimo stimulo diuretico tandem non amplius obedire potuerit, matulam petendo. Quo factum est, ut lectus per brevi erosus fuerit. Urina erat cruda absque sedimento, potum adsumtum quantitate ter circiter superantem. Emaciabatur corpore toto. Conspirabant fluxus hæmorrhoidalis & motus febriles anomali. Cel.* Junckerus *in auxilium vocatus adhibuit pulverem digestivum* (*b*), *pilulas balsamicas* (*c*) *& mixturam resolventem* (*d*) *cum speciebus Paracelsi* (*e*). *Quibus licet per longum tempus frustra adhibitis & spe restitutionis fere abjecta, æger nihilominus, indocilis morbum pati remediorumque insatiabilis, per integrum annum eorum præscriptionem efflagitabat. Anno peracto fluxus diabeticus tandem sensim remisit & simul a principali malo, hypochondriaco scilicet, liberatus abiit, jamque in conjugio prolifero vivens munere ecclesiastico sibi demandato optime fungitur.*

OBSERVATIO III.

§. 7. *Orphanus quidam juvenis, ad humaniora studia nimis tenaciter incumbens, circa annum ætatis suæ* 18. *longum per tempus de pathematibus hypochondriacis conquestus est. His paulo post supervenit copiosissima urinæ dejectio, ita, ut quovis fere momento exonerationi vesicæ indulgere coactus fuerit. Unde, æque ac præcedens, somno sepultus stimulumque non attendens lectum sæpissime inquinavit. Siti præterea intensa vexatus aquam frigidam copiose ingurgitavit. Tandem malum hypochondriacum ad ἀκμὴν perductum delirium induxit; qua in insania cujusvis obvii faciem sputo conspurcavit, inquiens: Pfui, du Teufel! Superveniente denique febre hectica corpore toto tabidus factus diem obiit supremum. Cadaveris abdomine aperto status viscerum induratus copiosæque glandulæ mesenterii induratæ & tumefactæ in conspectum venerunt, quarum nonnullæ nucis juglandis magnitudinem æquabant & ramo majori venæ portæ erant superstratæ, quæ adeo sanguinis progressum in ea notabiliter retardare debuerunt* (*f*).

OBSER-

(*a*) *Wolfg. Wedelius* in A. N. C. D. I. A. II.
(*b*) Vid. §. 61. formul. 6.
(*c*) V. §. c. formul. 8.
(*d*) L. c. formul. 7.
(*e*) L. c. formul. 4.
(*f*) Ex relatione & autopsia Cel. *Junckeri.*

§. 8. D. SCARAMUCCIUS *refert de religiosa quadam vestali in territorio florentino, quod febre per usum corticis chinæ suppressa in fluxum diabeticum inciderit & per diem XX. mensuras vel XXXX. lb. minxerit.* (g) D. SCHMIDIUS *casum recenset de viro quodam generoso, cholerico, qui ex nimio aromatum & vini generosioris usu eundem adfectum sibi contraxit, & singulis noctibus X. vel XII. mensuras & ultra per urinam reddidit, adsumtis licet per diem tantum mensuris IV. Addit præterea malum hocce per usum TR. miner. martis solar. TR. terr. catechu, TR. corall. Croc. Martis adstringent. & pulvere ex antihect. Poter. ebor. s. igne, croc. Martis c. laudan. opiat. gr. ij. per mensem continuatum, sublatum fuisse.* (h) D. a. LEBENWALD *de puero XVI. annorum historiam refert, qui ex haustu frigido, corpore in itinere æstuante sumto, enormem in diabeten delapsus sit, ita, ut una nocte non raro XV. mensuras aquæ frigidæ minxerit, quam primum ingesta fuisset. Ardorem in pectore tantum adfuisse narrat, ut adposita nive & glacie pro refrigerio opus habuerit, perque adstringentia & sitim extinguentia eum curatum esse perhibet.* (i) *Denique* D. HÜNERWOLFIUS *observationem recenset de puella VI. annorum, quæ post curatam urinæ incontinentiam ophthalmiam passa a vesicatorio ex cantharidibus lethalem in diabeten inciderit* (k). *Symptomata consueta a dictis practicis adnotata fuere: sitis immodica, virium prostratio, colliquatio corporis, æstus & dolor præcipue in regione lumbari, tensio, elevatio & durities abdominis cum totius corporis strictura peripherica.*

SCHOLION I.

§. 9. *Occurrit quoque apud practicos mentio de alia quadam urinæ præternaturali constitutione, quæ* diabetes spurius *dicitur, & a vero diabete in eo sese distinguit, ut hic urina non ita quoad copiam sed potius quoad consistentiam peccet. Hujus vero indoles, cum peculiarem sibi exposcat theoriam non commode ejus explicationem simul in præsenti adjungere licet.*

SCHOLION II.

§. 10. *Rarissimos sane inter adfectus diabetes verus locum obtinet. Bis enim tantum* GALENO, (l) *bis* BLANCARDO (m) *bisque* cel. JUNCKERO *in amplissima*

g) in A. N. C. D. I. A. X.
h) l. c. D. II. A. 2. Observ. 124.
i) in A. N. C. D. II, A. IX.
k) l. c. D. I. A. 2.
l) de loc. adf. P. VI. C. 3.
m) Anatom. reform. c. 25.

[illegible] nostris amplissima licet [illegible] atque intricata est ejusdem theoria, & hæc difficultas præcipue in fontis & aquæductuum, adeo ingentem urinæ quantitatem suppeditantium, determinatione consistit. Nihilominus ad eam enodandam adgredimur & ponimus.

THEOREMA. I.

§. 11. *Ex constrictione venarum itemque ex obstructione, infarctu & ulceratione viscerum circa vasa sanguifera majora hydrops inducitur.*

DEMONSTRATIO.

In concursu arteriarum cum venis simul connectuntur Fig. II. vasa lymphatica (per observ. anatomic.) quorum anastomosis speciali nomine diapedesis vocatur. (o) Jam si venæ aut per tunicam ipsarum nerveam, aut per nervorum ramulos, quibus passim cinguntur, constringuntur & coarctantur; venæ sanguinem ab arteriis advectum non omnem revehere possunt. Hinc propter validum impulsum sanguinis vasa lymphatica inosculata dilatantur magnamque seri copiam ex sanguine recipere & transvehere coguntur. Vasa lymphatica vero per substantiam viscerum & integumenta corporis nostri passim distributa serum neutiquam in tanta copia transvehere possunt, in quanta sub hac præternaturali constitutione advehitur. Unde necessario partium, in quibus decurrunt, inflatio, tumor & hydrops. Accedente vero majori horum tenuissimorum vasorum expansione propter defectum resistentiæ passim prorumpunt vesiculæ in eisdem, hydatides dictæ, quæ tandem disruptæ majorem seri copiam in cavitates corporis nostri effundunt fontemque continuo stillantem constituunt; unde tumor celeriora incrementa capiens hydropem tandem universalem inducere valet. Idem a posteriori comprobavit *cel.* BLANCARDUS (p) denudata enim in cane vena crurali eam filo ligavit vulnusque consolidavit. Tum paucos post dies canis hydrope correptus est. Religata iterum vena hydrops brevi evanuit. Q. E. primum.

Quoniam stases sanguinis, obstructiones & infarctus in visceribus efficientes, præcipue in vasis venosis ob minorem eorum tonum contingunt; ulcerationes vero præterea ob erosa vasa lymphatica & tenuiora sanguifera serum plorant; hinc ex obstructione, infarctu & ulceratione viscerum per modo allatas rationes corpori hydrops, plerumque tamen particularis tantum, inducitur. Q. E. D.

COROL-

n) Obs. II. & III.
o) TEICHMEYER in anthropolog. p. 112.
p) Anatom. reform C. 25.

COROLLARIUM. I.

§. 12. Quoniam in gravidis ultimis mensibus venæ crurales per extensam uteri molem valde comprimuntur, ideo ob retardationem sanguinis in pedibus, ex quibus vena recurrit, eisdem plerumque hydrops vel œdema inducitur.

COROLLARIUM. II.

§. 13. Quum per usum corticis chinæ aliorumque adstringentium in febribus consuetorum nervi ventriculi, ex pari vago prodeuntes, fortius contrahantur; par vero vagum, cum intercostali perplexum, plurimis & in thorace & in abdomine visceribus, ut hepati, lieni & renibus ramulos largiatur: hinc ex consensu nervorum venæ horum viscerum a nervulis cinctæ constringuntur & infarctum visceris efficiunt. Unde febricitantes ex improvido horum adstringentium usu sæpius infarctus hepatis & œdema pedum incurrunt.

THEOREMA. II.

§. 14. *Dantur in superficie corporis nostri externa itemque in pulmonibus vascula & pori resorbentes, qui cum vasis venosis connexi sunt, & humiditates externas in sanguinem devehunt.*

DEMONSTRATIO.

Patet hoc:

I. Ex salivationis negotio, ubi unguenta mercurialia carpis, tarsis & flexuris inuncta brevi tempore ad glandulas salivales usque penetrant, & per sputum rjeiciuntur.

II. Ex actione cantharidum: quorum sal volatile caust'cum, si manu tantum tenentur, brevi tempore ad vias urinarias usque penetrat & stranguriam excitat.

III. Ex urinæ odore violaceo, qui ei per solam terebinthinæ adplicationem ad exteriorem cutis superficiem conciliatur.

IV. Ex effectu cathartico emmenagogo & anthelmintico emplastrorum purgantium, uterinorum & anthelminticorum umbilico impositorum. Dantur ergo in cute exteriore vasa inspirantia vel resorbentia. Q. E. primum.

Observantibus *cel.* HALLERO aliisque eximiis anatomicis flatus per arteriam asperam in pulmones missus per venam pulmonalem iterum egreditur; licet adeo lenis fuerit, ut ruptio vasorum inde fieri nullate-

nus potuerit, ideoque extremitates arteriæ aſperæ cum extremitatibus venæ pulmonalis per anaſtomoſin conjunctas eſſe ſequitur; Fig. III. id quod etiam injectiones oſtendunt. Deinde ex exaltatione coloris ſanguinis venoſi in pulmonibus rite concludere licet, eam ex acceſſione acidi univerſalis, quod in aëre hæret, (JUNKER. *el. chem. T. II. p.* 203.) proficiſci. Acida enim colorem ſanguinis exaltant. Ideoque etiam pulmones gaudent vaſis reſorbentibus. Q. E. alterum.

Vaſa hæc reſorbentia aut arteriis aut venis debent eſſe inoſculata. Arteriis nequeunt, impulſus enim ſanguinis arterioſi inſpirationem inhiberet; ſed horum extremitates ad tranſpirationem potius erunt idoneæ. Ergo poros reſorbentes cum vaſis venoſis eſſe connexos neceſſe eſt. Q. E. D.

SCHOLION.

§. 15. *Ne cui mirum videatur, quod patentibus adeo venarum extremitatibus præſertim in pulmonibus neque ſanguis neque ſerum effluat, ſequenti hoc experimento phyſico illuſtrare placet. Si recipias tubum vitreum A. B. pollicaris vel etiam ſemipedalis diametri, eique in B. jungas tubulum capillarem vitreum anguſtiſſimum, aliquot pollices longum, utrimque apertum & aqua repletum, in tubum ampliorem* Fig. IV. *A. B. ad aliquot pedum altetudinem poteris aquam infundere abſque ejus per vas capillare effluxu. Quum enim fluida premant non ſecundum quantitatem vel molem, ſed ſecundum altitudinem* (WOLFII Elem. Hydroſtat. §. 48.) *perinde erit, ac ſi tubus major cum capillari ejusdem eſſet diametri. Jam vero in tubulo capillari anguſtiori aqua ad duorum circiter pedum altitudinem per vim tubuli attractricem ſuſpenditur, unde major moles aquæ in tubulo ampliori vi hujus attractionis a tubulo capillari ad eandem fere altitudinem ſuſtentari poteſt. Dico fere; aliquid enim ſecedit propter imminutam rationem ſuperficiei interioris tubi amplioris ad molem aquæ. Superficies enim creſcit tantum in ratione ſimplici, moles vero in ratione duplicata diametrorum. Unde relative minor eſt actio tubi amplioris in aquam, quam tubuli capillaris. Interim tanquam maxime paradoxon experimentum poteſt conſiderari, quod per cohæſionem unius guttulæ aqueæ cum tubulo capillari infinita aquæ moles ſuſtentari poſſit. Jam adplicatio eſt facilis. Quum enim ſecundum dimenſionem* LEUWENHOECKII *extremitates venarum circa anoſtomoſes & pori cutanei quovis tubulo capillari artificiali multo minores ſint; cohæſio etiam ſeri cum iiſdem impulſui & eruptioni ſanguinis in ſtatu naturali facile reſiſtere poterit.*

THEOREMA III.

§. 16. *Aer quovis tempore, cælo etiam optime ſereno, maximam vaporum aqueorum copiam continet.*

DEMON-

DEMONSTRATIO.

I. *Cel.* TEICHMEYER (q) phialam vitream thermometricam amplioris colli replevit oleo vitrioli rectificatiſſimo, eamque diebus canicularibus aëri expoſuit, ubi in ſcala ad collum adplicata adnotavit, liquorem diebus ſicciſſimis æque ac pluvioſis & nebuloſis notabiliter increſcere.

II. Idem *vir. cel.* recepit ſal tartari vel alcali fuſum, idque ſicciſſimo aëri expoſuit, ſic una nocte ex humiditate attracta diffluxit in oleum ad triplum pondere auctum.

III. Idem *vir. excell.* vitrum cylindricum ſicciſſimum diebus canicularibus implevit mixtura ex glacie & ſale communi. Deprehendit deinde ſpatio unius horæ cruſtam glacialem, pruinæ ſpeciem referentem, exterioribus vitri lateribus eſſe accretam, craſſitie digitum minorem fere ſuperantem. Aer itaque, etiam adparenter ſicciſſimus, maximam aquæ copiam continet. Q. E. D.

LEMMA.

§. 17. *Guttula fluidi in tubulum capillarem inæqualis amplitudinis immiſſa movetur a parte ampliori ad anguſtiorem.*

DEMONSTRATIO.

Sit tubulus capillaris inæqualis amplitudinis Fig. V. *A. B.* eique in *B.* guttula aquæ immiſſa. Jam hæc guttula a lateribus vitri attrahitur ſecundum lineas perpendiculares *c d*, *e d*; omnis enim actio corporis in corpus fit ſecundum lineam perpendicularem. (per princip. phyſic.) Hæ vero perpendiculares *c d*, *e d* ob obliquitatem laterum etiam efficiunt angulum obliquum. Ideoque, quia corpus per vim compoſitam impulſum, ubi vires angulum obliquum conficiunt, in linea diagonali parallelogrammi virium movetur; etiam guttula *B.* in diagonali *d A.* parallelogrammi *d c*, *A e*, a parte ampliori verſus anguſtiorem ut moveatur neceſſe eſt Q. E. D.

THEOREMA IV.

§. 18. *In ſtrictura cutis peripherica corporis vivi contingit humidi aëreï inſpiratio; in relaxatione vero cutis peripherica tranſpiratio.*

(q) Elem. phyſ. p. 133.

DEMONSTRATIO.

Cutis eſt integumentum poroſum ex innumeris fibris contextum. Jam ſi integumenti poroſi fibræ contrahuntur, corporis, quod cingit, extenſione eadem manente, pori neceſſario ampliari, ſi vero fibræ relaxantur, coarctari debent. Evidentiſſime hoc adparet, ſi linteum aut rete circa corpus quoddam undique æqualiter diſtenditur & relaxatur.

Pori præterea cutanei cum venis cutaneis communicantes conſtituunt tubulos capillares, in quibus fluida ſibi relicta ſecundum leges attractionis moventur a parte ampliori verſus anguſtiorem (§. 17.)

Jam in ſtrictura cutis peripherica hi tubuli capillares in exteriori ſuperficie aërem contingente magis ampliantur, quam in interiori cutis parte; hinc fluida ſub hac cutis conſtitutione in dictis tubulis ab exteriori ſuperficie ad interiorem moveri debent.

Porro vaſa corporis noſtri aqua ſunt ſpecifice graviora; ideoque ex legibus cohæſionis humida aquea adtrahunt (KRüGER *Phyſ.* §. 200. 201.) Jam in aëre cutem ambiente copioſi ſemper hærent vapores aquei (§. 16.), qui idcirco a dictis tubulis capillaribus attrahi & verſus interiorem cutis partem moveri debent, ubi aut ſanguini in venis, quibus cum communicant, immiſcentur, aut in cavitates interiores corporis penetrant. Hinc in ſtrictura cutis peripherica corpus vivum inſpirat. q. e. primum.

Si fibræ vero cutaneæ relaxantur, pori in exteriori ſuperficie coarctantur, ideoque repræſentant tubulos capillares, quorum anguſtior pars aërem ambientem, amplior vero vaſorum ſanguiferorum, quibuscum communicant, extremitates reſpicit; hinc humores ex ſanguine intrantes verſus anguſtiorem partem in exteriori cutis ſuperficie moventur & per leges motus particularum ignearum, quibuscum cohærent, protinus in aërem ambientem in forma vaporum abeunt. Ideoque in relaxatione cutis peripherica corpus vivum tranſpirat. Q. E. D.

SCHOLION.

§. 19. *Supponimus in hoc theoremate quod aëris temperies eadem maneat. Hæc enim ratione caloris aut frigoris, humiditatis aut ſiccitatis aut levitatis tranſpirationem & inſpirationem admodum alterat. Supponimus quoque vaſa inſpirantia uſque ad anaſtomoſin venarum cum arteriis in amplitudine non ſenſibiliter creſcere. Id quod etiam neceſſarium eſt, quia alias cohæſio ſeri cum vaſculo non ſufficeret ad ſanguinis egreſſum cohibendum* (§. 15.) *Teſtantur id quoque obſervationes microſcopicæ.*

§. 20. Quoniam calente & relaxato corpore aëris frigidi fubitaneus contactus notabilem admodum ftricturam cuti inducit ; hinc tranfpirationis fuppreffio, feri nocivi infpiratio ejufque per poros reforbentes ad fanguinem regreffus.

EXPERIMENTUM I.

§. 21. *Canis in abdomen exigua incifione apertum aquæ tepidæ uncias VI. injecimus vulnufque confuimus. Hæc aqua injecta intra aliquot horas omnis per vias urinarias foras demandata, nihilque veftigii ejus in abdomine denuo aperto relictum fuit.*

EXPERIMENTUM II.

§. 22. *Eodem in cane protinus ambo ureteres filo cerato ligavimus, vulnus confolidavimus & majoris certitudinis gratia veficam ab omni lotio ope catheteris exoneravimus. Nihilo minus canis potum paullo poft avide ingurgitans, urinam per confuetas vias reddidit.*

SCHOLION.

§. 23. *Idem pofterius experimentum fimili cum eventu jam inftituit* illuftris focietas anglicana, *ejufque in tranfactionibus fuis philofophicis mentionem fecit.*

COROLLARIUM I.

§. 24. Quoniam in pofteriori experimento ubi ureteres erant ligati, aqua haufta nullatenus immediate ex fanguine per renes ad veficam deferri potuit; hinc eam ex fanguine vel inteftinis per vafa lymphatica in abdominis cavitatem defluxiffe & abhinc tunicas veficæ penetrando ad mare microcofmicum delatam effe neceffe eft.

COROLLARIUM II.

§. 25. Quoniam tunica veficæ urinariæ aquæ ab exteriori parte ad interiorem tranfitum concedit, non ita vero, teftante id ifchuria, ex interiori ad exteriorem partem; hinc textura hujus membranæ valvulofa effe debet, ita, ut valvulæ exterioribus humoribus tranfitum concedant, interioribus vero præcludant.

THEO-

THEOREMA V.

§. 26. *Venæ mesaraicæ & vasa brevia in cavitatem ventriculi & intestinorum hiantia emittunt oscula.*

DEMONSTRATIO.

Hæc fluit:

I. Ex communi venarum natura, quum earum extremitates apertæ sint in cutis peripheria, ibique inserviant ad poros resorbentes (§. 14.), nec non in pulmonibus, ubi ad acidum universale ex aëre attrahendum dispositæ sunt (§. c.) denique & in utero materno, ubi aperturæ adeo manifestæ sunt & patulæ, ut uterus per flatum in venam hypogastricam immissum expandi queat.

II. Ex observatione illa, quod aqua in ventriculum, circa cardiam & pylorum deligatum, ingesta, per vasa brevia decurtata iterum exstillet.

III. Ex vasorum lacteorum absentia in volucribus oviparis, unde in hisce animalibus omnis chylus necessario per venas mesaraicas sanguinem ingredi debet.

IV. Ex injectionibus Ruyschianis, ubi cera per venam mesaraicam infusa in cavum intestinorum penetravit r); hinc venarum mesaraicarum extremitates in intestinis apertas esse necesse est. Q. E. D.

THEOREMA VI.

§. 27. *Non omnis urina diabeticorum vasa lactea transgredi potest, sed etiam, partim mediate per vasa brevia & venas mesaraicas, partim vero immediate ex cavitate abdominis, in quam aut ex cellulositatibus inhalavit, aut ex læsis vasis lymphaticis deposita est, in vesicam defertur.*

DEMONSTRATIO.

Ex observationibus anatomicis constat, quod si diameter venæ jugularis ponatur $= 1$, diameter venæ subclaviæ sit $= 2$ & trunci superioris venæ cavæ $= 4$, ductus thoracici $= \frac{1}{2}$; ideoque quadratum diametri subclaviæ $= 4$, trunci venæ cavæ $= 16$, ductus thoracici $= \frac{1}{4}$. Quia $4 : \frac{1}{4} = 16 : 1$, hinc tantum $\frac{1}{16}$ chyli ratione portionis sanguinis simul dum sanguine subclaviam sinistram transire potest. Porro, si quantitas sanguinis ex superioribus & inferioribus partibus per venam cavam ad cor rediens æqualis ponitur, erit portio sanguinis per subcla-

(r) RUYSCH Adv. anat. D. II. p. 87.

fubclaviam finiftram decurrens $\frac{1}{4}$ ejus, quæ per truncum fuperiorem venæ cavæ ad cor revehitur, hinc chyli portio ejufdem eft $\frac{1}{64}$. Jam fi ex obfervationibus phyfiologicis fupponimus integram quantitatem fanguinis circulantis effe == 50. ℔. quæ intra 11 minuta prima circuitum fuum femel, ideoque intra unam horam $5\frac{1}{2}$ ies abfolvat, erit portio fanguinis intra horam per truncum fuperiorem venæ cavæ defluens == 25 ⋈ $5\frac{1}{2}$ == $137\frac{1}{2}$ ℔. Unde chyli quantitas, fi eadem celeritate, qua fanguis veheretur, intra horam foret == 137 : 64 == $2\frac{1}{7}$ lb. prope. Quum vero celeritas chyli procul dubio plus quam decies minor effe debeat celeritate fanguinis; hinc per horam circiter $\frac{1}{7}$ lb. & per diem 5 lb. chyli per ductum tranfire poterunt. Confirmatur hic calculus per obfervationes fanctorianas, fecundum quas per diem de 8 lb. per cibum & potum adfumtis 5 lb. per tranfpirationem iterum abeunt. Hinc etiam totidem libras in fanguinem tranfvectas fuiffe neceffe eft. Quum jam quantitas urinæ diabeticorum in una nocte vel 12 horarum fpatio 10, 12 & 15 menfuras vel 20, 24 & 30 libras efficiat, (§. 5. 8.) hinc tanta humorum copia neutiquam per ductum thoracicum vel vafa lactea poteft effe tranfgreffa. q. e. primum.

Quum vafa brevia & venæ mefaraicæ hiantia in cavitatem inteftinorum emittant ofcvla (§. 26.), eisdem venis vero per arteriam mefaraicam; utpote anguftam admodum, parum tantum fanguinis advehatur; & præterea venæ fere duplo majoris fint diametri, ideoque ad quadruplum fanguinis vehendum capaces; hinc per leges hydraulicas modo fiphonum humidum chylofum ofculis fuis abforbent & immediate fanguini immifcent. q. e. alterum.

Quoniam veficæ urinariæ membrana valvulofa aditum humidis ab exteriori ad interiorem partem concedit (§. 25.) hinc ferum in abdomen depofitum (§. 18.) immediate veficam urinariam intrare poteft. Q. E. D.

SCHOLION.

§. 28. *Viam fic monftravimus apertam, a quovis facile reperiundam, per quam urina in potatoribus adeo celeriter ad vias urinarias deferri poffit, ut adeo non opus fit abfconditas quærere; & quoniam ardua eft fecretionis urinæ theoria, non injucundum fore duximus, fi eam ex noviffimis principiis phyficis ftabilitam ad theoriam diabetæ eo magis completam reddendam hic fubjungeremus. Fluit ea nimirum ex theoria tubulorum capillarium, quæ docet, ejufmodi tubulum id tantummodo liquoris genus attrahere, quo femel fuerit imbutus. Itaque, fi e. g. filtrum ex charta bibula formatum prius oleo imbuatur & deinde mixtura ex oleo & aqua ei infundatur, folum oleum per filtrum tranfit, aqua vero remanet. Si vero aqua antea madefactum fuerit, ea fola poftea tranfit oleo relicto. Conftat enim*

 ejuf-

ejusmodi filtrum ex innumeris tubulis capillaribus. Quum jam structura renum vasculosa & ramificationes ureterum in renibus similem congeriem tubulorum capillarium, cum arteriis & venis per diapedesin immediatam vel per glandulas conjunctorum, repræsentant; hinc vasa secretoria semel urina imbuta nihil præterea nisi urinam ex sanguine in statu naturali transmittere & colare possunt. Non itaque opus est fermentatione sanguinis in renibus & urinæ transudatione; neque singulari pororum secernentium figura, quæ tantum similia corpuscula transmittat; neque certa quadam eorumdem amplitudine, paullo minori ea, quam habent vasa sanguifera, ut ita tantum minores particulæ serosæ transire possint, ut placet cel. BOERHAAVIO (r); *alias enim lympha, bilis, saliva & similia itidem per renes secernerentur; vel si harum particulæ crassiores fingantur, urina, utpote tenuior, etiam per vasa secretoria bilis, lymphæ nutritiæ & succi pancreatici, quippe ampliora, secerni deberet. Sed vi hujus theoriæ, secretionis vasa secretoria possunt esse ubicunque æqualis immo ejusdem cum extremitatibus vasorum sanguiferorum amplitudinis; nihilo minus tamen cohæsio fluidi, quo semel imbuta fuerint vasa secretoria, cum lateribus horum vasorum omnem heterogeneorum adfluxum arcere poterit.*

THEOREMA VII.

§. 29. *Dispositio ad hydropem accedentibus stricturis periphericis & stimulo diuretico in diabeten degenerat.*

DEMONSTRATIO.

In dispositione corporis ad hydropem occurrunt constrictiones vasorum venosorum, eorumdem obstructiones in visceribus immo vasorum minorum, per ulcerationem erosiones; inde lymphæ & seri in cellulositatibus viscerum & membranarum stagnatio vel earumdem in abdomen effusio. (§. 11.) Jam si stricturæ cutis periphericæ accedant, transpiratio quoad maximam partem suffflaminatur (§. 18.) ideoque humores neque per sudorem abire, neque in cellulositate cutis persistere poterunt, sed partim ex abdominis cavitate immediate vesicæ tunicam penetrabunt; (§. 27.) partim mediantibus vasis resorbentibus in sanguinem revecti per renes copiose secernentur. Quodsi stimulus diureticus accedat, qui, si ab eo, quod qualitas humorum ad eum contribuat, discedimus, ex constrictione venæ emulgentis per ramos intercostalis nervi oritur; serum & lympha continuo & copiosius secernentur; adeoque propter sanguinem humoribus suis sic spoliatum glandulæ fauces irrigantes exsiccantur, sitis immodica oritur, ad quam exstinguendam potus avide ingurgigatur. Hic vero partim mediate per vasa lactea, brevia &

(r) Inst. med. §. 359.

& per venas mefaraicas (§. 27.) partim autem immediate per fupra dictas præternaturales vias ex abdomine ad veficam defertur & protinus excernitur; quæ fcena, fic in circulo progrediens, diabetes infcribitur. Q. E. D.

COROLLARIUM I.

§. 30. Quoniam ex ufu corticis chinæ aliorumque adftringentium in febribus corpori difpofitio hydropica inducitur (§. 13.); hinc febri per adftringentia corruptæ fluxus diabeticus facile fupervenire poterit. q. e. ad explicand. obf. IV.

COROLLARIUM II.

§. 31. Quia potus frigidus, corpore æftuante fumtus, ftafes fanguinis in hepate, liene & pancreate, & fubinde inflammationes, obftructiones & infarctus horum vifcerum efficit, unde corpori difpofitio hydropica inducitur (§. 11.), hinc ex ejufmodi hauftu frigido etiam diabetes facile originem trahere poteft. q. e. ad explicand. obf. VI.

COROLLARIUM III.

§. 32. Quoniam vini generofioris & aromatum calidorum nimius ufus orgafmum fanguinis excitat, quo remittente cb vaforum præternaturalem expanfionem facile ftafes fanguinis remanent; hinc ex dictorum abufu diabetes fimiliter excitari poteft. (§. 11. 29.) q. e. pro explicand. obf. V.

COROLLARIUM IV.

§. 33. Quum cantharides & fuccus betulæ copiofo & acerrimo fale cauftico alcalino conftent, quod ingentem ftimulum diureticum excitare valet; hinc quoque ex horum ufu improvido adfectus diabeticus evenire poterit. q. e. ad explic. obf. I. & VII.

COROLLARIUM V.

§. 34. Quoniam ftafibus vifcerum inflammatoriis febris fupervenire folet; hinc etiam fluxui diabetico nonnunquam febris anomala vel tandem hectica jungitur. q. e. ad explic. obf. III.

DEFINITIO II.

§. 35. *Motus corporis* contingit *pure mechanicus*, fi omnia phænomena & effectus ejufdem ex illius conftructione mechanica fluunt.

DEFINITIO III.

§. 36. *Organicus* fit *motus*, fi motus & effectus machinæ quidem per ejufdem ftructuram mechanicam modificantur, ipfa vero machina ab ente cogitante in motum concitatur.

SCHOLION.

§. 37. *Optime hæc differentia dignofcitur in organo mufico, in quo, fi ponderum ope cylindrus phonotacticus circumvolvitur, claves feriens & fic melodias ludens; motus hujus organi eft mere mechanicus. Accedente vero organœdo eoque organi claves feriente, motus contingit organicus. Ex eodem fimili egregie illucefcit differentia theoriæ ftahlianæ a* mechanicis *principiis in arte fanandi; fecundum hæc enim motus voluntarios & involuntarios tanquam muficam cymbali mechanici,* eines Glockenfpiels oder Singeuhr, *nobis concipimus. Prior vero theoria corpus humanum confiderat tanquam organum, in quo organœdus, prout res exigit, pro arbitrio modulari poteft; quum præcedens machina nihil nifi melodias cylindro phonotactico infixas ludere valeat.*

COROLLARIUM.

§. 38. Hinc omnis motus in corpore humano fieri debet aut pure mechanice aut organice, non enim datur tertium.

THEOREMA VIII.

§. 39. *Conftrictiones & relaxationes nervorum in corpore vivo non pure mechanice fiunt, fed earum cauffa efficiens eft anima.*

DEMONSTRATIO.

I. Si enim motus nervorum ex cauffis internis vel externis excitatus pure mechanice produceretur, is ex eorum fola ftructura mechanica deberet effe explicabilis. Porro, fi motus fieret mere mechanice, is non major deberet effe cauffa motum efficiente. Jam vero fi e. g. tunica nervea aut ipfe nervus acu leviter pungitur, horrendi motus convulfivi toto in corpore oriuntur, qui vim ejufdem hominis in ftatu naturali longe fuperant. Ideoque hoc in cafu motus contingunt nervorum cauffam adparenter efficientem longe fuperantes; cauffa itaque adparens, punctio fcilicet, non fuit cauffa efficiens. Ideoque motus nervorum non ex fola eorumdem ftructura mechanica explicari poffunt. Q. E. primum.

Jam

Jam vero motus omnis machinæ itemque corporis humani fit pure mechanice aut organice (§. 38.); ideoque motum nervorum constrictorium & relaxatorium organice fieri necesse est: caussa ergo ejus efficiens est anima.

II. Idem cognoscere licet a priori, si perpendamus quinam motus nervorum ex legibus mechanicis contingere debeant, si a corrosivis vel causticis potentialibus arrodantur. Hæc autem, sint alcalinæ aut acidæ indolis, agunt in nervorum substantiam instar cuneorum, qui in interstitia ejus penetrando, partes solidas findunt, immo solutionem continui efficiunt. Tantum itaque abest, ut motum adstrictorium per operationem mechanicam in nervis efficere possint, ut potius contrarium insequi debeat. Nihilominus tamen re vera in corpore vivo motus nervorum constrictorius arrosionem a corrosivis insequitur, & præterea per adfluxum humorum inde excitatum corrosivum diluitur ejusque vis infringitur. Quapropter motus nervorum in actionibus vitalibus non pure mechanice fieri possunt. Q. E. D.

SCHOLION I.

§. 40. *Non hic nobis res est de constrictionibus & relaxationibus nervorum in quantum hæ per aërem frigidum aut calidum, humidum aut siccum producuntur; quamquam & hæc alteratio longe major sit in corpore vivo quam in mortuo; sed de iis tantum, quæ ad sic dictas actiones vitales pertinent.*

SCHOLION II.

§. 41. *Admodum itaque falluntur ij, qui ipsam machinam humanam adeo affabre fabricatam esse putant, ut semet ipsam per motus a materiis peccantibus productos a læsione conservare easque eliminare possit. Nec ad eorum sententiam accedere possumus, qui sensationem semper insequi motum proportionalem statuunt: Innotuerunt enim e. g. duo notabiles casus, qui* Celeb. JUNCKERO *in praxi sua amplissima obvenerunt, ubi in priori rusticus quidam admoto ad labra cantharo semper epilepsia correptus fuit. Posteriori in casu puerulus ad auditum nominis servatoris nostri, Jesu Christi, in eundem morbum comitialem delapsus est. Sequitur potius motus sensationem, prout materia peccans aut majus aut minus periculum minatur, vehemens aut moderatus, ut e. g. puncturam nervorum vehementissimus, quia præsentissimi & maximi est periculi. Nec obstat thesi nostræ, quod is quandoque etiam contingat erroneus & excedens, nec eventus intentioni semper respondeat, quum ejusmodi etiam prudentissimis politicis in actionibus suis contingat.*

SCHOLION III.

§. 42. *Quamquam obſervationes allatæ evidentiſſime noſtram theſin ſtabiliant; attamen minime mihi blandior, quemquam modernæ metaphyſicæ addictum ad theoriam ſtahlianam acceſſurum fore, quia quiſque ſibi perſuaſum habet, theoriam hancce ſtahlianam influxum phyſicum, ex moderna metaphyſica rejectum, ſupponere. Sed age, oſtendam, ſyſtema harmoniæ præſtabilitæ optime cum ſyſtemate ſtahliano convenire, & quod harmoniſta poſſit eſſe ſtahlianus, & ſtahlianus harmoniſta. Diſtinguunt noviſſimi metaphyſici* (s) *influxum pſychologicum in idealem & realem. Idealem vocant harmoniam præſtabilitam, poſteriorem phyſicum influxum adpellant. Ad horum differentiam explicandam ponamus duo entia A & B, & A agat in B, & inde producatur mutatio C. in ente B. Si jam hæc mutatio C. ſolummodo dependeat ab actione A in B. & B per propriam vim ſuam nihil ad hanc mutationem C. contulerit, ſed paſſive tantum ſe habuerit, ejuſmodi influxum ex ſententia Ariſtotelis vocant phyſicum. Si vero mutatio C. non ex ſola actione entis A in B, ſed ex parte ex vi propria ipſius B dependeat, i. e. ſi ens B non mere paſſive ſe habuit, ſed actione ſui ipſius aliquid ad mutationem C contulit; influxus entis A in B dicitur idealis, vel in pſychologicis harmonia præſtabilita. Jam facile demonſtrant influxum phyſicum, qualem Ariſtoteles ſtatuit, neque in pſychologicis neque in phyſicis actionibus entium eſſe poſſibilem, indeque ad animæ noſtræ actionem in corpus inferunt. Quum itaque hac ratione etiam actio omnis corporis phyſici in aliud per influxum idealem fiat, quiſque ſane ſtahlianus etiam actionem animæ in corpus per influxum idealem vel harmoniam præſtabilitam fieri, ambabus largietur. Licet enim hac ratione actionem animæ in corpus pariter ac actionem corporis in corpus conſiderare; nec explicatio habitus animæ & corporis ad ſe invicem per ſimile illud conſuetum, duorum ſcilicet horologiorum concordantium, amplius valebit. Convenimus itaque in re, licet in terminis diſcrepantia adſit.*

THEOREMA IX.

§. 43. *Fluxus diabeticus eſt labor naturæ, læſionem viſceris aut imminentem avertere aut præſentem abſtergere intendens.*

DEMONSTRATIO.

Fluxus diabetici cauſſa formalis conſiſtit in nervorum, vaſa venoſa præcipue emulgentia cingentium conſtrictione (§. 29.) jam conſtrictio nervorum non pure mechanice fit, ſed animam tanquam cauſſam efficientem

(s) M. Meyer *im Beweis der vorher beſtimmten Uebereinſtimmung.*

cientem agnofcit (§. 39.). Cum vero cauffa caufæ fit etiam cauffa cauſati; anima quoque cauffa efficiens eft fluxus diabetici q. e. primum.

Quia conftrictio nervorum non a materia peccante producitur (§. 39.) fed ab anima propter materiam peccantem inftituitur (§. 41.) hinc neceffario, utpote principium fapiens, caufam finalem, quæ eft remotio materiæ peccantis, refpiciat neceffe eft. Jam materia peccans principalis in diabete eft aut læfio vifcerum imminens aut præfens: anima igitur per fluxum diabeticum læfionem vifcerum avertere aut abftergere intendit. Q. E. D.

THEOREMA X.

§. 44. *Copia urinæ diabeticorum potum fuperans non ex fola colliquatione corporis, fed ex infpiratione humidi aërei proficifcitur.*

DEMONSTRATIO.

Quoniam in nonnullis diabeticis quantitas urinæ, potum adfumtum fuperans, intra 24 horas ad 8 & ultra menfuras vel 16 lb. accedit (§. 5. 8.) pondus vero adulti mediocris ftaturæ 150 libras vix excedat, fpatio 10 vel 12 dierum nil nifi fola offa, & ne hæc quidem de diabetico fupereffe poffent, licet etiam fingulis diebus 4 lb. folidi cibi adfumeret; hinc ex alio fonte ab extra tantam copiam humorum in corpus diabetici propullare neceffe eft: itaque ex aëre corpus ambiente proficifcitur. Q. E. D.

SCHOLION I.

§. 45. *Cum pori in cute noftra adeo copiofi adfint, ut obfervante* Lœwenhœkio *in fpatio, quod arenæ granum tegit, plures quam* 120000 *exiftant, & fuperficies cutis extenfæ* 20 *pedibus quadratis circiter æqualis fit, prætereaque in aëre etiam adparenter ficciffimo femper tamen maxima aquæ copia contineatur* (§. 16.) *ceffabit jam admiratio, cur tot menfuræ humidi ex aëre per diem infpirari poffint.*

SCHOLION II.

§. 46. *Quod infpiratio non folum intelligenda fit de fero illo excrementitio, quod tranfpiratione vel fudatione fubito fuppreffa in extremitatibus pororum remanet indeque magno cum fanitatis detrimento in fanguinem revehitur; fed quod corpus vivum fub certa conftitutione re vera humiditates ex aëre ambiente attrahat & infpiret, a pofteriori quoque edoctus fum, quum quondam de actione electrificationis in tranfpirationem inquirerem. Quum enim*

nim per integram horam electrico vortice cinctus $\frac{1}{4}$ lb. *transpirassem, ordinarie vix* $\frac{1}{5}$ lb. *per transpirationem amittens, tum hora sequenti absque electrificatione staterae sanctorianae adhuc insidens, pedibus in cubiculo frigidiusculo aliquantum refrigescentibus, primis tribus horae quadrantibus per* $\frac{1}{32}$ lb. *pondere increvi, quod non nisi ex aëre ambiente proficisci potuit, paullo post vero transpiratio iterum consueto more successit.*

THEOREMA. XI.

§. 47. *Ex copiosa seri sanguinei secretione in diabeticis constitutio humorum fit alcalina.*

DEMONSTRATIO.

Opus hic est, ut sanguinis indolem paullo adcuratius cognoscamus, & licet sanguinem naturalem per artificium chemicum componendi modus hucusque nondum innotuerit, liquorem tamen quoad potiora cum eo convenientem conficere licet, si lac cum alcali coquitur aut digeritur (*t*). Lac vero constat ex acido vegetabili & pinguedine vel oleo, mediante alcali cum aqua copiosa mixto; proficiscitur enim lac ex sanguine, sanguis ex chylo, chylus ex acido vegetabilium & pinguedine ingesta, mediante bile, quae indolis est alcalinae, cum partibus aquosis invicem mixtis. Quum itaque lacti per additionem copiosioris alcali color & habitus sanguineus reconcilietur, sanguinem copiosum alcali fovere inde concludimus. Praeterea analysis chemica sanguinis idem prodit. Prodit enim sub destillatione copiosa aqua, copiosissimum alcali volatile & fixum oleo empyreumatico. Volatilitas vero salis alcali dependet ab intimiore conjunctione cum particulis oleosis (per princ. chemic.) quae sub destillatione ope ignis, in corpore vivo vero sensim tantum per circulationem & calorem inde enatum perficitur, & tum, ut corpori vivo nocivum, per transpirationem abit. Jam alcali fixum conficitur ex acidi vegetabilis & pauci inflammabilis cum terra calcarea vel vitrescibili arctiori mixtione, quae operatio quotidie in corpore nostro contingit. Quod enim ope circulationis intimior harum partium mixtio, eaque multo facilior & celerior, quam ope ignis culinarii fieri possit, in volatilisatione alcali videre licet, quae operatio adhibito igne culinario annuum fere tempus requirit, in corpore nostro vero quotidie perficitur. Accedit ad haec, quod acidum universale singulis momentis copiose per respirationem sanguini immisceatur (§. 14.) quod coagulationem sanguinis efficeret (per princ. chem.) nisi cum oleosis intimius sese jungens degeneraret in acidum animale, quod ab acido vegetabili parum admodum differt (*Junck. Chem. Tom. II. p.* 249.) hinc ad alcali productionem pariter idoneum exsistit. Hoc alcali, cum inflammabilibus particulis intime junctum, solidas

(*t*) *Teichmeyer* Elem. phys. p. 114.

lidas particulas rubicundas ferum fanguineum innatantes conficit, quod exinde patet, quoniam folum ferum excrementitium globulis iftis rubicundis deftitutum nihil fenfibilis alcali in examine oftendit. Hinc alcali fub fecretione feri in fanguine remanet, nifi in quantum volatile redditur & per tranfpirationem abit. Idem etiam obfervatur in fecretione lactis ex fanguine, quod parum admodum alcali fecum aufert. Jam in diabeticis tranfpiratio elt fuppreffa (§. 13.) hinc alcali volatilifatum hujus beneficio in auras abire nequit, neque per urinam fufficienter excernitur, fed tantum vafa fecretoria irritando infignem ftimulum diureticum excitat. Stimulus diureticus oritur per conftrictionem venæ emulgentis a fibrillis nerveis e plexu renali nervi intercoftalis prodeuntibus; unde fanguis retardatus ferum fuum copiofe cum acido fuperfluo in renibus deponere cogitur. Inde remanentibus folis particulis rubicundis alcali in fanguine prædominium obtinet. Q. E. D.

COROLLARIUM I.

§. 48. Quoniam alcalia pinguedinem promtiffime refolvunt & cum aqua uniunt; hinc per alcalinam humorum indolem in diabeticis colliquatio corporis contingit, quæ colliquatæ particulæ protinus ad veficam deferuntur.

COROLLARIUM II.

§. 49. Ex eadem quoque humorum falina conftitutione cum conftrictione exteriorum partium conjuncta, qua humores ab exterioribus ad interiora coguntur & glandulæ, fauces irrigantes, humido fuo privantur, facile cognofcitur, unde ingens ille ardor & fitis diabeticorum excitetur.

COROLLARIUM III.

§. 50. Quia vero non æque alcalinæ quam acidæ particulæ per urinam abeunt, ut analyfis urinæ chemica docet; acidum vero cum terra inflammabili vel pinguedine combinatum exhibeat acidum dulcificatum: facile quoque colligitur unde diabeticorum urina nonnunquam fubdulcis evadat (*u*).

THEOREMA XII.

§. 51. *Infpiratio humidi aerei in diabeticis fit partim ex ftricturis periphericis, partim ex conftitutione fanguinis alcalina.*

D E-

(*u*) BLANCARD. anat. reform. c. 25.

DEMONSTRATIO.

Quantitas urinæ diabeticorum potum superans ex aëre attrahitur (§. 44.) Hæc attractio vel inspiratio rationem sufficientem debet habere in constitutione partium fluidarum aut solidarum aut etiam in utrarumque simul. Jam, si solidarum partium constitutionem consideramus, non relaxatio, sed constrictio toni in peripheria cutis convenit inspirationi (§. 18.) qui habitus in diabeticis occurrit (§. 8.) Hinc inspiratio humidi aërei fit in diabeticis ex stricturis periphericis.

Quum vero sola inspiratio in stricturis periphericis non sufficeret ad tantam urinæ copiam suppeditandam; alias enim idem fluxus diabeticus in aliis ægrotis, qui stricturas periphericas patiuntur, e. g. qui diuturnis horripilationibus febrilibus vexantur, contingere deberet. Hinc etiam singularis constitutio humorum ut concurrat necesse est. Ea aut debet esse acida aut alcalina, hæ duæ enim tantum notabiliter humidum ex aëre adtrahunt. Jam humorum sanguinis diabeticorum constitutio est alcalina (§. 47.) hinc inspiratio humidi aërei in diabeticis etiam fit ex constitutione humorum & sanguinis alcalina. Q. E. D.

SCHOLION I.

§. 52. *Egregie illustratur hæc demonstratio per fungum hygrometricum, quo in observationibus meteorologicis ad aëris humiditatem ponderandam utimur. Qui, nisi alcalina solutione imbutus fuerit, parum tantum humiditatis ex aëre adtrahit, hac vero impraegnatus adeo magneticus & humidi sitiens redditur, ut interdum duplam & triplam ponderis sui quantitatem ex aëre hauriat. Pori enim resorbentes corporis nostri similes tubulos capillares, quales fungum constituunt, repræsentant, qui quidem ex propria vi sua adtractiva humidum ex aëre adtrahunt, ast parum tantum. Alcalino vero liquore imbuti magnetis instar illud ad se rapiunt.*

SCHOLION II.

§. 53. *Maxima procul dubio humidi pars per pulmones inspiratur & inde in sanguinem devehitur (1) quia aer humidus sanguinem in extremitatibus venarum pulmonalium hiantibus fere immediate contingit. (2) Quia in pulmonibus hæc orificia resorbentia majoris sunt diametri quam in cute ita ut flatum transmittant. (3) Quia innumeræ ramificationes venæ pulmonalis cum totidem ramificationibus arteriæ asperæ per anastomosin junctæ sunt, ut adeo humida innumeris in locis sanguinem contingere ideoque & copiosius sese ei inmiscere possint. (4) Quia pulmones etiam in statu naturali semper ad inspirationem hancce debent*

esse

esse accommodati, dum continuo sub negotio respirationis acidum universale ex aëre resorbent; & sanguini immiscent (§. 14.) Quia particulæ humidæ sub aëris in pulmones irruptione majorem impulsum ideoque & majorem vim sese poris insinuandi accipiunt.

OBSERV. VIII. & IX.

§. 54. Thomas Bartholinus *refert (x) de Petro Bullichio, Archiatro quondam Danico, quod singulis mensibus, prægressis nephriticis cruciatibus, fluxum diabeticum passus sit singulisque diebus sub plenilunio XII. mensuras aquæ absque colliquatione corporis minxerit, licet vix tertiam partem unius mensuræ interea biberit. Urina fuit sabulosa & sal ex illa elicitum, cani propinatum, eum necavit pilis cadentibus. Similem observationem recenset* Olaus Borrichius (y) *de viro quodam amplissimo Hafniensi, qui circa annum ætatis suæ LXVI. quovis mense bis semelve: potissimum nimirum sub plenilunio, interdum etiam sub novilunio adfectu diabetico adflictus fuit, ubi primis tribus diebus intoleranda stranguria vexabatur, reliquo triduo vero solvebatur vesicæ sphincter & his tribus diebus LXXII. lb. vel XXXVI mensuræ urinæ, absque tamen colliquatione corporis, evacuabantur, quum interea vix $\frac{1}{2}$ mensuram potus adsumserit, & ne toto quidem mense XX. mens. hauserit. Urina fuit decolor cum filamentis albis inmixtis. Septimo semper morbi die sphincter vesicæ claudebatur, redibat urinæ color, & æger ad negotia publica revertebatur.*

COROLLARIUM I.

§. 55. Quoniam sabulum & filamenta alba in urina ulcerationem renum vel vesicæ indicant; elucescit inde in utroque casu fluxus diabetici origo (§. 29. II.)

SCHOLION.

§. 56. *Quia in priori casu sal urinæ cani exhibitum, illum necavit & pilorum defluxum effecit; egregie inde confirmatur theoria nostra, quod nimirum humores & sanguis diabeticorum scateant sale alcalino caustico, unde ingens ille stimulus diureticus & ardor oritur.*

COROLLARIUM II.

§. 57. Quum in adfectu chronico crises non contingant, & hæ præterea

(x) In A. N. C. D. I. A. 2.
(y) L. c.

terea quovis 7mo die, recurrant, ut novilunia & plenilunia; hinc harmonicus hic fluxus diabeticus cum lunationibus non pro critico habendus eſt, caſu tantum cum lunæ phaſibus concurrente.

COROLLARIUM III.

§. 58. Quum, ſi duæ mutationes A & B harmonicæ contingant, & ratio τȣ A ex natura τȣ B explicari queat; rationaliter concludatur prius eſſe rationatum alterius; hæc vero harmonia fluxus diabetici cum phaſibus lunæ ex natura ipſius lunæ explicari queat; hinc in curſu & phaſibus lunæ rationem hujus periodici fluxus latere ſequitur.

PROBLEMA.

§. 59. *Actionem lunæ in corpus humanum & ſpeciatim in fluxum diabeticum explicare.*

RESOLUTIO.

Vir magnus Newtonus ex phænomenis planetarum & æſtu maris evidentiſſime demonſtravit corpora cæleſtia & terreſtria mutuam vim centripetam inter ſe habere, qua cogente e. g. mare noſtrum ſub luna intumeſcere debet, & fluxum illum notiſſimum & refluxum maris efficit, Jam aër tellurem ambiens ſimiliter fluidus eſt ac aqua, & oceanum quaſi maximum conſtituit; ideoque per eam[illegible] vim centripetam, ad lunam tendentem, ſub luna ut int[illegible] [illegible]e eſt.

I. Pariter itaque fluxus & re[illegible] [illegible]ſphæra noſtra & eodem tempore quotidie contingere debet, ac eum i[illegible] oceanis obſervamus.

II. Sed quoniam aër 1000lies fere levior eſt [illegible]qua, intumeſcentia atmoſphæræ etiam 1000lies altior eſſe debebit intumeſcentia maris. Jam docente Newtono mare ceteris paribus ad altitudinem 10. pedum a luna elevatur, a ſole vero ad altitudinem 2. pedum; ideoque altitudo intumeſcentiæ atmoſphæræ noſtræ tempore novilunii & plenilunii, ubi ſol & luna conjunctim agunt, erit 12000 circiter pedum; ſub quadraturis vero, ubi ſol & luna ſeparatim agunt, 8000 pedum.

III. Aër porro ad hunc æſtum conficiendum undique confluens magnam vaporum copiam ſimul ſecum advehit, unde harmonia m[illegible]tionis tempeſtatum cum phaſibus lunæ dependet.

IV. Hæc advectio vaporum major eſſe debet tempore novilunii quam ſub quadraturis (n. 2.) maxima vero tempore plenilunii, quia tunc ſumma intumeſcentia media nocte contingit, ubi propter frigidam aëris conſtitutionem vapores magis coacervantur, quam de die, ideoque.

V. Decreſcente luna & ſimul etiam æſtu atmoſphæræ (n. 2.) vapores

tes hi adcumulati deorſum cadunt, inferiorem aëris regionem petunt, & aëris elatere ſic ſimul imminuto aër in corpore noſtro & ſanguine contentus expanditur, humorum motus inteſtinus major fit, tonus partium ob aërem vaporoſum intenditur, inſpiratio humidi ad fluxum diabeticum ſubſerviens fit copioſior, & noctu quidem copioſiſſima; (n. 4.) unde natura magis jam moleſtata & ad cooperandum excitata per auctam circulationem ſanguinis & hinc inde factas conſtrictiones & relaxationes partium & nervorum moleſtantem illam humorum copiam ex corpore expellit & quaſi uno labore totum corpus ab impuritatibus ſimul expurgat. Fluit itaque inde ratio, cur fluxus diabeticus interdum cum novilunio, ſæpius vero cum plenilunio conſpiret. (§. 54.) Q. E. I.

SCHOLION.

§. 60. *Patet inde quoque ratio, cur decreſcente luna evacuationes catharticæ melius procedant, quam creſcente luna. Id quod Celeb.* JUNCKERUS *poſt plurima, omnibuſque cum cautelis inſtituta experimenta veriſſimum eſſe deprehendit.*

PARS II.

METHODUM MEDENDI EXPONIT.

CONSPECTUS

PARTIS II. PRACTICÆ.

Obſtructiones viſcerum [illegible] diabeticis tollere §. 61. Objectio ad demonſtrationes horum problematum [illegible]ur §. 62. Læſiones viſcerum tractare §. 63. Stimulum & ardores diur[illegible]itigare §. 64. Curatio ſympathetica §. 65. Inſpirationem aëris humidi arce[illegible]. Diabeten verum curare §. 67. Diæta diabeticorum, qualis eſſe debe[illegible]6. Prognoſis ex hectica & ſigna de ſingulorum viſcerum vitiis §. 69. Prognoſ[illegible] fruſtraneo medicaminum uſu lethalis §. 70.

PROBLEMA I.

§. 61.

Obſtructiones & infarctus viſcerum in diabeticis tollere.

RESOLUTIO.

Quum obſtructiones provenſant ex ſtaſi ſanguinis aliorumque humorum; ſtaſis vero propter conſtrictiones venarum, ſanguinem ex viſceribus revehentium, per nervos eas cingentes contingat: hinc

I. Spaſmus vel contractio nervorum per medicamina antiſpastica (Tab. I.) leniatur, ut liberior ſanguini ex viſcere pateat regreſſus.

II. Sanguis vero, in ſtaſin jam deductus, per diluentia & incidentia (Tab. II.) reſolvatur, ut per impulſum ſanguinis arterioſi canales obſtructi iterum reſerari poſſint. Caveatur vero ne indicata ſint adeo diureticæ indolis, qua reliqua ſymptomata diabetica exacerbari poſſint, ſed eligantur ex iis, qualia exhibet.

TAB. I.

Antiſpasmodica.

(a) *Simplic.*

Hb. & flor. millefol. ſerpill. flor. primul. ver. Cinnab. artif. antimon. nativ. Nitr. depurat. regenerat. antimoniat.

(b) *Formulæ.*

1. *Pulv. Antiſpasmod. Stahl.* Rc. Tart. vitriolat. Nitr. depur. ana unc. j. Cinnabar. artific. rectific. ſcrup. VIII. M. F. P.

2. Rc. Sal. mirab. Glaub. Nitr. regenerat. ana unc. j. Matr. perlar. ppt. drachm. v. Cinnab. antimon. ppt. Sacch. perlat. ana drachm. ij. M.

TAB. II.

Aperientes, incidentes & reſolventes formulæ.

3. Rc. Rd. cichor. taraxac. liquirit. ana vnc. j. Hb. veron. centaur. min. ana M. j. Cort. citr. cinnam. ana drachm. ij. Concis. M.

4. *Spec. Paracelſ. correct.* Rc. Rd. ari. pimpin. alb. ana unc. j. Hb. betonic. heder. terreſtr. ſanicul. pyrol. ana M. j. Concis. M.

5. *Pulv. reſolvens.* Rc. Aethiop. mineral. drachm. ſs. arcan. duplic. Gumm. ammoniac. ana ſcrup. j. Sacch. perl. drachm. j. M. F. P.

6. *Pulv. digeſtivus.* Rc. Tart. vitriolat. Conch. citr. ana M.

7. *Mixtur. reſolvens.* Rc. TR. antimon. Eſſent. pimpin. alb. ſuccin. ana M.

8. *Pilul.*

8. *Pilul. resolv. vel polychr. Becch.* Rc. Aloes gummos. myrrh. ppt. gumm. junip. heder. ana scrup. j. Extr. absinth. vinos. card. bened. vinos. cochlear. aquos. ana gr. xvj. fumar. vinos. elleb. nigr. aquos. ana gr. viij. terebinth. venet. scrup. ß. M. F. Pilul. ad pond. gr. 1.

DEMONSRATIO.

Spasmus enim fibrillarum nervearum lenitur, si nimia earumdem tensio cessat. Tensio proficiscitur ex expansione tunicæ tubulorum ex quibus nervus constat. Expansio hæc aut fit secundum peripheriam ab actione corporum crassiorum in eamdem; & tum quoad longitudinem abbreviatur nervus: aut fit secundum longitudinem fibrarum a vasis sanguiferis intumescentibus, quorum tunicis aut intertextæ aut circumcinctæ sunt. Quovis vero in casu liquidum nerveum restrictum in cerebro spasmi sensationem producit. Jam (1) per particulas oleosas sulphureas temperatas vegetabilium antispasmodicorum, (Tab. I.) dum fibrarum in membranis interstitia penetrant, easque blando sensu adficiunt (siquidem ex globulis sphæricis constant) peripheria tunicæ tubulorum relaxatur; quo efficitur, ut, quantum peripheriæ accrevit, jam longitudini fibrillæ nerveæ accedere possit. Unde nervi relaxatio & spasmorum cessatio. Præterea vero etiam (2) particulas volatiles salinas involvunt, quæ tunicam arteriarum nervosam irritando orgasmum sanguinis, intumescentiam vasorum ideoque & spasmum producunt (per antec.) Coëunt enim facillime cum alcalinis volatilibus & tunicam nerveam arteriarum jam blandiori modo adficiunt, unde sedatio orgasmi, intumescentiæ vasorum & spasmi. Hoc modo præcipue agunt cinnabaris, cujus acidum sulphureum alcali volatile avide arripit, itemque nitrum, quatenus ex parte acidi cum phlogisto mixto alcalinas particulas orgasticas ex mixtione sanguinis ad se rapere & cum iis in sal quasi medium transire deprehenditur (3). Quum præterea quoque nitrum in fluidis solutum, gravitatem eorum specificam augendo, contigua corpora & fluida calore suo privet vel refrigeret, calor vero maximum momentum ad alendum orgasmum conferat, hinc nitrum etiam per refrigerantem suam qualitatem stricturas nervorum ex intumescentia vasorum ortas lenire valet. Q. erat ad I. indicationem.

Quoniam resolventia vetegabilia resina subtiliori gaudent, resina vero ex acido nitri cum oleosis particulis & terra vitrescibili mixto constat; hinc ex parte hujus acidi, per cohæsionem cum oleosis particulis nonnihil hebetati, humores viscidos potenter incidere & resolvere valet. Idem valet de salibus mediis, ubi acidorum vis nimia rodens per alcali, & hujus vis caustica per acidum conjunctum adeo coërcetur, ut nil nisi blanda vis resolvens supersit. In mercurio dulci vero & æthiope minerali acidum salis & sulphuris per mercurii particulas leviter tantum ob-

tusum

tuſum efficaciſſimam inter cetera retinet vim reſolutoriam; quæ etiam pertinaciſſimas obſtructiones nonnunquam reſerare valet. Q. E. D.

SCHOLION.

§. 62. *Patet quidem ex ſupra* (§. 39.) *demonſtratis, tenſionem & relaxationem nervorum magis ab anima dependere, quam ab effectu corporum, in nervos agentium, mechanico; ita, ut non raro pro diverſa æſtimatione unius ejuſdemque medicaminis plane diverſus & contrarius nervorum motus producatur, e. g. per ſopientia, furor; per anodyna, exacerbatio doloris. Interim tamen in præſentibus demonſtrationibus practicis enodare conamur, qua ratione anima ordinarie per actus medicaminum mechanicos ad certum quendam motum, quem intendimus, determinetur vel diſponatur.*

PROBLEMA III.

§. 63. *Læſiones viſcerum ulceratas diabeticorum tractare.*

RESOLUTIO.

Cum ulcera per energiam naturæ, novas ſemper particulas adponendo, conſolidentur, dummodo nimius adfluxus humorum arceri & ulcus mundum ſemper ſervari poſſit; itaque.

I. Adfluxus humorum per venæſectiones, lenia laxantia & diapnoica inhibeatur. e. g. pil. polychr. Becch. (§. 61. form. 8.)

II. Mundificatio ulceris ejuſque abſterſio per balſamica interna temperatiora reſpiciatur, qualia exhibet.

TAB. III.

(*a*) *Simplic.*

Terebinth. coct. Balſ. peruv. de copaiv. Loccatell. Gumm. maſtich. oliban. juniper.

(*b*) *Formul.*

1. Rc. Balſ. peruv. ſcrup. j. Gumm. junip. maſtich. ſubtiliſs. pulveriſ. ana drachm. j. amygd. excort. no. xxx. contus. add. Aqu. ſcorzoner. hyſsop. ana unc. iv. M. c. ſacch. f. Potio.

2. Rc. Tereb. coct. drachm. ij. vitell. ov. Mell. deſpumat. ana drachm. iij. Aqu. frag. q. ſ. M. f. l. a Emulſio.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

Venæfectio enim, dum quantitatem fanguinis imminuit, etiam ejus impetum infringit, qui ftafin & inflammationem circa ulcerationem tantum auget. Laxantia vero per fal rodens, quod continent, vellicando tunicam inteftinorum nerveam ramos nervi mefenterici connexos fimul conftringunt, adeoque fanguinem in venis mefaraicis reftringendo cogunt humores fuos copiofe per orificia, in inteftina hiantia, deponere. Denique & diapnoica, dum aut ob principia fua oleofa peripheriam cutis relaxant, aut per falia fua volatilia volatilitatem humorum in corpore adeoque & tranfpirationem promovent, fanguinis copiam minuunt & fic nimium adfluxum avertunt. Q. E. ad indication. I.

Medicamina porro balfamica, quia ex refinofis principiis, nimirum ex acido cum oleo mixto, conftant; hinc ex parte acidi, per oleofas particulas nonnihil hebetati, materiam vifcidam, in ulcere collectam, incidere; callofitates adnatas cum excrefcentiis luxuriantibus per lenem fepfin auferre; denique etiam ratione bituminofæ indolis partes adjacentes ab ulteriori ulcerofa corruptione defendere poffunt. Dico itaque læfiones vifcerum ulceratas fic legitime tractari. Q. E. D.

PROBLEMA III.

§. 64. *Stimulum nimium diureticum & ardores in adfectu diabetico infringere.*

RESOLUTIO.

Quoniam ingens ille ftimulus diureticus & ardor in malo diabetico partim ab abundantia alcali in fanguine (§ 49.) partim a ftricturis venæ emulgentis excitantur (§. 29.) unde fimul per dilatationem præternaturalem vaforum fecernentium horum elafticitas & tonus debilitatur; quo fit, ut major femper feri copia per ea ad veficam develii poffit; hinc

I. Acrimonia alcali cauftici obtundatur per involventia & antalcalina. (Tab. IV.)

II. Conftrictio rami nervei renalis leniatur per antifpasmodica (§. 61. Tab. I.)

III. Vafa fecretoria nimis aperta per lenia adftringentia vel tonica ad ftatum naturalem reducantur. (Tab. V.)

IV. Denique etiam ad adfluxum magis ad inteftina derivandum lenia laxantia interponantur.

TAB. IV.

Involventia & antalcalina.

Cl. I. Lac. animal. ejus cremor. & serum. Terr. bolar. pingu. Ol. oliv. Flor. sulph. Emulsiones, Gelatinæ.

II. Acetos. Acetosell. Ceras. acid. Ribes. succ. citr. limon. Acetum. Vin. rhenan. Nitrum. Sp. vitriol. nitr. sal. simpl. & dulcific.

TAB. V.

Subadstringentes & tonicæ formulæ.

1. Rc. Rd. helen. caryoph. ana unc. j. Hb. tormentill. veronic. millefol. ana M. ss. Fl. balaust. pg. ij. Cort. aurant. drachm. ij. conc. M. infund. c. Vino.

2. Rc. TR. Mart. Ludovic. Essent. Casc. ana drachm. ij. M.

DEMONSTRATIO.

Prima enim classis antalcalinorum constat ex pinguibus vetegabilum, animalium & mineralium principiis, quibus alcali lubentissime se adsociat & firmissime adhæret, (per princip. chemic.) ideoque propter hanc intimiorem unionem non adeo sensibiliter amplius in vias urinarias agere & stimulum diureticum excitare potest. Secunda classis continet acida & acidula. Hæc non minus promte cum alcali uniuntur & tum sal medium constituunt, quod itidem ob mutuam acidi & alcali inter se actionem vias urinarias adeo potenter irritare nequit. Q. e. ad I. indicationem.

II. Indicat. demonstrat. vid. demonstr. ad §. 61. n. 1.

III. Medicamina subadstringentia scatent acido copioso cum terra vitrescibili, calcarea vel metallica conjuncto (per analys. chemic.) Hæ terræ crassiores, quoniam non satis subtiliter solvi possunt, efficiunt, ut acidum cohærens neque corrodentem neque penetrantem suam facultatem adeo exercere possit, sed fibrillas nerveas leviter tantum pungendo terram suam adnexam eis infigit, unde rigidiores & consequenter etiam magis elasticæ redduntur. Huc accedit, quod propter hanc levem punctionem fibrillarum nervearum eisdem a natura levis spasmus inducatur (§. 41.) unde tunicæ vasorum secernentium, quibus intertextæ sunt, simul quoad peripheriam contrahuntur & sic ipsa vasa coarctantur. Adeoque hac ratione per medicamina subadstringentia vasa secretoria nimis aperta ad statum naturalem reducuntur. Q. E. D.

SCHOLION.

§. 65. *Poteſt etiam indicationi III. optime ſatisfieri per curationem ſympatheticam; non enim in obſtructionibus viſcerum adſtringentibus, quamvis lenioribus, ſatis tuto uti licet; ideoque, quid de curatione* D. SCHMIDII *per adſtringentia fortiora* (§. 8.) *ſentiendum ſit rerum periti ex ſupra demonſtratis* (§. 11, 29.) *facile dijudicabunt. Si itaque ſympathetica placuerit, quæ præterea hoc prærogativum habet, ut ſolummodo in vias urinarias agat; Rc. pulv. ſympathet. Dygb. unc. j. adfund. urinæ ægrotantis Mſ. j. & prunis impoſita agitetur ligno ſympathetico fraxino, ſic natura mixtionem hancce adverſam apoſpaſmatis ſui cum adſtringente ſentiens, indignabunda hanc adſtrictionem in corpore ſuo imitatur & vias urinarias claudit, quaſi apoſpaſmata ſua ad ejuſmodi adverſas mixtiones non amplius ſuppeditare vellet.*

PROBLEMA IV.

§. 66. *Inſpirationem aëris humidi arcere.*

RESOLUTIO & DEMONSTRATIO.

Quum inſpiratio fiat partim propter ſtricturas cutis periphericas, partim ex conſtitutione humorum alcalina (§. 51.) hinc

I. Ad ſtricturas periphericas demulcendas adhibeantur antiſpaſmodica (§. 61. Tab. I.) & externe corpus cum leniter emollientibus, e. c. lacte calido lavetur.

II. Alcalina humorum conſtitutio per involventia & acida corrigatur (§. 64. Tab. IV.)

III. Totum corpus, quoad commode licet, emplaſtris, e. g. diaphoret. Mynſicht. tegatur.

PROBLEMA V.

§. 67. *Diabeten verum curare.*

RESOLUTIO.

I. Obſtructiones & infarctus viſcerum abdominalium per medicamina convenientia referentur (§. 61.) eorumque læſiones ulceratæ mundificentur & conſolidentur. (§. 63.)

II. Alcalina humorum conſtitutio corrigatur (§. 64.)

III. Stimulus nimius diureticus & ardores mitigentur (§. 64.)

IV. Inſpiratio, immo contactus aëris humidi, quantum fieri poteſt, arceatur

arceatur (§. 66.) & e contrario tranſpiratio per diapnoica, e. g. per infuſa thei formia promoveatur.

V. Tonus viſcerum labefactatus per ſubadſtringentia (§. 64.) vel per nervina, e. g. per eſſent. tonic. nervin. Stahlii reſtauretur.

VI. Denique & colliquationi corporis per gelatinas & emulſiones analepticas ſuccurratur (vid. form. ult. in ſqq.)

Quum jam ſæpius in praxi una fidelia duos pluresque liceat dealbare parietes, placet hic aliquot completas remediorum ordinationes & formularum combinationes ſubjungere, quibus ſingulis indicationibus ſatisfieri poſſit. e. g.

I. Ordinatio in caſu leviori ad 8. dies.

(a) *Ad indication. I.*

Rc. Spec. reſolvent. (§. 61. formul. 3.) M. vj. S. Species reſolventes mane & Veſperi bibendum eſt.

(b) *Ad indicat. I. II. III. IV.*

Rc. Pulv. antiſpaſmod. Stahl. (§. 61. formul. 1.) unc. j. divid. in XXIV. pt. S. Pulvis temperans, de quo in die hora nona, undecima & quarta una ſumatur doſis.

(c) *Ad indicat. I. III. V.*

Rc. Pil. polychr. Becher. (§. 61. form. 8.) drachm. iij. S. Pillulæ Balſamicæ, quarum viginti ſingula veſpera ſumentur.

II. In caſu vehementiori.

(a) *Ad indicat. I. III.*

Rc. Gumm. ammoniac. in acet. ſquillit. ſolut. & inſpiſſ. ſcrupull. iſs. mercur. dulc. aloes gum. mos. ana gr. xij. extract. elleb. nigr. gr. vj. M. f. l. a. pilulæ no. LX. S. Pillulæ Viſcerales, quarum 1mo, 5to & 9no Die viginti mane ſumendæ ſunt.

(b) *Ad indicat. II. III. IV.*

Rc. Ser. lact. unc. vj. aqu. fragor. flor. ſambuc. ana unc. j. conch. ppt. nitr. depurat. ana drachm. ij. M. S. Potus refrigerans de quo alternis diebus, ſingulis duabus horis Cochlear plenum ſumatur.

(c) *Ad indicat. III. VI.*

Rc. MR. tonic. (§. 64. Tab. V. form. 2.) unc. ſs. S. Mixtura tonica, de quo Veſperi quadraginta guttæ ſumantur.

III. In

III. In casu exacerbato.

(a) *Ad indicat. I. III. V.*

Rc. Pil. Becch. polychr. (§. 61. form. 8.) drachm. iij. S. ut in cas. I.

(b) *Ad indicat. III. IV.*

Rc. Pulv. antispasmod. Stahl. unc. j. MP. de cyngloss. gr. XXIV. M. divid. in XXIV. pt. S. Pulvis temperans, de quo singulis ternis horis dosis una sumitur.

(c) *Ad indicat. I. Si ulcerat. viscer. suspecta.*

Rc. Emulf. abstergent. balsamic. (§. 63. formul. 2.) vnc. ij. S. Emulsio abstergens, de qua quater de Die unum cochlear plenum sumat.

(d) *Ad indicat. VI.*

Rc. Femor. vervecin. no. j. coqv. in aqu. q. s. filtr. exprim. & absum. pingued. Colatur. adde facch. alb. lbj. alb. ov. n. vj. aqu. fl. borrag. bellid. cinnamom. succ. citr. q. pl. F. l. a. gelatina.

SCHOLION I.

§. 63. *Liquet simul ex §. 32. in hoc adfectu evitandam esse diætam cacidam, aromaticam & vinosam; eligendam potius esse refrigerantem, lacteam, acidam & nutrientem diætam.*

SCHOLION II.

§. 69. *Quod si febris hectica accedat, invalescentem jam læsionem visceris cujusdam abdominalis adesse indicat; & quidem, si observetur tensio in hypochondrio dextro, hepatis; in sinistro, lienis; totius abdominis ejusque intumescentia, mesenterii; & præcedente nephridite (§. 54.) renum vitium adesse concluditur. Quo in casu manuductioni naturæ obsequendum & per medicamina febrilia cooperandum erit. Præterea tum magis symptomatum provida mitigatio & exitus lethalis dilatio respicienda, quam restitutio in integrum expectanda est.*

SCHOLION III.

§. 70. *Quod si tandem in læsionibus viscerum per satis longum tempus adhibita medicamina balsamica resolventia nil solatii & auxilii ostendant, prognosis inde elicitur lethalis & ægroti plerumque tabe moriuntur.*

T A N T U M.

EXPLICATIO FIGURARUM.

Fig. I. Exhibet diabeten hydraulicum.

a b, sypho occultatus liquorem in c effundens.

Fig. II. Exprimit diapedesin vasorum lymphaticorum cum sanguiferis ex Teichmeyeri anthprool.

a. arteria

b. vena socia

c. anastomosis arteriæ & venæ simulque diapedesis vasis lymphatici.

Fig. III. Sistit inosculationem venæ pulmonalis in vesiculas pulmonales.

a. arteria aspera

b. vena pulmonalis


c. congeries vesicularum per ceram, in venam injectam, repleta.

Fig. IV. Diapedesin vasorum secretoriorum urin. ex Ruysch. anat. designat.

a. extremitates arteriolarum emulgentium serpentino ducto in ductus Bellini degenerantes.

b. oscula papillarum pro urinæ in pelvim transitu.

Tab. XIII.



Disp. Medico-pract. Tom. IV. pag. 86.
KRATZENSTEIN THEORIA FLUX DIABETICI.

CXIV.

JOAN-MARTINI OTT,

HISTORIA

RENIS SINISTRI

MAXIME TUMIDI ET CORRUPTI IN CADAVERE HUMANO REPERTI.

Basileæ 17 Martii 1719.

PROOEMIUM.

PEr figmentum illud Poëtarum haud absonum, Minervam ex Apollinis cerebro prognatam fuisse, *nihil aliud indigitari credimus, quam sapientiam in cerebro bene dispofito suos habere natales; id quod nos eo certius affirmare possumus, quod experientia quotidiana testetur, læso vel destructo plane cerebri mechanismo decrescere quoque aut denasci penitus sapientiam rectæve rationis usum. Docere hoc possunt abunde Viri alias doctissimi & prudentissimi, sicubi apoplexia, paralysi, in oblivionem aliamve mentis læsionem terminante, fuerint prehensi. Quamquam autem medici quidam Apoplexiæ species tantum duas, serosam videlicet & sanguineam esse putant, dantur tamen plures adhuc ejusdem morbi differentiæ: ubi nimirum aut tumor intra cranium hærens, aut materia abscessus purulenta substantiam medullarem cerebri attingens, aut contusio capitis, &c. molle nervorum genus comprimit: hæc vero differentia solummodo respicit causas apoplexiæ proximas, sed non remotas; ad hasce enim si attendamus, quamplurimas quoque ejus species reperiemus. Alia namque oritur á polypis variis in locis existentibus, v. g. in sinubus duræ matris cerebri, cujus exemplum in litteris ab* Excell. *D. D. Burgavero*, Medico Serenissimæ ac Reverendiss. Principissæ Buchaviensis, *ad me perscriptis habeo, qui in hominis cujusdam Apoplexia demortui sinubus duræ cerebri matris omnibus inveniebat polypum genuinum, substantia indissolubili, ac radicibus dispersis per sinum falciformem, utrumque lateralem, & Torcular Herophili, cui infarctus totum sinum obturaverat.*

Alia iterum oritur Apoplexia à tumoribus quibuscunque extra cranium natis, qui mole sua arterias versus inferiora abeuntes comprimunt; alia ab alia causa producitur. Plures species legere licet apud Celeberrimum D. D. *Wepferum*, Archiatrum olim Patriæ meæ meritissimum. *Speciem quandam Apoplexiæ à tumore quodam extra cranium nato ipsemet vidi in Viro, cujus casum statim proponemus, cum domi, sub manuductione antea laudati* Clar. D. *Burgaveri, studio incumbebam anatomico: audivimus aliquando, quod iste Vir per multum temporis spatium conquereretur de borborygmis, quos vivum intra sese animal, jejuno stomacho maxime inquietum, cibis autem assumtis mitigatum atque placatum edere credebat. Post mortem Hominis venia cadaver curiositatis gratia aperiendi à propinquis defuncti ægre impetrata, cum abdomen apertum & cranium ablatum esset, observavimus Apoplexiam à tumore renum perquam magno provenientem Virum interemisse. Quod Phænomenon cum oppidò rarum & insolitum mihi esset visum, ansam specimini huic meo inaugurali non levem, vel maxime ideo dedit, quia nulli (quantum mihi constat) authores neque talis Apoplexiæ speciei, neque tam ingentis renum Tumoris mentionem in scriptis suis fecerint. Quamobrem operæ pretium*

 esse

esse duxi Dissertatione non solum Historiam tam notabilis casus proponere; sed & rationes singulorum in eo occurrentium phænomenorum pro posse & nosse explicare. Qui mei conatus, ut prospere succedant & ad DEI *Gloriam, Proximique commodum vergant, votum est meum ardens.*

C A S U S.

F*Aber* quidam *Ferrarius*, septuagenarius, sed adhuc Εὔσαρκος, à pluribus annis ferro, quod recens fusum fuit, malleando deditus, nascentem in sinistro lumborum latere tumorem, Abdominis cavum ea parte non leviter distendentem, biennio jam ante mortem persensit, molestum illum, & sensim magis magisque increscentem, ac sonos quandoque, jejuno præsertim stomacho, sive borborygmos edentem, ac si vivum quoddam animal intus delitesceret, seseque hinc inde commovendo vocem ederet.

Quam molestiam diu mitigare ingerendo cibos noverat. Tandem vero ingravescentibus indies symptomatibus respirandi quoque difficultas accessit, nulla arte emendabilis, hominemque misere usque ad extremam vitæ horam divexans, donec tandem superveniente Insultu apoplectico oculus dexter immobilis, ingestio atque deglutitio maxime difficilis, totumque latus dextrum cum loquelæ instrumentis paralyticum redditum, sextidui spatio mortem januario mense Anni 1717. induxerit: cadaveris post mortem dissectio fuit instituta à supra nominato Dn. D. Joh. Burgavero *Anatomiæ Cultore indefesso*, *Præceptore meo fidelissimo* in mea aliorumque Medicinæ Studiosorum præsentia. Ubi statim abdomen validissime turgens notabatur tumore præprimis in latere lumborum & hypochondrio sinistro eminente. Aperto autem Abdomine mox prodibat corpus immane, ingens, globosum, tensum, sanguivehis vasis & nerveis dives, in conspectum, versus inferiora Φλογωσεοσ signis notatum, quod mole sua Intestinum præcipue colon, vagum illud, undique ad latus comprimebat, atque totum fere sinistrum latus separatim occupando in Pelvim Abdominis, qua duplicari Peritonæum incipit, penetrabat. Exsectum illud corpus magnitudinis erat cucurbitæ mediocris ac situlam unius ansæ explebat, dumque separabatur à cuticulis variis pro accuratiori examine, ruptum erat sponte eo loco, quo inflammationem gangrænosam prius notaveramus, & magnam, qua opplebatur, cruoris fusci odoris parum vel nihil fœtentis, copiam fundebat, conjuncti cum substantia flavescente spongiosa, lamellatim sibi incumbente, in qua hinc inde apparebant vomicæ ferali sphacelato cruore & collecto pure distinctæ. Huic corporis moli externæ adhærens deprehendebatur ren sinister, qui leviter contrectatus diffiliebat, dimidia parte quoad colorem carneum dilutum similis naturali & sano; pelvi autem donatus bifida, per ureterem infla-

inflatum utraque turgefcente, quarum altera dimidiam illam fano fimilem partem adibat, altera in ipfum hoc bullofum corpus præternaturale penetrabat, adeo ut iftud renis finiftri pars, imo re penitius infpecta, media tantum pars, dimidiæ alterius partis effe clare confpiceretur. Unde & vafa fanguifera, ampla, ab Arteria magna defcendente emiffa, quæ antea minus exquifite indagare licuit, vafa effe Emulgentia, difcernere daretur. Ufque adeo ut inftituta fic accuratiori infoliti hujus tumoris indagine, eundem nil nifi portionem renis finiftri tali modo læfam pronunciare ac determinare licuerit. Altera autem hujus renis portio, cæterum fana, nihil calculofi vel præternaturalis includebat, ureter pervius erat ad ufque veficam, nec ullo modo impeditus. Ventriculus inanis, omnino flaccidus abfcondebatur penitus fub ifta tumoris mole, adeo ut hæc primo intuitu nobis fub nomine ventriculi illuderet. Flexura coli fub ventriculo fimiliter compreffa occultabatur. Coli autem pars reliqua libera ad hanc flexuram protenfa fæce fcatebat, dum alia iterum portio ejufdem a flexura hac ad anum vergens plane flaccida & collapfa, fuper dorfum tumoris incedebat. Sterno à cartilaginibus coftarum foluto pulmones pleuræ adnati, fœdo colore confpurcati notabantur. Properantes hinc ad nobilem animæ fedem, in intimis fuis penetralibus diro Apoplexiæ ictu dirutam, cranio f. a. ablato multum illico fanguinis effluere cernebamus, arteriæ utriufque meningis & cerebri prætumidæ, elegantiffimas ubivis oculo fpectandas præbebant Anaftomofes; nec tamen illas finum Falciformem, quem attingebant, tranfgredi perfpicue obfervare licuit. In finu hoc occurrebat polypofa quædam & carnofa concretio circa torcular herophili. Cerebrum exemtum in finiftro Hæmifphærio exhibebat ramum arteriæ carotidis finiftrum lateralem willifianum fanguine aterrimo quafi fphacelato turgentem, qui difruptus cruore nigro, velut atramento totum Hæmifphærium ufque ad ventriculorum penetralia undique perfudiffe animadvertebatur. Ichorem quoque inter utrumque anteriorem ventriculum copiofe coacervatum, pariter in vitæ fontem cerebellum, à pofterioribus cerebri proceffibus eidem adjacentibus profufum extravafatumque cruorem obfervabamus.

In calami fcriptorii fulco aderat lethifer fufcus copiofus liquor. Arteria Carotidis utraque ex ultimo flexuræ angulo petens altiora deprehendebatur cartilaginofa.

Thesis I.

Fragilitatem ætatis fenilis *Hippocrates* paucis quidem verbis fed appofite demonftravit, quando *Sect. I. Aph.* 14. dixit: *fenibus paucus calor*: cordis enim & vaforum fanguiferorum vis elaftica propter continuum atque diuturnum motum paulatim imminuitur, per iftum enim motum vafa tandem illa debiliora & flaccidiora redduntur, eorumque renifus in

affluentem vel appulſum ſanguinem aliquantum hebetatur; unde humor ille vitalis motum ſuum circulatorium bene abſolvere nequit, ac eapropter ſecretiones omnes male peraguntur, variique hinc Affectus morboſi producuntur, præprimis *cachexia*, multique alii ex iſta oriundi. In tali enim ſtatu ſanguis jam aliquo modo viſcidus ac lentus redditus liquorem gaſtricum non ſatis activum, aut non ſufficiente quantitate ventriculo præbet, unde aſſumtorum forſan alias non laudabilium (v. c. viſcoſorum, aqueorum, pinguium, acidorum &c. quæ liquorem gaſtricum magis adhuc inertem efficiunt) digeſtio in ventriculo non perfecte contingit, ſed chylus aut *qualitate* aut *quantitate* peccans ad maſſam ſanguineam defertur, eique commiſcetur; hinc liquidum nutriens, à ſanguine depravato ſegregatum, ineptum redditur ad nutriendas partes. Quod ſi enim iſtud *qualitate* peccans nimis tenue & aquoſum fuerit, tunc partibus nutriendis nullo modo agglutinari poteſt, ſed pedetentim accumulatur, hincque diverſis hydropis ſpeciebus, non ſecus atque Apoplexiæ ſeroſæ anſa præbetur. Si autem idem illud nimis craſſum ac viſcidum extiterit, tunc orificia vaſculorum lymphaticorum, quibus mediantibus ſuccus nutritius illis partibus communicari debet, à particulis illis viſcidis & craſſis obſtruuntur, atque propterea lympha iſta in vaſis ſuis coacervatur, ac ſenſim per continuum ejus novum affluxum augmentatur, uſque dum vaſcula eam devehentia nimis dilatentur ac tandem diſrumpantur, unde diverſi naſcuntur Tumores.

Quando lympha illa nutriens *quantitate* peccat, ac nimis abundat, tum aut hydrops aut toroſitas quædam exinde producitur: ſin autem illa non ſufficienter à ſanguine ſecernitur, non poteſt non corpus ea propter emaciari ac tabefieri, dum ea, quæ per tranſpirationem inſenſibilem atque ſudorem avolarunt, reſtaurari perfecte nequeunt. Senum præterea vires maxime debilitatæ ſunt ob defectum partim ſpirituum animalium in muſculos influentium: partim ob imminutam virtutem elaſticam fibrarum motricium cordis, arteriarum, muſculorum, unde ſanguis motum ſuum per totum corpus paulatim amittit, ac viſcidus & craſſus evadit, hincque particulæ ejus volatiliores & ſpirituoſiores ab hiſce viſcidis implicatæ per poros arteriarum quodammodo obſtructos libere in nervos tranſire non poſſunt.

THESIS II.

Cum jam conſtat, vaſa in corporibus ſenum debiliora atque ſicciora, vel teneriora, poros quoque laxiores eſſe, mirum non eſt, quod quidam, præprimis ii, qui fibris aut natura aut caſu flaccidioribus gaudent, toroſi videantur; hujus enim rationem quilibet haud difficulter ſibi imaginari poteſt. Talis autem toroſitas non à bono ſucco nutritio ſuam ducit originem, ſed tantum à nimia particularum in eo vitioſarum copia,

in-

interstitia fibrarum & vasculorum per totum corporis habitum replente, ac illa non quoad longitudinem sed quoad latitudinem distendente. Hinc est, quod tales homines catarrhosis sint obnoxii affectibus, ab extravasatione seri, variis in locis contingente, oriundis. Pro diversa autem parte affecta diversum etiam nomen catarrhus ejusmodi sortitus est, id quod ex sequentibus *scholæ salernitanæ* versibus cernere licet;

Si fluat ad pectus dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchos, ad nares esto coryza.

Extravasationem autem illam multum contingere in aspera arteria observamus, tum quia frigidiusculus aër ope inspirationis & exspirationis vascula ejus teneriora cum vi quadam transiens illa ad excretionem lymphæ sive seri irritat ac vellicat, tum quia vascula forsan alias flaccidiora & debiliora, serum ejusmodi vehentia majori quantitate excernunt, præprimis si ambæ causæ simul agant, quod plerumque accidit. Jam ubi tale serum in aspera arteria magis ac magis congestum, in pulmonum vesiculas delabitur, impeditque, quo minus aër in vesiculas ingredi easque expandere queat, tum respirationis actio imminuitur. Aut si illud serum acre existit, fibras Bronchiorum atque vesicularum nerveas irritando ac vellicando tussim infert. Torositas insuper illa multoties tandem commutatur in Hydropem, Apoplexiam, aliosque à tali sero extravasato provenientes affectus.

THESIS III.

Quod vitæ Conditio multum contribuat ad gignendos morbos notum est unicuique; pro diversa enim vivendi consuetudine variis ægritudinibus quilibet est obnoxius, sicut id pulchré demonstratum dedit *Celebris* ille *Patavinus Professor* Bernh. Ramazzinus *in Tract. de Morb. Artific.* ubi demonstrat, quod unus homo ad hunc illumve morbum magis inclinet quam alius, prout quisque habuerit artificium aliquod exercendum: *fabri* enim v. c. *ferrarii* utplurimum affici solent *Lippitudine*, cujus tamen immunes existunt multi alii, qui in operibus suis elaborandis sulphure aut mineralibus nocivis non utuntur, *Lippitudinem* autem talem non tam ex ignis violentia sive vehementia produci cum *Ramazzino* credimus, dum illi oculos frequentissime ad focum & in ignem directos vel intentos habent; quam ab effluviis sulphureis, e candenti ferro & carbonibus exspirantibus, ortum ducere; utpote quæ effluvia oculorum membranas plus minus graviter feriunt ac vellicant, lympham e glandulis quasi exprimunt, & ita lippitudinem una cum ophthalmia persæpe etiam causantur. Tussiculosi quoque sunt isti homines, ac respirationem paulo difficiliorem quam alii habent. Dum enim illi ferrum super carbonibus ignitis liquefaciunt, effluvia sulphurea e candenti ferro

& carbonibus exhalantia cum aëre infpirantur, in pulmones deferuntur, ibique particulis fuis acidis, in fulphure prædominantibus, fibras bronchiorum nerveas irritando tuffim movent, aut veficulas pulmonum conftringendo, aërique liberum in illas ingreffum denegando refpirationem difficilem reddunt. Quod fi vero tales particulæ fulphureæ intus cum fanguine commifceantur, fanguinem coagulando & infpiffando in motu fuo impediunt, ac vafcula minima aciditate fua conftringunt, variafque producunt obftructiones, ex quibus dein diverfi tumores, aliique morbi nafci folent.

Thesis IV.

Ab obftructiones porro tales gignendas maxima ex parte adjuvat calor æftuans, cui fabri ferrarii funt expofiti, quique liquidiffimas ac fubtiliffimas humorum particulas diffipat, reliquam maffam fpiffiorem efficiendo velut exficcat, fitimque excitat; quo major autem infpiffatio talis vel exficcatio, eo major quoque fitis; quo major fitis, eo majori copia tales homines, qui bonam diætam obfervare nefciunt, potum aquæ aut vini affumunt. Quod fi nimium aquæ ingurgitant, liquor gaftricus activitate fua privatur & iners redditur, ita ut affumta dein alimenta non rite digeri poffint, fed folummodo in chylum aquofum & crudum tranfmutentur; chylus taliter conftitutus, fanguinique communicatus lympham etiam aquofam & crudam exhibet, dum per urinam non omnis illa aqua ingurgitata redditur, fed quædam ejus portio cum lympha commixta eft; ubi dein particulæ tantum fluidiores & liquidiores per tubulos lymphaticos, femper minores & anguftiores evadentes, progredi valent, craffiores in vafculis capillaribus ulteriores profluere nefcientes, inibi ftagnare, atque per ferum tale continuo à tergo adveniens, vafcula nimis dilatare ac denique difrumpere debent, non fine feri extravafatione, magis minufve larga, hydropem, Apoplexiam ferofam, variofque tumores poft fe trahente. Vinum autem jufto plus potatum duplici modo nocere poteft; etenim I. Si fpirituofum generofumque exiftit, tum particulis fanguinis, à calore æftuante jam prius attenuatis, majorem adhuc motum conciliat; fubtiliores ejus diffipat, ac reliquas in vafculis capillaribus ftagnare facit; unde Obftructiones, & ex hifce varii generis febres, Apoplexia fanguinea, tumores inflammatorii proveniunt. 2. Vinum minus generofum ac acidiufculum aciditate fua vafcula minima conftringit, aut particulis tartareis, eadem obturat, iifdemque affectibus quibus vinum generofum, anfam præbet.

Thesis V.

Enarratis fic morbis in genere, quibus mifer nofter Ægrotans cum aliis

aliis sui similibus obnoxius fuerit; nunc in specie de *tumore* illo *renis*, quo affligebatur, atque symptomatibus eum secutis, agendum mihi est. Noster itaque Vir tali tumore intra sinistram lumborum regionem cavum abdominis non leviter distendente, ac sensim magis magisque increscente, per duos ante mortem annos molestabatur; atque hæc molestia respiciebat tum dolorem, tum etiam effectus illius tumoris alios sive symptomata. Quod dolorem attinet, cujus causam proximam fuisse tensionem nervorum ex physicis patet, quo plus autem fibrilla nervea ultra tonum sibi naturalem tenditur, eo major quoque est dolor. Jam per totam illam tumoris extensionem nervos videbamus in superficie externa expansos adeoque præternaturaliter tensos. Quo magis vero tumor ille cum nervis fuit extensus & elevatus, eo major etiam sentiebatur dolor tensivus, usque dum per hanc expansionem nimiam spiritibus animalibus refluxus plane denegaretur, seu potius usque dum spiritus illi e nervis per tumorem expansis expellerentur, hincque tensio ista menti communicari haud posset, sicque doloris omnis sensus evanesceret. Inter molestias, quas noster misere afflictus Æger ab illo tumore habuit, referre quoque possumus motum quasi viventis cujusdam animalis in abdomine contenti, præsertim jejuno stomacho, quem nihil aliud esse credimus, quam borborygmos sive flatus in Colo vagantes, & à congregatione particularum aërearum, pituita viscida circumdatarum, ac in bullarum formam coactarum, productos. Quod si hinc colon à ventriculo cibis plane vacuo non pressum sed liberum existebat, tum flatus isti, sive à motu intestini peristaltico, sive à contractione ejus spasmodica, sive ab utraque causa simul agente, ad flexuram usque coli, nec ultra ob resistens illud tumoris obstaculum, propulsi sonum quendam edebant. At ventriculus repletus colon ita premebat, ut fluctuatio materiæ elasticæ sive aëreæ sisteretur; libera autem coli reliqui portio fæce scateret, quapropter nulli tum borborygmi ibi contingere poterant.

THESIS VI.

Dyspnœam quod attinet, ejusque causas, antequam hæ explicentur; respirationis negotium prius examinandum & demonstrandum erit. Respirationis itaque actio duobus modis absolvitur, inspirando nempe aërem & exspirando. In inspiratione cavitas thoracis dilatatur & ampliatur, ut liber aëri ingressus in vesiculas pulmonum concedatur. Apud plerosque autem in confesso est, istam pectoris dilatationem fieri ope contractionis *musculorum* I. *subclavii*, qui à parte inferiori & exteriori claviculæ, ubi processui acromio jungitur, originem suam ducit, & margini superiori atque anteriori primæ costæ prope sternum inseritur. 2. *Intercostalium*, quorum interni ex inferiore margine costæ superioris oblique descendunt retrorsum, marginique superiori costæ inferioris

rioris ſequentis implantantur. Externi eandem originem ac inſertionem quam interni habentes oblique deſcendunt antrorſum, ita ut horum muſculorum fibræ ſe mutuo interſecent faciantque chiaſmum. Subclavius enim muſculus agens primam coſtam a parte ſuperiore numerando verſus claviculas attollit, ac eodem momento vi intercoſtalium coſtæ reliquæ furſum trahuntur, & ob mirabilem earum connexionem cum vertebris ſpinæ, harumque finibus extrorſum vertuntur. Ad iſtam dilatationem thoracis multum quoque confert contractio *muſculorum diaphragmatis*, quorum inferior duplici tendine à tribus primis lumborum vertebris ac ab ultima penultimaque pectoris ortus & aſcendens fibras ſuas confundit cum fibris inferioribus muſculi ſuperioris, qui ab omnibus cartilaginibus coſtarum ſpuriarum, atque à parte infima ſterni productus fibris ſuis centrum verſus decurrit. Dum igitur diaphragma contrahitur, thoracis cavitas ampliatur, quoniam illud ex ſitu convexo & ſinuoſo, furſum exporrecto verſus cor, deducitur in figuram magis planam verſus inferiora; unde per depreſſionem viſcerum abdominalium abdomen ejuſque muſculi diſtenduntur. Aucta igitur pectoris capacitate aër nos ambiens & circumcingens, cum nullam in ore, naribus, faucibus, arteria áſpera atque pulmonibus reſiſtentiam offendat, tum à propria gravitate, tum ab ejus elaſticitate, ſive continuo niſu in majus ſpatium ſe dilatandi, in veſiculas pulmonum protruditur, eaſque expandit. Quamprimum autem cauſæ contractionis muſculorum thoracis capacitatem augentium debilitantur, ac fibræ eorum relaxantur, muſculi abdominales elaſticitatem ſuam exercendo, ſeſeque reſtituendo premunt viſcera, quæ diaphragma jam laxum ad priſtinum ſuum ſitum, intra thoracis cavitatem videlicet convexum & incurvatum, reducunt, unde fit, ut cavitas iſta coarctetur, atque pulmonum lobi conprimantur, adeoque aër ex veſiculis eorum egredi cogatur, hinc illa reſpirationis contingit actio, quæ vocatur *exſpiratio*. Verum ſi quis accuratiorem hujus negotii demonſtrationem deſideret, is pro lubitu conſulere poterit *Borellum*, *Boerhaave* alioſque: Sufficiunt mihi hæc pro explicanda cauſa dyſpnœæ, quam à tumore tam inſolito productam fuiſſe judicamus; iſte enim tumor totum abdomen occupans mole ſua ventriculum penitus abſcondebat, unde haud difficulter concludere licet, talem tumorem diaphragmatis motum verſus inferiora impediviſſe, atque cavum pectoris ſicuti in naturali ſtatu ampliari haud potuiſſe; quaproper pulmonis veſiculæ ſe non ſufficienter dilatare valuerunt, adeoque reſpiratio ob aëris ingreſſum in illas juſta quantitate non conceſſum reddita fuit difficilis.

THESIS VII.

Æger noſter ultimo tandem fuit correptus *apoplexia*, mortem ei inducente.

ducente; cui tamen præcessit *hæmiplegia* sive *paralysis universalis*, per quam intelligimus sublationem sensus & motus animalis in alterutro integro latere, superstite adhuc vita; non aliunde proveniens quam à tumore illo, qui mole sua aörtæ descendenti incumbens eam ita comprimebat & coarctabat, ut sanguis versus inferiora tendens per istam difficulter penetrare posset, sed majori copia versus viam minus resistentem & liberiorem, cerebrum videlicet, determinaretur, quo vasa cerebri magis quam in naturali statu distenta, idque introrsum, expansioni extrorsum versus renitente cranio, ac per continuum cruoris arteriosi affluxum ultra extensionis terminos dilatata fuerunt, quæ denique disrumpi coacta sanguinem necessario profundere debuerunt. Jam neminem anatomiæ peritum latet, arteriis cerebri corticis interjacere tubulos nerveos mollissimos, qui sunt organum sensus & motus animalis: Quod si itaque vascula arteriosa nimis distenta existant, tum majus spatium occupantia non possunt non nervos ipsis interjacentes premere; sanguis autem extravasatus, quocunque cadat, cadit etiam super compagem fasciculorum nerveorum, suoque pondere eos comprimit, unde spiritus animales partibus extra cerebrum positis communicari nequeunt, adeoque paralyticæ evadunt. Hinc oculus dexter immobilis, ingestio atque deglutitio maxima læsa, totumque latus dextrum cum loquelæ instrumentis paralyticum fuit redditum nullam aliam ob causam, quam ob defectum spirituum animalium in illas partes influentium; musculi enim unicuique illarum partium & organorum actioni inservientes propter deficientem motus causam, quæ liquido maxime nervoso à plerisque adscribitur, resolvuntur, relaxantur, sicque munere suo destituuntur.

Thesis VIII.

Cum sanguis extravasatus per sex dierum, ab invasione hemiplegiæ, spatium magis fuit accumulatus, apoplexiam subsequi necesse fuit: cruorem enim illum extravasatum à posterioribus cerebri processibus, in cerebellum fluentem observabamus; unde nervi paris octavi sive vagi, & intercostales; qui e processibus à cerebello ad medullam oblongatam prodeuntibus oriuntur, ac motui vitali perficiendo dicati sunt, à liquido illo adeo compressi fuere, ut omnis influxus spirituum animalium in partes actionibus vitalibus æque ac animalibus destinatas sufflaminari debuerit, quare cunctæ actiones omnimode abolitæ, morsque inducta fuit.

Thesis IX.

Pauca quædam *hemiplegiam* spectantia mihi adhuc dicenda supersunt, de miri istius phœnomeni causa, posita in sinistro cerebri hemisphærio,

rio, cujus tamen effectus in dextro corporis latere apparebat. Ubi forſan contingit, quod noſter ægrotans in lecto decumbens caput lateri dextro inclinans haberet, unde hemiſphærium ſiniſtrum cruore extravaſato maxime repletum, aut à vaſis dilatatis valde ponderoſum redditum, mole ſua nervos molles hemiſphærii dextri comprimebat ac deſtruebat, & latus illud corporis integrum paralyticum reddebat.

Thesis X.

Viſcus, cui tumor hic adhærebat, erat *ren ſiniſter*, corruptus plane. *Renes* ſunt corpora rubicunda, poſita ſub hepate & liene, ac ad latera aortæ deſcendenti & venæ cavæ aſcendenti, muſculiſque incumbentia utrinque lumbaribus, ad urinam e maſſa ſanguinea ſecernendam, quæ dein per ureteres ad veſicam urinariam delabitur, præcipue inſervientia: ſuperficiem habent plerumque lævem, & hepatis ſuperficiei non multum aut plane non diſſimilem. Arterias dictas *emulgentes* accipiunt ex trunco aortæ deſcendentis, & plurimis ramis per totam renum ſubſtantiam diſperguntur; ſanguinem vero reliquum *venæ emulgentes*, in venam cavam inferi ſolitæ revehunt. Gaudent dein renes vaſis lymphaticis & nervis, ſicut reliquæ corporis partes, quamvis nervos ipſis quidam denegare velint. Cinguntur ipſi duplici *tunica* ſive membrana, quarum *exterior* ſuum ducens principium à peritoneo, *communiſque* vocata, pinguedinoſa, in obeſis præſertim Renes occultat; adeo ut illi non ſtatim primo intuitu in conſpectum veniant, ſed demum abraſa pinguedine, unde etiam adipoſa dicitur: *interior* vero membrana, alias *propria* appellata, ſatis tenuis, provenit ab involucro vaſorum renalium externo, arcteque inveſtit ſubſtantiam Renum, facile tamen ab iſta ſeparari poteſt ſine magna ipſius dilaceratione. Ablatis *Renum* duabus hiſce membranis *ſubſtantia* ipſa ſe conſpicienda præbet, quæ duplex eſt, alia ſcil. *exterior*, & alia *interior*. Illa nuncupatur quoque glanduloſa, membranæ interiori immediate ſubjacet; glandulæ autem in hac ſubſtantia magna quantitate reperiuntur, quamvis vaſcula earum non ita intorta ſunt, quam aliarum partium, v. g. hepatis &c. Si enim vaſcula glandularum renalium intorquerentur, quemadmodum in hepate, &c. tunc non urinam ſed bilem aliumve humorem ſecernerent. Haſce glandulas correſpondere faſciculis, qui ex vaſculis interiorem renum ſubſtantiam componentibus, & urinam ſecretam devehentibus ſunt conflati, plerique fere anatomici putant. *Interior* renum ſubſtantia, vaſculoſa dicta, ex glandulis exterioris progreſſa terminatur in carunculas papillares, quibus vaſcula illa urinam vehentia inſeruntur, quæque eam in pelvim tranſmittunt, e qua per ureteres in veſicam ulterius detruditur.

THESIS XI.

Cognita *renum* ftructura facile nunc quis concedet, eos non fecus ac aliæ corporis glandulæ variis omnino defectibus & morbis affligi. Quod fi enim v. g. 1. Urina *nimis abundanter* vel *frequenti* admodum *copia* excernatur, *diabetes*, ceu fymptoma morbofum à flacciditate aut etiam ruptura tubulorum urinariorum oriundum, vocatur. 2. Si urinæ fecretio plane ceffat, *ifchuria* five *fuppreffio urinæ* nuncupatur, quod vitium licet non femper in Renibus hæreat, attamen ipfis interdum quoque adfcribendum eft; quando nimirum*calculofa materies aliave ductibus excretoriis glandularum renalium obftructiones infert. Quod fi *Calculus* in alterutro tantum Rene exiftat, ductufque excretoros afperitate fua conftringat, tunc ob confenfum nervorum fibræ quoque alterius Renis fpafmodice contrahuntur, hinc fecretionis urinæ actio penitus abolętur, ut *Clariff.* atque *Experientiff.* D. D. Theod. Zuingeri, *Prof. Med. Prim. Baf.* verbis utar. 3. Denique urinæ excretio imminuitur, in *dyfuria* & *ftranguria*, & quidem etiam frequenter vitiis Renum ubi ea, quæ excretionem urinæ abolitam producunt, minori folummodo gradu in iftos agunt. Ab urinæ autem excretione imminuta aut penitus fublata, ferum illud excretorium in Renibus quotidie magis accumulatur, unde vafcula tandem vel fanguifera vel lymphatica difrumpi coguntur, indeque varii generis *tumores* nafcuntur.

THESIS XII.

Aggrediar jam explicationem tumoris illius renis tam enormis, quo nofter æger affligebatur; cujus *caufam proximam* effe credimus difruptionem, non vafculorum lymphaticorum folummodo, inde enim *hydrops Renis*; neque fanguiferorum tantum, unde *apoftema*, neque urinalium, unde *Collectio urinæ* obtinuiffet locum, fed rupturam vafculorum fanguivehorum fimul & urinalium, cum extravafatione fanguinis & urinæ, falis urinofi & aquæ copiofæ a putredine præfervatorum, quæ guttatim extillando, & fefe paulatim colligendo tumorem in viro deprehenfum excitare potuit. Cum enim homo ifte faber effet ferrarius, adeoque æftuanti calori utplurimum expofitus, qui maximam parit fitim, uti *Thef. IV.* innui: hinc aquas potiffimum & affatim quidem ingurgitabat, unde copiofum ferum impetu quafi verfus renes protrudebatur, vafcula illorum, five natura five fortuito debiliora nimis dilatabat, tandemque difrumpebat; unde extravafata urina fanguine commixta per continuo affluentem novam lympham coacervabatur, ac ita fentinam feri illabentis, ut tumor inde natus indies magis increfceret.

Thesis XIII.

Quoad *curationem* hujus tumoris, merito quæritur, *an talis potuerit ſanari?* Ad hanc quæſtionem negative reſpondemus, dicimuſque eum fuiſſe abſolute incurabilem: præprimis ſi materia ejus accumulata abdomen valde expanſum reddidit, hicque tumor jam aliquamdiu duravit. Quemadmodum etiam *hydrops*, quæ jam fixas maxime radices egit, remediis cunctis reſiſtit. Etenim materia illa extravaſata, magna quantitate in renibus collecta, vaſculaque excretoria comprimens, per poros illorum aliorumve reſorberi nequit, nec per ſudorem exhalare largum valet, quia particulæ tantummodo fluidiores abiguntur, craſſiores vero relinquuntur ac ſemper plus inſpiſſantur: præter has autem vias nullæ aliæ per quas quidem materia talis expelli poſſit, mihi conſtant. Si tumor in ſui tantum principio verſatur, tunc incommoda nondum parit tanta, ut exinde tanquam ex ſignis pathognomonicis, iſtius morbi præſentiam certo judicare & definire liceat: Hinc etiam nulla tum deſiderabantur vel poſtulabantur remedia in uſum vocanda; tamdiuque expectabatur, donec tumor jam oculis conſpici, imo manibus palpari potuerit; quanquam tum etiam adhibita qualiacunque remedia propter firmiores mali radices omni plane virtute & effectu caruerint.

Thesis XIV.

Similis fere caſus exemplum *Experientiſſ.* ac *Excellentiſſ.* D. D. Leonh. Hurterus *h. t. Archiater Scaphuſii longe meritiſſimus*, nuperrime mecum per litteras communicavit, in quibus, ſemel, inquit, memini me vidiſſe ejuſmodi tumorem per totum meæ praxeos decurſum in laico, qui in monaſterio Rhenovienſi vita defunctus erat. Prius autem quam fatis ceſſit, dolorem à multo tempore querebatur gravativum in lumbis; à poſteriori vero in ſiniſtro latere, quem omnes pro nephritide habebant; dolores etiam vagos huc & illuc in artubus oberrantes ſæpe paſſus; adeo ut plurimum temporis æque die quam nocte ab iis torqueretur; quem in finem aquis uſus eſt Fabarienſibus, quæ dolores mediocriter levarunt; balneum vero id loci ingreſſus ferre non potuit ob animi deliquia, quæ illi ab ejus uſu ſuperveniebant. Paulo ante, quam mortem obierat, malum ſupervenit iſchiadicum: quod & ſi primis diebus eum acerbe afficeret; tamen doloris atrocitas magis ſua ſponte, quam medicamentis adhibitis & remittebat & ceſſabat. Inter hæc cum malum ceſſaſſet antedictum, tuſſis extitit ſicca, quam paulo poſt ſequuta eſt reſpiratio difficilis, quæ indies ſeſe augebat; adeo ut lecto incumbere non potis eſſet ob metum ſuffocationis; tandem vero poſt multos dolores perpeſſos orthopnoicus mortuus eſt. In diſſecando cadavere ex coſtis quampri-

mum diffectis in finiftro latere aqua ex cavo thoracis inftar fontis falientis cum impetu prorupit; amoto & ablato fterno, cavum pectoris lateris finiftri aqua extravafata mire impletum & inundatum erat; fic ut dextrum thoracis cavum fere occuparet, diftendendo mediaftinum verfus idem latus; pulmones fuerunt adeo compreffi, ut parum vel nihil amplius aëris recipere poffibile effet: in dextro thoracis cavo vel nihil vel parum quoque aquæ inventum eft: in cordis thalamis polypofæ concretiones erant, quæ autem non magni æftimandæ fuerunt, ob earum & exilitatem & exiguitatem. In abdomine, quamprimum integumenta ablata erant, in confpectum fe præbuit monftrofus ille tumor, reni finiftro adnatus & conjunctus, pondere quatuor librarum, fubftantia carni fimilis & inæqualis, ille ad tactum durus, colore ruber; adeo ut carcinomatis exulcerati fpeciem præ fe ferret; diffectus intrinfece eadem quæ extrinfece oftendebat, figura fuit oblonga & fere triangulari deorfum fe extendente cum rene is intime conjunctus, ut nulla vi ab eo avelli poffet; membrana mediocris quidem craffitiei circumcinctus; vafa fanguifera etiam videri licuit.

THESIS XV.

Ex hoc autem multifque aliis morbis cernere licet, quam magnam afferat utilitatem medicinæ anatomia practica: hujus enim ope medicus intimam ftructuram partium internarum, earumque ufum optime fibi perfpectum reddere poteft: quæ fi quis ignoraverit, eum functiones five actiones illarum omnes quoque latebunt. Unde fit, ut nemo deinceps de caufa & modo læfionis talium functionum recte judicare queat; illis enim incognitis impoffibile eft, ut quis læfionibus ejufmodi recte mederi valeat. Equidem dantur aliqui ex neotericis medici, qui dicunt, optimum quoque anatomicum, etiamfi ftructuram atque texturam corporis humani probe intelligat, in morbi tamen alicujus curatione æque minus proficere, quam illum, qui nullam fere cognitionem anatomiæ habeat. Animam enim effe, quæ partes corporis formet, eafque labefactatas fine auxilio cujufdam medici in integrum reftituat. Sed cum hæc fententia jam à Viris doctis refutata atque difcuffa fit, ei explicandæ, & argumenta contra eam allegando non immorabor. Deo autem T. O. M. æternas ago gratias pro infinita, qua me beavit hactenus, benignitate, ejufque divinam opem devota mente imploro, ut ftudiis ac conatibus meis porro benedicat. Ei interim fit Laus, Honor, & Gloria per omnia Secula.

Corollarii loco Observationem de Uracho *apponere lubuit, quam in infante recens nato, à crudeli matre meretrice in partu statim suffocato, & per* 16. *Septimanas clam asservato, omnes ii, qui dissectioni istius interfuerunt, mecum annotabant. In hac enim exenteratione Urachi, quem omni studio atque cura investigare animus erat, orificium patulum, nudo oculo ante setæ intrusionem conspicuum animadvertimus, at arctum, ita tamen ut setam porcinam facillime admitteret, quam etiam ad aliquot pollicum ab umbilico distantiam intra ejus cavum protrudere licuit, ubi conspicuus nodulus, ulteriorem progressum recusabat.*

FINIS.

CHRI-

CXV.

CHRISTIAN ANDR. KOCH,

AFFECTUS IN LIBRIS ET PRAXI

RARISSIMUM.

A B

HERMANNO BOERHAAVE

IN NOSOCOMIO

LUGDUNO-BATAVO

SANATUS.

Leydæ 1738.

HERMANNO BOERHAAVE,

SACRUM.

LECTORI S. P. D. AUCTOR.

Conor hic exhibere affectum in libris & praxi rarissimum, quem in Nosocomio Lugduno-Batavo, quod per novem circiter menses visitare mihi contigit, à Celeb. *Boerhaave*, Præceptore meo, omni, quo par est, pietatis cultu prosequendo, prope sanatum vidi. Refert autem ille interioris vesicæ pelliculæ, quæ muco obducta, eam contra urinæ acrimoniam mire intus investit, excoriationem, cum subsequenti ejus, per urinæ iter, excretione. Quis mortalium id fieri posse unquam credidisset? nemo sane unquam. Verum enim vero fidelis observatio rem ipsam docuit. Ego quidem inter omnes, quos hac de re evolvi, observatores, Clar. *Ruyschium* solum, ni fallor, reperi, qui in adversariis suis Anatomicis similem fere casum de puerpera quadam memorat, quem in sermonibus suis doctissimis, in quibus se semel tantum per omnem vitam hujusmodi quid animadvertisse injicit, rarissimum simul æstimat. Quod cum ita sit, raram hanc in sylva medica avem, tum pro ingenii tenuitate describere, tum istius iconis rationem habere, operæ pretium esse putavi. Quæ ut æqui bonique consulere velis, Te etiam atque etiam oro. Et sic vale, & mihi fave. Scripsi Lugd. Bat. 1738.

MORBI HISTORIA.

GEERTRUDA van der HORST, Leydana, *uxor triginta & quinque circiter annos nata, robustiori corporis habitu, inter macilentum & succiplenum medio, prædita, optime semper, licet nunquam ordinate sit menstruata, hucusque valens, septem abhinc annis primum feliciter peperit. Illa ante biennium mense Majo, per octodecim hebdomades iterum gravida, in veram, quæ tam atrox fuit, ut per octiduum ne guttula quidem lotii sit excreta, incidit Ischuriam; Medicis vel experientissimis, quoad caussam, tunc plane incognitam. In summo, quo mulier sic versaretur, vitæ periculo, Chirurgus accersitus est, qui, omnibus per semihoram cum cathetere, licet frustra, tentatis, nihil levaminis ejulanti ægræ præstare potuit. Quam ob rem ad mitigandam torturæ ipsius sævitiam, ægrotans acerbissimis in ventre doloribus cruciata & fere enecta, alterius Chirurgi urbani, artisque satis periti, auxilium imploravit. Ille vero hora decima matutina, cathetere itidem adhibito, urinam tanta copia illico elicuit, ut duarum mensurarum matula omne vix lotium capere potuisset, fluxu dein subsistente. Exinde ægra haud parum levata, eodem die hora secunda post meridiem, totidem urinæ hujus instrumenti ope prorsus dimisit; vesperi autem hora nona auxiliator, eandem navaturus operam, itidem redux, sesquimatulam, urina magna cum ægrotantis molestia educta, simili modo implevit: ita, ut duodecim horarum spatio tres matulæ cum dimidia, singulæ duarum mensurarum capaces, urina fœtida, sanguinolenta & quasi corrupta, completæ sint. Tum die proxime sequenti mane, fœmina ingentes versus inferiora conatus subito passa, quinque circiter mensium abortum enixa est, secundinis simul satis feliciter subsequentibus. Interim mansit Dysuria, magnusque ventris dolor, cum mictu sanguinolento, qui per octo dies adeo urgebat, ut, exorta calculi suspicione, Clarus hujus urbis Lithotomus advocatus sit, qui omnia sollicite explorans, propter prægressam partium extensarum laxitatem, eas duntaxat male dispositas invenit: in ipso autem fœminali tumorem laxum, mollem, vesicalem, vaginam opplentem, detexit. Ex quo tempore a Medicis experientissimis, quorum misera auxilium flagitavit, omnia tam interne, quam externe, ex quibus aliquid boni sperari potuisset, adhibita, nihil profecerunt. Per mensem mulier ita se habens, ob summum, quod aliquando urgebat, mingendi desiderium, lotii aliquid acris, sanguinolenti, purulenti, guttatim expressit; tum vero monstri quid in urethra apparuit. In conspectum nimirum prodiit corpus molle, laxum, rugosum, vesicale, asperum, lapillis quasi conspersum, & membranatim per flexuras, laciniæ instar, digestum, quod sine magnis fœminæ molestiis haud multo post ex urinæ meatu protractum est; tumore, quem proxime in uteri vagina dixi, haud sublato. His deinceps accessit tanta urinæ incontinentia, ut mulier, ob perpetuum ejus stillicidium,*

spongiis in vaginam immissis uti, coacta sit, usquedum, sesquianno ferme praeterlapso, haec affectio denique subsistit; & haec fuit mox bosa aegrotantis conditio, in qua Nosocomium, quod hic est, petiit. Symptoma, de quo impraesentiarum maxime conquereretur, fuit Dysuria adhuc superstes, quae impediret, ne lotium, licet summos semper in mictum tendentes perciperet tenesmos, nisi difficillime, magnoque dolore, circa ultimum mictionis nixum recrudescente, reddatur. Ceterum aegra, naturaliter satis sana, à febricula, qua laborabat, valde debilitata erat, quartana insuper accedente, cujus paroxismus quater jam corpus turbaverat. Pulsus fuit debilis, febrilis; totum corpus projectum, ac si lecto fuisset affixum; urina flammea, sanguinolenta, foetida, in qua sedimentum viscosum, crassum, albicans, purulentum, cruoris & saniei particeps, copiose subsidebat; lingua bona; facies pallida; oculi lividi, plumbei; sitis ingens; appetitus imminutus; respiratio commoda; gingivae optimae; dolores in pelvi, in reliquo corpore nulli; dejectio alvi naturalis, ingestis quotidie semel respondens. En miram atrocis morbi historiam.

R A T I O C I N I U M.

PRimum ex morbi relatione patet, foeminam in optimo aetatis flore Ischuria fuisse correptam: cui accedit saniffima corporis constitutio, unde viscera, tam χυλοποίησι, (*a*) quam αἱματοποίησι, infervientia, fana cognoscuntur; id quod postea circa prognosin in primis notari debet.

Fuit urinae suppressio, cujus vitium in ipsa haerebat vesica, sive Ischuria vera, quae dicitur illa corporis nostri conditio physica, ubi urina in vesica collecta emingi nequit. Refert itaque isthaec affectio actionem laesam, quae morbum, seu impotentiam actiones rite exercendi nostras, à statu corporis praeternaturali exortam, praesupponit; hinc Ischuria non morbus, sed potius effectus morbi, id est symptoma, appellari debet. Morbus vero hujus symptomatis, si accurate loqui lubet, erit obstructio, sive impotentia transmittendi ea, quae transmitti debebant. Interim tamen, ut secundum auctores, qui morborum nomina a functionibus corporis nostri laesis (*b*) saepe sumserunt, loquamur, Ischuriam, licet minus accurate, morbum, & quidem hic principem, a quo reliqua deinde exorta mala originem duxerunt, nominare licebit.

Pars affecta ex laesa vesicae urinariae actione, qua lotium, quod dimitti haud potuit, notabilem in pube tumorem cum magno dolore excitaverat, manifeste intelligitur. Si enim obstructa vesicae cervix urinam

 impedit,

(*a*) Her. Boerhaave *Inst. Med.* §. 350.
(*b*) Her. Boerhaave *Aphor.* §. 770.

impedit, tum pubes tota intumeſcit, atque dolet, multumque urinæ, intromiſſo ferro, prorumpit. Ubi vero ſuperioribus inhæreſcit urinæ ductibus obſtructio, in lumbis (*a*) doloris vel gravitatis ſenſus ſentitur, notæve affectorum renum antecellerunt: veſica inanis nihil vel dolet, vel tumet, nec quicquam urinæ, adhibito inſtrumento, reddit, quare nec ullum quidem mictionis deſiderium tunc deprehenditur.

Cauſſa hujus Iſchuriæ non tam facile, quam quis putaret, determinari poterit. Nam ſi omnes perpendo cauſſas (*b*), quas ut plurimum auctores veram circa Iſchuriam recenſere ſolent, vix una in propoſito caſu ſufficiens mihi eſſe videtur. Quæ igitur hujus affectionis fuit cauſſa? difficilis quæſtio, quam Medici experientiſſimi ſolvere vix ac ne vix quidem potuerunt. Ut dicam, quæ mea eſt ſententia, Iſchuriam ab ipſa eſſe petendam graviditate ſuſpicor; id quod majori cum probabilitate affirmare audeo, cum uterus non ſemper in medio (*c*) perfecte ſit collocatus, ſed quandoque, licet rarius, modo verſus dextram, modo ſiniſtram, modo anteriorem, modo poſteriorem hypogaſtrii partem, magis inclinans, præſertim in utero gerentibus, animadvertatur. Deinde exitus (*d*) urethræ (*e*), quæ proxime ſub oſſium pubis ſynchondroſi procurrit, neque ita oritur in fœminis a parte poſteriori, neque ita egreditur ab anteriori, quam in viris: qua de re matricem circa quintum, quo Iſchuria incepit, graviditatis menſem, jam multum expanſam, veſicæ collum verſus oſſa pubis premendo, urinam penitus cohibuiſſe, concepitibile erit. Uterum (*f*) vero ob ſuam, quam geſtationis tempore ſuſtinet, expanſionem, in gravidis ſic veram interdum Iſchuriam produxiſſe, experientia conſtitit.

Lotium tribus vicibus per artem eductum, quatuordecim libras ad minimum complet; quælibet enim matula, duas, uti jam monui, menſuras, quatuor ſaltim libras communes æquantes, tenebat. Nec concipi poteſt, quomodo veſica in corpore gravido abſque ruptura, tantam urinæ multitudinem continere queat. Omnis autem urina fuit fœtida, ſanguinolenta & quaſi corrupta; nec mirum, nimia enim ſtagnatione in perfectam abiit putredinem, unde fœtor & corruptio. Sanguinolentia autem, quæ commixto urinæ ſanguini debetur, vaſorum ſanguineorum apertionem indicat. Quando enim urina putrida, acrimonia, copia, diutur-

(*a*) Lommii *Obſervat. Medic.* Lib. II. p. mihi 224.
(*b*) Her. Bœrhaave *Inſt. Med.* §. 821.
(*c*) Reg. de Graaf *Organ. Mulier.* Cap. VIII. Henr. a Deventer *Ars Obſtetric.* Cap. IX. Fig. IV.
(*d*) Verheyen *Anat. Tract.* II. Cap. XX.
(*e*) Reg. de Graaf *Organ. Mulier.* Cap. VI. Tab. I. p.
(*f*) Mauriceau *Traité des maladies des femmes groſſes* Chap. XV. Garengeot *Traité des operat. de chirurgie Tom. I. p.* 265. 266.

diuturnave remora, vesicam rodit, distendit, irritat, deterso muco, fit dolor, inflammatio, fibrarum destructio, hinc vasa aperta sanguinem, urinam tingentem, exstillant. Porro, si ea, quæ ad naturalem spectant mictum, considerentur, ratio, cur lotium non uno impetu, sed per intervalla, effluxerit, statim constabit. Ad mictionem vero requiritur vesicæ actio, quæ est ejus membranarum contractio, cujus ope sphincter (*a*) vesicæ orbicularis in superiori cervicis parte supra prostatas, sub rectis exterioribus fibris, locatus, paralytice quasi comprimitur, unde urina eadem vi in urethram propellitur & dimittitur. Simulac cessat illa vesicæ actio, fibræ sphincteris, quæ non amplius comprimuntur, quasi relaxatæ se restituunt, hinc urinæ fluxus desinit. Quæ cum ita sint, concipiamus nobis vesicam, qualis illa, durante Ischuria, h.c in fœmina fuit, id est, mirum in modum expansam, in qua prima lotii proruptione spatium, ut ita loquar, vacuum fit factum, tum fibræ vesicæ motrices, naturali tono orbatæ, tam fortiter se uno momento contrahere haud possunt, ut per hanc pressionem omnis urina simul ac semel exprimatur; successive vero, iteratis vicibus, id obtineri potuit.

Abortus, qui hanc vesicæ exonerationem sequenti die secutus est, ex situ nexuque matricis cum vesica, apparebit. Uterus enim in infima abdominis parte, regione hypogastrica dicta, inter vesicam & intestinum rectum (*b*) interjacens, arterias venasque (*c*) a spermaticis, (*d*) hypogastricis, (*e*) iliacis internis (*f*) & hæmorrhoïdalibus, (*g*) cum vesicæ & intestini recti vasis (*h*) cohærentes: nervos vero, tum a pari vago, (*i*) tum a medulla ossis sacri, (*k*) ad vesicam & intestinum rectum tendentes, (*l*) suscipit; unde vesicam se valde contrahentem uterum, cum intestino recto, ob dictum vasorum nexum, simili modo ita affecisse, ut postero die immaturus supervenerit partus, facile credi poterit. Mortuus autem exiit fœtus, quia embryones circa dimidium gestationis tempus vix vivilcere incipiunt. Verisimile etiam est, tum mino-

O 3 rem

(*a*) Her. Boerhaave *Inst.* §. 366. Graaf ibid. Cap. X. Tab. XI. Fallop. *Observat. Anat.* p. 440. Santor. *Observat.* p. 203.
(*b*) Graaf ib. Cap. I. Tab. I. a.
(*c*) Her. Boerhaave *Inst.* §. 664. Eustach. Tab. XIII. 73. 18.
(*d*) Graaf ib. Cap. I. Tab. I. I. K. L. M.
(*e*) Graaf ib. T. T. V. V.
(*f*) Verheyen *Anat. Tract.* V I I. Cap. I. Tab. XXXVIII. a a.
(*g*) Bartholinus, qui has arterias sacras appellat, *Anat. Libell.* II. cap. V. 5.
(*h*) Eustach. *Opusc. Anat.* Cap. 28.
(*i*) Vieussens *Neurograph.* Lib. 3. Tab. 23. 84. 85. 87.
(*k*) Vesalius *de Fabr. Corp. Hum.* ed. nup. Tom. I. Lib. IV. Cap. X. 25. 26. 27. 28. 29. 30. quibus numeris sex sacri ossis nervorum paria, ex quibus hi nervi progrediuntur, indicat.
(*l*) Vieussens. ibid.

rem fœtus præcocis molem, tum integumenta abdominis a prægressa Ischuria magis relaxata, partum adeo facilitasse, ut fœmina hunc actum ullo sine obstetricis auxilio absolvere potuerit.

Quod ad laciniam attinet, quæ apprehensa trahentisque obsequiosa manui, facile ex meatu urinario prodiit, illam, lapillis, quibus obducta erat, lavando sublatis, nerveam vesicæ membranam constituere, Celeb. Bœrhaave pulcherrime docuit. Vesica enim urinaria ex tribus distinctis, ut Anatomes docet, conflata est membranis, exteriori nempe communi, (*a*) a peritonæo oriunda, media musculari, (*b*) diversis fibris (*c*) constanti, interiori nervea, (*d*) glandulis mucosis (*e*) undique scatente, quæ humore mucoso obducta, impedit rosionem ab urina acri, stagnante, futuram. Jam vero ut pace vestra ea, quæ oculis vidi, ingenue fatear, structura, figura, magnitudo laciniæ, cujus iconem hic habetis, assertum hoc verissimum adeo confirmarunt, ut si quis ultra dubitare voluisset, quomodo in physicis convictus talis reddi posset, nescirem. Excoriatio autem, sine qua hujus membranæ excretio concipi nequit, ex paralytica, per gradus inflammatoria, suppuratoria, & ulcerosa dispositione, quam post Ischuriam, interjecto spatio, contraxit vesica, omnino comprehendi potest. Tum vero ob urinam, vesicam sauciam ac decorticatam, irritantem, ingens mingendi cupiditas adest, sic ut teneri urina vix possit, unde subsequens lotii stillicidium, cum aliis hujus generis facile concipiendis calamitatibus, intelligitur; dolor vero pubem & perinæum continuo exercens, qui circa emictionis finem augetur, a contactu & affrictu, quem inflammati, saucii, ac decorticati vesicæ parietes inter se tunc patiuntur, proficiscitur. At enim vesicam certissime fuisse exulceratam, ex urina, cruore & pure commixta, cernitur: nullum enim, ut supra jam dictum est, in renibus vitium, vel calculi signum, adfuit. Quodque interior vesicæ pellicula hac ratione exuviarum in modum abradi possit, id Clar. Ruyschius (*f*) in puerpera quadam observavit, qui illam perfecte sanatam, posthæc concepisse, feliciterque peperisse, superaddit.

Lapillis undique conspersa fuit lacinia; cujus rei explicationem in exemplo dare liceat: vas qualecumque, in quo sanissimi hominis recens ad putredinem usque lotium asservatur, facta effusione, crusta lapidea (*g*) intus

(*a*) Verheyen *Anat. Tract.* II. Cap. 20. Tab. 12. Fig. 4. a.
(*b*) Verheyen ibid. A.
(*c*) Eustach. Tab. 12. Fig. 7.
(*d*) Cel. Heister. *Comp. Anat.* ed. nup. §. 222. Graaf l. c. Cap. 6. Tab. 6. K.
(*e*) Her. Boerhaave *Inst.* §. 366. Drake *Anthropol.* Cap. 10. Tab. 3. b.
(*f*) Vid. *Adverf. Anat.* Dec. Sec. IX. Tab. 2. Fig. 1. ubi excretæ membranæ portionis iconem exhibet.
(*g*) Her. Boerhaave *Chem.* Tom. 2. Proc. C.

intus undique cinctum deprehenditur, ita, ut quoties negotium hocce iteretur, toties dicta crusta evadat crassior; quod ut ita sit, vel matulæ diutius usurpatæ, nec mundatæ, dubitare non sinunt. Neque tamen propositum simile nimis claudicare videatur, concipiamus nobis, urinam diuturna retentione putrefactam, mulieris vesicam simili modo obduxisse, tunc lapillorum, laciniæ adhærentium, ortus assequi poterit.

Symptoma, cum mulier dictum intraret Nosocomium, maxime urgens, de quo illa præ reliquis querelans reperta est, fuit urinæ difficultas adhuc permanens. Jam autem ex morbi historia nos non fugit, fœminam per sesquiannum, & quod amplius, jam morbo fuisse conflictatam, priusquam a nobis auxilium petiit. Quæ vero hujus Dysuriæ caussa? omnibus rite perpensis, Celeb. Boerhaave suspicatus est, an forte vesica lotio suppresso mire expansa, ingenti illa, tam lotium reddendi, quam parturiendi pressione, vaginam adeo dilatasset, ut sub ore matricis, ubi minor est resistentia, sacculus sub herniæ vesicalis specie sit formatus; id quod ex tumore laxo, vesicali, in vagina hærente, haud alienum esse videtur. Dysuria vero exinde colligitur, quia omne, quod in hoc vesicæ sacculo stagnat, lotium, extra prementem positum est potentiam, hinc tantum abest, ut vesicæ actio in lotium agat, illudque expellat, ut potius hunc sacculum dilatando emictionem difficiliorem reddat, unde lotium ægerrime semper excluditur. Vesicam autem in gravidis, Ischuria laborantibus, unam vel duas hernias nonnunquam accepisse, Garengeot (*a*) testatur.

Longe aliam, notabiliorem certe, vesicæ herniam, in memoriam hic revoco, scilicet vesicam naturali suo loco excussam, quam Celeb. Boerhaave in Judæo Amstelodamensi ex Ischuria in scrotum delapsam quondam vidisse meminit: cujus rei veritatem mictus comprobat, quem æger utraque manu scrotum tumidum non nihil elevando, & leniter simul premendo, sibi semper facilitare debuit. Interim tamen, ne cuidam id videatur mirum, atque ab ipsa veritate alienum, imo plane impossibile, a Clar. Ruyschio, (*b*) fidelissimo omnium observatore, simile quid contigisse, bis observatum video.

Urina glutinosa, saniosa, purulenta, quæ adhuc memoranda restat, ex ipsa vesicæ exulceratione satis dijudicatur. Sedimentum autem glutinosum, instar ichtyocollæ, cruoris, saniei, purisque ichorosi particeps, quod sub duorum pollicum altitudine urinalis fundum occupaverat, ulcus vesicæ serpens, cum magna humorum jam coctorum, semicoctorum & crudorum in hac parte colluvie, indicavit.

Febri-

(*a*) *Traité des operations de chirurgie* Tom. I. p. 265.
(*b*) *Adverf. Anat.* Dec. Sec. IX.

Febricula, tam ex veficæ inflammatione, quam puris ichorofi per venas abforptione, exorta, ob majorem fanguinis refolutionem, & quæ hinc pendet, fpirituum diffipationem, quam maxime ægrotantis vires proftraverat; unde pulfus debilis, pallor faciei, decubitus corporis fupinus, expanfis manibus, pedibusve, appetitus imminutus, fitis ingens, oculi plumbei, naturali acie ac vigore carentes, quæ omnia periclitantur, innotefcunt. Quartanam vero intermittentem, quæ his infuper acceffit, frigus hibernum, humores magis condenfans, excitaffe videtur; fi enim febres intermittentes, autumnales, æftate ob calorem folis majorem, qui fanguinem magis refolvit, in perfecte continuas (*a*) abire poffunt, quin vice verfa contrarium obtineri queat, nullus dubito. Febricula tantum non febris vehemens urgebat, unde illæfus fanguinis per pulmones tranfitus, hinc refpiratio commoda.

Lingua, de qua Hippocrates (*b*) recte fcripfit, illam humorum præftantiam indicare, bona apparuit, id eft, fatis humida & bene colorata; ideoque, dum per hanc ad humorum cognitionem pervenimus, ex lingua corporis ægroti multum fæpe difcere licet.

Gingivæ fanæ, rubicundæ, non tumidæ, in quibus nihil fcorbuti deprehendi poterat, cum optimo dentium nitore, certiffimum faniffimi corporis fignum, præbuerunt.

Dejectio alvi bona, quæ feces juftæ confiftentiæ & bene coloratas præ fe fert, naturales hoc in corpore actiones, optimum velut indicium, nondum ceffare, nobis perfuafit.

Diagnofis igitur hujus affectionis fuit corpus antea faniffimum; in optimo vigore atrociffima conflictatum Ifchuria, ubi vefica a lotio retento incredibiliter expanfa, poft paralyticam, inflammatoriam, fuppuratoriam, quæ eam interiori pellicula orbaverat, difpofitionem, denique plane ulcerata fuerat; facculo præternaturali in vagina fuperftite.

Prognofis exinde formata, cum multis de cauffis, tum maxime propter facculum veficæ lateralem, urina femper repletum, difficillimam nobis fanationem promifit. Urina enim per fe jam acris, fi diutius ftagnat, talem facile acquirit acrimoniam, ut, ne per hanc nova fibrillarum ftamina prorfus deftruantur, omnino verendum fit. Hæc eft cauffa, cur Hippocrates, (*c*) magnus in arte vir, veficæ pariter ac renum exulcerationes, in fenibus vix fanabiles, pronunciat. Attamen, cum ægra præter faniffimum corporis habitum, optimo ætatis flore gaudens, pro morbi duratione adhuc fatis fortis effet, aliqua evadendi fpes hactenus effulgebat. Jam vero nihil magis in votis erat, quam, fi efficere pof-femus,

(*a*) Her. Boerhaave *Aphor.* §. 752.
(*b*) Lib. VI. *de Morb. vulg.* Sect. V. 15.
(*c*) *Aphor.* Sect. IV. 6.

femus, ut in vefica aliquid, quod amiffæ membranæ jacturam refarciret, ejusque vices gereret, renafcatur: quo facto ægra perfecte fanata foret. Si vernum innuiffet, ob herbas recentes, quas fertilis tunc terra profert, humores noftros corrigentes, fanatio facilior citiorque fperanda fuiffet; hiems vero, ulceribus quævis fanandis maxime infefta, in cujus frigore & gelicidiis, fato ita regente, hanc curam aggredi neceffitas urgebat, eo cautius in prognofticis agendum effe, jubebat.

MEDENDI METHODUS.

Medendi methodus, a Celeb. Boerhaave hoc in cafu defperato adhibita, fequentes amplectebatur indicationes. 1. Ut veficæ exulceratio fanetur. 2. Ut priftinum ejus robur reftituatur. 3. Ut tumor vaginam opplens, ne amplius prolabi queat, non modo impediatur, verum fic etiam fenfim magis magisque retropellatur.

Ad primam obtinendam indicationem, eam nempe, ut ulcus veficæ compefcatur, purgans mercuriale hydragogum, utpote præftantiffimum in hujusmodi morbis remedium, pulchre electum eft. Quod fi vero, judice Hippocrate (*a*), axioma fit medicum: ad fummos morbos fumma quoque medicamenta adhibita, optime valere, hoc in malo graviffimo, fortiffimum, quod proxime dixi, purgans præfcribere, Celeb. Boerhaave confultum effe putavit; eo nimirum confilio, ut tentaretur, an forte materia glutinofa, vitrea, in vefica hærens, incidi, refolvi, eliminari, nec non diathefis ulcerofa corrigi poffit. Fuit autem purgans hujusmodi: *Rec. Mercurii præcipitati albi grana duo, Radicis Jalappæ grana quindecim, Scammonii grana fex, Sacchari femi-fcrupulum, mifce, fiat diu terendo in mortario vitreo cum piftillo vitreo pulvis tenuiffimus, mane hora feptima, vacuo ventriculo, cum aqua fumendus.* Cur autem Celeb. Boerhaave, hodiernorum medicorum facile princeps, mercurium præcipitatum album, qui interne, ob nimiam efficaciam, fumma cum circumfpectione femper propinari debet, mercurio fublimato dulci & mitiori & tutiori prætulerit, cuilibet fatis patebit, fi modo confideret, unicum præcipitati albi granum plus præftare granis viginti quinque mercurii dulcis. Hic vero tanta copia ingurgitatus, falivationem fic dictam certe excitaffet, quæ a duobus præcipitati albi granis, in corpore haud remanentibus, tam facile vereri nequit. Neceffe admodum eft, ut talis pulvis teratur in mortario vitreo, non in æneo, nec ferreo, cum piftillo vitreo; fin fecus, æger in artis artificisque opprobrium, loco medicamenti venenum accipere poteft, quia cuprum æque ac ferrum, dum facilius,

(*a*) Aphor. Sect. 1. 6.

cilius, quam ipſe mercurius, ab acido nitroſo huic adhærente ſolvitur, in vitriolum ſumme emeticum abit.

Nunc ut de effectu, quem purgans laudatum præſtitit, pauca dicam, triginta & plures alvi dejectiones illud ſecutæ ſunt, cum quibus ingens ſemper aquæ quantitas ex veſica prodiit, haud ſecus, ac ſi ptyaliſmi ſpecies inferiora occupaſſet. Tantam vero in melius mali mutationem conciliavit purgans, ut tribus diebus poſt rurſus ad illud, veluti ſacram in his morbis anchoram, Celeb. Boerhaave confugiſſet, niſi major virium jactura a priſtino purgante adhuc ſuperſtes, per aliquot dies ab eo abſtinere, indicans fuiſſet. Tum vero haud minori cum fructu repetitum eſt purgans, ita tamen, ut, ne corpus jam debile nimis turbetur, unicum tantum hujus mercurii granum illud ingrederetur, formula priori ſequentem in modum mutata: *Rec. Mercurii præcipitati albi granum unum, Rhei ſemi-ſcrupulum, Reſinæ Jalappæ grana tria, Scammonii grana ſex, miſce, fiat pulvis, ut ſupra ſumendus.* Huic purganti ad motus in corpore nimios compeſcendos, ſequens, quod practici in arcanis habere ſolent anodynum, eodem die ſumendum, adjunctum eſt: *Rec. Aquæ ſtillatitiæ Florum Rhœados unciam unam, Opii puri granum unum, Syrupi Diacodii drachmas duas, miſce, fiat hauſtus veſperi hora ſexta purgationis die ſumendus.* Qui deinceps una cum purgante, per tres ſeptimanas, ſeptimo quovis die, incredibili cum fructu iteratus eſt.

Ut ſecundæ ſatisfiat indicationi, ſcilicet, ut veſica priſtinum acquirat robur, Celeb. Boerhaave proficuum fore exiſtimavit: 1. Ut veſica, ne urinæ multitudine nimis diſtendatur, quam ſæpiſſime evacuetur. 2. Ut veſica, tamquam corruptorum humorum ſentina, blandos ſemper humores accipiat.. Prior indicatio poſtulavit, ut mulier omni ſemihora lotium redderet; poſterior autem ut decoctum blande detergens, acrimoniam temperans, traumaticum præſcriberetur. Sic enim impedimentis prudenter ſublatis, priſtinam veſicæ conſolidationem ſperare licebat. Verum decorticatam veſicam nova quaſi pellicula intrinſecus obduci poſſe, nobis fidem facit Dyſenteriæ ſanatio, quæ in eo conſiſtit, ut crebrioribus alvi fluxionibus deraſa ſæpe inteſtina, amiſſam tunicam, villoſam dictam, prorſus acquirant.

Si in rerum opulentia fuiſſemus, decoctum parari potuiſſet, ex carnis vitulinæ juſculo cum oryza, ſimilibusve, quæ temperant, nec alcaleſcunt, additis ſubacidis, ut vino Rhenano, vel ſucco citri, & hujus generis, ad gratum acorem, aliis. Inopia vero hic urgens, medicamenta quævis lauta exſpuit, quam ob rem prioris efficaciam ſupplens, minus tamen pretioſum decoctum, concinnatum eſt: *Rec. Radicis Bardanæ uncias quatuor, Eryngii, Scorzoneræ ana uncias tres, Nitri puriſſimi drachmas duas, inciſa & contuſa coquantur per horam cum aqua, quibus adde Radicis Glycyrrhizæ unciam unam, ebulliant iterum parum, tum decocti libras quatuor exhibe, de quo ſumat omni hora diebus a purgatione*

liberis

ſberis unciam unam calide. Quod decoctum cum purgante hac ratione uſurpatum, paulo poſt tantum effecit, ut pus in urina hærens non modo imminutum, verum diathefis ulceroſa etiam demulcendo multum correcta, itemque dolor veſicæ jam valde ſedatus ſit.

Quod ad ultimam ſpectat indicationem, ad ſaccum nimirum præternaturalem coercendum, Celeb. Boerhaave ægræ, ut ſpongiam ſiccam huic negotio accommodatam in pudenda immitteret, ſicque hoc tumidum ſenſim retruderet, conſuluit. Hoc conſilium, poſtquam fœmina illud per aliquot menſes erat ſecuta, tumorem adeo imminuit, ut, cum antea pugni minoris magnitudinem ſuperaret, jam mole ſua vix nucem juglandem æquaret.

His omnibus ſequenti conſultatione a Celeb. Boerhaave mixtura quædam, putredini reſiſtens, addita eſt. *Rec. Aquæ ſtillatitiæ Fœniculi uncias quatuor, Opii puri grana quatuor, Spiritus ſalis dulcis ſesquidrachmam, Rob Sambuci unciam unam, miſce, ſumat omni bihorio, ſi non dormit, cochleare unum.*

Alimenta quæ ſumſit, fuerunt ex vegetantibus, aceſcentibus, fermentatis, ſimilibusque, lotium minus acre & fœtidum reddentibus.

Hac ratione ægra mutatis tamen iis, quæ pro morbi ſtatu, & ſymptomatum præſentia, mutanda erant, tredecim ſeptimanarum ſpatio ita convaluit, ut prioribus ex ſymptomatibus vix unum ſupereſſet. Urina enim nihil vel fœtidi vel ſanguinolenti amplius continens, fere naturalis fuit, excepto ſedimento, quod perpaucum, æquabilius longe, minusve cohærens, adhuc reſtabat. Veſica quoque nunc adeo roborata fuerat, ut lotium per bihorium & commode retineret & ſine dolore excerneret; manifeſto indicio, haud levem veſicæ conſolidationem jam factam fuiſſe. Non amplius febricitabat: & quartana poſt primam purgationem ſtatim ceſſaverat; nam mercurius ſanguinem adeo reſolvit, ut ille ſanguis amplius eſſe fere definat. Pulſus erat optimus, non febrilis, ut antea; vires, ut ſedere, ſtare, ambulare, aliisque officia præſtare poſſet, ſufficientes. Sitis parva; appetitus modicus; facies bona; oculi naturales; paucis omnia & vitalia & naturalia optima.

In hoc morbi decremento, ob mores malignos, aliaque ſilentio prætermiſſa, quibus mulier, cum ſe meliorem ſentiret, hoc beneficio plane indignam fecerat ex Noſocomio diſcedere debuit. Quid poſtea cum ea acciderit, ignoro. Hoc certe, naturalis & ſimpliciſſima iſthæc medendi methodus, quæ tam mira jam effecerat, ſi ulterius in illa prudenter perſiſtere licuiſſet, omnia, quæ ad perfectam quid conferre potuiſſent ſanitatem, ſperanda feciſſet.

Quibus intellectis ad quæſita, quæ ſequentur, reſponderi poterit: Quæ Iſchuriæ atrociſſimæ fuit cauſſa? Quænam inde ſecuta ſunt? Cur mulier, veſica exhauſta, ſequenti die peperit? Unde diuturna urinæ difficultas? Unde ſubſequens ſtillicidium? Quæ fuit pars affecta? An cal-

 culus

culus adfuit? nec ne? Quid tumor vaginæ præternaturalis? Cur lotium per artem eductum, non uno impetu ſed diverſis vicibus effluxit? Quid fuit lacinia? Quid lapilli eam cingentes? Cur dolor perpetuus in pube? Quare is circa ultimam augetur emictionem? Unde febricula cum quartana ſuperveniente? Quæ Diagnoſis? Qualis Prognoſis? Quot medendi methodus agnoſcit indicationes? & quales? Cur purgans ex mercurio præcipitato albo, non ex dulci, eſt paratum? Qualem illud fructum præſtitit? Cur febris quartana poſt primam purgationem illico ceſſavit? Illa & id genus alia quæſita ex dictis facile intelligi poſſunt. Et hæc ſunt, quæ circa hanc obſervationem, auditu memoratuque digniſſimam, in lucem edere haud abs re putavi.

Quod reliquum eſt, ſi quis eſſet, qui, in explicandis corporis noſtri effectibus phyſicis ac mechanicis, me hinc inde nimis properaſſe, objiceret; hoc forſan; quæſo, haud inique feras; ſi autem ubinam invitus erraverim; ignoſces, cogites me hominem eſſe; ſin vero ea, quæ pro virili parte ſcripſi, cuidam haud arriderent; conſideres, quam ſit carpere facile, difficile ſæpe meliora proferre; quantum denique uni poſſe viro placere.

T A N T U M.

EXPLICATIO FIGURÆ.

Exprimitur hac figura, quantum fieri potuit, ad vivum lacinia una cum vitro, in quo illa, liquoris appropriati ope, a chirurgo hic loci hactenus aſſervata, in poſterum quoque aſſervabitur.

J. BAPT.



Disput. Medico-Pract. Tom. IV. pag. 116.
KOCH AFFECTUS RARISSIMUS.

CXVI.

J. BAPT. LUDOVICI CHOMEL

ET

J. FRANCISCI CLEMENTIS MORAND;

THESIS IN HÆC VERBA

ERGO TUMIDIS HÆMORROIDIBUS HIRUDINES.

Parisiis 1750. Mart.

I.

HÆmorroides ἀπὸ τȣ̃ αἷμα & ῥέω, sanguinem fundo, significant ut plurimum venas quæ sunt in ano. Nomen illud sortitæ sunt quia sæpius sanguinem fundunt, vel ab ipso præter modum distenduntur. Cæcas dicunt vel apertas. Cæca sive lateat intus, sive ad marginem ani turgeat, sanguinem non reddit, sed illo plena tumet. Aperta dicitur quæ vel extra sedem prominens, vel oculis non subjecta sanguinem effundit. Aliquando etiam hoc nomine donantur venæ circa uteros mulierum, eodem naturæ molientis impetu, sanguinem profundentes. Raro ante pubertatem invadunt: ineunte vero ætatis fervore, sanguine purpureo exundante, juvenibus ἀφροδισιάζειν incipientibus, prosilire sanguis æstuat, & quemadmodum mulieribus menstruæ fiunt purgationes, quæ, si quacumque de causa non fluant, miseras mulieres variis male torquent affectibus; sic Viris increscente adolescentia quibus ex naribus vel ex hæmorroidibus salubriter non erumpit sanguis, frequenter, pronunciante Hippocrate, accidunt acutiores affectus, sanguineum sputum, cæphalalgia, febris putrida, magni abcessus; ideoque ad pubertatem accedentibus, febres magis diuturnas prænuntiat dictator noster, asseveratque hæmorroidum fluxu laborantes neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagædena, neque furunculis & . . . . neque forsan lepra, fortasse autem neque aliis corripi; adeo solvendæ plenitudini & eluendæ cacochymiæ opportuno hæmorroidum fluxu natura potissimum consulit. Intelligat igitur medicus salutiferam hanc nunquam cohibere vel supprimere evacuationem, naturam sequi ducem; hanc utiliter operantem non turbare, laboriose parturientem non offendere, huic satius, ubi

P 3

ubi præsens artis suæ requiritur industria, methodo tutiori auxiliatricem præbere manum.

II.

Non languidam solum juvare, fatiscentemque erigere, sed plethora redundantem expedire, altius succrescentem naturam minuere, artis medicæ nunquam cessans debet esse meditatio laborque; quod vero, nostra quidem sententia, splendidius nunquam elucescit, quam in hæmorroidum curatione. Cum etenim hæmorroides sint grandioris naturæ molimina, vel exundantem, vel corrigi nescium humorem foras pellere ambientis, has placide fluentes sinat effluere medicus; tumidas & dolentes leniat; alvum molliter subducat, excrementorum pondus levet, horum duritiem acredinem-ve diluat; prescribat interius syrupum violaceum, serum lactis, cassiæ medullam; &..... blandiatur exterius cum decocto foliorum lactucæ, hyosciami, betæ, cæterisque hujus generis medicaminibus, sub fomenti, suffitus vel cataplasmatis forma; suo denique loco, si fieri possit, restituantur, molliterque repellantur hæmorroides. At illas causticis adurere, sectione supprimere, ligatura cohibere, naturæ quippe adversum, nefas sit. Hæmorroides cum haberet Alcippus (Libro 4°. epidem.) à curatione prohibebatur, per chirurgiam excisæ sunt, æger insaniit, & acuta succedente febre, cessavit. Larissæ Eudemus (Libro 5°. epidem.) intempestive per chirurgiam curatus est. Excisis hæmorroidibus & producto cancro in parte in qua fuerant excisæ, sæviit febris ad mortem usque. Apud Hollerium vidisse se meminit Duretus episcopum, cui protuberantia erat in ano, quæ colore & consistentia cutim naturaliter constitutam referebat. Chirurgi suaserunt ut constringeretur accurate ut excideret, negabat esse faciendum Duretus, huic nulla salus sperabilis, innumeræ vero calamitates accidere posse videbantur; lino tamen constricta est ut moreretur & excideret. Ecce doloris nata est acerbitas, & in convulsionem incidit miserandus æger. Illud est, inquit Duretus, manu chirurgica curare sed non est sanare. Qua quidem mente olim impulsus Hippocrates aphoristicas hasce leges sancire non dubitabat. Ab hæmorroidibus diuturnis curato, nisi una servetur, periculum est hydropem aut tabem accedere..... à suppressis hæmorroidibus insania..... melancholicis hæmorroides supervenire bonum; non solum, ut ait Galenus, ratione evacuationis; sed respectu peccantis humoris qui evacuatur; cur non etiam ratione loci quo celebratur & perficitur evacuatio, & ratione partium quibus subjacet? Illa est tutior breviorque via qua se tentat explicare & expedire natura; dum sanguinis exonerationem immediate & directe per ea quæ impediuntur movens, movet facilius tutiusque quam si traheret e longinquo & per insontes vias.

III.

III.

Quandiu ftatis temporibus & periodis fluere non defínunt hæmorroides, eadem effe debet ratio ac de menftrua mulierum purgatione : naturæ aufcultandum. At vero fi non fluant vel fi fluere confuetas infpiffans quævis caufa, aut rudis medicafter tardaverit, languet corpus, imminuitur appetitus, fæviunt in inteftinis tormina, lumborum adeft gravitas, cephalalgia torquet, cæteræque bene multæ ingruunt ægritudines malorum irritamenta. Si duræ & tumidæ hæmorroides quas cæcas latini vocarunt, inteftini recti actionem ita impediant, ut perpetua vellicatio cum ardore pruriginofo orificium recti premat, pungat, atque, vel minimo motu, vel cum alvus deponitur, recrudefcat, acerbiffimus tunc exoritur dolor: morbo invalefcente, vicinæ tument dolentque partes, afficitur vefica, urinæ fecretio tardatur, ardet uritque inflammatio; cum dolore immani advenit fuppuratio, & ferpente malo fiftula producitur, eo perfidiæ & periculi plena magis, quod cuniculos in pinguedine & opima carne agens, crefcere eundo & ftrages edere peffimas fit in promptu; fic pari fere modo luem veneream non apta nata procreare quæ ad vota fluit gonorrhæa, vel, ex fpiffitudine & acredine humoris male fluentis fufpenfa, vel quod magno vertitur arti opprobrio, ex artificis imperitia, putida meretrice, ni fallimur, nocentiori fuppreffa, vel perverfo injectionum ufu in fanguinem reflua, vel incongruenti drafticorum adminiftratione devia, varia nefandæ luis nunquam non accerfit advocatque fymptomata. Ubi igitur maxime tument hæmorroides, fanguinique moras nectunt, digitis butiro recenti inunctis molliter impellentibus, refiftunt, medicamentis emollientibus, doctam artem fuperante malo, non cedunt; confugiendum eft, ad eam medendi methodum, quæ ex ætate, temperamento, fexu, anni tempeftate. vifcerum abdominalium ftatu, humorun crafi, vaforum tumentium natura, colore, fitu, functionibus &.... præfcribenda venit. Cavendum imprimis ne refluus fanguis maffam inficiat, vifcera contaminet, vafa reddat immeabilia, œconomiamque fubvertat. Nec cum germanis ad pilulas aloë, fenna, colocynthide, gummofifque medicaminibus turgidas enemata-ve acria recurrendum cenfemus, noftratum vifceribus adverfantur. Geftent vefte qui voluerint, fcrophulariæ tuberculos, caftaneas indicas, chelidonii radices, ari bulbum, cardui hæmorroidalis gallas, hæc illudimus mulierculifque linquimus excolenda. Mollia, dulcia, anodina probamus. Pinguia incraffantia, unguenta, emplaftra, aftringentia, fpirituofa, cauftica non fuademus. Quid agendum ergo? Quo fe vertendum? An uftio ufurpanda? Crufta occæcantur, calloque indurefcunt partes quibus neceffaria eft lubrica mollities quæ fanguini impellenti cedat & abundanti faveat perfpirationi. An ferro adaperiendæ

dæ hæmorroïdes ? Exquifito fenfui quem natura recti inteftini extremis præfertim impertiit fibris ita adverfatur ferrum, ut nunquam nifi maxima urgente neceffitate admovendum fit, vetat etiam tumoris ad inflammationem vergentis natura & fanguinis intus coerciei præfentia; quis aliunde fluxum fifti forfan indocilem non verebitur ? At ligatura nodum folvere remque expedire confulis. Naturæ profecto non obtemperas; naturam non imitatur ea medendi methodus quæ duram inducendo cicatricem, novos (occafione data) obices fanguini poneret, locumque calculo, lienis duritiei, hepatis obftructioni &...... ideo daret quod fpontaneam impediret naturæ purgationem. Ableganda igitur perniciofa hæc methodus quæ hæmorroideam tollendo varicem, corpus auxiliatori facculo defraudat, nec fatis eft; pellendum quo natura vergit, quo confuevit ducere, eo ducendus eft humor, hinc eft quod venæ fectio non femper tuta fit e brachio, tumentibus hæmorroidibus, quæ naturæ non refpondet votis. Non etenim à fola vaforum depletione, horumque vacuatione pendet hæmorroidum non fluentium curatio, requiritur vacuatio κατ' ἴξιν id eft e directo, idcirco fane majores noftri, cucurbitulas, fcarificationes, frictiones, finapifmum, deurticationem, veficantia, epifpaftica, fonticulos, cauteria, uftiones, ligaturas frequenter in plurium morborum curatione adhibebant, ut materiam morbi in ipfamet parte oppugnarent, vacuarentque κατ' ἴξιν. Recentiores vero ex detecto fanguinis circuitu, ex intellecta legum hydraulicarum mechanice, folam venæ fectionem celebrandam fufficere, cæterifque medendi rationibus, quibus poffit fanguis minui, anteponendam effe exiftimarunt, quod una fublevata corporis parte cæteræ brevi, favente fanguinis circuitu, expediri credantur; quafi vero in humano corpore, ægroto potiffimum, ad lancem & ftateram femper ille exerceretur mechanifmus, fluidorum æquabilis perficeretur motus, folidorum inconcuffus vigeret elater, quem levior turbat caufa, leviffima fæpe deftruit. Quidquid fit, rationi & experientiæ confonum magis videtur, tumidas hæmorroides adhibitis fanguifugis aperire.

I V.

Hirudo græcis βδέλλα à fugendo, apud latinos fanguifuga, infectum eft paluftre, oblongum, reptile, tranfverfis lineis diftinctum, ore fubrotundo ac veluti callofo inftructum, quod extenfione & contractione fui corporis lubrici, vermis inftar, tractu volubili incedit. Hirudo paludofa, fubrufa, fulva, nigrefcens, obfcure maculofa, craffiori figura & longitudine, deterioris notæ cenfetur; fubviridis vero fplendore quafi ftriato, dilutiore, flavefcente, fluviatilis vel rivulorum incola, tereti forma probatur & præfertur. Diu nihil pafta, ficco fervata vitro, admovetur, digitis molli linteo indutis, abfterfo vel leviter perfricto corporis exfugendi loco, fatiata fponte delabitur, partem dimittens, vulnuf-

vulnufculo quafi triangulari commorfam; plures admoveritur ubi larga fanguinis requiritur evacuatio. Dicunt etiam hirudinum caudas fecundum fibrarum longitudinem effe amputandas cum jam fanguine repleri incipiunt, ut fanguinem tardius exfugere definant, guttatim tunc ftillat fanguis, fuppofito, ut ajunt, vafculo; quod quidem obfervare nunquam nobis contigit. Animalculum etenim illud doloris vel levioris impatiens, derepente, fi forcipe caudam attingas, vulnus dimittit. Ubi fat fanguinis exhauferint hirudines, tabaci fumo afflatæ, pauco fale vel cinere calenti, vel urina afperfæ, facile cedunt, caduntque, mox in recentes aquas, & fæpius renovandas transferuntur, at tarde novo infligendo vulneri idoneæ funt, ob craffitiem nutrimenti quo diu turgent. Horum antiquus eft in medicina ufus, meminerunt quippe Græci, Arabes, Latini, Galenus, Plinius, Rhafis . . . . hinc etiam cecinit Poeta.

Nec miffura cutem nifi plenà cruoris Hirudo.

Deficientibus chirurgis, vel exiliori vaforum diametro fectionem diffuadente, venæ fectioni mirum in modum fuccenturiantur. Referente Rhazi (lib. 36. cap. 3.) Hirudines tumidæ faciei rubrum colorem feu tineam rubicundam fuctione profligarunt. Narrante Zacuto, inveteratis fœdatæ faciei puftulis quadraginta admotæ hirudines curationem morbi abfolverunt. Phrenitidem ex lochiis retentis quatuor ad uteri vicinia admiffæ hirudines, præmiffis incaffum venæ fectionibus, fanaverunt, epilepfiam ab eadem ortam caufa mitigarunt. Cephalalgiam & vertiginem venis retro aures inductæ, compofuerunt; periculofam linguæ intumefcentiam hirudinum exinanivit fuctus. In ophtalmia pertinaci, oculi angulo, inferioribufque palpebris & temporibus maximo cum fucceffu admotas vidimus hirudines. Nafi ruborem inhoneftum datum eft auferre unico hirudinis favente fuctu. Quid plura? Dicendi non effet finis, fi quæ paffim apud authores, Stalhium imprimis, paffim traditione, propriave experientia de efficaci hirudinum applicatione innotuerunt, liceret ennarrare; fed qualifcumque fit hujufce animalculi ufus, pro fublevandis quamplurimis ægritudinibus, nullibi præftantior eft quam in ani tumentibus venis, quod nullibi utilitatem magis eximiam, laboranti naturæ conferant, quam cum natura monftrante viam, fluxum fanguinis promovent. Ibi tuto, libere, commode, e directo, fanguis evacuatur, & tunc abfcinditur radix, ut Stahlii verbis utar, omnium affectuum circa regiones corporis inferiores. Sic bilis orgafmum, fanguinis exuperantiam, melancholiæ furores, renitentis abdominis tumorem, hepatis obftructionem, lienis duritiem, quartanas rebelles, pertinacem ifchiadem, morbum hypochondriacum, nullo medicaminum generi cedentem, fæpius exafperatum, vagam arthritidem, fola hirudinum

admotio, vel tumidis hæmorroidibus, vel ipfifmet ani marginibus, debellavit, fugavitque.

V.

Nihilominus anceps dubiufque hæres; exiftimas cum Galeno, Mercuriali, Alexandro Maffaria, vulnus ab hirudinibus inflictum effe angustius, quam ut poffit craffitudo fanguinis exire, partemque fluidiorem tantum erumpere; pro certo tenes fanguinem eum attrahere hirudines, qui carni adjunctus eft, non qui in imo continetur corpore: at vero ut irruenti fanguini pateat liberior aditus, foramenque, licet tenuiffimum, dilatetur, pars ab hirudine commorfa, ex Oribafii præcepto, molli fpongia fovetur, balneo aquæ dulcis & tepidæ irroratur; admovetur etiam, fi neceffe fit, cum Galeno, Hollerioque noftro, cucurbitula quæ ad libras plures fanguinem cogit effluere, quæ quidem largior raro convenit evacuatio; ita enim aliquando abundanti rivo ex hæmorroidibus fluit fanguis, ut ad cauftica & aftringentia, cum Hippocrate & Galeno confugiendum fit, ne adveniant cachexia, tabes, hydrops. Ex toto igitur fanguinem trahunt hirudines quæ trahunt ex hæmorroidibus, non vero unicum qui carni adjunctus eft. Quare autem cæcis tumidifque hæmorroidibus applicandas hirudines tam animofe cenfemus? quod falutifera ea fit evacuatio quæ naturæ congruit, quod fecura quæ trahit e directo, quod utilis quæ peccantem humorem per breviorem viam educit, quod neceffaria quæ fanitatis fervat integritatem, imminentes morbos antevertit, præfentes, herculeos quamvis, debellat & fanat. Novimus mulierem ita afcite laborantem, ut ad paracenthefim multoties celebrandam coacta confugere, curaretur ad tempus, non fanaretur. Ecce autem artem docente natura, curamque fufcipiente, larga derepente advenit hæmorroidum vacuatio, ægramque liberavit ad annos. Vidimus mulierem annis triginta novem natam, afthmatis paroxifmo, variantibus anni tempeftatibus, fuffocatam, hepatitide fæpius laborantem, nephritico quandoque dolore divulfam, colica modo inteftinali, hifterica modo fatigatam, hifque affectibus variis eo magis obnoxiam quod ob hereditariam & vagam arthritiden, cum puerili fcabie fuppreffa, conjunctam, tota nervorum compages fævum in modum leviffima de caufa doleret, & fpafmodice torqueretur. Huic miferæ mulieri ortu nobiliffimæ, ingenio ornatæ, animo plenæ, fortis dignæ melioris, toties a pueritia repetita fuerat venæ fectio, ut vafa omnia cubiti, radii, carpi, pedis lanceola fædata, & quafi concifa operationem licet indictam omnino rejicerent. Hanc in affueto diverforum fymptomatum paroxifmo vifitans, cum inveniffem dolente abdomine, hepate tumido, diaphragmate quafi furfum retracto (fæviebat acriter afthmatis paroxifmus) exiguoque pulfu laborantem: ecce natura, tantis, etfi oppreffa

&

& fatigata ſymptomatibus per tumidas hæmorroides ſublevare ſe enixa eſt, mihique quid præſcriberem incerto, monſtravit viam. Protinus occaſionem arripiens elabi promptiſſimam, admovendas hirudines juſſi. Vix ſanguis fluere incepit, ſpiſſus, fœculentus, atro rubeſcens, cum ſubito pulſum reviviſcere, ventrem deprimi, urinas cieri, diaphragma deſcendere, aërem ſpirari, hepatis regionem elevari, ſecretiones uno verbo redintegrari & quod fauſtum magis nec ſatis prædicandum, hæc omnia ſymptomata non ad menſes ut olim cum balneis, venæ ſectionibus, temperantibuſque medicamentis, ſed ad annum & amplius ſolis admotis hirudinibus, ſolo fluxus hæmorroidalis promoti beneficio conticuere, & quæ per plures annos in ſella brachiata, noctes infelix erecta perdiderat, lecto nunc ſana decumbit; adeo verum non quantitate evacuati ſanguinis, ſed qualitate, ſed electione loci per quem extrahitur ſanguis naturam ægrotantem juvari atque ſublevari. Curavimus virginem annis viginti quinque natam, quibuſdam abhinc annis ob menſtruæ purgationis tardantem fluxum, colicis doloribus nephriticam, uterinamque colicam ſæpe referentibus, ita vexatam, ut pluries noctu e lecto pulſus auxilium & opem laturus currerem. Lacerabant miſeram diſtenti ventris tormina; torquebant ſævum in modum ſemianinem vomitus horrendi; venæ ſectiones innumeras, fomenta, olea, victum tenuiſſimum, cæteraque hujus generis medicamina, vix favente ſucceſſu præſcripſeram. Balnea aquæ dulcis, ad menſes quavis die per quatuor horas, uſurpanda cenſueram, ut tumens & acriter renitens univerſum abdominis ſpatium mollirem & redigerem; vix ægra tepidæ balneum aquæ ſubierat, cum aquam proprio calore ita recaleſceret ut plures aquæ ſituli alternatim in balneo projecti, illud vix temperarent. (Quem viſceribus æſtum!) Emulſiones, ſerum lactis, & id medicaminum genus incaſſum adhibebantur. Incendebant narcotica, non ſedabant, aſtringebant non aperiebant aquæ martiales, humores rarefaciebant non pellebant ſulphureæ & thermales. Venæ ſectionem non ſemper admittebat debilior pulſus; à ſpiſſo & viſceribus abdominalibus hærente ſanguine univerſa ſymptomatum cohors ut plurimum ducebat originem; at maſſam hanc penetrare, vaſorum mæandros permeare, hoc opus hic erat labor; cæca modo interius, exterius modo, tumebat hæmorroidum congeries, ſtrictamque pertinaciter alvum reddebat ſtrictiorem. Hirudines igitur pluries admovendas eo confidentius præſcripſeram, quod ab ipſiſmet abdominalibus vaſis ſanguinem, eliciendum eſſe fortiter perſuaſum haberem; at neſcio quo ſuffuſa pudore puella renuebat acriter, per annumque fere integrum pugnaverat; ſed atroci multotieſque recidivo victa tandem, & fere confecta malo, nullamque aliam à nobis ſententiam quam enixe poſtulabat accipiens, hirudines admoveri permiſit; quæ quidem ita proſpere ſucceſſit operatio ut dein-

de quavis die, quavis hora Hirudines invocaret; has amicas appellaret, precibusque admovendas efflagitaret, donec perfecte sanata fuerit, Hirudinum plusquam quinquaginta admotione trium mensium intervallo. Quidni igitur concluderemus?

Ergo tumidis Hæmorroidibus Hirudines.

J. HIE-

CXVII.

J. HIERONYMI LAPI,

DE

CURATIONE STRANGURIÆ

CONTUMACIS FREQUENTEM, MALEQUE TRACTATAM, GONORRHOEAM CONSEQUENTIS

DISSERTATIO.

Editio altera retractata & aucta &c. Romæ 1754.

INter plurima, maximeque hominum generi utilia, quæ paucis ante fæculis medicorum ingeniis reperta funt, jure, ac merito magni habendæ videntur regulæ, & modi, quibus exitiali morbo medemur, quem fyphilidem, morbumve gallicum appellant. Jam a pluribus dictum de argento vivo, ab aliis dictum de radice falfæ parillæ, cæterifque pharmacis huic pefti propulfandæ accommodatis. Etfi vero ob rectam eorum adminiftrationem, totam ab infecto corpore receffiffe fyphilidem, frequenter novimus: tamen nonnullas humani corporis partes, ita ipfius potenti viru, & medentium imperitia non femel affectas vidimus, ut ad priorem illas integritatem reftituere, viri peritiffimi minime potuerint. Ea in cæteris morbi hujus reliquiis deterrima affectionis fpecies numeranda eft, quam alii *carunculam urethræ*, & *carnofitatem*, alii *ftranguriam contumacem*, *frequentioris gonorrhœæ pedifequam* nuncuparunt. Eandem patientes, fæpe, at ægerrime micturiunt, quandoque urinæ effluxus non fine vitæ difcrimine omnino impeditur, & puris aliquantulum ab urethra, quam ardores, & punctiones interdum excruciant, fere continenter defluit.

Huic fanandæ multiplices curandi methodos jandiu folertes medici excogitarunt, fed multæ ipfarum periculis, curifque refertæ funt, inanes aliæ, aut certe ejufmodi, ut nonnifi precaria, brevique duratura levamina adferant, ac propterea a re medica, ipfifmet novorum remediorum fautoribus, inventoribufque confentientibus, plane exulare jubentur. Porro fi unamquamque, ab iis defcriptam, methodum velim enarrare, multus effem, & mihi prorfus deeffe viderer, qui, cæteris omiffis, tutiorem aliam, pluriefque feliciter tentatam, exponere hac mea elucubratione decreverim.

Quam in rem illud primo animo recolendum arbitror, ante fæculum 15. hanc ftranguriæ fpeciem Europæ incolis haudquaquam patuiffe, quam fubinde, ceu venereæ luis, ex America ad nos tranfvectæ, propaginem, doctiores medici exiftimarunt. Quamvis hunc morbum aliunde deduci, negare plane non aufim; tamen ipfemet, præftantium quoque virorum teftimoniis innixus, neminem, hujufmodi ftranguria laborantem, adhuc a me cognitum effe memini, qui ante fyphilidem non acceperit, & urethræ, ob frequentem gonorrhœam tabefcenti, noxios liquores, ex acidis, aufteris, aliifque paratos, antea non infuderit. Quare fæminas, patientes gonorrhœam, quæ facilius externas pudendi partes, & uteri vaginam, quam urethram inficit, neque fimilia in hunc canalem, virili laxiorem, brevioremque, ingerentes, vix unquam in *carnofitatem* incidiffe, non ignoramus. At cum mares ubique huic morbi generi fpectentur obnoxii, & cum canalis, urinam e vefica ducendi caufa fabrefactus, atque finitimæ huic partes, primam, & propriam ægritudinis fedem fulti-

neant,

neant, tum ipſius canalis, tum finitimorum locorum brevem præmittam deſcriptionem, lecturis, ut ſpero, non ingratam, rei autem noſtræ futuram valde conducentem.

Itaque, urinæ, & ſeminis maſculini effluxui accommodatum, fabrefecit natura canalem, cui nomen urethra, amplitudine parvum calamum, ſcriptorium haud excedentem, longitudine varium, non omni ex parte rotundum. Adhæret urethra ambobus cavernoſis corporibus, mentulæ extumeſcentiam conciliantibus, ipſius portiuncula ad veſicam excepta, a cujus hiatu anteriori, vulgo collo, producitur. Anatome in primis obſervat in urethra ſpongiis aſſimile corpus, pyriforme, cognomento bulbum; hic inferæ, convexæque illius hæret parti, atque exinde diviſus, ei circumvolvitur. Prior urethræ pars membranacea innititur albidæ cuidam maſſæ, ductiuſculæ, caſtaneiformi, inter veſicam urinariam, bulbumque ſitæ, græco vocabulo προςαται, quod locum veſiculis anteriorem ſonat, & plurali numero dicimus, quia binos lobulos, canaliculo, ſuperne ducto a baſi ad verticem, diſtinctos efformare, videntur. Proſtatæ, quæ recto inſident inteſtino, intus ſunt ſpongioſæ, at dura præditæ ſubſtantia: hujus lobi plures habent folliculos, ad canaliculum, cujus ſupra meminimus, hiantes. Recto curſu colem pervadens urethra, non mediam glandem oſtio ſublongo, ſed imam perforat.

Præterea in ſuperiori urethræ parte inſerta proſtatis, exigua quædam extat prominentia, poſterior craſſa, & ovalis, anterior in aciem deſinens. Hæc modo *caruncula*, & *criſta galli*, modo *caput gallinaginis*, *granum hordeaceum*, & *veru montanum*, dicitur. Ubi ea craſſior fit, vel unum, vel duo, vel tria diſpiciuntur foraminula, ſemini, tam recta fluenti a paraſtatis, quam a veſiculis, ad quas, moram facturus, digreditur, fluxum cedentia. In hanc etiam craſſam carunculæ partem quaterni, aut quini, aut ſeni, confluunt ductus, humorem, in proſtatis ſecretum, emittentes. Tenuis membrana, intro ſepiens urethram, pluribus diſtincta eſt vaſculis, multique oblongi hiatus, five lacunulæ per ipſam diſtribuuntur, quarum nonnullas, præſertim glandi proximas, facilius ſenſu apprehendimus. Hæ nihil aliud ſunt, quam canalium orificia, effundentium liquorem, in glandulis, per urethram diſpoſitis, elaboratum. Spongioſa urethræ textura vix incepta, duæ, cæteris ampliores, ſpectandæ occurrunt lacunæ, quas adeunt bini longi ductus, a totidem glandularibus maſſis, circa bulbum poſitis, prodeuntes. Quæ glandulares maſſæ, antiproſtatæ, proſtatæ inferiores, & glandulæ Cowperianæ vocantur. Adeſt ſæpe tertia, quam nonnulli glandulam Cowperi tertiam appellant.

Diximus, in craſſa carunculæ parte unum, duo, ſeu tria patere oſtiola, ſemen a teſtibus profuſum evomentia, canales vero, ſemen huc deportantes, prætermiſimus. Ii quidem ad urethram non adtinent; ſed quia non raro morbus, cujus ſanationem promittimus, hos, & veſiculas

ſe-

feminales obfidere folitus eft; nonnulla de iis fummis labiis, ut aiunt, delibare, operæ pretium duco. Hi ductus, foris aliquantulum plani, intus cylindrici, qui vafa etiam deferentia nominantur, fubftantia quadam albicante, & valida donantur, atque ad calami ftraminei magnitudinem accedunt. Ab utraque epididymide, feu paraftata unus difcedens vaforum fanguineorum fpermaticorum cellularem vaginam afcendit, ac ex eorum mutuo nexu funiculus, nomine fpermaticus, coalefcit. Utrique fubinde membranaceam peritonæi laminam introeuntes, a vafis fpermaticis recedendo, per cellularem ejufdem fubftructionem, itinere inverfo, non longe ab arteria umbilicali, & uretheribus, veficam urinariam affequuntur. Sub hac reptantes, ejufdem collum petunt, ibique mutuo occurfu terminantur. Ita conjuncti, veficulas attingunt feminales, quæ funt membranacea, & cellu'ofa fervandi, perficiendique feminis receptacula, inter rectum inteftinum, & veficæ collum oblique collocata. Denique ab extremitatibus partim unius canalis deferentis, partim unius veficulæ, utrinque duo tubuli nafcuntur, qui proftatarum bafim inter, & urethram excurrentes, & hanc oblique penetrantes, ad veru montanum, uti animadvertimus, feminalem liquorem eructant.

His igitur perpenfis, delicatulam hanc, & mollem minimorum organorum ftructuram lædi facillime poffe, atque corrumpi, mirum certe non erit: ac cum præftantium doctrina hominum obfervationes, & experimenta liquido nobis fuaferint, hujufmodi ftranguriam earum alterutris partium infidere, reliquum eft, ut, fede morbi explorata, ad morbi ipfius indolem, naturamque fermonem convertamus.

Neminem, qui in re medica hofpes non fuerit, latere puto, fubftantiam illam principem, quæ & fyphilidem proprie conftituit, & infefta hujus ciet fymptomata, effe naturæ tenuiffimæ, & ceu potentis veneni, fummopere efficacis, ac particulis, phyfico vocabulo alcalicis, five acribus, nequaquam acidis, adfcribendam. Ipfa diftanti corpore apud nos nunquam obeffe vifa eft, cum, nifi mutuo attactu, virus non propagetur. Per os vero, mammarum papillas, cunnum, anum, mentulam, aliafque partes, tegumento fubtiliori munitas, vifcida madentes uligine, & tenui oleo illitas, celtica lues excipi folet.

Etenim, fi concubitu mas ab impura fæmina per urethram venereum recipiat contagium, & hinc gonorrhϾ fiat obnoxius, faniem cenfeo, tabumque a vulva, & genitalibus, jam labe corruptis, manantem, conclufam in fe retinere fyphiliticam materiem, quæ, aut vaporem fimulans, aut tenuioribus, liquidioribufque humorum partibus confufa, hiantem, calefcentem, atque expeditam erecti penis urethram ingreditur, & ftatim a muco, lymphaque, ipfius cavitatem linientibus, ebibitur. Ii tum computrefcere incipiunt humores, & membranæ, qua urethra intrinfecus veftitur, vafcula fibrillæque, virus potentia perculfæ, rumpuntur, lacunulæ item, canalium emittentium oftiola, & caruncula fenfim ro-

duntur, lacerantùrque. Humores, canalibus retenti, fubinde diffundun-tur, aër a firmis, liquidifque partibus, mutuo æftu ferventibus, rece-dens, parvulas movet extumefcentias; caloris, dolorifque pungentis fen-fus, mingendo præfertim, urethram cruciat; mox quædam variæ am-plitudinis, & continuo pure fluentia, ulcera nafcuntur. Hinc gallicum virus, intro reforptum, folutionis fpeciem referens, augetur in dies pro-pagaturque, inltar fermenti, pene dixerim, panis conficiendi caufa, in triticea farina foluti.

Si nimium frequens admiffa fyphilis nova ulcera antiquis cicatricibus infligat, maximum parvis hifce, tenerifque organis detrimentum adfert, & difficillimam tanti morbi de die in diem fanationem reddit. Equidem haud negabo, ulcera perfæpe urinæ curfu irrigata, aëris acceffui expo-fita, & a manuum tractatione remota, tarde fanari, tantamque effè in-terdum firmarum partium labem, ut quælibet, a fapienti medico con-quifita, remedia fruftra adhibeantur. At callus, cæteræque fordes, qui-bus talia ulcera, carunculam, ductus feminales, proftatas &c. depaf-centia, adimplentur, & vere ftranguriam inducunt, nifi medendi ergo imperita manus acceſſerit, nunquam mihi exoriri poffe videntur. Jam diu enim apud infcitum medicorum vulgus, agyrtafque mos invaluit, vixdum fignis virulenti fluxus apparentibus, inflammatam, dolentemque urethram perfundendi injectionibus ex chalcantho maxime, ex faccharo faturni, ex ferro, aliifque fimilibus, abftergendi nempe, & citiffime ad cicatricem perducendi gratia, ulcufcula recens enata. Quibus interdum alia ex rebus balfamicis, aromaticis, & roborantibus appellatis, medi-camenta intermifcent. Horum particulæ, aqua innatantes, corruptis fi-brillis adjunguntur, eafdem inter fe arctius compingunt, fluentefque li-quores mirifice retardant. Quare & humores, & vafcula, & rerum in-jectarum particulæ, fimul coëuntes, adeo junguntur, ut luridas, fun-gofas, callofafque ulcerum oras paulatim fieri neceffe fit. Atqui, ipfam ægrorum, vera profitentium, affertionem, & albam duramque cruftu-lam, admoto poft atramento futorio, nuper exortis in ore ulcufculis fubcrefcentem, hujus rei fidem facere, ita eft perfpicuum, ut non fit opus longa oratione demonftrare. Tranfacto igitur virulentæ gonorrhœæ curfu, quem ad tres circiter menfes produci poffe concedimus, urethræ *carnofitatem*, five ftranguriam eos incurriffe, certum eft, qui poft diu-tinam, quoad volentibus contingere poteft, urinæ retentionem, exter-num urethræ hiatum, & penis glandem, pure aliquantulum illitam re-periunt, & digitis a perinæo ad coronam glandis premendo deductis, guttulam quandam, vel fubalbidi, vel virefcentis puris ab urethra de-fluentem confpiciunt. Sæpe contractiones, punctionefque circa perinæum excitantur, & valde moleftus glandem pruritus excruciat. Parce mictu-riunt ægri, ut fuperius indicavimus, ac frequentiffime; atque ægerrime poftea, gravique contentione, vix mingere poffunt, fi forte urina diutius fue-

fuerit comprimenda. Nunquam pleno alveo lotium fluit; fed tenui, intermiffo, creberrime bifido curfu decidit, a veru montano ad penis coronam urethra dolente, albifque filamentis in matula fæpe defidentibus. Ampliores tunc, diuturnioresque fiunt aëris infpirationes, ut fortius diaphragma, eique fubjecta vifcera ad retardatum urinæ effluxum promovendum deprimantur. Ea morbi fymptomata ob frequentem coitum, & equitationem, in pravo item cibi, potufque genere utentibus, ac vehementi animi pathemate commotis frequenter adeo ingravefcunt, ut ftranguria in plenam urinæ fuppreffionem, ifchuriam dictam, quandoque evadat; vel contra, fed rarius, in perpetuam urinæ incontinentiam poftremo fe vertat.

Interea, fi catheterem, vel ex plumbo, ftanno, argento, cera conflatas virgulas quis immittat in urethram, ulcerum fitus, & calli, fungofæque carnis duritiem, mollitiemve explorabit; cum vero illas extraxerit, extremitatem pure inquinatam, ac urinam expeditiori, ampliorique alveo ad breve tempus fluxiffe, confpiciet.

Caufis, fymptomatibus, loco, & morbi fignis, quantum erat præfentis inftituti, veluti in confpectum quendam adductis, negabit mihi nemo unus, chirurgos omnes, & fuperioris fubfellii medicos, hujufmodi ftranguriam, aut difficillime, aut nunquam fanari poffe, mirum in modum confenfiffe; inter hos Junckerus, Benevolus, Heifterus, Aftrucius, Garengeotius, Brunnerus eminent, horum plerique omnia adurendi, exficcandi, & adftringendi vi prædita, topica remedia cane pejus effe & angue vitanda, arbitrantur. Virgulas autem, ex cera, plumbo, aliifque ejufmodi comparatas, in urethram, *carnofitate* affectam, demitti præfcribunt, haud cæteroqui negantes, propter virgularum ufum, temporis diuturnitate, ac nimium plena faftidii diligentia morofum, etiam atque etiam ægrotantes jure tædere, & ipforum neminem penitus, & omnino convaluiffe. Crebro ftranguria laborantes, curandi methodis, ab Heiftero, Benevolo, feu Aftrucio enarratis, diu fubjectos vidi; at, fruftra re tentata, immo fuo ipforum, detrimento, oleum, & operam perdiderunt. De tanti igitur morbi caufis, & fymptomatibus mihi quam fæpiffime cogitanti venit in mentem aliam novamque, veteribus prætermiffis, medendi rationem amplecti, qua olim amicus optimus, acerbis ftranguriæ affectionibus cruciatus, ocyus quam fperaret, primus & omnino convaluit (a).

Cum itaque ftranguriam, de qua nobis eft quæftio, ab ulceribus fordidis ad urethram præcipue latentibus provenire certum fit, quæ ipfa ad cicatricem nullo modo deduci poffe videamus, nifi enatas fordes, callumque removere moliamur. Hoc certe emollientibus fatius quam erodentibus, vel exficcantibus medicamentis, feu plumbeis virgulis obtineri,

R 2 fe-

(a) Vide hiftoriam primam in calce Differtationis.

felici experientia innixi affirmare non dubitamus. Quibus auferendis sordibus omnia, quæ ex mucida, pingui, & terreſtri materia ſimul admixta componuntur, & in aqueo ſolvuntur fluido, apprime accommodata proſpicimus, atque ob eorum effectum emollientium, ſive laxantium nomine ſunt inſignita. Hæc tarde, & leniter agendo, neque ſanas partes torquendo, tuto, nec multum incommode morbi ſemina paulatim extinguunt. In callo certe, & ſordibus ab ulcere externo tollendis, chirurgi rariſſime aquea, ſeu pinguia laxantia ſolent adhibere; cum & ferro cædere, & erodente conſumere deperditas quidem, verum tamen vivo corpori adhærentes ſubſtantias opportune conſpiciantur. Summus autem vir Johannes Junckerus (*b*) calli evulſionem commendat emollientibus eſſe tentandam, cujus a ſententia clariſſ. Gerardus Van Swieten (*c*) minime diſcrepare videtur: hi vero lene aliquid, balſamicam naturam redolens, laxanti remedio miſceri voluerunt. Optime quidem, & ſapienter admodum, cum laxans medicamentum, inſidere diu callo debeat, & pars affecta in ſummum imbecillitatis gradum ceciderit.

Aquam porro, ignis præcipue calore tepentem, ab animantium corporis partibus, iis maxime quæ pinguedine, & oleo ſunt minus infarctæ, minimo negocio adtrahi obſervamus. Ob quam cauſam hac mutua partium conjunctione tenacitas, duritieſque ipſarum emollitur; & ſi extra humorum circulationem, veluti emortuæ, jacuerint, quandam ſolutionis ſpeciem ſubeuntes, diſſolvi incipiunt, digeruntur, putreſcunt poſtea, & a vivis partibus, quibus antea jungebantur, ſub puris, ſaniei, vel aliarum corruptarum materiarum ſpecie, prompte diſcedunt. Tum vero a maligno, ſordidoque liberata onere natura, teneras canalium fibrillas extendendo, & jam diſruptas ſimul jungendo, cicatricem inducit. Mucor ſale, terra & pauco conſtans phlogiſto & per ebullientem aquam a plantis quibuſdam, althæa videlicet, malva, viola &c. extractus, hanc partium immutationem vere promovet; ideoque omni laxanti remedio ejuſmodi mucorem adjungimus. Cum vero a quantitate imprimis inflammabilis, ſive phlogiſticæ, materiæ, diſperſos undique igniculos contrahentis, hæc pendeat ſolutio, ſæpe fit, ut aqua ſola, tepeſcens, vel mucilagine onuſta, depellendis ab ulcere ſordibus ſatis non ſit. Oleum tum, adeps, butyrum, aut quævis pingui phlogiſto abundantia, ad vagantes colligendos igniculos, ſolutionemque in deperditis partibus excitandam aptiſſima, erunt uſurpanda. Olea tamen leniſſimo calore fluentia, atque e vegetantium ſeminibus expreſſa, uti amygdalarum dulcium, nucum juglandium, & avellanarum, ex olivis, & ſeminibus peponum, cucumerum, cucurbitarum, lini &c., juxta locorum, temporiſque opportunitates huic medicationi, mox exponendæ cenſentur accommodatiſſima;

(*b*) Conſpect. Chirurg. Tabul. XL. §. 5. Tom. VI.

(*c*) Comment. in Aphoriſ. Boerhaave, §. 207.

ma: olivarum autem oleum tepens, minime rancorem contrahens, tanquam satis idoneum quotidie præscribo.

Certior igitur quis factus, sordida ulcera, membranam urethræ, veru montanum, prostatas, antiprostatas, aut vesiculas seminales inficientia, stranguriam adtulisse, hac methodo ipsius curationem impense aggrediatur. Primum a vino, aliisque vinosis, seu fermentatione comparatis potionibus, ab aromatibus, acribusque quibusvis vegetantibus, & ab omnibus sale exsiccatis, fumoque induratis abstinentiam ad aliquod tempus indicito. Aquam simplicem optimam, vel acido tenui succo aspersam, bibendam dato; in prandio autem & cœna vini meraci parum degustandum permittito. Pisces boni succi, teneras volucrum, & quadrupedum euchymas carnes, ova recentia, lac, butyrum, horarios fructus, olera subacida, amariuscula, farinosa, & cerealia semina, seu triticea, pro cibo sobrie assumenda proponito. Equitationem, celeremque deambulationem, balneum, sudoris nimiam expressionem, at præ omnibus concubitum vitare præcipito. Per hæc unam, vel alteram ex herbis malvæ, violæ, parietariæ, althææ, mercurialis &c. medicus aqua jubeat incoquere: mox aqua post decoctionem servata, mane, & vesperi per syringam, cum prius ea igne tepuerit, terna, quaternave injectione urinæ fistulam perlui, necesse est. Verum cum aliquantisper immorari loco male affecto medicamentum oporteat, ne aqua injecta statim refluat, facile obtinebis, si, detracta syringa, manus digiti, pollex, index, mediusque colem intra glandis coronam non laxe circumplicent.

Æger autem si, nullo adjuvante, clanculum sibi mederi voluerit, dummodo primis vicibus, nondum expertus, ab urethra extremo syringæ tubulo caveat lædenda, haud difficile rem persequetur. Statim, injectione peracta, coles digitis circumvolvatur, ac syringæ tubulus educatur lente, ut commodius infusus liquor intus contineatur. Subinde actionem conjecti liquoris in callum, & sordes insinuationi levi in perinæo manuum adfrictio apprime favebit: hinc laxatis digitis, liquor urinæ commixtus, vel ipsam subsequens, exilire consuevit.

Itaque tertia, seu quarta post inceptas aquæ injectiones die, volens libensque medicus, aut æger alias ex olivarum, vel amygdalarum dulcium oleo, iis poterit substituere; oleum a semuncia ad unciam circiter, quaque vice, in urethram ope syringæ conjiciendo, noctu ante somnum opportunius, quam cæteris diei horis: dabitque operam, ne infusum resiliat. Non hunc tamen curandi modum eligere semper erit necesse, quia & laxantibus aqueis injectionibus prius, & oleo postea quolibet uti poterimus, vel aqua tantum cum emollientibus herbis incocta, vel solo plures oleo curationes absolventur. Prior autem medendi sola aqua modus ad leviorem, alter ad graviorem morbum tuto erit accommodanda. Tam ex aqueis, quam oleosis conflatas injectiones plerumque vesicam intrare, ibique ad proximam usque urinæ emissionem innoxias prorsus

R 3 stetisse,

ftetiſſe, centies vidi: nihilque accidit triſte; ſi triduo poſt, quatriduo-ve (quidquid nonnulli ex adverſo deblaterent) olei fœdata guttulis urina defluxerit. Cum vero mixtionem proximam uſque ad injectionis tempus quis protraxerit, ſtatim conjectus liquor; ſequens urinam; excidet.

Hinc punctiones, contractioneſque ad anum, perinæum, urethram; & ardor, urina exeunte, percipiuntur; exinde numero juxta ac magnitudine augentur filamenta, in matula deſidentia; frequentioreſque accedunt micturitiones, cum ulcerum ſordes, & callus ob inductam a clyſmatibus ſolutionem abſcedere inceperint. Interim natura, machinationes, conſtitutionemque humani corporis ſolerter dirigens, atque ad ipſius ſervandam incolumitatem aſſidue excubans, vires repente ſuas profert. Validius enim cunctam fere muſculorum ſeriem contrahit: proinde capitis dolores, pandiculationes oſcitationeſque ſolicitæ, horripilationes multum infeſtæ, febriumque rigores non leves creberrime ægrotantem divexant; quas anxius calor, & univerſa membrorum excipit laxitudo. Urina quæ tenuis & alba febriles ante commotiones copioſè fluebat, iis accidentibus, flavo & rubeſcenti colore tingitur; multumque deſidit.

Interea injectiones, etſi rarius adhibendas cenſeo, tamen omitti penitus, ineunte præſertim curatione, nunquam ſuaſerim. Eæ namque muſculorum, & nervorum diſtentiones, & febriles commotiones majori minorive morboſarum cauſarum ponderi reſpondent. nec mali quidquam his in caſibus ominantur; maxime ſi putres tum ſordes, filamentaque in urina magis magiſque augeantur. Ad quintam aut ſeptimam inceptis ab injectionibus diem corruptæ, atrorubentis, denſæ, aliquantulum viſcidæ, multimodis diviſæ, & illico deſidentis materiæ copiam fluens ſecum trahere ſolet urina, & hac vix ejecta, ampliori liberiorique curſu, morbi feliciter interituri ſignificatione, lotium prodiiſſe cernimus.

Quamvis putris hujus materiæ multum ab ulceribus urina refixerit; morbus tamen extinctus minime putabitur. Etenim nonnulli febriles motus, muſculorum nervorumque diſtentiones, atque recurrentes virium laxitudines, præſertim ſi ab injectionibus ceſſatum non ſit, quam ſæpiſſime redeunt. Eæ vero ut corpori noceant tantum abeſt, ut potius ſordium evulſionem, majori humorum in male affectum locum concurſu excitato, faciliorem reddant. Ea quidem ſymptomata putridæ materiæ egreſſum vel antecedunt ſemper, vel comitantur, quibus admodum copioſa urinæ fluxio, cum levi dyſuria, ſolet adjungi. Cujus rei cauſam ab oleo interiorem veſicæ membranam, nerveam appellatam, irritante, non eſſe repetendam, præclara demonſtrat eorundem ſymptomatum acceſſio, etiamſi liquores tantum ex mucidis, aqueiſque veſicam attingant, vel aliquandiu injectiones fuerint intermiſſæ.

Callo, cæteriſque durioribus ſordibus, vi priorum clyſmatum evulſis,

ſis, inſequenti temporis curſu meri puris, concoctique portiunculæ, modo albas pelliculas, modo ſubtiles ejuſdem coloris ſquamulas, modo variæ amplitudinis furfures repræſentantes, poſt quamque injectionem cum urina prodeunt, ac majori, quam dicunt ſpecificam, gravitate ſubſidentes, colligi, urina effuſa, obſervarique facile poſſunt.

Injectiones, aut ex aqua laxantibus herbis incocta, aut oleo conficiantur, tum continuis quibuſque diebus, tum alternis noctu conſtantiſſime ante ſomnum, uſque eo ſunt adhibendæ, donec ex prædictarum albeſcentium ſquamularum &c., diſceſſione ab urina ſaltem per menſem integram ſe noverit æger valetudinem conſequutum, non ullam mingendo dyſuriam tulerit, & minime interruptum, expeditumque urinæ decidentis fluxum ſenſerit. Putridæ enim ſquamulæ, furfureſque, quoties quinque ſeptemve diebus neceſſario ab injectione vaces, recedunt; ſi vero ei novam des operam, conſuetis, levibus tamen ad caput, artus, ilia, femora diſtentionibus præeuntibus, revertuntur, &, affecta donec pars inſtauretur, perdurant. De qua etiam partium inſtauratione catheteris, & cerearum aut plumbearum virgularum repetita in urethram immiſſio medicum faciet certiorem.

Si magni nominis chirurgus Benevolus (*d*) non tantum ad partes relaxandas, multorum ſequens veſtigia, emollientes liquores ſyringa infudiſſet in urethram ægroti, ejuſdem modi ſtranguria laborantis, ſed ut iis artibus morbi curationem abſolveret; olei, aliorumque laxantium uſum, vel periculi plenum, vel inutilem certe non crediſſet. Angores enim, & moleſtias, quæ, peractis injectionibus, adveniunt, ac Benevolum quoque non latuerunt, niſi ab iis ſubito deſtitiſſet, minime noxias fore animadvertiſſet, immo eas conatus eſſe naturæ, medicamento adjutæ, ulcerum ſanationem molientis, ipſe pro comperto habuiſſet. Quiſnam criticas fieri morborum expulſiones vidit unquam, quin & laborioſi febriles motus, & capitis gravitates, & muſculorum nimiæ nervorumque diſtentiones vel antecederent, vel comitarentur? Quibus temperandis ſi operam medicus navet ſuam, bene munere perfunctus habetur.

Diximus in ſuperioribus, ad canales, & veſiculas ſeminales quandoque ejuſmodi ulcera fuiſſe progreſſa; hoc tamen, fauſte procedente injectionum methodo, declarabitur, cum antea vix ullum læſionis hujus pathognomonicon ſignum præſto ſit. Aqua tepeſcens oleumve, intro conjecta, ſordes, primum, urethræ cavo propiores, excitata ſolutione, molliunt, deturbantque: deinde in vaſa ſeminalia, & veſiculas repunt, ac ſordes iis adhærentes, eadem ſolutione diſſolvunt. Tunc corporis natura novos in partibus, ſubſtantiam diſſolvendam proxime circumdantibus, ciet motus: nam præter eadem vaſa & veſiculas, funiculus cogno-

(*d*) Nuova propoſizione intorno alla caruncola dell'Uretra pag. 147. ediz. di Firenze 1724.

cognomento spermaticus, & testes intumescunt, dolent, anus prurigine affligitur; iliorum femorumque musculi, humores, intra se excurrentes ad locum affectum deducendi causa, vehementius contrahuntur, ut optata fordium evulsio, commodior, citiorque fiat.

Tunc inviti semen dormientes frequentissime projiciunt ægri, quod atrorubenti, sanguinemque imitanti, colore tinctum, putidius, & consueto densius conspicimus; iique, dolore prope verumontanum excito, subito expergiscuntur. Exinde dolor quidam insolitus ingravescit, qui, si umbilicum digito scalpas, ab hoc per vasa umbilicalia, fortasse magis subtensa, ad vesicæ collum sive potius ad urethræ bulbum, interne propagari solet, cum sordes & callus injectis liquoribus mollescant, & pus conficiatur. Sanato postea morbo, canalibusque, & vesiculis seminalibus omnino detersis, semen, atque organa huic emittendo, perficiendoque fabrefacta, in pristinum restituuntur.

Erit quoque animadvertendum, calculum vesicæ interdum stranguriæ conjungi, vel ejusmodi ulcera collum vesicæ serpendo ascendere, & membranam ipsius interiorem, glandulasque, nomine mucilaginosas, afficere. Quamobrem muci copia maxima cum urina egreditur, subitoque desidens, matellæ fundo tenaciter inhæresceit. Eo si morbus processerit, boni nihil injectionibus obtinetur; quod ulcera mucido loco insidentia continenter urinæ præsentia madefacta, vesicæ dilatatione & constrictione distracta, difficillime ad cicatricem perducuntur, neque calculi angores evanuisse, nisi post evulsionem, certum est. Hæc autem mucilaginis fluxio, aut calculum in vesica latere, aut glandulas ipsius mucosas ulcera attigisse demonstrat, uti cadaverum dissectio me sæpenumero docuit. Quare in hoc difficili, luctuosoque rerum statu nunquam sanitatem ægro despondendam, immo ab injectionibus recte abstinendum, non semel admonui (e).

Cavere denique medicos omnes oportet ab emplastris, cataplasmatibus, fomentis, inunctionibus, cæterisque laxantibus hoc tempore admoven-

(e) Cujus rei veritatem mihi apertius tribus ab hinc annis contigit agnoscere, cum de stranguria curanda æger, fere omnibus in urbe notus, me consuluerit. Ei muci plurimum quotidie cum urina jamdiu fluebat & continua dysuria neque rara ischuria affligebatur. Etsi hanc ægritudinem, vel a vesicæ calculo, vel ab ejusdem vasto, sordidoque ulcere exoriri statim existimaverim, adeoque injectiones non esse adhibendas censuerim; is tamen, in spem sanationis adductus, opinionem meam quodammodo spernens, & oleo amygdalarum dulcium, & emollientibus decoctionibus voluit urinæ fistulam, vesicamque ope syringæ perfundere. Ab herbarum laxantium decoctione nihil triste neque bonum evenire observavimus, cum oleum vero infundebatur, hoc vesicæ muco jungebatur, & ita utraque simul commixta, ejusdem cervicem obturabant, ut non, nisi sub magnis conatibus, acerboque cruciatu, & densior mucus & urina posset guttatim emitti; quare ab injectionibus optimo consilio cessatum est.

movendis dolenti, excalefacto, vel tumenti perinæo, eique finitimis locis: deterrimum enim funestumque semper est, hanc externis remediis emollientibus curationem instituere. Quod si imprudenter id fecerint, laxatæ eorum attactu fibræ & vasa collabuntur, & putridæ materiæ sinus cavantur, qua postmodum, intus collecta putredo, cellulari membrana, cute, cuticulàque disruptis, sibi viam aperiet; simulque in omni vita per fistulosos insanabiles hiatus urina derivabitur (f). Et si forte ulcerum sinus, vel puris congeriem tam longe ab urethra sese extendisse constet, ut externam partium disruptionem impedire nequeamus; perito artis chirurgo res committenda, qui prompte scalpello abscessum cedat, & manu, aptaque medicina plagæ cicatricem obducat. Hoc perquam triste suppurationis eventum, homines, *carnositate* laborantes, ob medentium inscitiam incurrisse, semel iterumque cognovi. Et quendam olim offendi, cui, urethræ alveo relicto, per tredecim, si bene memini, urina decidebat hiatus, hisque demum callo carneve fungosa occlusis, ischuria miser occubuit.

Postremo, cum sordes omnino esse depulsas, ac ulcera vix puris aliquid ac ne vix quidem progignere, liquido patuerit, pro laxanti liquore alius robur addens, firmansque ex herbis virga aurea, millefolio, hyperico, tanaceto &c. aqua seu vino parum incoctis, ad mensis dimidium, semel in die utilius erit conjiciendus.

Verum qui brevi sanationem crediderit consequendam, is certo falsus est. Ad menses enim multos, nihil molesta, sæpe produci solet curatio. Neque medicinæ diuturnitas ægrum sollicitabit, præsertim si, nullo adjuvante, injectiones alternis, vel continuis diebus peragantur. Ægrotantes igitur etiam atque etiam exhortor, ut læto animo viam ingrediantur, non tamen subito, sed stato tempore decurrendam. Nam ut vetus fert proverbium: *Nemo repente fit sanus.* Sanitatem vero serio ac vehementer desiderantibus ea brevior esse curatio, quæ tutior est, videtur. Ego autem, nisi animus me fallit meus, certissime confido, hujus mei consilii, ingenti studio, & observationibus parti, num-

(f) Miles, septuagenario major, antiqua afficiebatur stranguria, varias gonorrhœas, injectionibus ex chalcantho male tractatas, subsequenti. Multorum communium remediorum, quibus jamdiu usus fuerat, inutilitatem fastidiens, me de suo morbo consulturus convenit. Emollientes statim injectiones, nulla fere die intermissa, applicandas indixi, ex quibus febris de more accessit, tumorque dolens in perinæo comparuit. Interea chirurgus imperitus injectiones prohibuit, & laxantia, immo suppurantia cataplasmata loco tumenti accomodavit; his appositis locus magis intumuit, ac paulo post collecti jam puris signa advenerunt. Subinde puris non parum, extrinsecus rupta suppuratione, egressum est. Sequenti die per apertum a putredine hiatum urina stillatim cadebat, ex quo fluere nunquam destitit ad mortem usque, quam mente exacto, virium imbecillitate, senio, & febricula consumptus, haud dubie chirurgi inscitia, miserrime obivit.

nunquam fore ut ægros pœniteat; tum a medicæ artis peritis, qualecumque illud fit, haud improbatum iri.

MONITUM.

Quo amplior in differtatione enarratis fit fides habenda; & sermones hofce meos, non domi fictos, fed experimentis effe confirmatos, certius omnibus pateat, tres morborum hiftorias, quas antea in adverfaria retuleram, hoc loco fubtexere decrevi. In quibus etfi plurima pertractatæ rei illuftrationi utilia, poterunt defiderari; hiftoriæ tamen veritatem nunquam lectori benevolo defuturam promitto.

HISTORIA PRIMA.

Juvenis triginta & fex annorum, temperamenti fanguineo-melancholici, quater gonorrhœam virulentam decennio paffus eft. A prima, & altera diluentibus remediis cito convaluit. In curatione autem tertiæ, cæteris deterioris; diluentibus injectiones in urethram, chalcantho medicatas, adjunxit. Vigefima, & prima die gonorrhœa abiiffe videbatur, at pruritus fæpe ano moleftiam adferebat, neque amplius expedito, plenoque alveo urina fluxit. In quartam denique incidit gonorrhœam, præteritarum deterrimam, quam fubito conatus eft repellere diluentium copiofa potatione, & injectionibus ex atramento futorio fæpius in die dolentem, ferventemque urethram infufis. In una fupra vigefimam die morbi fymptomata remifere; ab urethra vero femper aliquid puris fcatebat, & difficile mingebat ægrotans. Interim ab injectionibus ad lenia medicamenta cathartica, mercurio, ut ajunt, dulci adjecto, fruftra confugit. Ingravefcere tum cœpit ftranguria: namque urina nonnifi fub magnis univerfi fere corporis conatibus, eaque bifida excidebat, multaque putrida filamenta cum ipfa demittebantur. Digitus cum ftricte, ad veru montanum, perinæo admoveretur, dura inftar anuli prominentia, cum dolore pungenti percipiebatur; ibique morbi caufam adeffe, æger quærentibus adfirmabat. Primum vulgaribus injectionibus ex calce, vel ex lapide Crollii medicamentofo vel ex plumbo in calcem redacto, vel ex mercurio præcipitato & dulci, vel ex camphora, fecundum artem paratis, magno cum fui detrimento ufus eft. Subinde ab eo accerfitus, parvulorum cereorum medicationi ut fefe daret imperavi, ex qua prominentiam, fupra memoratam, effe principem morbi caufam, apertius comperi. Cumque cerei cujufvis extremitas, pure inquinata extraheretur, de ulceris quoque præfentia certior factus fui; & puris fluxio major erat, fi perinæi carnem digitis, immiffi cerei extremitatem verfus adactis, comprimerem. Poftmodum virgulas plumbeas juxta methodum, ab Johanne Aftrucio præfcriptam, die-

bus pluribus, nihil proficiens, in urethra retinuit. Jam pro comperto habueram a callo fordibufque, ulcera opplentibus ftranguriam exoriri; quam cito lethalis ifchuria fequutura videretur; atque ob advenientem fuppurationem a carunculæ ægritudinibus (g) olim fanum evafiffe alium non ignoraveram: ideo prædictas fordes laxanti injectione mollefcere, ac putrefcere poffe fum (h) ratus. Itaque tepefcentes primo decoctiones ex herbis mucilaginofis emollientibus, fecundo ex oleo vel olivarum, vel amygdalarum dulcium, in urethram fiftula injiciendas exiftimavi. Is mihi morem gerens, per fe ipfum injectiones ex malva ad quintam diem, poftea ex oleo olivarum alias peregit, fex aut feptem horæ fexagefimis fpatiis intra urethram injectum retinens liquorem. Septimam a primis injectionibus diem dolor capitis, virium imbecillitas, nimia ad fomnum proclivitas, & denique cum rigore febris acceffere, quæ omnia copiofus fudor excepit. Per hæc cum lævi dyfuria plurima albefcentia filamenta in urina fubfidebant. Injectiones biduo prætermiffæ, die tertia in ufum revocatæ fuerunt; & vefperi ejus diei cum vehementi rigore, diftentionibus ad ilia præfertim, & femora, capitis dolore, & copiofo urinæ fluxu febris advenit, cui declinanti fudoris magna vis non defuit. Poftquam vero febris quievit, ægrotus facile mingens aliqua fubftantiæ carneæ putrefactæ fragmenta fcrutorum inftar cum urina eduxit, quæ mingendum inter apparentia, illico imam petebant matulam, exindeque liberior urina reddebatur. Triduo poft injectiones ex oleo repetebantur, febris ex more redibat, ardores fubrubefcentis lotii fluxu excitabantur, ac filamentorum plurimum defidebat. Tunc per virgulam plumbeam, urethræ immiffam, jam duram illam anuli inftar prominentiam imminui obfervavimus. Tribus fequentibus menfibus nihil eft confectum; fe enim a morbo fanatum æger putavit; at cum inde ex quadam urinæ difficultate, punctionibufque in perinæo revertentibus, de morbi reliquiis dubitaret, rurfus injectionibus peragendis fe dedit. Tertia autem vefpera febris de more recurrit, aliaque putridarum fordium fragmenta, lotio admixta, exciderunt; quare melius æger fe habuit. Hinc vel continuis vel alternis noctibus ante fomnum, ab injectionibus ab oleo nunquam deftitit; quo tempore, aut febricula, aut mufculorum vagantes diftentiones accedebant, aut tenuiffimæ pellucidæque, urinæ magna copia excernebatur. Poftea maturi puris fquamulæ, morbi cum levamento, evellebantur. Interim dormiens creberrimas feminis ejectiones invite paffus eft, quibus levem dolorem ad carunculam fentiens, expergifcebatur. Semen atrorubenti colore tinctum, tenax, fœtidumque ejiciebatur, quod paulatim naturali fuæ conftitutioni reftitutum eft. Ex quo vafa, & veficulas feminales ulce-

S 2 ra

(g) Benevoli nuova propofizione pag. 133.
(h) Vide quod fupra in differt.

ra subter intrasse agnoscebatur; a natura idcirco testium & utriusque funiculi spermatici contractiones, atque intumescentiæ inducebantur. Dexter autem funiculus, testisque præ sinistro magis sursum trahebatur; intumescebat, dolebat; quod aliis signis adjunctum, majorem in hac parte esse læsionem ostendit. Ex fortasse seminis frequentissimæ ejectiones in somno eveniebant, ut a materia seminali effluente sordes abstergerentur, quas hæc transitu attingeret. Et quidem remotis plane sordibus, etsi oleum in urethram immitteretur, illa abierunt incommoda, rarioribus polluebatur ejectionibus, neque semen atrorubens nunquam effluxit. Pelliculæ dumtaxat, aut squamulæ, quas in Dissertatione memoravimus, in urina subsiderunt, earum emissione levaminis plurimum ægro in diem eveniebat. Tandem sæpissime, & abundanter mingere cœpit, ac molestus urethram ardor incendebat; cum inopinate magnam liquidæ putrisque materiæ vim, veluti a furunculo mature rupto, lotio commixtam, quadraginta circiter horarum spatio reddidit. Qua de re melius postea se habuisse, observavi; donec paulatim per adhibitas ad aliquod etiam tempus injectiones, radicitus morbo depulso, incolumis factus est.

HISTORIA SECUNDA.

Cerdo, ætate quinquaginta circiter annorum sanguineo temperamento, ob frequentes virulentas gonorrhœas, injectionibus, chalcantho medicatis, curatas in stranguriam incidit molestissimam. Sub qua, urina multa deferens putrida filamenta, difficili bifidoque cursu, aut stillatim cadebat. Stranguria demum transiit in ischuriam; immissus urethræ catheter ad granum constitit hordeaceum, neque, omni adhibita diligentia, Nicolaus Damianius, chirurgus apud Volaterranos admodum peritus, ultra potuit illum adigere. Catheteri virgulas, & cereas, & plumbeas, regio pubis & perinæi postquam laxantibus fota est, frustra substituimus: his tantum durissimum instar anuli obstaculum, uti priori in historia, deteximus, cui circa vesicæ collum inflatio quædam adjiciebatur, ex quibus ischuriam fuisse exortam putavi. Cum penitus urina biduo supprimeretur, deque eo conclamatum esset, in urethram olivarum repente oleum fistula conjiciendum, & quoad fieri poterat, comprimi digitis & contineri præcepi. Duabus post injectionibus ex oleo, alias ex malva decocta infundi imperavi. Tribus hinc horis transactis stillatim primum, tenui deinde cursu, multum lutulenti, fœtidique lotii exiluit, in quo plurima filamenta putrida perspiciebantur. Æger postmodum optimam victus rationem, & a coitu abstinentiam observans, in continuo talium clysmatum usu sordes urinæ admixtas quotidie excidere spectabat. Ex more tamen febres, & musculorum, nervorumque distentiones eruptionem malæ corruptæque materiæ præcesserunt,

ceſſerunt. Squamulæ denique albeſcentes, quæ nihil aliud erant, quam puris vere concocti particulæ, urina liberius effluente, decidebant. Hoc levamine contentus æger, parvique habens, quæ tum ferebat incommoda, antiquam vivendi rationem recepit; & injectiones omnino voluit dimittere. Quid poſtea illi, non bene & perfecte, ut opinor, ſanato, evenerit, in præſens neſcio.

HISTORIA TERTIA.

Vir nobilis, quadrageſimum annum agens, poſt gonorrhæam, injectionibus ex chalcantho male tractatam, levem pertulit ſtranguriam, cui laxantibus, a me præſcribendis, injectionibus mederi ſtatuit. Una die ut emollientem decoctionem, altera oleum infunderet juſſi. Intra menſem duabus tantum divexatus febriculis, & aliquot leniter recurrentibus nervorum, ac muſculorum diſtentionibus, putridarum albeſcentium ſquamularum magnam copiam quotidie urina demittente, perfecte ſanus evaſit.

FINIS.

CXVIII.

GOTTLOB HENRICI TROSCHEL,

DE

MORBIS EX ALIENO SITU PARTIUM ABDOMINIS.

Francof. ad Viadr. 18. Dec. 1754.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Cum accuratior in scientiis medicis meditatio, si rite constituta omnia sunt, vivam anatomen, proprias & aliorum selectas observationes ac experimenta, inde librorum, qui ad manus sint, numerum exigat: patet & notum est, quam difficile sit, ut in elaborandis inauguralibus speciminibus, tot aliis jam datis & repetitis, hæc in Candidatorum potestate sint. Rarissime certe hoc occurrit. Legerit, annotaverit, observaverit alias, nunc, si lecti libri, si annotationum frequens ponderatio, si observationum repetitio denegantur ut plurimum, illis niti non potest. Quid igitur fit? Lector nihil triti desiderat, ambiguum negotium, non jucundus labor injungitur; & tamen poscentibus satisfaciendum? Propria meditatio conjunctis illis, quæ tunc colligere licet, ut credo, omni æquo judici sufficiet, nam vel ex his apparebit, quid in ampliori occasione humeri valeant. Si thematis mei ratio consideratur, non negare possum recensita mihi defuisse, interim cum variis thematibus hinc inde perlustratis easdem semper invenerim difficultates, elegi, quod in promptu est, & cujus argumentum seorsim nunquam sat ample pertractatum est. Ample dicam, non quasi tantam materiam exhaurire vel mens fuisset, sed quia ne ambitus quidem hujus theoriæ satis monstratus est, quantum saltem mihi, & quos adire licuit, notum est. Extat Dissertatio D. Polycarpi Gottlieb Schacheri, quam M. Gottlieb Friederici pro licentia defendit de morbis a situ intestinorum præternaturali Lips. 1721. Non vidi hanc dissertationem, quam jam electo & dispósito themate, avidus igitur illam legi, sed licet tanti Viri laborem multi faciam, nec mihi credere permissum sit, me ejus passus esse secuturum, vidi tamen & annotare licebit, illum plurima non tetigisse. Accedit dissertationem illius de situ peccante cæterarum partium abdominis nihil plane nihil dixisse, quod specificam illius de mea differentiam constituit. Scio tandem plures in hoc campo adesse observationes, quibus sæpe theoriæ forsitan additæ sunt, sed vel illas evolvere plane impossibile fuit vel alio tempore lectas & annotatas, si ipsi fontes non adsunt, in medium proferre, audax & iniquum judicavi. Hæc suffecissent fere, quæ me plane dubium reddidissent; sed periculum faciendum erat, parvam hujus theoriæ ampliori meditatione dignæ partem consideravi, a favore æqui lectoris sperans, fore, ut omnia illa excuset, quæ vel ex necessario defectu, vel ex aliis, circumstantiis irrepserunt, quæ in hujus generis scriptis conficiendis impedimento sint. His addo ut de aliis ex virium imbecillitate profectis erroribus illam veniam expetam, quæ sæpius primis scriptoribus non denegatur. Sic interea hæc speciminis locum teneant. Vale & conatibus meis favere non recusa. Dabam Francof. d. MDCCLIV.

TRACTATIO GENERALIS.

§. I.

Simulac medicus optimis certisque ut debet suarum scientiarum principiis suffultus se jam jam accingit, qui ipsa Pathologiæ mysteria adeat & hos adeo ænigmaticos naturæ libros evolvat, nec tutius nec longius procedere potest, quam si sat amplam & sat veram morborum definitionem stabilire annititur. Quum igitur quædam de morbis sim dissertaturus, eadem lex mihi præscribitur, & nihil certi afferam, antequam sit præmissa. Crediderim autem sufficere æque ac convenire cum natura & ambitu morbosorum adfectuum, si morbum in genere cum pluribus, omne præternaturale, & morbum hominis omnem præternaturalem C. H. habitum nomino. Puto tandem ex experientia æque ac theoria constare, omnem morbum esse statum præternaturalem, omnemque, contra naturam conditionem sanitati contradicere. (*a*)

§. II.

(*a*) Hæc definitio licet mihi pro strictiori meo scopo sufficeret, solam tamen hic adesse non sufficit, quum in posterum aliæ suppositæ mihi proderint, quam ob rem illas ex suis autoribus addere necessum duxi. Hi autem autores sequenti modo circa definitiones morborum variarunt. *Hippocrates libr. de flatu II.* 8. Medicorum parens & princeps *omne id*, *quicquid molestiam adfert* & *Galenus de different. sympt. cap. I. Dispositionem illam contra naturam*, *ob quam actio læditur* morbum dicit, ut *Sennert. instit. med. Wittenb.* 1628. *Lib. II. C. I. p.* 134. *impotentiam naturales actiones exercendi.* Inter neotericos principe autoritate *Boerhavius instit. med. Norimb.* 1747. *p.* 362. definit morbum, esse *statum corporis viventis tollentem facultatem exercendæ actionis cujuscunque*, quam *celeb. Krugerus Natur - Lehre, T. III. Halle* 1750. *p.* 15. cum additione quadam nitide proponit. *Boerb. method. stud. med. Hall. comment. p.* 665. *wir sind kranck*, *wenn wir Schmertzen empfinden*, *oder Lebens und natürliche Bewegungen*, *oder auch die Seelen - Wirckungen nicht gehörig verrichtet werden.*

His addere non negligendæ sunt definitiones *Cl. Pitschii Hamb. Magaz. B. II. St. II. p.* 208. quæ Synonima est cum mea, *alle wiedernatürliche Veranderungen* & *Cl. Unzeri Hamb. Magaz. B. II. St. III. p.* 299. *das Gegentheil der Gesundheit* (post definitam sanitatem) *in so weit es von einer Hindernis der Natur herrühret.* Tandem *Ill. de Gorter compend. med. Fr. & Lips.* 1749. *P. II. Tr. LIII. p.* 4. §. 1. uberius morbum describit sequentem in modum. *Quoties in homine corporis & animæ functiones omnes peragi nequeunt cum tanta constantia*, *vigore*, *& sine molestia*, *ut in sano fieri consuevit* : *vel* 2 *mala organi configuratio habetur* : *vel* 3 *quoties quædam intus sunt aliena*, *etiamsi nullis indiciis sensibilibus in functionibus læsis detegi queant*, *talis status*, *Morbus*, νοσος, νοσημα *ab aliis passio* παθος *quandoque ægritudo & ægrimonia vocatur.* Plura addere & contra brevitatis præscriptos fines imo sine peculiari esset usu, sufficiat igitur recensuisse, quorum in sequentibus erit usus.

§. II.

Sic variarunt medici allegati, aliique, circa illas morborum definitiones, quas pro diverſa ſyſtematici ſui ordinis regula diverſo modo præmittere utile duxerunt. Licet etiam ſi accuratius conſiderantur, hoc fine excepto, reapſe non differant. Amplus dein meditantibus apertus eſt campus, quo omnem generalem eam & natura jam ſua neceſſariam morbi hiſtoriam deſcriberent; id ſcilicet quod in omni initio præſupponitur, quæ in omni augmento creſcunt, cuncta ſtaſin prolongantia, & ſingula in decremento ſublata & auffugientia methodi ſeriei injuncta ſunt. Nec tamen tanto negotio ampliſſima noſologiæ theoria abſolvitur. Quum enim practicus ad lectum dolentium citatur, varia in variis diverſa confuſa ſæpe cognitione obſervat, tanta ſymptomatum disharmonia, tanta ægrorum varietas, ut perterritus abiret, niſi ſpecialior caſuum anatome, illam ei ſcientiam porrigeret, quæ ipſi nunc clariori indicatione ad pronas theſauri thecas manu ducit. Diſtinxerunt hac neceſſitate coacti & laboris gloria invitati medicorum doctores, diverſo plane modo, pro diverſa, natura, cauſa, effectu, fine, hiſtoria, duratione, pertinacia, initio, tempore, frequentia, ætate, ſexu, vitæ genere, loco, remedio, vehementia, periculo &c. Multos exinde propriis determinationibus nominibus appellarunt, ſic noti nobis ſunt morbi, malæ intemperiei, totius ſubſtantiæ, malæ conformationis, ſolutæ unitatis, medici, chirurgici, ſolidorum, fluidorum, congrui, incongrui, hæreditarii, connati, adſcititii, recentes, habituales, endemii, epidemii, ſporadici, periodici, vagi, benigni, maligni, magni, curabiles, incurabiles, legitimi, ſpurii, ſimplices, complicati, corrupti, incorrupti, idiopathici, ſymptomatici, ſympatici, curati, recidivantes, vulgares, rari, retrogradi, univerſales, particulares, acuti, chronici, peracuti, peracutiſſimi, acuti ex decidentia, continui, intermittentes, continentes, contagioſi, occulti, manifeſti, calidi, frigidi, ardentes, horrifici, convulſivi, venenati, colliquativi, putridi, ſanguinei, bilioſi, pituitoſi, melancholici, purulenti, inflammatorii, eriſipelatoſi, hectici, febriles, cancroſi, parvi, vehementes, lenes, faciles, difficiles, ſalutares, periculoſi, ſecuri, lethales, extremi, conſtantes, periodici, vagi, ſtationarii, intercurrentes, remittentes, recentes, inveterati, novi, breves, longi, pertinaces, aperti, latentes, cogniti, incogniti, externi, interni, ſimplices. compoſiti, primarii, ſecundarii, puri, impuri, eſſentiales, veri, anomali, præſentes, futuri, incipientes, ſtantes, decreſcentes, oſſium, nervorum, cerebri, cordis, pulmonum, hepatis, ventriculi, inteſtinorum, lienis, renum, uteri, genitalium &c. Iliaſtrici, cagaſtrici, a Deo, ab aſtris, a vitio naturæ, pagoici, coagulati, reſoluti, a fructibus elementorum, inferioris globi, a ſeminibus

cælestibus, sulphurei, mercuriales, salini, acidi, alcalici, tartarei, endemii, epidemici, hungarici, anglici, &c. septentrionales. meridionales &c. ex nexu, tono, quantitate, substantia, loco alieno, cohærentia, sensu, motu, fluxu, actione, ex alienis morbosis, a causis externis, internis, elasticitate, proportione &c. Ex tanta deinde distinctionum copia electio instituenda, quænam rationi conformes, quæ e contra omni sufficienti causa destitutæ deprehenduntur.

§. III.

Utile nihilo tamen minus ab omni perito putatur, secundum varios scopos alias distinctionum regulas pro fundamento ponere, ut eo distinctior omnis morbi natura & historia agnoscatur & in medela semper major adsit certitudo & determinatio. Plane alias rem se habere puto, si quis tale pathologiæ systema construere elaborat, quod primum simul & fundamentale, in tironis theoria & provectioris meditatione esse debet. Hic locorum enim illam unicam præscriptam esse regulam cum pluribus existimo, ut illæ morborum causæ, quas tollere in praxi medici erit, ordinis rationem sufficientem contineant, sic enim statim exinde patebit, quidnam in hoc vel illo casu potius consilii erit, & brevissima indicatur via. Ut enim causæ morborum sunt primariæ, secundariæ, abditæ, materiales, formales, procatarcticæ, remotæ, proximæ, mediatæ, immediatæ, naturales, præternaturales, non naturales, externæ, internæ &c. sic immediatæ primario præscribentis subjecta sunt præ mediatis; aliisque quæ quidem multum claritatis dant, sed tamen ipsi curanti indicationibus factis amplius non prosunt, quam quod, si adhuc adsunt & impediunt, removeantur.

§. IV.

Pro hujus regulæ æterna necessitate multi tentaverunt, ut omnes morbos sic ad primas suas causas reducerent, quo tandem systema exsurgeret, quod perfecte morborum naturæ responderet, & omni medico certa norma & basis esse posset. Non mihi scopus meus permittit, ut horum conatuum historiam, multo minus dijudicationem addere possem: Sed modo duos recentiores nominabo, qui, diverso licet successu, aperte professi sunt, se doctrinam morborum reformaturos esse. Sic *illustris de Gorter* (b) immortale suum systema contulit & *Celeb. Pitsch* (c) novam quoque methodum indicavit. Quum autem aliquod morborum genus meditationis meæ subjectum sit, quod non in omni systemate receptum est, de his pauca mihi adhuc dicenda erunt.

§. V.

(b) *Joh. de Gorter. prax. med. syst. T. II. 8. Harderov. 1753.*
(c) *Hamb. Magaz. B. II. St. II. p. 208.*

§. V.

Clarissimus Pitsch, (d) præsupposita sat ampla & sat sufficienti definitione (§. I.), acrius hactenus celebrioribus systematibus recensitis, omnia morborum genera ad duas classes solidorum nempe & fluidorum reducit. Simul primæ classis morbos modo vel ex relaxatione præternaturali, vel ex constrictione & solutione continui oriri posse affirmat (e) secundæ classis genera quoque tria constituit: erunt enim secundum illum humores vel nimis tenues, vel nimis densi, vel in nimia copia, prætereaque nihil. Egregium & immortale aliquid præstitisset *Cl. Autor*, & brevem sane ac facilem tantum laborem reddidisset, si hoc ambitu omnes morbi capi possent. Ast quotidiana non solum experientia, sed illa etiam in pathologicis meditatione, quæ cum physiologica qualitatum cognitione conjuncta est, docemur, in fluidis omnino dare cacochymiam, quam *Cl. Autor* plane negat, (f) & solida figura, textura, cohæsione & vario adhuc alio modo posse peccare sine ullo fluidorum vitio, & exinde hoc systema valde mancum esse minimeque speranti tantis promissionibus factis satisfacere, ne dicam de illis morbis qui a contentis alienis diverso sæpe modo producuntur, & ubi non sufficit stricturam modo solvere (g). Sic licet nondum sanguinis natura in suis intimis nobis

T 3

(d) Hamb. Magaz. B. II. St. II. p. 217.

(e) Hamb. Magaz. l. c. p. 218. p. 131.

(f) Ibid. p. 229.

(g) Nibil adderem, cum insufficientia dicti novi ordinis pathologici abunde pateat nisi *Cl. Autor* jam minaci ubertate omnibus illis anathema quasi indicasset, qui de veritate suæ reformationis dubitare auderent. Sed potius existimo, has declarationes illi libertati e diametro contradicere, quam tam strenue contra nullum opponentem vindicavit: *Hamb. Magaz. l. c. p.* 209. Inde mihi restat officium, probatio nempe, me, non sine sufficienti ratione, de systemate suo, quod quidem omni lectori licet, sententiam meam dixisse, & contra illum omni bono esse defendendum. Quod primum attinet, in sequentibus paginis mihi propositi illorum morborum quosdam, qui ex solo situ alieno originem trahunt, enumerare & explicare. Si autem *systema Pitschianum* a me non negatum fuisset ex illo aperta oppositio & contradictio depromeretur, illos morbos esse fictos & me verba sine ideis pronunciasse. Non potui igitur tantum systema quod mihi plane silentium injungit intactum relinquere, quum tam bellicoso gaudeat titulo: *wie überhaupt die Lehre von den Kranckheiten zu verbessern sey.* Ubi meliori methodo *clarissimus Unzerus*, *Hamb. Magaz. B. VI. St. III. St. VI.* sua *allgemeine Betrachtungen* nominavit, & longe utiliora ac magis vera docuit. Deinde multam de iracundia *Cl. Pitschii* metuendum esset, nisi meas rationes darem, cum clarissimos & de re medica meritissimos, immo omnibus ævis immortales, viros contemtu vili & cachinno aggrediatur. Palam profitetur, *es würde mir eine Lust und keine sonderliche Mühe seyn, wenn ich alle die Fehler dieser angezogenen Schrifftsteller besonders anzeigen und deutlich wiederlegen*

nobis plane nota ſit, multo minus autem modo, a *Cl. Autore* inſtitu-to, nota erit, certo tamen certius ſcimus, in ſanguine bilem, nimis phlogiſton, ſive exaltatam, nimium alcali, acidi, ſalis; pituitam, quæ a mere denſo ſanguine longe differt, ac alia noxio cum effectu adeſſe poſſe ratione & ſæpius adeſſe experientia edocti ſumus. Putant forſitan aliqui horum poſſibilitatem non veriſimili modo negari ſeu ullo argumento negationem corroborari poſſe: ſed bene notandum, ne unicum quidem argumentum probans, prudenti, uti puto, conſilio; additum eſſe. Multa & plurima reſtant igitur inexplicata, non neglecta quidem vel illa, ſi daretur, reſtrictione; ut vel omnes chirurgici excludantur morbi.

§. VI.

Alio autem, eoque graviori conamine *Ill. de Gorter* difficile illud opus ſuſcepit & in tanto Labyrintho ſat felici ſucceſſu verſatus eſt. Utilius duxit plures morborum origines in medium proferre, quam exiſtentes

gen wo'te. Quinam ſunt autem hi qui in tranſitu quodam ab illo refutari & rideri poſſunt? non minores quam *Sennertus*, *Boerhaavius*, *Hoffmannus*, *Schultius*, qui ex omnibus celeberrimi & optimi ſunt. Ingenue vero profitetur p. 211. ſe *Sennertum* non capere, ſed quomodo refutare ſi non capere poteſt? & hanc mentis hebetudinem, ſi res ita ſe habent, ut ſpecimen eximioris illuminationis jactat, ſed quum notum ſit, *Sennerti* ætate Ariſtotelicam philoſophiam floruiſſe, & in terminis non eam, quæ nunc ſæpe, non ſemper, nec in ſyſtemate de quo ſermo eſt, reperitur accurata determinatio & claritas, obſervari potuiſſe, vir iſte eximius alias exprimere ſe non potuit. Aſt ipſa verba quæ *Cl. Pitſch* quidem citat ſed non affert non ſunt adeo obſcura, & lædere putaſſem *Cl. Autorem* ſi facillimam hujus loci explicationem ſuſciperem, quam tiro, quibus me annumerare non recuſo, ſine difficultate præſtare poteſt. Præterea antecedentia & conſequentia legantur *Sennerti inſtit. med. Witteb.* 1628. *L. I. Cap. I. II. p.* 131 - 141. vel ut *Pitſchiana* citatio eſt *Witteb.* 1609. *p.* 127. omnia clariſſime erunt, imprimis ſi locus reſpondens in *capite de morborum differentiis* in alio *Sennerti* libro *Sennert. lib. de chymicorum cum Ariſtot. & Galen. conſenſu ac diſſenſu Witteb.* 1629. *p.* 252. confertur. *Illuſtris de Haller* in contrariam partem abit & longe honorificentius de *Sennerto* putat *Boerhaav. Meth. ſtudii med. cum Commentariis* v. HALLER, Part. II. pag. 282. *Danielis Sennerti Profeſſoris Wittebergenſis celeberrimi viri & egregii Syſtematici opera plurima ſunt ſæpe recuſa. Multa ſumſit* - - *ſed* bono certo & utili *ordine diſpoſuit* - - *in omnibus iſtis libris bono ordine ex veteribus* collegit. De *Immortali Boerhaavio* tandem adeo ſeviter judicat, ut mirum illi videatur, quod adhuc unquam prælectionibus academicis inſerviat, contendit, quaſi verum eſſet, ſerena fronte, *Boerhaavium* nullam explicationem dediſſe quam multis modis morbi pro ſua diſtinctione in C. H poſſibiles ſunt. Sed quem ſuccincta & ſolida *Boerhaavii* brevitas non fugit, inveniet, quod quærit BOERH. inſtit. med. Norimb. 1747. pag. 364. §. 699. imprimis ſi evolvat ejus prælectiones. *Prael. in inſtit. Boerhaav. edit. ab Hall. Gœtt.* 1748. *T. VI. p.* 19. §. 699. Erravit igitur graviſſime, ubi hi maximi viri, in quos adeo illicito modo invehitur, non errarunt; ſpero igitur me circa ea, quæ dixi, a Cl. Autore veniam impetraturum eſſe.

tes prætermittere (*h*). Plane non mei eſt, ut totum illius ſyſtema quod quatuor amplis tabulis continetur addam, quia unicuique fere notum, & ſimul perſuaſum eſt, multum ſtudii & experientiæ illi ineſſe, qui tanti labori ſufficit. Id ſolum ad me propius attinet, dum novo fere modo in ipſo ſyſtemate pathologico morbos aliquos ex loco alieno deduxit. Triplex horum morborum genus conſtituit, & C. H. natura veritatem hujus diſtinctionis probat. Sunt autem ſequentia (*i*).

TABULA ANALYTICA MORBORUM

LIBER I.

GENERALES SOLIDORUM MORBI

TIT. V.

EX LOCO ALIENO

Parte integumentis communibus

texta - - - - 50. HERNIA.
nudata - - - 51. PROCIDENTIA.

TABULA ANALYTICA MORBORUM

LIB. II. (*k*)

GENERALES HUMORUM MORBI

TIT. IV.

LOCI ALIENI

Humorum
Generalium
Subſiſtentium - - - 113. ERROR LOCI.
Collectorum - - - 114. COLLECTIO.
Effuſorum - - - 115. EFFUSIO.

Particu-

(*h*) Si *Cl. Vogel medicinische Bibliotheck I. B. IV. St. p.* 284. *dixit Ill. Autorem interdum nimis prolixum fuiſſe, dum juſta & uberiori Gorteriano nomini data laude, hæc addit : bey alle dem aber iſt es auch nicht zu leugnen, daß es ihm wie allen Erfindern neuer Syſteme ergangen iſt &c. iterum p.* 290. *legimus, doch es ſey ferne, daß wir den Herrn Verfaſſer tadeln, oder ſeine Arbeit verachten wolten. Er wäre gewiß der erſte Syſtemmacher, der ſich nicht geirret, - - und es wäre zu wünſchen, daß es viele Gorter gäbe.*

(*i*) *Gorter pr. med. ſyſtem. T. I. p.* 1.

(*k*) *Ibid. T. I. p.* 27.

Particularium.

Sanguinis - - -	116. ECCHYMOSIS
Bilis - - - -	117. ICTERUS.
Aeris - - - -	118. EMPNEUMATOSIS.
Materiæ morbi - -	119. METASTASIS.

Quibus ſi placet annumerari poteſt. (*l*)

LIB. IV.

ALIENA MORBOSA.

TIT. I.

MORTUA MORBOSA.

Solida - - -	237. CALCULUS.
Liquida - - -	238. FLATUS.

TIT. II.

VIVENTIA MORBOSA.

Motu ſuo & morſu morbum referentia. - - -

- - - - 239. INSECTA.

Optimum ſic illis morbis dedit locum ubi partes C. H. conſtituentes adſunt ſed in alieno loco & externæ partes in C. H. ut loco illis non convenienti. Addidit præterea in ſecundæ partis tractatione ſpecialiori breviter quoſdam alienos viſcerum ſitus. Attamen quod pace tanti viri dixerim, varios adhuc morboſos ſitus, & morbos ex illis orientes, omiſſos eſſe exiſtimo.

§. VII.

Ex allegata horum morborum recenſione patet, ſi in genere de morbis ex alieno loco ſermo eſt, in tria poſſe dividi genera. Vel enim partes ſolidæ C. H. conſtituentes ſitu peccant, vel fluida illius in loco incongruo aderunt, vel corpora ad conſiſtentiam noſtri corporis non pertinentia, ibi reperiuntur. De unaquaque claſſe plura ſunt annotanda, ſed priora, ſolidorum nempe vitia, proprie ſubjectum meditationis meæ erunt, niſi quatenus humorum in alieno loco hiſtoria interdum ob neceſſarium nexum intermixta erit.

(*l*) *Ibid.* T. I. p. 312.

§. VIII.

§. VIII.

Locus alienus pro ipſa termini idea loco naturali oppoſitus eſt, & hujus de unoquoque individuo deſcriptio neceſſaria facienda eſt, antequam illius exceſſus determinari poteſt. Anatome ſufficientem nobis C. H. rite conſtituti hiſtoriam præbere poteſt, inde aliqua ejus pars nos docet, in quo loco hæc vel illa C. H. integerrimi pars ſita eſt. Locus igitur naturalis eſt, ſi pars data locum ſuum omnimode determinatum occupat; contrarium locus ſive ſitus alienus. Dantur ergo tot errores circa naturalem ſitum in C. H., quot adſunt partes, & quot vicibus unaquæque harum partium in loco ſuo errare poteſt. Amplus ſic morborum ex ſitu alieno catalogus accreſcit, & ingens vacuum in theoria noſologica relinquitur, ſi doctrina hæc plane negligitur. Quum enim talis ſitus contra naturam ſit, nemo dubitabit eum inter morbos referre (§. I.) & concedere, multa mala inde oriri poſſe. Sæpe quidem hic morbus adeo levis eſſe poteſt, ut ne quidem obſervetur, ſed quum interdum ſub herba latens anguis ſit, ac ſemper præter naturam adſit, ab omni accuratiori medico ut morbus conſiderandus eſt, & nihil inde elicitur, quam quod in beneficium ægrotantium morbi dentur, qui tolerabiliores & abſque cruciatibus ſunt.

§. IX.

Neceſſariæ autem adhuc nobis de ſitubus præternaturalibus diſtinctiones faciendæ ſunt. Duplici primum modo in C. H. adeſſe poteſt. Reperitur enim; & vix tamen aut ne vix quidem morbus nominari poteſt nec etiam detegi, unde ortus fuerit, vel a morbo quodam antecedenti productus eſt, & alius eſt morbum producens, alius morbo productus, licet verum ſit, poſteriorem iterum ſemper morboſos adfectus poſt ſe trahere; quod etiam ita exprimi poteſt; ut alii ſitus ſint primi morbi; alii ſecundi morbi cauſæ.

§. X.

Antequam autem cauſas explicare incipiamus; diverſos ſitus alieni modos poſſibiles, ſi illas determinationes, quæ a cauſis, effectibus, & finibus deſumuntur, excipimus, diſtinctius paulo enumerabimus. Situs autem partis cujuſdam quintuplici modo errare poteſt. Occupat enim pars aliqua interdum ſpatium juſto majus (*m*), interdum minus (*n*) vel in diverſa plane regione ſita eſt, (*o*) vel in regione incongrua præter-

(*m*) *Schenck. obſ. Lib. III. Sect. I. obſ.* 91. *&c.*
(*n*) *Loc. cit. L. III. Sect. II. obſ.* 88. *&c.*
(*o*) *Ibid. L. III. Sect. II. obſ.* 3. *&c.*

naturales terminos habet, (*p*) vel tandem plane deeſt. Exceptis hiſce, non facile alius loci error concipi poteſt nec alium quoque unquam obſervatum fuiſſe credo. Plures autem diviſiones omnino cauſæ & aliæ determinationes admittunt.

§. XI.

Fig. VIII. Non nullis forſitan dubium videbitur, an major vel minor partium magnitudo inter ſitus morboſos referri poſſit: Quare hoc loco, ne ſcrupulus relinquatur, ſequentia illuſtrandi ac demonſtrandi fine ſubjungam. Sit parallelogrammum ſpatium quoddam in C. H. repræſentans a, c, h, e, & ſpatium quod viſcus occupat a, h, g, i, k, d, c, b, a, tunc ſitus viſceris determinatur lineis ac, ah, hg, gd, dc, ſit autem ſpatium occupatum a h f i k d c b a & ſitus determinetur lineis ah, hf, fi, ik, kd, dc, ca, tunc ſpatium a, h, f, i, d, c, b, a, majus erit ſpatio a h g i d c a, ſed quum lineæ ſitum determinantes in priori caſu ſint ac, ah, hg, gd, dc, & in poſteriori ah, hf, fi, ik, kd, dc, ca, ſitus erit alienus. Nec id ſine conſequentiis. Quum enim in C. H. pars partem excipiat, datur alia pars, quæ in ſtatu naturali ſpatium g i f occupat, cum autem viſcus præternaturaliter majus hoc ſpatium impleat, neceſſario altera pars exprimitur, & cum ex regione f, g, i, & k, aliæ partes reſiſtant, mediæ comprimuntur & pro majori & minori partium nobilitate inde proveniens malum vehementia differt. Sic etiam patet, ſitum lineis a, h, g, i, k, b, a determinatum, minorem eſſe ſitu a, h, g, i, k, d, c, b, a & præternaturalem, & duplex inde incommodum provenire poteſt, nempe functio viſceris non rite peragi poteſt & adjacentes partes ſublata reſiſtentia locum alienum occupant, & in ordine ſuo turbantur, vel in tumores diverſi generis facilius abire poſſunt. Et ſic abunde patet, nimis magnas & parvas partes, tam natura, quam effectu ſuo inter ſitus alienos eſſe referendos.

§. XII.

In explicandis diverſis ſituum morboſorum cauſis illum potius ordinem ſervabimus, qui in dijudicatione illorum pro norma eſſe poteſt. (3) Si nimia partium nutrientium ad aliquem locum determinatur copia, pars ibi ſita plus nutrimenti accipiet, & in majorem molem augebitur. Motus autem hic omnino jam præter naturam & morboſus eſt. In ſenſu

(*p*) Ibid. *L. III. Sect. II. Obſ.* 7. *Coel. Rhodiginus Lib. IV. cap.* 16. *A. L. Schenck. L. II. Obſ.* 181. *p.* 448. *Columbus L.* 15. *Anat. Schenck. Lib.* 11. *Obſervat.* 184. *p.* 449. *&c.*

ſu latiſſimo vera hæc dicta eſſe volo, ſi enim ſtagnatio quædam, inflammatio, ſcirrhus oritur, plures partes ibi colliguntur, quam in ſtatu præternaturali aggregari debent. Ergo tot hæc claſſis habet ſubordinata genera, quot modis fieri poteſt, ut accumulatio ibi fiat. Aderunt e contrario alio tempore impedimenta ſat diverſa & ſat multa quo minus ſufficiens molecularum copia ad partem aliquam perveniat; ſic juſto minor erit, & morboſum impedimentum anſam præbet.

§. XIII.

Interdum, ſi particulæ ſimilares in inſolito pro earum congerie loco, colliguntur, fit concretum, & reperitur viſcus; alio alias loco inclusum, in diverſa plane regione, & omnino præternaturali ſtatu, cum inſigni a ſolitis regulis exceptione. In tanto errore, ſi rectum reſpicimus, omnes in §. antecedente dictæ cauſæ ſimul concurrere poſſunt; & quarta claſſis oritur. Tandem fieri poteſt, ut pars integra deſit, defuerunt forſitan etiam ſimilares ejus partes, aut impeditæ ſunt viæ, aut alias determinatæ vires, aut alia, ut plurimum abſcondita humanæ perſpicaciæ, impedimenta tantis defectus cauſæ ſunt, quod ultimum & per ſe conſideratum maximum hujus generis vitium eſt.

§. XIV.

Si ex dictis certum eſt, omnem partem ex morboſis cauſis in alieno loco eſſe, evidens ſimul eſt, non dari ſitus primi morbi cauſas proprie ſic dictas ſed potius omnem ſitum vitioſum ſecundi morbi cauſam eſſe; (§. 8.) Non vero abſque magnis conſectariis hæc theſis eſt, ſed practicum multa theoremata docet. Erit enim interdum in practici poteſtate per prophylaxin reſpectu hujus vitii & vera curatione reſpectu morbi cauſantis hunc morboſum ſitum avertere. Sciet e. g. metaſtaſin ſæpe hujus matrem eſſe (§. II.) & eo accuratius de natura ſtatus dati judicare poterit: concludet inde; interdum talem ſitum præternaturalem ut malum minus & naturæ quaſi beneficium eſſe conſiderandum. Regulas hinc depromere poteſt, utrum conducat hunc ſtatum mutare; nec ne; & quodnam potius remedium & quibus ſub legibus adhibendum ſit. Diæteticarum præſcriptionum rationes ex his ſumet; quibus prohibeatur; quominus malum ex hoc morbo oriundum; vel augeatur, vel nimis noceat. Præterea medico hæc conſideranti, ſi nulla alia ſymptomatum ratio inveniri poteſt; ſuſpicio hinc orietur, quæ in medendi methodo majorem circumſpectionem poſtulabit.

§. XV.

Quum ita generalius de morbis ex loco alieno locuti ſimus, uſque eo pervenimus, ut de curatione ſermo fieri poſſet, niſi hæc pro diverſis vitii hujus generis natura vel diverſa, vel plane impoſſibilis eſſet, & exinde adhuc præmittendas alias diſtinctiones requireret. Locus enim ſi adeo alienus eſt, ut nulla conformitas inter ſitum naturalem & præternaturalem ſit, quod ſitum tertii quarti & quinti ordinis conſtituit (§. 13.) dicitur monſtroſus, & omnium rariſſimus eſt (q): ſi vero quædam ſenſibilis conformitas ſitum naturalem & præternaturalem intercedit, tunc dicitur locus alienus ſingularis & eſt vel connatus, vel adſcititius. Primum genus monſtroſi loci plane immutabile eſt, quamvis omnia artis præſidia in auxilium vocentur. Sic generaliter omnes ſitus ſunt vel mutabiles, vel immutabiles, ſed caveamus, ne putemus, omnem ſingularem connatum immutabilem eſſe, & omnem adſcititium mutari poſſe.

§. XVI.

Licet autem monſtroſi ſitus immutabiles ſint, tamen non ſemper ſupra ſphaeram practici elevantur, & objecta nudi theoretici reſtant, ſed potius omnem ſæpe medici clinici attentionem requirunt. Sunt enim vel abſolute lethales, vel non; in priori quidem caſu non occupant medicum, niſi pathologum & forenſem ſi vero abſolute lethales non ſunt, ut embryo vel præſenti hoc vitio vitam degere poſſit, ſpes adhuc adeſt, naturæ aliquatenus poſſe ſuccurri. Sed nondum ſalvus eſt infans. Nam vel iterum aut abſolute aut hypothetice lethalis morbus hic adfectus eſſe poteſt. Priores autem adhuc duplicis ſunt generis; nunc enim embryo vix excluſus mori coactus eſt, nunc vero parvam quidem vitæ durationem corporis ſtatus permittit, ſed brevi certiſſime mortem poſt ſe trahit. In poſteriori caſu ſæpe accidit, ut medicus vocetur, &

(q) Monſtroſi dici poſſunt convenienti modo cum uſitatiſſimis monſtri definitionibus ſi applicatio rite fit. *Ill. Hebenſtreit.* in *Anthropologia Forenſi Lipſiæ* 1751. 8 *Sect. I. cap. I. de cura naſcituri & naſcentis p.* 5. §. 5. *Naſcuntur fœtus paſſim quorum forma ab humanitate ita abludit, ut illorum animæ ſi viverent, propter organorum ad animalium actionum exercitia deſtinatorum ineptitudinem erudiri & conceptus homine dignos de ſenſibilibus ſibi fingere haud poſſint. - - Conf. Sect.* II. *Membr.* III. *Cap.* II. *p.* 624. §. I. *Monſtrum eſt corpus ſolius machinæ legibus vivens a matris ſanguine per funiculum umbilicalem adducto nutritum ſine anima, certe ſine illa humana; talia ſunt quæ tota forma ab humana natura abludunt, ut dubitari fas ſit hominem natum eſſe &c. Imprimis ſi obſervatur diſtinctio loc. cit. p.* 9. *in tres coordinatas ſpecies ex Jani Planci Medici primarii Arini de monſtris ac monſtroſis quibusdam Epiſtola Venet.* 1749. 4. *Maj.*

& anxie follicitetur, ut prognofin formet, & opem ferat; & fic etiam practicus his fpeculationibus occupatur. Remanet ultima nominatarum claffium, ubi prophylaxis accuratiffima adhibenda eft, ne alias fequentia fymptomata graviora & nimis molefta fiant, fed potius vel plane tollantur, vel faltem imminuantur, & expertus æque ac eruditus medicus vel felici memoria jam inventa remedia cum neceffariis cautelis adhibebit, vel diviniori ingenio manca emendabit, aut plane nova inveniet, quibus defiderio gementium fatisfaciat. Eadem fere regula de fitu fingulari immutabili valet. Connatus abfolute lethalis nunquam curatur, & hypothetice lethalis nullo pariter tempore tollitur. Notandum autem eft, dari cafus, ubi adfcititii, vel plane, vel hypothetice lethales, mortis neceffitatem adferunt.

§. XVII.

Omnium optimus mutabilis nempe reftat. Nihil hic refert, num fit connatus, num adfcititius (§. 15.), & in utroque gravitas morbi variare poteft, ut hinc nulla certa prognofis erui poffit. Duplices curationis fontes huic malo aperiuntur, pharmaceuticus & chirurgicus. Frequentius tamen chirurgia adhibenda eft, & actu adhibetur, & ut plurimum de curatione morbi hujus generis dubitatur, fi extra hanc fphæram reperitur: negandum interim non eft, dari interdum cafus, ubi internis remediis fuccurri poteft.

§. XVIII.

Si his principiis contenti totum corpus perluftramus, nulla regio, nulla pars nec externa nec interna a poffibilitate hujus anomaliæ exemta eft, imo nullum dici aut fingi poteft punctum in toto corpore humano de quo illud in alieno loco effe non poffe adfirmari poffit. Amplus igitur illi, qui de omnibus morbis in alieno loco dicere vellet, & ultra limites, differtationi præfcriptos, campus apertus eft; verum enim vero mihi hac vice aliquam faltem partem elegiffe fufficiat. Illi enim morbi aut potius eorum aliqui, qui ex loco alieno in abdomine oriuntur a me enumerabuntur & defcribentur, ad cujus fitus itaque naturalis & præternaturalis hiftoriam progredior.

ABDOMEN. INTEGUMENTA.

§. XIX.

Totum corpus humanum quatenus anatomicarum perfcrutationum fubjectum eft, jam ab antiquiffimis medicorum in tres ventres duafque ex-

tremitates commoda fane & in illius ftructura fundata diftinctione divifum eft, ita ut primus offeus, fecundus offeo-cartilagineo-mollis, & tertius a pluribus, quanquam uti mihi videtur, minus recte, totus mollis vocetur. Nam æque ac thorax offibus at cartilaginibus in parte pofteriori, immo, cavitas, pelvis dicta, ubique offibus cingitur. Audit autem tertius ille venter de quo omiffis cæteris locuturus fum. græc. γαστὴρ, ἦτρον, ὑποκοίλιον, ἐπιγάστριον. arab. tenur. mirach. gall. ventre bas-ventre, ventre inferieur. ital. graffo ventre. batav. *Det niederbedde ob te liefe.* Angl. the belly, panch. germ. *der leib, unterleib, Schmeerbauch, Wanft.* lat. imus venter ufitatiori autem nomine abdomen (*r*). Incipit externe continuatis integumentis thoracis per pollicis fpatium fuper cartilaginis xyphoidis apicem, & in peripheria utriufque lateris ad arcuatos margines coftarum adfcendentium irregulari via, ex diverfis arcubus conflata, continuatur ufque dum in pofteriori parte intra fpinam ultimæ vertebræ dorfi primæque lumborum ad earum fymphifin utraque latera fibi occurrunt & in ambitu fuo horizonti parallela finiuntur. Ex hinc amplo & lato defcenfu anterius libere, pofterius ad columnæ vertebrarum lumbarium longitudinem continuatur, tandem verfus anteriora integumenta iterum fuperiori & anteriori parti labii externi fpinæ fuperioris offis ilei annectuntur, inveftitifque omni externa pelvis fuperficie & annatis partibus ad finem capitis circa collum offis femoris fupra utrofque trochanteres anguftiora fiunt, in triangularem formam medium verfus ad anteriorem offis ifchii & pubis fuperficiem defcendunt, & plane verfus inferiora fe arcuant. In pofteriori regione os facrum & coccygis omnifque lateralis regio circumdatur & lento fic facto defcenfu mox inclinate adfcendente, mox horizontali linea, ex anteriori parte, defcenfa integumenta recipiuntur & an-

(*r*) Hæc denominatio ufitatiffima eft & omni jure retineri poteft quicquid alias fentiat *Cafparus Bauhinus Theatr. Anat. lib.* 1. *c.* 1. Nullam enim licet addiderit rationem, illam tamen Bruno addere voluit. *Jac. Pancratii Brunonis Caftellus Renovatus. Norimb.* 1682. 4. *p.* 2. *citatis duobus locis Plinii, Plinii Secundi Hift. Mund. l.* 2. *cap.* 37. *lib.* 8. *c.* 51. ubi fcrophis & fuibus abdomen tribuitur. Sed potius non hæc mihi *Bauhini*, fi hinc defumta eft, ratio videtur, nam & alia nomina in iifdem capitibus communiter de partibus animalium & hominum in ufum trahuntur. Sed *Plinius* ibi abdomen fumi opponit quod epigaftrium eft vid. *C. Plin. fecund. Hift. Mund. Lugd. Batav.* 1615. *fol. p.* 236. *a.* Quod valde illuftratur loco *Plautino* in *Commentario* citato allegato ibid. p. 236. *b.* ubi *Plauto* regio pudendorum & teftium abdomen dicitur, quæ nobis Hypogaftrica generalius dicitur.

Vide iftic tibi fit acutus Cario culter probe Cario.
Quin jam ductum geftio mœcho hoc abdomen adimere.
Ut faciam, quafi puero in collo pendeam crepundia.

fed deinde melioris diftinctionis gratia nomen ftabilitum & totus infimus venter abdomen appellatus eft. *Celf. Libr.* 4. *cap.* 1. & *Job. Anton. van der Linden Phyfiolog. Medic. libr.* 2. *cap.* 4. *art.* 1. §. 1. *p.* 33.

annectuntur. Hæc fuperficies, licet irregularis nec mathematicæ dimenfioni adaptata videatur (s), pro folerti tamen fecantium obfervatione accurato, & naturæ convenienti modo divifa eft. Non enim fuperfluo ftudio anatomici fpatia pro regionibus femper anguftiora & breviora reddidere, quia tunc modo interna cavitatis fegmenta & inteftinorum fitum diftincte determinare licet. Umbilicus locus in plane anteriori fuperficie in collis modum elevatus centrum divifionis fit, quod ab ipfa natura præfixum videtur. Duos circiter digitos, fupra illum, in media anterioris abdominis fuperficie, punctum, & fimile punctum quoque inferius infcribitur. Per hæc puncta horizontali umbilici diametro parallelæ lineæ arcum tandem circumfcribentes in peripheria abdominis ufque ad rachidem ducuntur fitque, ut fuperior inferiores ex utroque latere coftarum cartilaginofæ partis arcus tangat, inferior autem ex dextra & finiftra parte eminentes illas protuberantias fpinæ fuperioris criftæ offis ilei tranfgreditur. Tres exinde oriuntur regiones primariæ, quarum fuperior epigaftrica, media umbilicalis, inferior hypogaftrica dicitur. Epigaftrica igitur regio a cartilagine Xyphoide, cartilaginofa & offea ultimarum coftarum parte, fuperficie ad fymphifin inferiorem ultimæ dorfalis vertebræ, inferiori corporis fecundæ lumborum vertebræ parte, & dicta linea umbilico fic parallela determinatur. Umbilicalis fuperne a dictis inferioribus prioris finibus & linea iterum umbilico parallela, & fuperiori corporis quartæ lumborum vertebræ parte coarctatur. Hypogaftrica a terminis umbilicalis & finibus abdominis ad pelvim clauditur. Nunc igitur faciliori negotio fequentes fubordinatæ regiones determinantur quatuor, quæ concurfu fuo epigaftricam conftituunt. Ducitur linea a marginibus coftarum notata ufque ad bafilarem & fit trapezion, non multum a triangulo differens, lineam tamen fuperiorem habens inverfe incurvatam. Diagonalis

(s) Vid. *Caroli Aug. V. Bergen Diff. Circ. quo probatur menfuram & proportionem membrorum corporis humani fummam perfectionem & rigorem mathematicum non admittere, Frf. ad Viadr.* 1759. *Dodart Mem. de l'Acad. Royale des Sciences* 1701. *pag.* 21. *Feftelin Anmerkungen der vortreflichen Mahler.* Non difquiremus, quo jure hoc de omnibus partibus vel affirmari vel negari poteft, addemus modo ex *Elfholtio* duo loca huc pertinentia, primum dat ex *Hippocrate c.* 24. *p.* 230. Στενοτατην παντων των ζωων ἀνθροπος κοι λιην ἐχει ὡς ἐπι μεγεθει ἀπο τȣ ὄπισθεν εἰς το ἐμπροσθεν, μοτι και κατα το ςηθοσ. *Et Joh. Sig. Eslfholtii Anthropometria, Francof. ad Oderam* 1663. 8. *cap.* 24. *p.* 233. *Cuncta hæ partes num debitam fervent fymmetriam hoc pacto fcrutator. Applica Anthropometron & fi corpus bene proportionatum fuerit* 16. *id monftrabit uncias pro longitudine totius abdominis: ita ut umbilicus octo unciis a pectoris fcrobe, totidemque a pudendis diftet. Diftet* 9. *uncias ab ilium loco utrinque, ubi offium innominatorum extrema prominent. Profunditatem ab umbilico ad lumbos Spigelius ftatuit novem circiter vel* 10. *unciarum: verum crefcit id fpatii, & decrefcit pro ratione affumtorum pofterius lumbi cum natibus longitudine* 11. *anthropometri uncias complebunt. Filum ab umbilico per ilia circumductum fi venter cibis debite fit diftentus trium pedum menfuram attingat oportet.*

nalis iterum in hoc ſpatio a dextro latere ad ſiniſtrum ducitur, & ſuperior regio ſiniſtra cardiaca, inferior dextra epigaſtrica ſtricte ſic dicta audit, laterales ab ipſis vergentibus coſtis earumque inter ſemet ipſas ſpatiis & integumentis ſuis inveſtitæ hypochondriacæ ſunt, dextra quidem una, altera ſiniſtra. Area regionis umbilicalis quinque admittit ſectiones. Ad latera umbilici duæ perpendiculares lineæ verticali umbilici diametro parallelæ ducuntur, & media inter hæc regio umbilicalis ſtricte ſic dicta audit. Ex utroque hujus latere ab infimo coſtarum deſcenſu ad ſupremam ilei protuberantiam perpendiculus demittitur, & ſic umbilicali vicinæ regiones ſunt dextra & ſiniſtra iliaca. Reſtans ſpatium poſterius ſpinoſis vertebrarum proceſſibus perpendiculariter dividitur, & dextra ſiniſtraque ſic lumbaris regio deſcribitur. Infima hypogaſtrica regio quinque vel ſex diſtinguitur lineis. Ab inferioribus umbilicalem regionem determinantibus lineis iterum perpendiculæ ad connexionem oſſis iſchii & pubis demittuntur, & ſic peripheria regionis hypogaſtricæ notatur. Ad latera ab adſcendentibus oſſis iſchii & ilei ſpinis & dictis lineis adfinibus formantur regiones inguinales. Regio inferior hypogaſtrica in medio uſque ad radicem genitalium audit regio pubis. Hanc ſequitur & uſque ad abientes margines orificii inteſtini recti continuatur regio perinæi. Reſtans ſic ſpatium eſt regio ani, quam alii regionibus adnumerare dubitant.

§. XX.

Totum hoc abdomen nec ſitu peccaſſe obſervatum eſt, nec peccare poteſt. Non enim primo ventri ſuperſtrui, non inter caput & thoracem poni, non denique unius extremitatis locum occupare poteſt, quum a tota hac inſigni totius machinæ parte tantum dependeat, ut alienus totus locus cum idea hominis cogitari nequeat. Singulas quidem ejus partes vario modo aberrare poſſunt, & aberravere, ſed totum iſtud concretum, quod nobis abdominis nomine venit, fixum ſuum ſervat locum. Duplex igitur variatio poſſibilis, ſi nempe ſpatium illius, ab adjacentibus partibus compreſſum, nimis anguſtum redditur, vel a cauſis internis nimis extenditur (*t*). Magna ex nimis parvo abdomine oriuntur incommoda. Omnis enim ſecretio & excretio chymo-cholo-chylo-uro-ſpermato-poieſis tota eſſet irregularis. Mala inde ſequeretur nutritio, ſi nec chymus, nec bilis, nec pancreaticus ſuccus, nec hinc etiam chylus in ſufficienti quantitate ac naturali conſtitutione præparari & corpori porrigi poſſet. Si tandem per urinam non ſatis magna copia ſecernendorum & excernendorum e corpore emitti poteſt, prava inde humorum conſtitutio naſcitur, & tota ma-

(*t*) Evolv. *Sim. Frid. Frencel monſtrum humanum ventribus ſine proportione*, *Wittemb.* 1674. 4to.

machina turbata eft. Locutus fum, hæc corollaria eruens, de univerfo abdomine: alia enim res eft, fi fimul unum vifcus præ alio angufte limitatum eft, uti in fequentibus videbitur. Sic autem tabes faltim & cacochymia, quibus addimus partum difficilem, oriuntur (*u*). Tabi five atrophiæ alio modo non poteft fuccurri, quam prophylactica cura, qua mucilaginea & gelatinofa in majori copia porriguntur, quia frequentius corpus nutriunt, nec multum bilis ad illius præparationem requiritur, quippe quæ hic non in fufficienti copia feparatur. Addenda effent interdum ftomachalia, ut debiliori concoctioni, fi requiritur, fuccurratur. Evitanda e contrario omnia adfumenda quæ cruditates relinquunt & flatus producunt, quum & nutritio tanto magis debilitetur & vitia jam præfentia difficilius tollantur. Cacochymiæ generaliter in hoc cafu per diurefin, quia hæc naturæ functio in his debilitata eft non fatis tuto occurritur, fed potius diaphoretica fatisfacient. Singulare, cui non occurri poteft, incommodum fœminis gravidis inde oritur: impeditur enim vel uterus, ut non fatis poffit extendi, unde dyftocia oritur, vel fetus moritur vel alia vifcera nimis comprimuntur, ut in theoria de diverfo fitu partium in diverfis gravidis uberius docetur. Ventriofi in contrarium excedunt & caufam agnofcunt vel vitiofum fitum unius vifceris valde excedentem, vel alium morbum internum, de quibus inferius, vel æquali modo omnia funt extenfa. Quod fi ventriofitas hæc notabilior jam eft, torporem & lentum circulum fanguinis efficit, & alia incommoda (*v*) v. g. anxia refpiratio, pigritia, mentis hebetudo &c. inde proveniunt. Congruum credo hunc effe locum, ubi non prætereundus defectus integumentorum, ita ut vifcera vel inteftina nunc plura nunc pauciora nuda appareant. Quæ quidem anomaliæ monftrofæ incurabiles funt, licet parvum extra uterum vitæ fpatium interdum permittant, fed brevi certam mortem poft fe trahunt (*x*).

§. XXI.

(*u*) *François Mauriceau traité des maladies des femmes &c.* Tom. II. *obfervat. fur la groffeffe & fur l'acouchement des femmes*, 4. Paris 1738. p. 87. *Obf.* 105. *de l'acouchement d'une très petite femme*, le 12 Fevrier 1674. J'ai encore accouché dans la fuite, cette même femme de cinq ou fix autres enfans, qu'elle a eu depuis ce tems-là, que je lui ai tiré vivans & fe portans bien, quoiqu'ils fe foient tous préfentés en differentes mauvaifes poftures, à quoi avoit beaucoup contribué la petiteffe de la mere, dont le ventre avoit trop d'étendue pour laiffer la liberté à fes enfans, qui étoient affés gros, de fe retourner dans la matrice, & d'y prendre la pofture naturelle, qui eft de prefenter la tête la premiere.

(*v*) Vid. *Jac. Wolf Diff. de obefitate exfuperante. Jenæ* 1683. *Chrift. Lud. Wucherer Diff. de corpulentia nimia, Jen.* 1716 *Lud. Wilb. Lemonnier ergo in macilentis liberior quam in obefis circulatio. Paris* 1740. vid. *Hall. comment. in method. ftud. med. Boerh. p.* 368.

(*x*) Et ego partim in theatro regio *Berolinenfi* ut etiam videre eft in *Scharfchmidts Verzeichniff der Merckwürdigkeiten, welche bei dem Theater befindlich find, Berlin*

§. XXI.

Dum circa exteriora abdominis adhuc verſamur, umbilicus non negligendus eſt, qui quadruplici vitio obnoxius eſſe poteſt. Dilatari enim & aperiri plane poteſt, ſed hoc non fit, niſi ſimul adſit hernia; quare de hoc adfectu alibi differendum eſt inferius. Secundo nimis, ſubinde nempe ad magnitudinem membri virilis, prolongatur, & licet omnia alia rite conſtituta ſint canon tamen quidam legitur *quod nimia umbilici eminentia vix poſſit eſſe bonæ ſanitatis indicium* (*y*), bene igitur ab hoc vitio diſtinguendus eſt ſarcomphalos, qui ſæpius ſed falſo (v. inf.) herniis adnumeratur: & *Ill. de Gorter* jam ſeparatim de illo dixit (*z*). Eſt excreſcentia quædam fungoſa rubicunda ex umbilico, & in benignum & malignum dividitur. Benignus durus abſque doloribus cum partibus adjacentibus non adeo cohæret: malignus autem tactum non niſi cum cruciatibus admittit, dolor obtuſus eſt (*a*), venæ tumidæ lividæ ſunt. In priori caſu requiritur & a veteribus laudatur exſectio, in poſteriori vero, ſi propter corroſas jam inferiores partes exſcindi nequit, curatio cancri palliativa ſuſcipienda & in hunc finem antiſeptica tam interna, quam externa, nec minus frequentiora laxantia cum intermixto apozemate antiſeptico in uſum trahenda ſunt (*b*).

§. XXII.

1750. 8vo. partim in *Regiomontano Buttneriano* plura ejuſmodi exempla vidi & *Ruyſchius* tres caſus dat. *Fred. Ruyſch. Obſerv. Anat. Chirurg. Cent. Amſterd.* 1691. 4to. *Obſerv.* LXXI. LXXII. LXXIII. p. 92. 93. 94. & ſimul bene monet hoc vitium omnino ab hernia umbilicali eſſe diſtinguendum *Obſerv.* LXXI. fig. 59. & quoque incurabile docet tamen vel per novem dies ejuſmodi infantes conſervatos eſſe. vid. quoque *Joh. Sigm Elsholt. de conceptione tubaria Colon. Brand.* 1669. 4to. Alia, quæ evolvere non potui, videantur in *Alb. V. Haller. Comment. in præl. acad. Boerh.* Tom. V. pars 2. p. 503. 504. adde *Schacheri Diſſ.* ſæp cit. cap. 4. p. 45.

(*y*) *Elsholtii Anthropom. l. c.* p. 237. Dari prolongatum umbilicum abſque rubra fungoſa conſiſtentia & abſque hernia, inde per ſe ſanum, teſtatur obſervatio *Benvenii* c. 6. de abditis vid. *Schenckii a Grafenberg obſerv. l.* 3. *obſ.* 356. *p.* 988. In *Matthæi Gothof. Purmann chirurgia curioſa, Frf. und Leipz.* 1699. 4. *P.* 2. *c.* 7. *Tab.* 5. umbilicus extenſus obſervatus datur in fæmina *deren leib im Umkreiſſ* $3\frac{3}{4}$ *Ellen dick und gros und der auſgedehnte nabel als der græſte hut gros geweſen*, inde jam morboſior: malum ſectione & ligatura Fourneriana ſuſtulit. p. 331.

(*z*) *Joh. de Gorter Chirurg. Repurgat. Leid.* 1742. 4to. p. 360. §. 1552.

(*a*) De quo eximium exemplum *Smetius* ex propria obſervatione dat *Henric. Smetii Miſcellan. med. Francof.* 1611. 8vo. l. 10. p. 524.

(*b*) *De Gorter chir. rep.* l. 12. c. 5. p. 360. §. 1552. *Joh. Juncker Conſp. chir. Hal.* 29. p. 203.

CAVUM ABDOMINIS.

§. XXII.

Antequam in ſequentibus de ſingulis abdominis partibus ſingulatim dicere poſſum, notandum eſt, cavum abdominis in tot minores cavitates dividi, in quot regiones externa illius ſuperficies diſtincta eſt, eamque diviſionem eo minus eſſe omittendam, cum ille labor ab anatomicis non ſuſceptus ſit, quam ut hic facilitetur. Si igitur apertum eſt abdomen ſuper illius viſcera eaſdem lineas ductas nos nobis imaginari poſſumus, quas in externa ſuperficie duximus. Tranſverſæ illæ duæ lineæ ibidem ſequenti modo repetantur: ſuperior ducitur ad marginem inferiorem acutum lobi dextri hepatis in ſuperficie anteriori ſupra fundum veſicæ felleæ, ſupra ſuperiorem capſulæ atrabilariæ dextræ prominentiam, ſupra mediam deſcendentis duodeni partem inter primam & ſecundam illius curvaturam; per primam inteſtini coli flexionem per totam mediam longitudinem partis tranſverſæ inteſtini coli; per ſecundam magnam illius curvaturam, ſupra medium capſulæ atrabilariæ ſiniſtræ & ad marginem renis ſiniſtri; ubi arcuatur ad latera & deſcendit ad muſculum rectum peritonæo inveſtitum, per ſuperius Pſoæ initium convexo arctu; ſupra arteriam aortam & ſuperficiem anteriorem inferiorem corporis ſecundæ vertebræ lumbaris, ſupra venam cavam; continuatur deinde iterum per initium Pſoæ & muſculi recti dextri ſuperficiem adſcendit & in initiale punctum finitur. Inferior per pollicis ſpatium ſupra inferiorem dextri renis extremitatem incipit, per initium coli ſuper flexuras ilii & jejuni infra inferiorem ſiniſtri renis extremitatem per initium S. romani coli arcuatur ad eandem recti ſiniſtri ſuperficiem, ut ſuperior ſuper Pſoam & lumborum quadratum ſuperiorem quartæ vertebræ corporis partem ſuper arteriam aortam & venam cavam continuatur, & eadem lege in dextro latere adſcendit, & ſuperius loco initii definit. Sic oriuntur tres cavitates, quarum ſuperior epigaſtrica, media umbilicalis latius ſic dicta, inferior hypogaſtrica. In epigaſtrica laterales lineæ a cartilagine Xyphoide incipiunt; dextra ad marginem adſcendentem lobi dextri hepatis ſuper extremitatem dextram ventriculi uſque ad inteſtinum colon continuatur, ſiniſtra ad marginem lobi minoris ſuper fundum ventriculi quoque ad inteſtinum colon ducitur. Diagonalis autem eſt a dextra parte cartilaginis Xyphoidis ſuper fiſſuram magnam hepatis & convexam anteriorem minoris lobi ſuperficiem ſub radice cardiæ ad illum inteſtini coli locum, ubi ſiniſtram lineam lateralem tangit. Cavitas dextra ſuperior eſt cardiaca, minus recte fovea cordis dicta; ſiniſtra inferior ipſum epigaſtrium eſt. Omne, quod reſtat, ſunt hypochondria. Dextrum margine acuto lobi magni hepatis, initio fundi veſicæ felleæ interiori angulo curvaturæ primæ coli, & ex-

teriori fecundæ curvaturæ duodeni, dextra extremitate ventriculi, & dextris marginibus lobuli Spigelii & innominati ac venæ cavæ terminatur. Sinistrum hypochondrium mediam fubftantiam lobi minoris, incipientem fundum ventriculi, mediam partem coli, & dextrum latus arteriæ aortæ pro finibus habet. Sub regione umbilicali cavitas umbilicalis bafi epigaftrii lineis perpendicularibus fuper flexuras ilii & jejuni ex lateribus ductis & linea tranfverfa inferiori notatur. Ad latera ilia funt, quorum dextrum initio coli ex cœco & illius primæ curvaturæ, ipfo colo, finibus umbilicalis cavitatis & epigaftrii, ac linea inferiori tranfverfa determinatur: finiftrum vero parte defcendente coli, & incipiente S. romano, epigaftrio, cavitate umbilicali, & dicta linea circumfcribitur. Lumbi tandem regionibus lumbaribus refpondent, & dextra extremitas fuperior capfulæ atrabilariæ & linea per inferiorem renis partem pollicis fpatio fuper infimam extremitatem, denique hypochondrium & ilium dextrum terminos dant: finiftri vero a fuperiori renis parte & fine illius affinibufque regionibus, hypochondrio finiftro & ilio finiftro fines præfcribuntur. Sub cavitate umbilicali, fi lineæ ad latera veficæ, urinariæ ad connectentia offa ifchii & pubis perpendiculares ducuntur, ipfum hypogaftrium invenitur; quæ reftant fpatia lateralia, ab illis, hypogaftrio & pelvi determinata, funt inguina, dextrum & finiftrum. Sub hypogaftrio ufque ad radicem penis vel ufque ad perinæum paralleliter cavitas pubis eft. Sequitur perinæum, quod inteftino recto finitur, & fic reftat, fi addere placet, cavitas ani.

OSSA. CARTILAGINES.

§. XXIII.

Diximus generaliter de abdomine quæ pro fcopo noftro maxime neceffaria fuerunt, nunc igitur nos accingimus, ad fingulas illud conftituentes partes eatenus anatomico oculo perluftrandas, quatenus fitum illarum a fapientiffimo naturæ conditore pro norma ftabilitum, determinare noftrum eft. Sicuti autem offeæ in corpore humano partes in ejus connexione fulcra & ftructuram dant, ita omnibus anatomicis in exponenda illa bafes fuerunt, quibus neceffario nexu cartilagines addi folent. Primum attentionem noftram illæ coftarum merentur, quæ hypochondriis fuperne arcuatum tectum dant: fed cum partes conftitutivæ thoracis fint, ftrictius earum hiftoria ibi recenfenda eft. Verum quidem eft, fi vel nimis defcendant, vel nimis adfcendant, & fic mox thoracem mox abdomen nimis coarctent, ejus vifcera in fitu fuo turbari: aft hæc caufa inter illas referenda eft, quæ a vitiofo thorace oriuntur, & ab illo modo explicari poteft, cui mens eft morbos ex omni alieno fitu in toto corpore humano pertractare. Interim quædam a nobis plane negligi nequeunt:

queunt: nam vel totum abdomen anguftius faciunt, ut in §. 20. jam dictum eft, vel unum alterumve vifcus incommoda inde habet, & tunc in ejus hiftoria inferius aliquid addendum eft (c).

§. XXIV.

Hoc loco breviter obfervationem hujus generis omittere non poffum: vidi nempe ante aliquod tempus juvenem viginti annorum, pectore plane irregulari inftructum. Sternum, fi diverfe confideras, nunc fere S. romanum æmulatur, nunc plane irregulare videtur. Superficies enim anteriores & pofteriores mox dextræ & finiftræ, mox naturales erant, adeo tamen, ut mox a fuperiori initio verfus inferiora magis defcendat, & hic thoracem anguftet. Hanc irregularitatem infertiones coftarum fequuntur, & iterum adfcendendo & defcendendo irregulares arcus formant, anguftius tamen finiftrum thoracis cavum redditur, quam dextrum. Incommoda valde fenfibilia & infigniter molefta quidem non adfunt, fed tamen adfectibus quibufdam laborat, quos ex hac caufa explicandos effe puto. Refpiratio femper anxia, & circulus humorum lentus eft, & torpor quidam femper in ejus corpore regnat, accedit aliud phænomenon, quod exinde derivare nullus dubito, fenfibilis enim ftupor mentis adeft, debili gaudet ingenio, omnefque functiones animæ languide fuccedunt. Cum enim lentus adeo humorum circulus fit, & femper quafi turbatus, fecretio fluidi nervei nec fit in jufta copia, nec forfitan rite conftituta eft, quidquod? ipfum fecretum fluidum fine dubio in lento progreffu alios humores imitatur: quod fane magni momenti eft. Nám a copia & celeritate motus fluidi nervei omnia illa pendent, quæ debilitata in illo deprehenduntur. Cæterum non in poteftate fuit illi perfuadere, ut dimenfionem vel delineationem permitteret.

§. XXV.

Nunc fequi deberet hiftoria fpinæ lumbaris & offium pelvis, fed quum in hiftoria abdominis nunquam explicari foleant, nimis amplum effet & præfcriptos terminos excederet illam hic inferere, fed potius eam ex

 ofteo-

(c) Sic eft exemplum fingultus a detorfione coftarum *Job. Schenck. A. Graaf. obf. med.* l. 3. p. 575. *obf.* 49. defumt. ex *Fernelio* vid. *Job. Fernelii Ambian.* Med. Lugd. 1564. 8vo. lib. 6. de partium quæ fub diaphragmate funt morbis p. 545. *fed & quæ extrinfecus os ventriculi premunt fingultum ingenerant. Quidam tres continuos menfes fingultu vexatus nullis confuetis remediis ante potuit expediri, quam cofta extremum, quod tum primum deprebenfum eft contorqueri, altiufque in ventriculum nullo fenfu doloris infigi, blande ac molliter erectum fuerit confeftim namque fingultus adfligere defiit, qui tamen repetebat, quoties coftam denuo incurvefcere contigiffet. In aliis dein non paucis eandem fæpe fingultus caufam agnovi.*

osteologicis chondrologicis & syndesmologicis supponimus; & ad vitia quædam progredimur. Superius costæ diaphragmati insinuationis tubera dant, simulque determinant, ut a parte anteriori & a lateribus determinatum semper habeat locum, indeque ex suis regionibus superne abdomini fines dant. Sic enim semper justa proportione diaphragma in aliquibus momentis versus inferiora deducitur; intermediis autem rursus attrahitur, unde summus in naturalibus actionibus consensus oritur, quia motus, intestinorum æque ac peristalticus, facilis & proportionatus producitur, quod ad chymificationem & chylificationem (*d*), multum confert, licet concedam, solutionem omnino trituratione in priori longe efficaciorem esse. Promovet meliorem absortionem chyli in vasa bibula, ulteriorem progressum per longum iter meseraicum usque ad capsulam Pecquetianam, indeque tandem in ductum thoracicum. Omnis tandem excretio & secretio blanda, nec coacta; nec contra vires naturæ aucta pressione augetur & acceleratur, plus minusve mediato vel immediato simplici aut composito auxilio (*e*). Denique consensus efficit, ut augmentum & decrementum respirationis in omnibus his functionibus augmentum quoque vel decrementum producat, sæpe salutari, sæpe noxia consequentia, ut in omni morboso statu auxilia naturæ interdum impedimenta evadunt. Sed nobis nunc de naturalibus. Ultimæ vertebræ magis mediati usus sunt, & simul lentiori defectu ad latera abdomen totum liberum relinquunt, quod non sine utilitate institutum est.

§. XXVI.

Inde morbosus illorum situs omnino maximi momenti est. Si enim nimis alta est eorum situatio, thorax quidem maximam sensit molestiam, sed ex §. præcedente simul patet, multas inde oriri varietates morbosas in enumeratis functionibus partium abdominis. Huc imprimis referendum est; si hoc modo cor in actione impeditur, circulum sanguinis turbari; & iterum ex hoc impedimento in se- et excretionibus multa esse inordinata. Interea; si successive & lento progressu ejusmodi variatio producitur; nec ad magnum gradum pervenit, molestia inde orta minor & sine magnis consequentiis erit; uti quotidiana exempla, & maxime insignis illa differentia in situ viscerum gravidarum probant. In omni alio casu; ubi nullus sanæ naturæ finis, nulla præparans conditio, & omnia media morbosa sunt; tristior erit eventus. Negligimus vitia, in thorace in respiratione in circulo ipso orta, quæ nostra non sunt, sed modo enumeramus inde oriunda specialia abdominis incommoda.

(*d*) *Robert Hubert. Linquet. Ergo a placido intestinorum motu perfectior chyli secretio. Paris* 1732. *v. Hall. Comment. in Meth. Boerh.* p. 361.

(*e*) *Georg. Erh. Hambergeri physiolog.* c. 16. p. 796. §. 1618.

commoda. Motus ſanguinis in vena portarum multo tardior erit, ſanguis in liene non ſatis præparabitur, ſic oriuntur in illius ſubſtantia obſtructiones, tumores, ſcirrhi, omneſque hinc ſequentes ſitus præternaturales, ſuo loco recenſendi. (infra) Hepar craſſiorem bilem ſecernit, quæ tandem bili cyſticæ analoga eſſe poteſt; hinc cruditates bilioſæ, acrior vitioſior chylus, irritatio in inteſtinis, diarrhœæ, colici & iliaci dolores, & quæ id genus alia ſunt, quæ pro diverſo gradu mali originalis vel leviora vel graviora ſunt. Si effectus adeo ſenſibilis fit, ſuccurrendum eſt acidis, cholagogis, abſtergentibus & leniter laxantibus, licet reſpectu cauſæ hæc cura non niſi palliativa fit. Accedit pancreaticam ſecretionem minorem minuſque bonam eſſe, indeque chymum tanto minus ad boni chyli qualitates præparari. Cum hac indicatione illa, quæ nobis a ſtatu ventriculi datur, combinanda eſt. Ceſſant enim quædam chymificationis auxilia, & ſic dicta concoctio non plane naturalis eſt, ſed ſi incommoda inde producta creſcunt, eadem quæ ſupra, (§. XX.) hic ſufficient, ſi roborantia addimus. Vropoieſis in eum gradum poteſt turbari, ut partes Litheognoſiæ plane accommodentur, & lapides, cum materiæ tartareæ, in his regionibus ſemper frequentiori, longioris moræ & congregationis tempus detur, concreſcant. Per ſe patet, omnia lithontriptica, quæ initio profunt, hic eſſe commendanda, ſed triſti ſuperſtite certitudine, ejuſmodi ægrum ſemper calculoſum fore. Virilitas, ſi res ad ſummum pervenit, imminuitur, ſed ſimul venereus appetitus deerit, inde ne quidem poſcet aphrodiſiaca, de quibus alibi; interim ſi requiritur illi tam ea, quæ feminis ſecretionem augent, quam illa, quæ ſtimulos producunt, porrigenda ſunt. Unum reſtat incommodum: Interdum enim ventriculus cum ſuperne non limitatus ſit, facilius ibi inflabitur, & intumeſcet, & nova ſic mala generari poſſunt.

§. XXVII.

Ad contrarium progredimur vitium; ſi enim coſtæ nimis deſcendunt, valde ſuperne abdomen anguſtant, & fere ſimilia producunt, de quibus eadem & eo ordine cogitari poſſunt, ut in genere de coarctato abdomine (§. XX.) obſervavimus. Analogus eſt effectus, ſi ad unum alterumve latus nimis inclinant & declinant, ea modo variatione, ut ex omni latere viſcus maximum magis ſit afflictum, ejus functio inordinatior, & ad hæc in prophylacticis ſit attendendum.

§. XXVIII.

Vicina pars, mucro nimirum Xyphoides, non negligenda eſt. Inſignis illius uſus in ſtatu ſano quidem non eſt; ſiquidem adhæſionem tantum

tantum parat & cardiam ab externis læſionibus defendit, majora autem incommoda producere poteſt, ſi in ſitu ſuo peccat. Ad latera flexus, cornutus quaſi, nihil impedit, nec quidem ſtrictius præternaturalis dici poteſt, ſiquidem talis ſæpiſſime in corporibus deprehenditur. Longitudo & deſcenſio nimia & curvatura verſus interiora hoſtilior eſt; nimis enim longa cartilago ad umbilicum uſque continuata, quæ ibi alias molli abdomini adjacent, in ſua extenſione quaqua verſum naturali impedit (*f*). Deſcenſus & curvatura hæc incommoda augent, ejuſdem autem naturæ ſunt. Quum in medio abdomine ſita ſit, ventriculo vacuo, inteſtiniſque magis relaxatis non ſenſibiliter obeſt, nec unquam partibus lateralibus, quas noxio modo attingere nequit. Simulac autem ventriculus impletus vertitur, res aliter ſe habet. Impedit extenſionem majorem inteſtinorum & præcipue ventriculi, ad latera igitur magis extenduntur, tunicæ ultra modum naturalem tenſæ, ſpaſmodicos niſus accipiunt, fibræ nerveæ magis tenſæ in pluribus punctis irritantur, dolores oriuntur, flatus generantur. Tandem in motum excitatur ventriculus, ſuperius quoque elevatur, quaſi flatibus tumefactus aſcendit, diaphragma elevat, cavum thoracis anguſtat, reſpirationem difficilem reddit, & circulationem anxiam, unde propenſio ad deliquia ejuſmodi ægris, imprimis poſt paſtum, valde familiaris. Patet inde luculentiſſime, hoc vitio affectum valde dolere, & auxiliatrices medici manus quæſiturum eſſe, liquet autem ſimul, non, niſi chirurgice & prophylactice, poſſe ſuccurri. Minime autor ſuaſorque eſſe volo, nec credo, quenquam rationalem fore, ut nimis longa pars operatione manuali amputetur, & exſtirpetur, unicuique enim, loci & partium naturam noſcenti, id temerarium] & lethale videbitur. Alius autem commodus & ſecurus modus adeſt. Faſcia pro ſpatii, quod cartilaginis longitudo occupat, lata, ibi abdomini applicetur, ſic externe aliquid adeſt, quod irritatas partes in motu vehementi cöerceat. Ne autem ſic coarctatæ partes adhuc magis verſus diaphragma premantur, diæta ordinanda eſt. Sæpius, quam ſolitus fuit, ſed in parca copia, edat bibatque, ne ventriculus impleatur. Modice ſic refertus non turbabitur in

(*f*) *Ill. de Haller* in *Comment. in method. ſtud. med. Boerhaav.* laudat obſervationem & tractationem quandam *Baptiſtæ Codronchi* de morbo novo ſive prolapſu cartilaginis mucronatæ, Bonon. 1603. 4to. quam evolvere non licuit. Similem autem obſervationem dat *Olaus Borrichius*, v. *Thom. Bartholini Hafnienſia Vol. V. Hafn.* 1680. ter enim id obſervavit, &, ut addit, ſemper in fœminis, ſed in maribus idem accidere docet experientia (vid. § 29.) *queruntur de dolore loci, de interceptione anhelitus, de metu deliquii, nec, ſi incurvatio gravis eſt, commode ducunt ſpiritum niſi capite tantillum reſupinato. Malum eſt plerumque chronicum nec ſemper æque affligit, ſed ſubinde infeſtat acrius, præſertim poſt uſum eorum, quæ flatus generant.* (§. XXIX.) Legi quoque poteſt *Ludov. Septalius, de morbis ex mucronata cartilagine provenientibus. Mediolan.* 1632. 4. vid. *Hall. loc. cit. p.* 275.

in actione ſua, & faſcia externa eo majoris uſus erit, uti experientia id confirmavit.

§. XXIX.

Propriam experientiam dare poſſum. Vitam agit hic Francofurti civis ex opificum ordine, maritus, pater familias, qui hoc vitio laborat. Continuatur ejus cartilago enſiformis uſque ad umbilicum, ubi ſaltem reſtat ſpatium calami tenuioris, latitudine duorum digitorum, & deſinit in finem magis obtuſum, quam acutum. Si edit vel bibit, primum ad latera inflatur ventriculus, & inflationes iſtæ oriuntur cum tenſivo dolore, mox verſus ſuperiora ampliatur, diaphragma tenditur, ſequuntur palpitationes cordis, reſpiratio difficilis, anxietas eum turbat, vertigo incipit, inclinatio adeſt ad lypothimiam (g). Pedetentim affectus ad eum gradum accreſcit, & ſic quoque ſucceſſive minuitur, ſi ſenſim ſenſimque ventriculus evacuatur. Omne etiam id, quod ventriculum irritat, motus ſimiles producit, unde non omnibus in officina laboribus intereſſe poteſt. Applicatam habet pro ordinatione faſciam dictam & in diæta præſcriptas moderationes obſervat. Si alterutrum negligitur, ſymptomata iterum adſunt.

§. XXX.

Columna vertebrarum lumbaris his partibus maxime contigua eſt. Inſervit hominis erectioni; & impedit, quominus molle abdomen concidat, & ſummæ ſemper adſint turbæ; muſculis præterea inſinuationes dat, medullam ſpinalem inveſtit; nervis foramina aperit; vaſis majoribus ſecurum ſitum conciliat; ſicut primi ordinis lacteis. Superius adhuc diaphragmati adhæſionis puncta elevat; & inferius cum pelvi connectitur. Præterea mobilior eſt dorſali in aperta motus commoda & magis verſus interiora iterum incurvata; eo firmior denique columna eſt, quum verſus baſin ſemper latior fiat.

§. XXXI.

Omnia ſitus vitia inde colligi queunt. Si ſuperior pars vitioſa eſſet, diaphragma vel nimis verſus ſuperiora vel inferiora traheret (§. 23.); & inde (§. 26.) recenſita incommoda vel producerentur, vel augerentur. Si cartilagines ſyncriſeos nimis rigidæ, duræ, tenues ſunt, mobilitas minor; & difficultas in pluribus motibus erit. Si ad latera curva exiſtunt; vaſis incommodum parat, & in circulo ac ſe & excretione ab-

(g) *Vid. obſerv. Bartholini* §. 15. §. 27.

dominis turbationes fiunt. Tota denique plane inordinatum fitum pro-duceret, adeo diverfum, ut unum quodque vifcus fingulatim confiderandum, & fic morbi fequentes eruendi effent, ut fingulis locis in pofterioribus paginis fiet. Reftant luxationes, & tota earum theoria hic infe-renda effet, nifi jam dictæ caufæ id prohiberent.

§. XXXII.

Relictis nunc vertebris, ad ipfam pelvim progredimur, quae ut in omni homine eximia offeæ machinæ pars, fic inprimis in fexu fequiori fummi momenti eft, nec ulla pars accuratius et uberius, quam hæc & uterus confideranda eft. Conflatur ex his meditationibus tota fcientia, quæ optimi genii homines occupat, & tanti eft ambitus, ut vel in paucis, quæ hic dicenda funt, anxie nobis terminos neceffarios præfcribere coacti fimus. Conftructa eft ex diverfis illis offibus & fufficientes, eæque maximæ, adfuerunt rationes, quæ prohibuerunt, quominus ex una maffa offea formata fit, ut phyfiologia uberrime docet. Accuratius fi hoc perpenditur, id jam illis contradicere videtur, qui pertinaciffime negant, unquam poffibile effe, quod hæ connexiones motum quendam permittant, licet alias ex eadem hac ftructura certum fit, graviorem cafum requiri, fi ejusmodi quid accidere debeat, pro differenti tamen iterum inter fe connectendi modo. In lateribus os ilium omnibus inteftinis & vifceribus ibi fitis commodam fedem parat, indeque femper in latiorem partem abit, imprimis autem in fœminis requiritur, ut fat magna & fat ampla fit hæc verfus exteriora, fi uterus extenditur, & vifceribus & huic, imprimis autem capiti infantis, tutus & conveniens locus conftructus fit. In eundem ufum os ifchium natum eft, fed majoris momenti offa pubis funt. Elevantur neceffaria determinatione in fuum arcum, ut partibus ibi locandis fpatium juftum relinquatur, & fimul verfus anteriora prorogatis tutelą procuretur. Ipfe autem angulus, fi fœminis felix fit, obtufior effe debet, nempe ut ad exitum fœtui via amplior fit, & omnis menfura ideo accurata deprehendatur; unde clare apparet, quam rigorofæ & exactæ leges fint, fecundum quas hæc omnia ordinata deprehendimus. (*b*) Hic etiam applicata eft cartilagó maribus non adeo eximii ufus, quam in triftiori quodam fenfu, & inde fit, ut fæpe fæpius in viris offefcat quod in fæminis vel plane non, vel rariffime in vetulis, aut nunquam antea gravidis, obfervatum eft. Sed hic non difquirere licet, an hujus fynchondrofeos tenfio vel luxatio poffibilis fit, quum in utramque partem magni viri abeant. Durior jam eft conjunctio Ilei cum offe facro, quæ certe non, nifi a magna vi cogi poteft, inde etiam plane alia ejus eft ftructu-

(*b*) Nemo adhuc accuratius & praxi magis convenienti modo de pelvi differuit quam *Cl. Roederer* tum *in elementis artis obftetric. Gœt.* 1753. tum *in programmate de axi pelvis, ibid.*

ftructura. Tandem fcimus, hæc offa, æque ac omnia alia, mufculis & membranis pro adhæfionis punctis deftinata effe. Pofterius os facrum ideo interne excavatum, & externe concavum eft, ut fpatium pelvis augeatur, & iterum hanc ob rem in fœminis multo majus excavatur eadem lege, qua os coccygis, quod multum ad conformationem pelvis confert; quum in maribus multo majus ad interiora curvata fint, ut robuftiorem conformationem producant. Mufculi, aliæque molles partes communi forte illis affiguntur, aft coccyx propriis musculis moveri poteft, ut in fœmina pariente magis adhuc cavitas augeatur, nec generatim omni homini in duriori excretione alvina auxilium naturale defit. Maxima fane a præternaturali pelvi oriuntur incommoda, in fœmina nunc gravida nunc parturiente. Nam fi conditio offis Ilei mafculina eft, anguftatur pelvis, premitur caput embryonis, irritatur fimul & cohibetur uterus, omnia denique illi connexa vifcera in fuo fitu & in functionibus turbantur, quid, quod? fi nimis peccans locus hujus partis offis Ilei eft, partus plane efficitur impoffibilis, & fummæ, ut notum eft, anxietates, & certiffima pericula, cruciatus & mors fequuntur. Minime autem inde concludere licet, omnia bene gefta effe, fi modo Ilea fatis fint declinata, dum & hic exceffus nocet. Nimis ampla pelvis fuis quoque fymptomatibus ftipata eft. Dolores non debito modo determinantur, quum non proportionatæ vires fe opponant, nec nova inde irritatio, ab hac etiam parte alias producta, fequatur, plus igitur virium perditur. Præterea cum cervix uteri non fatis coërceatur, fimul cum capite urgetur, nec fequitur neceffaria pro exitu apertura. Tandem prolapfus & inverfio uteri facillime contingere poffunt, cujus periculum inferius explicabitur. Sed, fi etiam his omnibus cautus & prudens medetur, una tamen manus femper occupata eft, ut nixui uteri & cervicis refiftat, altera autem modo libera eft, in longius igitur faltem tempus partus protrahitur, majora requiruntur molimina, & inde colligi poteft; quanta hæc in pariendo fit difficultas, licet cæterum fitus aliarum partium optimus, omniaque alia naturalia fint. Plures ex his vero comparantur cafus, fi vel alia vitiofa correfpondent, & fumma inde nafcuntur pericula, quæ fingula enumerare majoris operis eft, eademque igitur faltem attigiffe fufficiat.

§. XXXIII.

Os Ifchium rariffimo exemplo introrfum nimis vel extrorfum incurvatum, ab Ilei fitu dependet, cum tota illa divifio etiam inde rejecta fit, & vitia hæc, ad illa referenda fint. Offa pubis autem fæpe fæpius variant. Nunc nimis defcendunt, & fic cavitatem inferiorem nimis anguftam efficiunt, nunc magis afcendunt; & angulus fit acutus, caputque embryonis ab inferioribus lateribus premitur & læditur. Jam verfus in-

feriora nimis vergunt, & tota pelvis anguſtatur, tandem loco cartilaginis jam oſſea ſubſtantia eſt, & omnis dilatatio & luxatio, plus minusve ſæpius vel rarius in difficiliori partu benigna. Sic ſi etiam oſſea ſynchondroſis ad os ſacrum adeſt, omnes illæ mutationes impoſſibiles ſunt. Os ſacrum & coccyx peſſime variant, ſi nimis verſus interiora vergunt. Nam plane partum impediunt, aut tamen maximos labores efficiunt, imo etiam maribus incommodum generant (*i*). Idem fit, ſi oſſea loco cartilaginis eſt connexio, ubi vel fractura fit, vel partus impeditur cum ſequelis, ex arte obſtetricia ſatis ſuperque notis.

MUSCULI.

XXXIV.

Molles jam liceat deſcribere partes cum earum fulcra & baſes conſiderata ſint, ubi primo integumenta ac muſculi adſunt. Locus integumentorum jam in generali ſitu (§. XXII.) una opera determinatus eſt. Sub his muſculi latent, (ſi eos accuratiſſima attentione perluſtrare poſſemus, quædam ſubtiliora omnino detegi poſſent, ſed limites nos in omni paſſu coërcent,) in quibus nihil refert, an latiores, vel anguſtiores, vel breviores, vel primi, vel ſecundi, ſi modo non abdomen anguſtant, de quo autem jam generaliter (§. XX.) dictum eſt. Unicus annulus abdominis diſtinctius obſervandus eſt. Oritur a duobus cruribus obliqui aſcendentis, hic, ſi in regionem inguinalem venit, fibras per angulum ſeparat, & initio tantum quibusdam fibrillulis aponeuroticis connectitur, quæ lateraliter membranaceæ fiunt. Tandem hæ quoque deficiunt, & duo ſaltem adſunt crura, quæ ſeparatim ad ſpinam oſſium innominatorum affiguntur, & interius illorum ligamentum Poupartii vel etiam Fallopii dicitur. Locus ille eſt, ubi annulus nimis amplus Herniis inguinalibus & ſcrotalibus anſam præbet, & nimis anguſtus teſticulo & imprimis ejus funiculo moleſtus eſſe poteſt. Hic, defectus vel præſentia Pyramidalium quaſi in tranſitu annotetur, cum nullius momenti ſit, præterquam, quod per ſe ſitus aliquatenus ſit morboſus. Addi etiam poteſt ex obſervatione, quam aliquando legi, Pyramidales cum veſica urinaria concretos fuiſſe. Aſt in tota de muſculorum ſitu theoria inde norma ſumi non poteſt, cum omnes cæteri muſculi peritonæo inveſtiti ſint, & contraria pyramidalium conditio eſt, quippe peritonæum ibi a muſculis recedit, & ad veſicam deſcendit. Nec huc referre potui illas herniarum claſſes, ubi muſculi ſimul extenduntur, quum hoc potius in vitiis peritonæi & viſcerum explicandum

(*i*) Vid. *Ol. Borrich.* in *Act Haffn Vol. V. loc. cit. nec minus affligit nonnullos oſſis coccygis incurvatio, ſedentibus præſertim incommoda, quæ ſi inveterata jam callum contraxit, mitigari poteſt, tolli non poteſt, ſed ægro commoritur, ut in amica poſt varia remedia mihi obſervatum,*

dum fit, ſiquidem ex hoc vitio anomalia muſculi morboſa præcipue generatur, & inde, ſtrictius ſi loquendum eſt, muſculum in ſitu peccare, dici non poteſt.

§. XXXV.

Remotis omnibus involucris ut impedimentis, quæ luſtrationem ipſius interni abdominis propinquiorem prohibent, totum apertum illum videmus & accedere licet. Si autem non præcipitatis paſſibus progredi, & maximi momenti quædam prætermittere volumus, a peritonæo incipiamus neceſſe eſt. Anatome viſcerum ſtructuram, ſibi propria voluptate, docet, ſed ab his deliciis nobis abſtinendum eſt, quoniam ſitus ſolus ad præſentem tractationem noſtram pertinet. Quum autem de hoc diſtincte nihil dare poſſimus, niſi ſitum antea ipſius diaphragmatis, quod multum omnino ad abdomen confert, explicamus, in noſtra meditatione præmittendus erit. Oritur ex tendinoſa adhæſione inferius a media parte corporis vertebrarum lumbarium quartæ nempe tertiæ & ſecundæ. Carnoſum tandem fit, & foramen ellipticum ſiniſtrum format, deinde quoque ad latus medii corporis vertebræ lumbaris ſecundæ magis carneis fibris adnatum eſt. Et denique a transverſo proceſſu primæ vertebræ lumbaris quoque carneum aſcendit, & in muſculos quosdam ſe unit, qui altius continuantur. Ad latera deinde a cartilaginoſa, imo interdum oſſea, parte coſtarum inferiorum ad ſeptimam uſque muſculoſas adhæſiones habet, & exin quoque verſus medium plus minusve oblique progreditur. (k) Formatur in tendine & in dextra quidem parte foramen alterum quadratum. Circa mediam tandem partem intervallum relinquitur, ubi pleura optime poteſt cognoſci. Superius a ſuperficie interna cartilaginis Xyphoideæ muſculus oritur, deſcendit, & ſic totum ad mediam ſuam partem vergit. Fit autem ibi univerſalis fibrarum ejus mutatio, tendineam nempe aſſumunt naturam, & centrum radioſum quoque, ab Helmontio ita dictum, (l) ſic conſtruitur, & ſic medio latiori angulo pericardium fulcit.

 §. XXXVI.

(k) De diaphragmate levius cogitarunt plurimi medicorum, & ex recentioribus pauci modo de illo curatius meditati ſunt, ut monſtrant, *ſpecimem novæ medicinæ conſpectus*, *Paris* 8. *Journal Des Savans Sept.* 1751. *Rawins des maladies occaſionées par les promptes & frequentes variations de l'air Caſpar Rodrigues De Payra Epicriſis critico Apologetica de affectu Atrabilario*, *mirachiali*, *ſive de morbis cerebri & mentis, qui extra cerebrum originem habent &c.* Quod eo magis mirum eſt, cum jam vetuſtiſſimi de illo graviores aluerunt cogitationes, quas plane negligere ſemper periculo ſum eſt, niſi probe examinatæ ſint. Non poſſum non locum hic dare *Ariſtotelicum*, qui certe egregius eſt, dum ſolitum ejus dicendi modum præſupponimus. Invenitur ΑΡΙΣΤΟΤΕΔΟΥΣ περι ζωων μοριων, το Γ ed Baſileæ MCXXXI. Fol. 245. b. ὅτω γαρ προς την ισχυν ϗ την τασιν χρησιμωτερον. διοτι δε προς την θερμοτητα την κατω, οιον παραφυαδες εισι, σημειον εκ των συμβαινοντων. ὁταν γαρ δια την γειτνιασιν ελκισωσιν ὑγροτητα θερμην ϗ περιττωματικην. ευθυς επιδηλως ταραττει την διανοιαν ϗ την αισθησιν. διο ϗ καλουνται φρενες ὡς μετεχουσαι τι του φρονειν. αι δε μετεχουσι μεν ου εγγυς δ' ουσαι των μετεχοντων επιδηλον ποιουσι την μεταβολην της διανοιας.

(l) *Van Helmont. lib. a ſede animæ morbos Ed. Elzevir*, *q.* 28.

§. XXXVI.

Situs hic diaphragmatis variis infervit ufibus, e quibus nobis illi faltim confiderandi funt, qui in abdomine exeruntur. Defcendit in infpirationis momentis, ibique omnes amplos illos effectus producit, quos jam in loco de coftis (§. XXIII.) enumeravimus, & quos hic repetere fuperfluum effet. Præterea plane propriis finibus pro fuo fitu deftinatum eft, qui ex connexione cum tot partibus diftinctius explicandi funt, de quibus, quum adhuc vel plane lateant, vel theoria modo manca innotuerit, plura addere non licet.

§. XXXVII.

Sic etiam vitia, ex fitu fingularum partium ex dicta theoria deducenda, in medium proferri nequeunt: cetera autem, cum ab adhæfione fua dependent (§. XXXV.) jam in explicatione partium illi infervientium (§. XXIII. f.) recenfuimus, & proinde omnia hæc præterire poffumus.

PERITONAEUM.

§. XXXVIII.

Sic feptum hoc tranfverfum nobis locum fixum dat, a quo eo diftinctius peritonæi fitum derivare poffumus. Ad univerfam igitur inferiorem magis concavam diaphragmatis fuperficiem peritonæum fua fuperficie, exteriori refpectu cavitatis abdominis, adnafcitur fat firme, adeo, ut ipfum diaphragma lamina exteriori five cellulofa attingat, interiori membranula autem abdominis cavitatem refpiciat, fic ad omnia illius latera fuperius & inferius ad mufculos abdominis, vertebras & lineam albam in ipfam abdominis cavitatem continuatur. Per totum hoc cavum, fuperius, inferius & ad latera omnes vifcera excipientes partes inveftiens amplo quafi facco formato primum defcendit. Inhæret in multis viæ punctis partibus, quibus annectitur, & continuationes in medium abdominis fpargit. Tandem variis locis, variis modis ad finem abdominis tota lamina membranacea finitur; cellulofa vero nunc definit, nunc extra abdomen continuatur. Adhæret nempe primo Peritonæum ad hepatis cum diaphragmate connexiones, & fuperiorem, communem etiam dictam, & externam hepatis tunicam format. Ad latera oppofita ad Oefophagi partem, quæ mox thoracem deferit, annectitur, in modicæ latitudinis ligamentum abit, &, fenfim leniter aucta latitudine, infra cardiam defcendit, & parte fuperiori arcus minoris ventriculo adnafcitur, & audit ligamentum Gaftrophrenicum. Licet autem hoc ligamentum ad Oefophagi latus formaverit, non ipfam tamen laryngem nudam relinquit, fed quoque

que externam illi dat tunicam, quæ posterius supra totam ventriculi molem extenditur. In eodem latere, sed magis versus posteriora, peritonæum ad lienem descendere reperimus, eamdemque ibi viam eligit, dum lienem investit, & ligamenti forma duplicaturam facit, tandem versus renem descendit. Omitto, quæ dicenda sunt de transitu peritonæi per aperta foramina ad producendum pleuram, quod scopi mei non est. Dum ex utroque latere hic sub hepate, ibi sub liene venit, in media inter hæc viscera regione glandulam illam magnam, Pancreas dictam, non transit, sed adhuc paullum continuatum ex utroque latere ad musculos utriusque lateris Psoas vasa majora & corpora vertebrarum ascendit, seque ita insinuat, ut relictis vertebris in amplas latas laminas ascendat. Dato Mesenterio, per medium imi ventris internam longitudinem ad latera in crassam adiposam membranam mutatur, & sub hoc nomine renes cooperit. Inferius tandem arterias ad fundum vesicæ urinariæ, posterius autem ad intestinum rectum ultimo adhæret, & sic tandem finitur. In sexu sequiori duplicatur adhuc ad fundum uteri in lata illa ligamenta, alæ vespertilionum dicta, & ovaria recipit. Pars cellulosa autem per productiones continuatur & extra abdomen finitur. Investit vasa majora, arteriam aortam, & venam cavam, totumque illorum progressum concomitatur, & tandem cum vasis cruralibus sub ligamento Poupartii transit. In sexu nobiliori alia cellulosa portio per ipsum annulum abdominalem funiculum spermaticum cingit, & versus scrotum descendit; in sequiori autem sub nomine ligamentorum rotundorum a fundo uteri intus susceptis vasis abdomen in annulo defert, & in cellulosa montis Veneris terminatur.

§. XXXIX.

Sic situm peritonæum investit musculos, & planam ac lubricam intestinis sedem parat, & in glabra, a continua in abdomine hinc inde e visceribus perspiratione, superficie attritum minuit, imo impedit. Primario autem situm viscerum abdominis coarctat, & motum omni modo regularem & uniformem conservat. Ne dicam, quantus ille usus sit, cum mater tot membranarum & partium existat, si tunicas, omentum. mesenterium, & involucra dat. Patet usus illius vel a posteriori, si situs illius naturalis esse desinit. Nam si dilatatur & in alia spatia abit, cessat coarctatio viscerum, sequuntur illa viam apertam, & fiunt Herniæ. Cum igitur in omni Hernia Peritonæum vel ruptum, vel dilatatum sit, illas hernias, quæ a loco alieno partium solidarum pendent, non melius, quam sub situ alieno peritonæi, recenseri possunt. Non igitur nostri sunt census, hydromphalus, hydrocele, pneumatomphalus, pneumatocele sarcomphalus (*m*) sarcocele, varicocele, varicomphalus.

§. XL.

(*m*) Bronchocele enim plane huc non pertinet, (vid. infr.) si secundum quosdam per uteri prolapsum explicetur. *Blancard. Lex. Med. Agnethler, Halæ* 1748. p. 361.

Hernia dicitur portio peritonæi in fáccum extra abdomen prolongata, κήλη, *Bruch* &c. Sunt vero herniæ in genere vel veræ, vel fpuriæ five nothæ: Verum, cum noftra definitio ea fit, ut folum veris conveniat, ex his, fpuriis fcilicet, nullæ amplius addendæ funt, quam farcocele farcomphalus & varicocele, alio tamen refpectu, quam fub titulo herniarum: Sarcomphalus enim, jam (§. XXI.) recenfitus eft, farcocele autem & varicocele (vid. infr.) explicabuntur. Ipfæ veræ herniæ autem iterum vel umbilicales, omphalocele, & exomphalus, quæ in vel circa umbilicum accidunt, vel inguinales, bubonocele, fi in inguine adfunt, vel fcrotales, ofcheocele, quæ in fcrotum pendent, vel abdominales, hypogaftrocele, quæ circa lineam albam, vel femorales, fi fub ligamento Fallopii prolapfus fit, vel dorfales, fi per dorfum erumpunt: Sic enim a loco determinatæ funt. Præter hanc alia adhuc diftinctio recepta eft, quæ a contentis defumitur: Nam vel folum omentum, vel folum inteftinum, vel utrumque fimul ex abdomine prolabitur. Sic in enteromphalo inteftinum in umbilicali regione, in epiplocele omentum in fcroto, in entero-epiplomphalo inteftinum & omentum in umbilicali regione, in enteroepiplocele utrumque in fcroto pendet. Et fic, fi recepta effent nomina, cætera quoque denominari poffent. Denique funt vel fimplices fi una modo hernia adeft, duplices, triplices, fi plures adfunt, vel compofitæ, ubi hernia vera & fpuria conjuncta eft (*n*).

§. XLI.

Oriuntur herniæ (*o*) nunc a relaxatione, nunc ab extenfione (*p*), nunc a ruptura peritonæi (*q*) & pluribus cauffis. Memorata relaxatio a multis vel cum extenfione confunditur, vel plane neglecta eft, interim tamen extenfio facillime contingere poteft, cum poffibilitas ex nota ejus ftructura

(*n*) Joan. Juncker. *Confpectus Chirurgiæ*, *Halæ* 1731. 4. p. 156.

(*o*) Jam ab Aquapendente utrasque cauf.s diftincte propofuit Pentateuchos Chirurgicum Hieronymi Fabricii *ab* Aquapendente *opera* 10. Hartmanni Beyeri *Francof. ad Mœn.* 1592. 8. *L.* 1. *C. XXIV. p.* 219. *vid. et.* Schacheri Difp. *de morbis a fitu inteftinorum præter naturali.* §. 7.

(*p*) Hildani Oper. pag. 899. Nuk. Exper. Chirurg. *cap. de Herniis.* Nuk. Adenographia. p. 171. Ruyfch. Adverfar. Anat. Chirurg. Dec. II. pag. 9. ubi vel contendit, nunquam difrumpi, femper extendi, cui autem recentiorum optimi jure non adftipulantur. vid. infra.

Garengeot. *Trait. des operat. de Chirurgie* Tom. 1. Cap. 7. Art. 4. Obf. 16. p. 329. Salzmanni Differt. *de veficæ urinariæ hernia.* *Argentor.* 1732. p. 34. §. 21. quam Salzmannianam obfervationem Platner eandem cum Garengeotiana putat. Joh. Zachar. Platners *gründliche Einleitung in die Chirurgie*, *Leipz.* 1749. 8. *T.* 2. *p.* 51. §. 805. *in nota.*

(*q*) Ægineta lib. 7. cap. 65. Ronffet. *Sect. cæfar.* Barbette & Garengeot *in capitibus de Herniis.*

ftructura pateat, & revera illud extendi, graviditas fatis fuperque doceat. Nec defunt caufæ, fcirrhofum vifcus, inflatum, inflammatum, durum, conamina inteftinorum verfus exteriora aucta, quæ caufis ruptionis falfo adnumerari folent. Huc vero pertinent illæ, quæ licet eædem fint, tamen alio tempore relaxationem, alio extenfionem producere poffunt. Cafus ex alto, percuffiones, equitationes, vomitus, concuffiones, clamor, cantus, rifus, fternutatio, tuffis, vomitus, fortis nifus five ad parturiendum five ad alvum purgandam (*r*), flatus, faltus, fublatio graviorum ponderum, terror (*s*) & plura. Patet extenfionem nimiam rupturæ caufam effe, fimulque veritatem prioris caufæ demonftrat, admittit igitur easdem caufas procatarcticas, ea folum differentia, ut iftæ ad pofteriorem effectum producendum longe vehementiores effe debeant.

§. XLII.

Plane aliæ funt caufæ, quæ relaxationis autores agnofcendæ funt. In junioribus enim neceffario frequentiores erunt, quam in fenioribus, & fecundum illorum fententiam, qui in viris peritonæum debilius quam in fœminis effe putant (*t*), in fequioris fexus fubjectis copiofiores, quam in nobilioris. Ibi enim generalis & communis caufa fundamentalis, major nempe fibrarum laxitas eft. Priores caufæ laxitatis folæ in corpore, in quiete relicto, herniam non protrudent, fed, leni motu accedente, a caufis in §. præcedenti dictis, facillime produci poteft.

§. XLIII.

Extenfum hoc modo peritonæum obftantes partes premit, & tandem cedere jubet, fit facculus, fequitur vel omentum, vel inteftinum parti perito-

(*r*) Exemplum ofcheoceles enteroceles ex alvi adftrictione, Dekker dat ubi hac iterum præfente femper illa rediit, quam autem ægrotans ipfe femper curavit, dummodo fibi clyfma Mutfenbrœckii applicavit. Frederici Dekers *Exercitationes practicæ. Lugd. Bat.* 1694 4. p. 449.

(*s*) Ruyfchius de hac caufa rariori exemplum dat in Obferv. fuis Anat. Chirurg. *Obf.* 98. p. 125. *Retiнuit patiens hoc malum tam diu donec fimul, mirum dictu! in Bubonocelen folo terrore incideret. Dolium enim ingens vini de improvifo rumpebatur in ejus cella, unde ita obftupuit, ut illico in Bubonocelen incideret. Id quod femel mihi adhuc obfervare contigit in alio, qui folo terrore fubito herniofus factus erat, retulitque mihi fupra citatus Chirurgus* (Andreas Bœkelmannus) *in herniis fanandis verfatiffimus, fefe hoc quoque pluries obfervaffe.*

(*t*) Andr. Ottomar Gœlike Difp. *de Hernia femorali. Frf.* 1740. p. 5. §. 4.

peritonæi prolapfæ adjacens, & in facculum intrat. Amplo hiante fpa- tio leniter progreditur, & in quiete manet, nifi frigus externa integu- menta & illius contenta vehementius afficit, irritationes & fpafmos pro- ducit, & colicis, iliacis, inflammatoriis, mox gangrænofis, tandem fphacelofis, mox fcirrhofis affectibus occafionem præbet. Quando angu- ftiori autem pro exitu aperto foramine, majori vi inteftina premuntur, & cum impetu trajiciuntur, ftatim irritatio adeft, inflatur pars egreffa, fit tumida, & ad omnes vix nominatas adfectiones pronisfima eft, & Chirurgo repofitionem tentanti multa obftacula opponit. Impletur præ- terea interim inteftinum fecibus induratis, omnia fymptomata augentur, & eandem ludunt fcenam, nifi, hujus generis herniis quæ incarceratæ nominantur, cita adferatur medela. Rebus fic fe habentibus, vocato medico, non femper eadem fpes eft; Plane aliter enim fe recens, ac inveterata, libera ac incarcerata, fimplex ac compofita habet. In genere nulla fere hernia, nifi in junioribus, fimulque tenerioribus fubjectis, rariffime autem in provectioris ætatis hominibus ac fenibus perfecte tol- litur, præfertim, fi cura palliativa, uti plerumque fit, adhibetur (*u*), vel circumftantiæ etiam non permittunt, vel æger prohibet, quominus vera ac radicalis inftituatur curatio. Si per adeo longum temporis fpa- tium intactæ relictæ funt herniæ, vel tot injuriis expofitæ, ut jam no- minatis vehementibus fymptomatibus ftipatæ fint, omnis fere felicis even- tus fpes evanefcit. In incarcerata autem magnum vel primo ftatim tem- pore adeft periculum, quare medico incumbit, ut fine mora congrua & adæquata remedia ordinet.

§. XLIV.

Indicationes, quas Medicus in genere formare debet, variæ pro varia conditione funt. In hernia recenti, nullo graviori fymptomate ftipata, tres adfunt indicationes: nempe 1) inteftina vel omentum funt repo- nenda in locum naturalem, 2) repofitio fuftentanda eft, & 3) tonus eft reftituendus. Si autem vel per fe jam hernia periculofior fit, vel alia acceflerint fymptomata, fequentes formantur indicationes: 1) dolo- res & inflammationes mitigandæ. 2) Spafmis occurrendum. 3) Dilatatio elt inftituenda. 4) Repofitio fufcipienda. 5) Facta repofitio fuftentanda, & 6) tonus ac ftatus naturalis reftituendus. Quilibet videbit, priores tres hujus indicationum ordinis pro variis circumftantiis nunc adeffe, nunc deficere; & rationalis practici erit, in quocunque cafu disquirere, quænam illi ex indicantibus vel contraindicantibus indicata injungantur.

§. XLV.

(*u*) Juncker. Chir. *loc. cit.* pag. 192. ubi Lanfranci exemplum de duobus viris uno quadragenario, altero fexagenario allegatur, fed non citatio loci addita eft.

§. XLV.

Singulas indicationes breviter perlustrabimus. Primæ autem nobis curæ erunt recentes, optimæ notæ, herniæ. Quum simplicissimus nobis hic casus fingendus sit, emollientes unctiones in hisce plane non conducere arbitror, quia atonia necessario adest, & laxitas tam peritonæi, quam contentorum non augenda est. Ponitur igitur æger in situ horizontali dorsum versus substratum directum, & intestina uno cum prolapso peritonæo vel sponte retrocedent, vel, si antea herniosus bene abstergitur, ne digiti propter lubricitatem cedant, cauta manu chirurgi, reponuntur. Repositione sic facta, manu altera chirurgus partem restitutam leni pressione in situ suo servat, interim altera admovet globulum ex emplastro ad hernias officinali paratum, illumque applicatum eadem circumspectione tenet, emplastrum ejusdem compositionis imponit, & integumentis annectit, deinde applicat splenia, & cuncta tandem rite applicata fascia umbilicali firmat. Cum autem hæc modo junioribus satisfaciat, in provectioribus ipsa ammata sunt applicanda. Hac operatione facta ægrotans in quiete & situ, quem chirurgus commendat, maneat necesse est, & sic uti motus corporis externi evitandi sunt, sic etiam animi pathemata vehementiora & diætam commoventem fugere, imprimis autem a venere abstinere debet. Si tandem omnia sunt legitima, emollientia esculenta & nimia potulenta, imprimis autem flatulenta evitet. Sic non sine utilitate erit, si aromatica calidiora adhibet, quæ flatibus resistunt, & robori non repugnant, sed istud potius juvant, uti sunt spiritus nitri dulcis, spiritus anodynus mineralis, infusa vinosa ex rad. imperatoriæ, angelicæ. HB. melissæ citrar. flaved. cort. citri. aurantiorum, cortice culilawan, cinnamomi, baccis cardamomi, sem. fœniculi &c. His imprimis addenda sunt tonica, roborantia, subadstringentia, martialia, amara leniter balsamica, ut grana chermes, rad. pœoniæ, morsuli ex myrrha genuina, semine santonico, croco & saccharo in aqua fœniculi soluto, Elect. ex rob. juniperi, extr. cent. min. trifol. fibr. pulvere anisi stellati, sem. santonici, cumini Æthiopici &c. Et hæc tamdiu adhibenda usque dum medicus usum ulteriorem interdicat.

§. XLVI.

Plane aliter res se habet, si plura sunt impedimenta, & aliæ indicationes his præmittuntur (§. XLIV.) & hæ ipsæ in praxi vario rursus modo mutantur. Si inflammatio adest, necessario antiphlogistica applicanda sunt, ea tamen cautione, ut illa eviteniur, quæ atoniam augent; ut venæsectio est, quæ ideo vel negligatur penitus, vel parce instituatur

tur, nifi urgens adfit neceflitas (x). Interne non melius fere remedium erit, ac nitrum, vel cum camphora & ⊖ + tofellæ in pulverem redactum, vel cum feminibus quatuor frigidis & ⊖ libus mediis in potiuncula porrectum, externe cataplafmata adhibeantur quorum duo, unum excell. de Gorter, alterum ill. Heifteri, dabo.

℞. (y) Herb. parietariæ.
Malvæ.
Altheæ.
Phellandrii aa. Mj.
Coqu. in. f. quant ∇æ communis in cataplafma, adde
Far. lini
Fœnu græci aa. ℥j.
o*o Liliorum alborum ℥ifs.

℞. (z) Boli
Oxycrati aa. ℥vj.
⊖ communis ℥j.
⊕ tri depurati ʒij.
+ ti.
∇æ fontanæ aa. q. s. ad confift.

Prius tamen nimis fere in hoc cafu emollit, & pofterior itaque formula magis commendanda eft, nifi circumftantiæ fimul emollitionem requirunt, & fic huic indicationi fatisfaciendum eft. Alia facies eft, fi induratio, inflatio, & inde fpafmi adfunt, tunc enim neceffario emollientia adhibenda funt, & fi flatus fimul premunt, quoque carminativa præfcribenda, & externe vel formula Gorteriana in ufum trahenda eft, vel fequens.

℞. Rad. Altheæ.
Taraxaci.
Liliorum alborum aa ʒiv.
Fl. Chamomill. vulg.
Sambuci aa Mij.
Sem. Fœnu græci ℥ij.
Caricar. pingu. no. V.
C. C. gr. m. M. D. S. *mit Milch zu kochen.*

Si

(x) Quæ eft magnus calor, ubi frequentius adhibenda phlebotomia tefte Platnero S. Joh. Zach. Platner, *grundliche Einlaitung in die Chirurgie*, *Leipz.* 1749. 8 2. *Th. pag* 58. §. 21 & Garengeot *Tr. des operations de Chirurgie Tom. I. Chap. V. Art. I Obf. XIII. pag.* 274.

(y) De Gorter Chirurg. Repurg. *l. c. Form.* 79.

(z) Heift. *Compend. Chirurg. loc. cit. pag.* 160.

Si tandem obſtructiones adſunt, clyſteres non negligendi, & imprimis in hoc caſu herba nicotiana commendanda eſt (*a*).

§. XLVII.

Si autem incarcerata dilatationem inſtituere jubet, peritus adſit Chirurgus (*). Determinet ille pro diverſa, operationi ſubjicienda, regione juſtum ægrotantis, quem Chirurgiæ præcepta præſcribunt, locum, & adſtantium quidam ſemel datam ſituationem ſollicite conſervent. Tunc cultro primo integumenta, quibuscunque regionibus communia, diſſecet, & ſimulac usque ad celluloſam, peritonæum externe circumdantem, pervenerit, extrahat cultrum, & longitudinem ſectionis, quantum neceſſum putat, ſub ipſa extractione augeat, ea tamen cautione, ut cultrum ad directionem ſpecilli ſulcati ſive conductoris ducat (**). Dilatatione autem facta cultrum reponat, adhibeat cauta circumſpectione manus, & adipem ac celluloſam, quæ nempe illi impedimento ſunt, leniter divellat, ut merum peritonæum nudum appareat. Tunc ſumma cum attentione iterum cultrum admoveat, & parvam ſecet in ipſo peritonæo aperturam in medio denudatæ partis, mox applicet conductorem, introducat cultrum, & ſic ſecundum neceſſariam directionem & in oppoſitas ſibi regiones ipſam peritonæi aperturam dilatet. In promtu etiam eſſe poteſt culter hujus generis (***) in ſulcato ſpecillo, ita radii modo affixus, ut manubrio extra illum premendo acies verſus exteriora moveatur, adduntur ad meliorem ſecuritatem alæ ex utroque latere, quæ inteſtina leniter premunt, & coërcent, ne durante ſectione quid detrimenti capiant. Probe autem tunc attendendum eſt, num pars prolapſa inteſtini cum peritonæo concreta ſit; neceſſario enim ibi ſolutio requiritur, caute tamen inſtituenda, imprimis ſi periculum augetur, dum concretio cum vaſis fiat majoribus v. g. cruralibus in crurali.

§. XLVIII.

(*a*) His indicationibus additur convolutio inteſtinorum, de quarum ratione infra uberius disquiremus, ſi autem illæ, quæ dantur, adſunt, eadem remedia in uſum trahenda ſunt, quæ ibi commendantur.

(*) Multi Chirurgorum non ſine hæſitatione ſe ad hanc operationem accingunt, & ſemper maxime periculoſam putant Le Dran *Obſ. de Chirurg.* Tom. 2. Obſ. 58. pag. 18. Si autem incorrupta adhuc inteſtina ſunt, vel nimis magna portio extraverit, unde alteratio ſemper major, vid. Garengeot *Traité des Operat. Chirurg.* Tom. 1. Chap. 5. Art. 5. p. 359. hanc operationem pluribus leviorem puto, nec, ſi Chirurgus omnia rite peragit, & ægrotans diæteticas regulas obſervat, mali quid inde provenire poteſt.

(**) Vel digiti. Cypriani *epiſt. de fœtu è tuba uteri exciſo* p. 85.

(***) Biſtouri gaſtroraphique caché, herniaire: Heiſt. 73.

§. XLVIII.

Hac indicatione impleta repoſitio ſequenti modo inſtituitur. Applicatur prolapſo inteſtino vel unus digitus index, vel ſimul ſocius medius ad illam partem, quæ margini aperti peritonæi proxima eſt, ſpecilli modo illum ſub peritonæum leniter ducat, & angulum acutum, inteſtinum premendo, verſus interiora faciat, ut ſub digitis applicatis, digiti alterius manus eadem lege applicari poſſint. Tunc primo digito ducat partem prolapſam verſus interiora ad locum conſuetum, usque dum digitus primus jam in interiori abdomine lateat, tunc extrahatur, ſed ſecundus in ſitu maneat ac lenis preſſio eadem directione conſervetur, usque dum egreſſi digiti iterum ſub illis locari poſſunt, tunc enim quoque ductum continuant, & hoc artificium continuatur usque dum repoſitum ſit inteſtinum.

§. XLIX.

Repoſitione facta alterutrum digitorum in cavitate abdominis, poſteriorem nempe, relinquit, alterum anteriorem extrahit, & labia peritonæi, ac integumentorum vel ſimul muſculorum ſecatorum conjungit, ut in medio prematur immiſſus adhuc digitus. Tunc circa illum, quantum fieri poteſt, duobus digitis alterius manus ſuperne & inferne commode appoſitis, claudatur vulnus, & leniſſime, dum extrahitur digitus, applicati externi ſemper lenius & anguſtius premant, ut, dum digitus plane vulnus deſerit, clauſum etiam ſit. Tunc adveniat alius, qui hunc vulneris ſtatum conſervat, ſumat ex apparatu (Appareil) filum Chirurgicum in cujus utroque fine acus gaſtroraphica invenitur, leni modo iterum digitum indicem cui acus altera quaſi ſpecillo immiſſa eſt, & apice digiti apex acus tegitur, introducat, ut dorſo, contrario igitur priori modo, inteſtina tanget. Alii recentiores fere accuratius putant digitum potius non eſſe extrahendum, ſed modo leniter vertendum, ne motus & irritatio absque neceſſitate augeantur, quibus, æque ac Præceptor illuſtr. Pallas, non autoritatis præjudicio, ſed uſus præſtantia invitatus, absque dubio aſſentior. Introducto digito incurvetur palma manus, mons lunæ prematur verſus ibi ſitum caput acus; ſic apex verſus exteriora per pollicis ſpatium a margine vulneris protruditur, exit, & pars fili poteſt protrahi. Non extracto, pro eadem cautela digito, ad alterum latus in eodem ſitu moveatur, & idem inſtituatur proceſſus. Hæc eſt prima ſutura. Repetatur duabus vel tribus vicibus operatio pro longitudine vulneris. Tunc acubus ſubtractis, labia, filo relicto, contrahuntur, imponitur digitus, ſuper illum nodus formatur ſimplex, & leniter conſtringitur, dum eadem lege removetur digitus, usque dum plane nodus ſit formatus, applicatur ſplenium parvum, vel rotundum, vel oblonge quadra-

quadratum, premitur iterum impofito digito, & ut antea fimplex, fic nunc chirurgicus formatur nodus & tandem nectitur (*wird eine Schleife gemacht*,) ut poffit nunc contrahi, nunc dilatari pro diverfis, quæ formantur chirurgo, indiciis (*).

§. L.

Nondum vero perfecta impleta eft illa, quæ repofitionem fuftentare jubet, indicatio, fed deligatio adhuc inftituenda. Vulnus ita claufum inungit chirurgus vel balfamo Arcæi, vel alio traumatico, imponit linteum rarum, ac tandem longiora emplaftra jungentia (*Heft - Pflafter*) applicat. Super hæc ponuntur plagulæ, tunc ducitur circa hanc abdominis regionem fafcia circularis abdominis, & finitis circulis fuperne immittitur humeris fafcia fcapularis, quæ fuis finibus, affigitur circulari. Si omnia hæc fecundum regulas artis rite peracta funt, relinquitur ægrotans in quiete, & conveniens ordinatur diæta. Obfervet fitum datum, evitet omnia fanguinem commoventia, interne traumatica & confolidantia in ufum trahantur, externe autem chirurgus omnia fuo tempore obfervabit & mutabit, usque dum confolidatio peracta fit.

§. LI.

Reftat ultima communis indicatio quæ tonum nempe & robur reftituere jubet. In pofteriori cafu ubi operatio facta eft, non, nifi plane cicatrifato vulnere, in ufum trahenda funt hujus generis pharmaca, ne fanguinem nimis commoveant. (§. XLIV.) Interne pauciora adhibenda funt, & fufficiet mixtura quædam, ut:

℞. Eff. Meliffæ.
Cort. ⊙tiorum.
Flor. Cham. Rom. aa ℥ij.
⌒ ⊕tri dulc. ℥j.
o°o Cinnamomi gt. XII.

Imprimis autem externe abdomini adhibenda funt linimenta & unguenta v. g.
℞. Ung. Nervin. ℥j.
Axungiæ caftor.

Balf.

(*) Quam futuræ fpeciem jam laudarunt Celfus, Raiffel, Rolfinc, Heifterus & alii. Celf. *lib.* 7. *cap. de omenti defcenfu.* Rouffet. *l. de fect. cæfar.* Et Rolfinc *Differt. Anatom. Norimb.* 1656. *L.* 1. *cap.* 13. pag. 182. qui antea de fecuritate operationis dubitavit dicit. *Inde audentior factus benedictionem cœlicam expertus fum; fanatum vulnus nulla fubfequente Hernia.*

Balf. Peruv.
o°o Nucis Mofchat. expr. aa. ℈j.
Lavendulæ.
Roris marin. aa. gut. x.
Caryophill.
Cinnamomi aa. gt. v. M.

His interne jungenda funt fubadftringentia, martialia, & imprimis cortex peruvianus, vel in fubftantia, vel in infufo (*a*). Huc referri etiam poteft obfervatio, hernias ex terrore effe curatas (*b*). Sic generaliter de herniarum curatione cogitandum eft, requiruntur autem interdum variationes pro variatione loci, ubi hernia reperitur, quas recenfere nunc noftrum eft.

§. LII.

Ut fitus nobis in omni meditatione norma eft, fic hic determinabit, quænam herniarum fpecies primo confideranda veniat, Omphalocele nempe, & quidem illa, in qua inteftina & omentum (*c*) continentur, omiffis aliis, quæque mox major (*d*), mox minor, mox libera, mox incarcerata (*e*) reperitur. Eft autem extenfio (*f*) five etiam interdum integra apertura & ruptura umbilici cum prolapfu peritonæi aliorumque contentorum. Omnes generales caufæ (§. XLI.) eædem funt hic fufficientes, hac modo addita determinatione, ut quædam fingularis laxitas hujus

(*a*) Hifce ex commendatione veterum addi poffunt Pauli. Lib. 3. Cap. 53. ℞ *cortic. granatorum* ℥x. *gallarum immatur.* ℥v. *vini adftringentis* ℥v. *decoquantur & imponantur, prius abluto loco* ▽*a frigida, & quarto quolibet die renovetur.* Avicennæ ℞ *Nucum cupreffi, acaciæ, balauft. gallarum immaturarum aa.* ℥j. *myrrhæ, thuris, farcocollæ, tragacanthæ, gummi Arabici aa.* ℥iij. *mumiæ, fanguin. dracon aa.* ℥j. *terantur cum aceto.* Aliud quod Avicenna Celf. & ab Aquapend. l. c. L. I. C. 25. p. 223. laudant ℞ *malicorii, boli Armenæ, fanguin. Drac. aa.* ℥j. *tegulæ pulverifatæ* ℥ij. *pulveris bislinguæ* ℥ijfs. *cum ovi albo, modico* ♁*to & colophonia, fiat emplaftrum.* Quod fufficere affirmat ab Aquapendente ad totam herniæ levioris curationem. De quibus lector pro lubitu fentiat

(*b*) Gunth. Chrift. Schelhameri *Ars med. univerf. ed.* Ern. Frid. Burckard *Tom. III. Roft. Et VVifm.* 1752. 4. *Lib. III. Sect. III. Cap. V. §. XV. p.* 303. & *Lib. V. Sect. III. Cap. III. P.* 413.

(*c*) Plateri Obferv vid. Schenck. Obferv. Lib. III Obf. 357. p. 989.

(*d*) Hildani *opera* p. 900. et. Obf Gregor. Horftii.

(*e*) Sculteti *Zeughaus der Chirurgie* Tab. 37.

(*f*) Ill Heift Chirurg. T. II. C. 114. pag. 716. §. 15. in Chirurgia fua monet contra Dionem non femper in his herniarum fpeciebus Peritonæum effe ruptum, fed in contrarium cafum rariffimum profert, qui autem fine ejus addita figura communicari non poteft.

hujus partis, vel major directio impetus verfus hanc regionem hanc herniæ fpeciem produxerit. Imprimis familiarior eft infantibus, ubi folus frequentior clamor ad producendum hunc affectum fufficit. Si non incarcerata & recens eft, nulla operofa ejusdem cura ac (§. XLV. XLVI.) faltem generalis requiritur. Si autem vel inveterata, vel incarcerata, vel nimis magna eft, palliativa cura non fufficit, & radicalis inftituenda. Prima eft valde analoga illi, quam indicationes generales docuere, cum paucis tamen differentiis. Invenit enim le Dran in commodiorem operationis finem proprium cultellum, *biftouri herniaire* nominatum (*g*), & paulo diutius ligaturæ, etiam poft cicatrifationem adhibendæ funt. Parum abit Petit (*h*) & decuffatim fectiones inftituit, appendices cellulofas vicinas diffecat, & alium dedit cultrum, qui ideo *culter Petiti* nominatur, licet jam (*i*) antea notus fuerit (*k*).

§. LIII.

Hypogaftrocele five Hernia abdominalis nunc ad latera illius accidere poteft, fed impoffibile, eandem paulo fuper, vel infra lineam albam nafci. Nam fuperius cartilago Xiphoides impedit externe, interne vero nullum

(*g*) Le Dran *Obf. Chirurg.* T. II. p. 26. *Obf.* 69.
(*h*) Heift. Chirurg. T. II. p. 714. C. 114. §. 13.
(*i*) Meekrins *Obferv. Chirurg.* Rouffet p. 279. *loc. cit.*
(*k*) Veterum modi non funt omittendi, qui multum a modernis difcrepant, fi fiftionem excipiamus, quæ hinc inde adhuc exercetur, ut ex fequenti Coftæi Laudenfis loco patebit, quem integrum addam Joan. Coftæi Laudenfis *de igneis Medicinæ præfidiis Libri II. Venet. MDXCV.* 4. *Lib. II. pag.* 125. *c.* 50. cum omnia quatuor ufitata genera, Celfo citato, breviter proponat, imprimis, quæ fub ævo frequentiffima erant. *Primus* (curationis modus) *erat, ut refupinato ægro, & eo, quod tumorem facit, repulfo, finus umbilici vacuus duabus regulis exciperetur, quarum capita arcte deligentur, ut quod illis fuperius eft, emoriatur. Secundus, ut acus, duo fila ducens, ad imum umbilici traducatur, de hinc utriusque lini capita in diverfum tracta adftringantur; fic, ut, quod fupra vinculum eft, tabefcat. Tertius, ut umbilici fummum una linea incidatur & exfcindatur; quo facilius digito demiffo, quod illuc irrupit, depellatur, dehinc vinciatur. Hic igitur modus per acus traductionem & per fectionem ut non probat* Celfus, *ita de periculo, quod ab his imminet, admonere exiftimamus &c. Quartus hic eft: Æger imprimis fpiritum contineat, quo tumor, quam maximus effe poteft, fe oftendat, (hoc vero de ftante homine intelligendum) tum ima tumoris bafis atramento notanda eft. Dehinc refupinato ægro digitis tumor premendus, ut, fi quid lapfum non eft, manu cogatur. Poft hæc umbilicum attrahere oportet, & qua nota atramenti eft, lino vehementer adftringere, deinde partem fuperiorem aut medicamentis aut ferro adurere, donec emoriatur, atque ut cætera ufta ulcus nutrire.* Si quis, præterea, medicamenta in quavis herniarum fpecie topica veterum defiderat, ex Aquapendente fumat. Pentateuch. Chir. Lib. I. Cap. 23 - 30. p. 216 - 235.

nullum herniæ obnoxium inteftinum ibi invenitur, fed pars ventriculi mox in pylorum abit. Inferius iterum fynchondrofis offium pubis obftat, & non nifi vefica prolabi poteft, utrumque, licet non hernia effet, prolapfus in linea alba, non fupra autem vel infra illam, foret, licet non defint, qui aliter fentiunt (*l*). Extenfio & ruptura caufa effe poffunt, diffentiente Dione, qui pofteriorem femper in culpa effe putat. Cura palliativa & Celotomia, quoniam hæc herniarum fpecies fimpliciffima, licet raro leviffima exiftit (*m*), eadem quidem eft, ac generalis; notandum tamen erit, plurimos expertos Chirurgos, fi non urgentia adfunt figna, palliativam longe præferre radicali, imo putant, vel hac inftituta, per totam vitam ammata effe retinenda (*n*), ne malum, uti facillime ob actionem lineæ albæ accidit (*o*), recurrat.

§. LIV.

Si inteftina vel omentum per annulos abdominis & proceffus peritonæi in inguina procidunt, formant herniam inguinalem, bubonocelen. Æmulatur hæc hernia fæpe bubones in inguinibus, & attentior in perfcrutatione Chirurgus effe debet, ne abfceffum loco Herniæ aggrediatur. Cognofcitur autem, dum ftatim major fit, quam incipiens bubo, fimul in initio tactui cedens, mollis, adeo, ut peritus & attentus Chirurgus non facile in hoc cafu peccare poffit. In junioribus mera cura palliativa tollitur adeo, ut nec ammata conftanter neceffaria inveniantur, in adultioribus ac fenioribus, hæc autem femper retinenda fint (*p*). Generales fequentes notandæ funt. Pili funt abradendi, vafa majoris diametri liganda, & in dilatatione annuli obfervandum, ut directio teneatur ab offe pubis lateris affecti verfus criftam offis ilei lateris oppofiti, ne quicquam diffecetur, nifi fibræ transverfales, fuperius annulum anguftantes; alias enim partes tendineæ five aponeuroticæ læduntur; Ne dicam, fic etiam evitari arteriam hypogaftricam, quæ magis exterius curfum fuum dirigit. Dein, antequam ligatura fit, latera annuli a nonnullis fcarificantur (*q*). Abit in alias partes Ill. Petit, dum faccum confervat, & fuperimponit convolutum quoddam, vocatum la pelotte de Mr.

(*l*) Heift. Chir. *T. II. p.* 718. *C.* 115. §. 1.

(*m*) Ex Platero Obf. in Obferv. Schenck a Grafenberg Lib. III. Obf. 370. p. 993.

(*n*) Garengeot *Tr. des Operat. de Chirurg.* Tom. 1. Chap. 1. Art. 6. p. 367.

(*o*) Non negligenda hic obfervatio Saviard Obf. Chir. 59. Heift. Chirurg. *T. II. C.* 115. *p.* 720. 25. poft fectionem cæfaream talem herniam effe ortam.

(*p*) Legitur tamen & fine hac cautela curatio Jacobi Oethæi *lib. Obferv. propr. vid.* Schenck a Grafenb. Obf. *cit.* Lib. 3. p. 986. Obf. 35.

(*q*) In genere autem Cyprianus, tefte Ill. Heift. fuadet, ut incifio non fit parca, fed tam larga, quam unquam requiritur. Heift. Chirurg. *P. II. C.* 117. *p.* 730. §. 5.

Mr. Petit, fed non confilii eft, dum plures obftant rationes, quas ill. Heifterus adeo fufficienter proponit, ut nihil addi poffit (*r*).

§. L V.

Propinqua admodum eft Ofcheocele five Hernia fcrotalis (*s*) & ejusdem igitur curatio in principio ammatis quoque adplicatione tentanda eft (*t*). Imprimis hic operatio, nifi urgentia fymptomata illam requirant, non inftituenda eft, quia alias caftratio conjuncta eft. Adfunt igitur plura momenta Celotomiæ Bubonoceles & eatenus modo differt, quatenus caftratio fimul inftituitur. Aperitur & fecatur fcrotum eodem modo,

(*r*) Loc. cit. §. 4. Veteribus etiam in hoc cafu ignea jam medicina non defuit, & Laudatus Coftæus Laudenfis etiam de hujus curatione, per cauteria duplici inftituenda, loquitur. Diftinguit inter hanc herniam extenfo & rupto peritonæo optimo quidem confilio. Verba de priori hæc funt. Joan. Coftæi Laudenfis *Lib. II. de igneis medic. præf. Lib. 2. c. 51. p. 127. Ætius oppofitis in principio aftringentibus aliquando curari poffe ait; tutiorem tamen effe uftionem; fi peritus artifex contingat. De hac Paulus fcribens, primum ægrum jubet moderato motu moveri, tum violentius tuffire; (nempe ut, delabente in quam usque partem folet, inteftino aut omento, tumor fefe, quantus effe poteft, prodat.) eius tunc tumoris fines atramento notandi triangulari figura, ita, ut fuperiori parte, qua umbilicum fpectat; transverfa linea ducatur, duæ reliquæ laterales in declivi inguinis parte conjungantur. Notatur etiam triangulari medium. Tunc refupinato ægro, primam notam mediam urit elavato cauterio, tum latera trianguli ferramento, gamma litteræ figuram referente & tertio lateratis aut lenticulatis totum triangulum exæquat, uftio vero ita profunda fiat, ut pinguedo attingatur. Dum hæc fiunt minifter faniem detergat. Poft uftionem fal cum porro tritum crufta injiciatur, & decens ligatura inducatur; & reliqua, quæ communia funt, reliquis uftionibus ad perfectam usque curationem adhibeantur. De pofteriori fequentia leguntur. Loc. cit. c. 52. p. 128. Superiorem affectum fi negligatur, fequitur facile omenti atque inteftini hernia. Cujus curationem fectione aggreditur Paulus. Uftionis tantum meminit ad cobibendum fanguinis effluxum, quem ad membranæ erythoidis fectionem, in ea curatione neceffariam, fequi periculum eft. De hac fufius Albucafes, licet ob ineptam interpretis verfionem obfcurius. Id velle ipfum putamus, ut expurgata ægri alvo atramento locus notetur, in quem usque, inteftinum aut omentum delabatur, femicirculi figura, ad cujus formam conftructum ferramentum fit, oportet, quod inteftino atque omento, in fedem fuam diligenter immiffo, &, ne elabatur, miniftri manu detento, candens admovendum eft, fignato loco atque ita premendum, ut usque ad os pectinis pertingat, in quod, fi primo non pervenerit, fecundo etiam urendum, ut perveniat. Secus enim nihil proficitur.*

(*s*) Singularem cafum, ubi jam feces in fcroto accumulatæ fuere cum tota curatione legimus apud Foreftum *Obferv. & Curat. medicinalium Lib. XXI. Lugd. Bat.* 1596. 8. *p.* 73. *Obf.* 14.

(*t*) Quod caute applicandum, ut fimul bene retineat inteftina & tamen non epiploon & peritonæum nimis premat ob periculofiorem hic phlegmonem Sam. Sharp. *Treatife on the Operations of Surgery.* p. 15.

modo, ac integumenta aliarum herniarum, & folito modo omnes partes auferuntur, usque dum funiculus fpermaticus nudus appareat. Duas tum facit chirurgus ligaturas, hanc fuperiorem, illam inferiorem, ea lege, ut modo tantum fpatii duas ligaturas interfit, ut commode poffit fectio fieri, & pars inter ligaturam nimis brevis non recurrat. Deinde etiam in fuperiori chirurgicus formatur nodus, ne facilius folvatur, in inferiori quidem fimplex, ne operatio prolongetur, tunc amputatur fectione funiculus, & abfciffus tefticulus e fcroto leniter & cito divellitur. Aufertur tandem tantum fcroti, quantum nimium videtur in coalitione ad formandam fcroti naturalis formam. Theoria caftrationis alibi uberius exponitur; cætera autem funt ut in operatione herniæ inguinalis (*u*).

§ LVI.

In valde vicina regione alia herniarum fpecies occurrit fcelocele five hernia cruralis dicta. Oritur fub ligamento Poupartii, ubi vafa cruralia abdomen relinquunt, & extremitates petunt. Ligatura, fi fufficit, eadem ac ceteræ. Sin autem operatio requiratur, dilatatio ad ductum ligamenti Poupartii fiat, præterea nifi neceffario requiritur, faccus herniofus non eft aperiendus ob partium nobilium propinquitatem, fi autem aperitur fumma cum attentione operatio inftituenda eft.

§. LVII.

Abfolutæ nunc effent omnes herniarum fpecies, nifi Celf. Pape (*x*) Phyficus Gottingenfis novæ herniæ fpeciem nobis notam feciffet in Epiftolâ

(*u*) Præter dictam circa operationem hancce adhuc tres notandæ funt : Nimirum punctum aureum a nonnullis adhibetur, Paræi Oper. Chir. *Lib. VII. Cap.* 16. Geigeri *Liber de herniis*. Ubi non abfcinditur tefticulus, fed circa funiculum fpermaticum filum aureum, vel aliud .. non rubigini obnoxium, acus craffitiem habens, ducitur & contorquetur, usque dum adeo angufte illum circumdet, ut modo circulus non turbetur, fed in recidivis non fatis refiftere filum obfervatum eft. Heift. Chir. *P. II. C.* 119. *p.* 744. §. 10. Deinde Little John *Anglus* fingulare, myftejium, regi pro 5000. Lb. Sterling venditum, habuit, adhibuit fcilicet oleum vitrioli, & mediante hoc cauterio potentiali, & inducta efchara curam præcipuam abfolvit, & deinde folitas ligaturas adhibuit. Heift. *loc. cit. p.* 745. §. 11. Houftons *Hiftory of ruptures* Douglas *Syllabus of Chirurgical Operations*. Tandem Sermes *Batavus Ultrajecti* 1726. *Tractatum de lithotomia* edidit, ubi faccum herniofum, externa fectione facta, ligare tantum & filum propendens, ut in gaftroraphia, relinquere, usque dum putredine feparetur, fuadet, quod Schukmann in *Differtatione de Kelotomiæ absque caftratione inftituendæ nova methodo*, *Kiel* 1730. & Freytag *Tiguri* 1721. valde commendarunt; fed aliis hæc methodus adhuc fufpecta eft.

(*x*) Chriftoph. Henric. Papen *Epiftola fiftens ftupendam & nunquam defcriptam herniam dorfalem. Gœtt.* 1750. 4.

ftola *ad* Ill. de Haller. Multa de illa poffent annotari, fi fat clara mihi de hac hernia idea effet: fed quum nondum epiftola Papiana ad manus meas pervenerit, mihi cafus non fatis notus eft, nifi aliquantulum ex relatione Celf. Vogel (*y*) & Diario Hamburgico (*z*). Sufficit interim, poffibilitatem herniarum dorfalium, quæ accuratiorem omnino inquifitionem merentur, patefcere.

§. LVIII.

Licet autem de inteftinis & omento in hernia prolapfis jam fuo dudum loco mentio facta fit, quædam tamen addenda funt. Nam ficuti inteftina & omentum præfcripto modo vel reponuntur, (§. XLV.) vel concreta feparantur, (§. XLVII.) fic aliam adhuc dant indicationem, fi jam putredine affecta funt. Timidi Chirurgi defperatum declarant cafum & fæpe excellentiores quoque manum admovere nolunt (*a*), alii autem partem affectam plane abfcindunt, & fines cum externo vulnere concrefcere faciunt, ut excrementa tunc ibi exeant. Multa adfunt exempla (*b*) ex voto rem fucceffiffe; quare curatio hæc certæ morti omnino præferenda eft (*c*). Imo Cl. Ramdohr *Guelpherbiti* ipfa inteftina concreta, & viam excrementorum priftinam reftituit (*d*). Omenti putrefacti eadem hic ratio eft ac in gaftroraphia.

§. LIX.

Finita curforia herniarum perluftratione, quæftio occurrit de toleratione & dignitate Herniotomorum. Quum ex antecedentibus pateat, quantæ

(*y*) Rud. Aug. Vogels *Medici nifche Bibliothec. II. Stük. n. III. p.* 101. *Erfurt & Lipf.* 1751. 8.

(*z*) Hamb. Magaz. *VIII.* 1750. *V. St. n. III. p.* 524. In relatione Celf. Vogel legitur. *Er fand, dafs es ein würklicher Bruch fey, der über dem groffen Gefäfsmuske!* (mufculus gluteus maximus) *rechter Seits in der Gegend des heiligen Beins mit einem faft elliptifchen Zirkel feinen Anfang nahm.* In altera autem. *Nachdem man die Gedärme beyfeite gethan, hat man an der rechten Seite nahe an der Oefnung des Maftdarms am Hintern, und hart an der Seite des Schwantzbeines ein länglichtes, und nach dem heiligen Bein aufwärts gehendes Loch gefehen, wodurch man die Finger in dem auffer dem Körper abhangenden Sak fehr leicht bringen konte, bis end'ich derfelbe durch die eben befchriebene länglichte Höle, und unter dem ligamento ifchiatico facro aus dem Bekken gieng.*

(*a*) Ill. Ravius *tefte* Ill. Heift. *in* Chirurg. p. 733.

(*b*) Heift. Chirurg. *P. II. C.* 117. *p.* 733. §. 10. H'ft. Acad. Reg. Scient. *ao* 1701. *p.* 372. *edit. Amfterd.* Chefelden Anatom. *ed III. p.* 169.

(*c*) Melius enim eft tefte Celfo anceps quam nullum experiri remedium.

(*d*) Loc. cit. Heift. 5. Mœbii Differt. *defcribens varias obfervationes chirurgicas & anatomicas.*

quantæ durationis curatio Herniarum per Celotomiam fit, & cum vagus Herniotomus vel illi non ſemper intereſſe, & neceſſaria curare poſſit, vel ingens pretium pro opera ſua poſcat, patet quoque, in utroque caſu illum ſuperfluum eſſe, & ſimul exinde concluditur, omnem rationalem chirurgum, qui hæc perſpecta habet, ejusmodi vitæ genus non eſſe electurum (*e*).

§. LX.

Nondum relinquere poſſem ipſas hernias & ad alia vitia tranſire, ſi cum illis ſentirem, qui prolapſus omnium viſcerum, lienis, veſicæ urinariæ & uteri ad herniarum claſſem reducere ſolent. Ipſe Ruyſchius hujus ſententiæ defenſor fuiſſe videtur (*f*), & alii etiam haud parvæ auctoritatis viri eidem addicti fuerunt. Sed cum plurimi herniam ita definiant, ut nihil niſi dilatatio ſive ruptura peritonæi, & contenta vel omentum vel viſcera præſupponantur, ubi etiam nos (§. XXXIX. XL.) determinavimus, illas potius inter prolapſus ſtricte ſic dictos ſive procidentias eſſe referendas arbitror. Idem etiam fecit Ill. de Gorter (*g*) & jam Gœlike (*h*), qui ſimul non negligendum momentum diſcuſſit, nimirum an hernia, ubi pars quoque meſenterii prolapſa eſt, meſaraica appellanda, & ut ſeparata ſpecies conſideranda eſſet. Hæc igitur ſuo convenienti loco non prætenibimus.

§. LXI.

Expoſitis præcipuis, ad ipſarum herniarum differentiam, originem, naturam, & curationem ſpectantibus, neceſſe adhuc erit, ut ſymptomatum complicatorum, & inde naſcentium novorum morborum mentio fiat. Primo ſe colica & paſſio iliaca offerunt. Nihil inopinati hic occurrit. Nam ſi partes inteſtinorum externis injuriis expoſitæ ſunt nihil certius exſpectandum eſt, quam ſpasmodicæ earum contractiones, inflammationes,

(*e*) Ex multis recentiorum vide Illuſtr. Hebeinſtr. Anthrop. Forenſ. *Sect. I. C. III. p.* 111. §. 5. & in loco de herniis Andr. Ottomari Gœlicke Diſſ. *de hernia femorali, Frf. cis Viadr.* 1740. *p.* 23. 237. ubi plane non laudandum puto Chalmethei miram ſententiam, qui ipſe medicus & magnus chirurgus contraria ſentit vid. Chalmethei Enchiridion Chirurgicum *Lugduni* 1588. 12. *Lib. I. p.* 224. ubi ſequentia de chirurgica herniarum curatione leguntur. *Chirurgiam peritus Chirurgus relinquet empiricis*, paradoxa ſane & in ejus modi viri ore inopinata ſententia.

(*f*) Ruyſchii *Obſ. Chir.*

(*g*) Gort. Prax. Med. Syſt. *T. I. C. VI.* Tab. Anal. Morb. *Lib. I. Tit. V. n.* 50. 51.

(*h*) Andr. Ottom. Gœlicke *in Diſſert. de Hern. fem.* p. 9. §. 14.

nes, & dolores, nunc colici, nunc iliaci (*i*). His jungendas puto mesenterii & omenti inflammationes & spafmodicas affectiones quæ eodem modo excitantur. Addi etiam poffunt agrypnia, anxietates, ardores febriles & alia fymptomata, quæ valde variant. Nonnulli in mulieribus fterilitatem quoque huc referunt, quod tamen falfum effe, nunc fere omnes confentiunt (*k*).

§. LXII.

Nondum morbofi peritonæi fitus, qui mali ominis funt dictis diverfis herniarum fpeciebus abfolvuntur, fed plures adhuc poffibiles funt, nunc a dilatatione nunc a conftrictione oriundi. Dilatationis vitia igitur primo confiderabo, quia de nonnullis illorum jam fermo fuit. Erroneam ergo puto fententiam, fi omnis & fingula peritonæi dilatatio herniam produ-cere putatur. Vis enim, five interna, five externa, ut jam (§. XLI. XLII.) expofui, requiritur, fi fimul vel umbilicus, vel linea alba, vel alia pars extendi debet. Si autem hæc deeft, & mera interioris peritonæi laminæ dilatatio fit, verfus inferiora in plicas dilabitur, aut fi mavis facculos quafi format, qui inteftinis neceffario incumbunt. Notum autem eft, motus periftaltici & refpirationis ope inteftina femper in motu effe, hinc facillime fieri poteft, ut longior talis plica inter quasdam inteftinorum curvaturas incedat. Fit igitur frictio continuatis his motibus, faccus peritonæi magis femper magisque preffus angufta-tur ac trahitur, & neceffario igitur inflammatio oritur. Neceffariæ hæ funt confequentiæ, & ex paragrapho præcedenti patet, fic colicam, iliacam paffionem, inflammationem omenti, mefenterii & peritonæi oriri poffe, & eandem ideo curationis methodum effe fervandam.

§. LXIII.

Quæ dicta fuerunt, concernunt fequelas dilatationis illarum peritonæi partium, quæ non inteftina inveftiunt, fed nunc ad ipfas tunicas pro-gredior. Scimus, ubi mefenterium ad inveftiendas partes abit, fimul illud vifceribus adnafci, & multum inde firmitatem vifcerum pendere, ut ligamenta & connexiones uberrime docent. Si hæ autem dilatantur, mox vacillant vifcera, nec in fitu permanent, & magnæ tunc motuum turbæ oriuntur. Nam fic comparata eft hæc titubatio, ut alias partes ex

(*i*) Vid. Foreft. Obferv. & Curat. Med. *Lib. XXI. p.* 110. *Obf. XX. p.* 115. *Obf. XXI. pag.* 76. *Obf. XXII.*

(*k*) Ex multis vid. Joan. Junk. Confpect. Chirurg. *tam med. quam inftrumental. Hal.* 1731. 4. *Tab. XXIX. p.* 193. 8.

ex ſitu ſuo moveat atque duplex ſemper vitium inducat. Siquidem ſecretio viſcerum vacillantium nunc augetur, nunc minuitur, ſi enim minor eſt, tranſitus fluidorum acceleratur & leniter promovetur, ſi vero major impetus adeſt, nimia fit accumulatio & obſtructio. Ita quoque in ventriculo concoctio augebitur, major imo morboſus appetitus generari poteſt. In inteſtinis motus periſtalticus augebitur, imo interdum illa compreſſa, vel in alia parte magis propendentia in hac vel illa inteſtini portione obſtructioni, a fecibus oriundæ, imo anguſtationi, ſive leniori invaginationi quanta pro ſtructura & ſitu partium fieri poteſt, (vid. infra) anſam præbent: incontinentia urinæ, anguſtatio urethreris, inde ſuppreſſio urinæ, ſequuntur, & ſeminis excretio nimia vel intumeſcentia veſicularum ſeminalium produci poteſt. Addo mirum in fœminis effectum: Dilatantur nimirum alæ veſpertilionum, ovaria vacillant, & magis elongantur a tubis Fallopianis & hæ itaque in congreſſu illa amplecti nequeunt: hinc vera inde ſterilitatis cauſa oritur, quod de herniis affirmari non poterat. Sic Apepſia quoque, dyſpepſia, bulimus, colica, iliaca paſſio, volvulus, obſtructio, malum hypochondriacum, icterus, hepatitis, diabetes, ſtranguria, gonorrhæa benigna, ſterilitas, aliaque inde ortum trahere poſſunt. Tanti dilatationis ſingularum peritonæi partium effectus eſſe poſſunt. Cum autem §. XLI. coll. §. XLII. diverſas dilatati peritonæi cauſas & indicationes hinc orientes jam adduximus, ſufficiat ad illa, & quæ e tractatione ſpeciali horum morborum ſunt depromenda, provocaſſe. In opere quidem ſpeciali hanc electionem ſemper ſuo loco ſeparatim ſiſtere utiliſſimum foret, ſed hic conſtituti limites ſunt obſervandi.

§. LXIV.

Contraria plane affectio eſt ſtrictura earum partium, ſed iidem fere, licet alio modo producti, effectus erunt. Paradoxa hæc veritas mox patebit. Non augetur enim contractio a propendentibus partibus, ut in præcedenti caſu (§. LXIII.) ſed ab ipſa ſtrictura tunicarum. Sic in ventriculo augetur digeſtio, in inteſtinis anguſtatur canalis, in hepate, ſi minor ſtrictura eſt, largior ſecretio, ſi major, parcior erit, inde obſtructio, & idem in aliis viſceribus ſequitur. Erunt igitur iidem morbi, ſed contraria plane curatio. Teſticuli denique verſus inferiora trahi poſſunt, inde major laſcivia, (vid. infr.) imo interdum quoque gonorrhæa benigna, (ibid.) & in fœminis ovaria aliorſum poſſunt trahi ita, ut ab amplectentibus tubis nimis quoque ſint remota, inde ſterilitas, imo, ſi totum peritonæum arctius conſtringitur, in reſpiratione, præſertim inſpiratione turbæ oriuntur, & in exſpiratione quoque imprimis ſi diaphragma magis verſus inferiora trahitur, & ſic ejus actio ſemper inter-

interrumpitur. Cum autem in praecedentibus plane nihil de ſtrictura peritonaei dictum ſit; hic aliqua ſunt addenda.

§. LXV.

Strictura haec omnino ſemper ſpasmodici generis eſt, & easdem varias agnoſcit cauſas. Omnium autem primaria eſt materia acris in vaſculis illius haerens; hac quippe abſente, vel ſaltem conſenſualis five ſymptomatica exiſtit, vel irritatio extraordinaria, externa ſupponenda eſt. Cura interdum duplex fit: Si enim adeo vehementibus doloribus hic affectus ſtipatus eſt, ut majus periculum inde timendum ſit, palliativa iſta non praetereunda eſt, & tunc externe conducunt epithemata, fomenta, clyſteres, balnea ex radice Altheae, Lil. alb. HB. & Fl. Chamomill. vulg. meliloti, malvae, Altheae, Sambuci, caricis pinguibus, Ungu. Dialtheae, empl. de ſpermate Ceti &c. Vera interna cura autem inſtituitur diſcutientibus, reſolventibus, temperantibus, Ⓣtroſis, imo interdum acidulis pro ratione acrimoniae, nec non demulcentibus, abſtergentibus, caute adhibitis ſtrictius ſic dictis paregoricis anodynis opiatis, tandemque roborantibus nervinis, quia cauſa obſtructionum, ſpaſmum producentium, atonia eſt (*).

LIGAMENTA SUPERIORIS ABDOMINIS.

§. LXVI.

Quamvis autem haec generaliter de vitiis alieni ſitus, ex ſpaſmo, vel relaxatione peritonaei oriundis, ſufficere poſſent, primo tamen duae partes in ſuperiori abdomine ſpecialiorem adhuc requirunt annotationem, nempe ligamenta hepatis & ventriculi; nec non lienis. Ligamenta lienis, licet his vitiis affecta ſint, praeter dictam in praeparando ſanguine nocivam varietatem, ob minus hujus viſceris in ſtatu naturali pondus, non multum damni partibus adjacentibus adferunt, niſi ſtrictura ad eam directionem fit, ut aorta comprimatur, quod autem rarius accidit & illis ſtipatur ſymptomatibus, quae mox de hoc ventriculi errore recenſebo. Plura in loco de ligamentis medii abdominis adnotanda erunt. Circa ligamenta autem hepatis nonnulli in errore quodam verſantur, quem antea refutare omnino noſtrum eſt. De ſtrictura nihil addam, niſi jam prolata, ſed de relaxatione, quae interdum illis falſo tribuitur, ſequentia

(*) Vid. Jo. Frid. Cartheuſer Diſſ. *de variis ſpaſmorum cauſis & remediis. Frf. ad Viedr.* 1753.

tia obfervanda funt. Fit enim in efurientibus, fi ventriculum & inteftina nullis contentis repleta habent, ut in fuperiori media & laterali dextra abdominis parte tenfio quædam fentiatur. Hanc multi a ventriculo produci credunt; fed quomodo vacuus ventriculus diaphragma magis verfus inferiora trahere poteft, quam repletus? Error fane mox patet, & alii igitur hanc tenfionem folum modo coincidentem cum vacuo inteftinorum ftatu putarunt, & veram caufam nullam aliam effe affirmarunt, quam laxitatem ligamentorum hepatis. Dum enim laxiora hæc ligamenta hepar non amplius fuftinere poffunt, quod tamen pro eorum fententia dictorum ligamentorum officium eft; hepar pro gravitate fua diaphragma poft fe trahit, & inde ille dolor oritur. Tria enim magnum latum, falfo fufpenforium dictum, & duo lateralia, alterum dextrum, alterum finiftrum jure faltem ligamenta nominari poffunt (*), & ex eorum tenui ftructura clare patet, illa fuftinendo tanto vifceri minime fola fufficere (**), fed hepar re vera canale inteftinorum fimul fuftineri, qui vel modice repletus huic officio fatisfacere poteft: Quare fi plane vacuus eft, hepati prementi amplius refiftere non poteft, & illud magis ideo ligamenta & diaphragma trahit. Cedunt igitur ligamenta ponderi trahentis hepatis, eodemque in ftatu fano, jam fuffulto, tantum impediunt, quominus ad latera vel oblique moveatur, qui ufus magnitudini & robori ligamentorum omnino magis conveniens eft, quam adfcriptum munus fuftinendi totam molem vifceris. Tolli igitur hic affectus non poteft, nifi affumtione ciborum. Id autem verum manet fi nimis longa ligamenta hepatis effent, & magis inferius annexa ad fuperiores partes fæpius hoc incommodum fenfibile fore.

§. LXVII.

Progredior ad ligamentum ventriculi. Quamprimum enim peritonæum ad illum locum diaphragmatis pervenit, ubi œfophagus abdomen intrat, fimul illi adhæret, & non folum fub tunicæ forma cum illo defcendit, fed etiam in triangulare ligamentum, cujus bafis ad peripheriam cardiæ & partem quandam arcus minoris ventriculi defcendit, apex autem ad tranfitum pharyngis per feptum transverfum eft alterum latus marginale œfophago adhæret, alterum libere, licet interdum ftrictum fit (vid. infr.) pendet, & audit ligamentum gaftro-phrenicum, ex quo poftea ad latera

(*) Cætera enim & omnibus recentioribus accuratis anatomicis jure negantur ut. vid. Herm. Boerhaav. Præl. Acad. ed. *Alb. Hall. Vol. III. Gœtt.* 1741. 8. pag. 119.

(**) Cujus pondus in animalibus fexta pars totius five ut 500. ad 3000. vid. Boerhaav. Præl. *loc. cit.* p. 110.

latera & antrorſum ac retrorſum in tunicam externam ventriculi finitur. Ligamentum hoc, in regione dicta ſitum, nullum plane in ventriculo vacuo uſum habet, ubi ille inteſtinis placide incumbit, nec ullo ligamento opus habet. Nec hoc quoque ligamentum vacillationes ligamentorum hepatis notabiliter impedit, quoniam ventriculus in utroque fine adnatum eſt. Demonſtratur autem in phyſiologia & probatur experientia ſecantium, in homine poſt paſtum, marginem, ante paſtum inferiorem, anteriorem, & ſuperiorem poſteriorem fieri. Nec deſunt cauſæ, cur hæc lex illi præſcripta ſit, quarum videtur primaria, ne aorta comprimatur, cujus libera actio tunc temporis maxime requiritur (*). Multa autem impedimenta eſſent circa finem hujus motus & in conſervando ac lente variando hoc ventriculi ſitu, ſi iterum ſenſim evacuatur, niſi adeſſet ligamentum gaſtrophrenicum. Jucundum foret, ſi nimis ampla theoria ac ſpatii ratio hic permitterent, hoc munus illius quoad modum ex ſitu ligamenti gaſtrophrenici demonſtrare. Sed, paucis hoc loco monuiſſe ſufficiat, nullum alium uſum hoc ligamentum præſtare, quam ut plenum ventriculum in magis horizontali ſitu conſervet. Simul corollarii loco concludere poſſumus, abſonum imo incommodum, indeque temporis tractu noxium eſſe, ſi vacuus ventriculus ſemper hunc ſitum teneret. Ergo vitia ventriculi ſæpe a ſpaſmo vel laxitate hujus ligamenti pendere poſſunt, quod tunc omnino ſitu peccat. Aſt etiam in ipſa adhæſione ita variare poteſt, ut eadem incommoda producat, cum eandem teneat directionem, ac ſi ſpaſmus, vel relaxatio primæ cauſæ fuiſſent.

§. LXVIII.

Magnus hujus ligamenti ſpaſmus efficit, ut ventriculus vacuus eum ſitum ſortiatur, qui alias non niſi pleno convenit, repletus autem, accedentibus cauſis iisdem, ea, quæ alias ventriculum levant, adhuc magis verſus ſuperiora trahat. Hinc plenum horizontale aſcendens egreditur, fundus ſitum, arcu minori elevatiorem, adquirit, & inde cardialgiis, anxietatibus præcordialibus, conatibus vomendi, lipothymiis, perturbationibus poſt paſtum anſa datur, imo fieri poteſt, ut nondum præparatus chymus in duodenum intret, chylificationem depravatam reddat, imo tandem cœliacam gignere poſſit. Rationes in promptu ſunt. Fundo elevatiori exiſtente, pondus aſſumtorum verſus inferiorem arcus minoris parietem premit, cardiam onerat, & oſtium pylori gravat. Sic

(*) Vid. Herm. Boerh. Præl. Acad. *ed.* Alb. Hall. Vol. 4. *Gœtt.* 1743. 8. p. 515. 516. 517. ubi fuſe demonſtratur, falſam eſſe theoriam, quæ docet, in ſtatu ſano aortam a ventriculo pleno vel leniter quidem premi poſſe.

Sic adhuc magis verſus inferiora deſcendit, omnes illæ cauſæ graviores fiunt, & diaphragma vel in ipſo loco, ubi cum corde ſive ejus pericardio connectitur, afficitur. Poſitis autem his ſepti tranſverſi & orificiorum ventriculi irritationibus, a quibus ipſe non immunis eſt, omnino effectus enumerati ponuntur. Iidem autem morbi ſe exſerent, ſi ſitus ligamenti jam natura ſua ita peccat, ut nimis longum & latum deſcendat, vel largiorem ad diaphragma adhæſionem habeat, ubi nimia vis in trahendo ventriculo exſeritur, ſic ut affectus, quos nominavimus, pro majori ſitus errore majoris momenti ſint. Videre eſt ex paragrapho antecedente, idem fieri, ſi ligamentum adeo inſertum eſt, ut brevius ſit, vel analogice variet, & eo modo ventriculum quo in ſpaſmodicis affectibus trahit.

§. LXIX.

Indicationes, in curatione formandæ, vel utrique vitio, vel ſaltem alteri eorum ſatisfaciunt. Quando ſpaſmus nimius eſt, ante ipſam medelam parca & tenuis ægro commendanda eſt diæta, quæ eo inprimis redit, ut a cibis, qui cruditates relinquunt, vel longam, antequam ſolvantur, moram in ventriculo requirunt, vel, quod his commune eſt, gravitate in ventriculo moleſti fieri poſſunt, plane abſtineat. Præterea ſitum corporis horizontalem poſt paſtum, ut inter dormiendum &c. fit, evitare, & leniter ſe movere debet. Patet, utriuſque generis ægrotantibus hoc eſſe præſcribendum. Cura ſpaſmi autem eadem, quam in omni alio caſu therapia docet, erit. Hæc in altero caſu plane negligenda, nec niſi priori palliativa huic malo occurri poteſt. Cognoſcitur poſterior, ſi abſque ullo dolore, & abſque ullo in aſſumtis vitio, a teneris jam annis incommoda enumerata obſervata diæta, nullus dolor & affectus hujus generis ſentitur.

§. LXX.

Aliter de relaxatione & longiori ac ampliori ligamenti habitu ſentiendum eſt. Tunc enim ventriculus non plane horizontalem occupat ſitum, premit aortam arteriam, & in lienem, colon, & inteſtina pendulus magis, vim quandam exſerit. Inde longior ciborum in ventriculo mora oritur, cruditates acidæ, ac putridæ generantur, poſt paſtum torpor, ob impeditum circulum difficilior, & incompleta concoctio fit, in liene obſtructionibus via paratur, in colo flatibus generandis, aut generatis incarcerandis anſa datur. Colica, affectiones lienis, ventriculi morbi erunt timendi. Idem de monſtroſo ſitu monendum eſt.

§. LXXI.

§. LXXI.

Relaxationi occurritur ſecundum dogmata therapiæ, in omnibus illius generis caſibus præſcripta; aſt monſtroſum ſitum tollere non poſſumus. Diæta tenuis ſecundum eaſdem cautelas, quas in §. LXIII. enumeravimus, ſervanda eſt. E contrario autem commendandus ſitus poſt paſtum horizontalis, & meridianus ſomnus imprimis, ſi ita fit, ut dormiturus potius in latus ſiniſtrum incumbat, quo aortæ circulus liberior ſit, quæ in priori caſu recitata erant, nec nobis *Salernitanum* iſtud, *ſomnum fuge* (*a*) *meridianum*, contrarium erit, cum etiam in aliis caſibus a doctis & peritis viris neglectum ſit.

HEPAR.

§. LXXII.

Abſolutis, quæ circa ſuperioris abdominis ligamenta annotanda erant, nunc ad ipſa viſcera progrediar, quæ pro ſitus ordine ſequuntur, antequam medii abdominis ligamenta adire poſſumus. Offerunt autem ſeſe nobis hepar, lien, omentum, meſenterium, ventriculus, duodenum, ductus biliferi & pancreas, quæ ad ſuperiorem abdominis partem jure referuntur, licet aliquæ illorum partes jam medium, imo imum abdomen intrent. Sic meſenterii contemplatio neceſſario præmittitur ob quædam illi communia vitia, ſine quorum contemplatione de inteſtinorum vitiis non niſi inſufficienter & obſcure loqui poſſemus. Idem de omento & duodeno affirmo, uti uberius de ſingulis ex ſequenti peculiari tractatione patebit, de cæteris autem nemo dubitabit ad ſuperius abdomen eſſe referenda. Sequitur ergo hepatis conſideratio.

§. LXXIII.

Hepar, maximum tam abdominis, quam pro ſuperficierum extenſione totius C. H. viſcus in naturali ſuo ſtatu ſequentem obtinere ſitum obſervamus. Aſcendit ex intimis & poſterioribus ſuperioris abdominis partibus, & primum quidem ex hypochondrio ſiniſtro in latam, craſſam & longam molem, quæ lobus magnus dexter dicitur. Convexe

 ad

(*a*) Aſt alio loco jam paulo lenius eadem *Schola* ſentit, *ſit Brevis aut* nullus *tibi ſomnus, meridianus*, & imprimis noſtris ægrotantibus febris, cephalalgia, catharrus, branchus & coryza inde non provenient ut Commentator *Arnoldus Villanovanus* pro filo textus ſui demonſtrare annititur. Vid. *Med. Salernit ſ. cum exege. Arnoldi per curionem Frf.* 1612. 12.

ad glabram peritonæo investitam diaphragmatis partem continuatur, & ad costarum peripheriam in acutum marginem finitur. Interne autem, sive ut accuratius pro stantis hominis situ loquar, in inferiori superficie concavum format planum, quod irregularibus quibusdam impressionibus, imprimis fabiformi, a dextro rene, pyriforme, a cystide, & cylindriformibus, a ductibus biliferis acceptis in eundem marginem exit. In hoc situ dexter hepatis lobus connexiones per ligamentum medium suspensorium, dextrum & sinistrum triangulare, coronarium & degeneratum urachum accipit, quorum alia verum ligamentorum usum præstant, (§. LXVI.) alia modo adhæsioni inserviunt, alia, ut urachus, nullius plane usus sunt in adulto, de quibus scitu necessaria superius jam dicta sunt (*b*). Disposito sic dextro lobo, superior convexa superficies sub expanso ligamento suspensorio, sive medio, per epigastrium, & cardiam usque in dextrum sinistri hypochondrii initium continuatur & superior lobi minoris sive sinistri superficies formatur, quæ quoque in omni sua regione convexa est, si illam communem fossam, quæ pro excipienda spina dorsi excavatur, excipias, quæ tandem in similem acutum marginem abit. Inferius res aliter se habet. Formatur insignior cavitas, & posterius ac anterius duo minores lobi adduntur. In posteriori regione lobulus hepatis nominatus, eminet, qui basin totam ac apicem acutam, quam aurigam, ut illam aram veteres nominarunt, format (*c*). Magis anterius innominatus sive pro figura quadratus appellatus lobulus situs est. Ad horum lobulorum latera tres excavantur sinus. Deinde inæquali imprimis autem concava superficie sinister hepatis lobus super ventriculi partem continuatur, ubi in sinistro hypochondrio, ut supra dictum est, finitur. Hæc de naturali situ hepatis sufficiant.

§. LXXIV.

Adeo magnum & tam late extensum viscus diversis modis aberrare posse, extra omnem dubitationis aleam positum est, sed simul patet, tantos errores aliquam attentionem mereri. Primo magnus adjacentium & connectentium partium numerus statim suspicionem excitat, facillime hepar cum nonnullis earum coalescere posse, & re vera legimus sæpius id accidisse (*d*). Ejusmodi autem concretio duplici malo originem præ-

(*b*) Ubi quoque legi merentur *Winsl. expos. anat. Amst.* 1752. 8. *Tom. III. Le Foye p.* 371. *n.* 267. & *Joh. Henr. Kramer Diss. de singularibus hepatis humani. Francof.* 1736. *p.* 11. §. *VIII.*

(*c*) Ab aliis veterum lobuli hujus eminentiæ communi nomine portæ vocantur.

(*d*) Insigne hujus vitii exemplum dabo ex *Schenck. Obs. Lib. III. Obs.* 59. *p.* 582. *Post mortem apertus fuit præsentibus* - - *Hepatis majoris lobi dextri forte sexta pars in*

præbet: Hepar enim & pars altera concreta ſimul alterantur. In ipſo hepatis viſcere neceſſario obſtructio quædam oritur, quæ vel in ſcirrhum, vel in inflammationem, quæ tandem in gangrænam & ſphacelum ſive in ulcus abire poteſt, mutatur (*e*), Funeſtus fatis caſus, ſi gangræna ſuperveniet, ſed an jucundius, ſi ulceroſo viſcere corpus oneratur? unicuique enim notum eſt, viſcera exulcerata febrim lentam & hecticam generare. Alia morbi facies eſt, ſi ſcirrhus producitur. Invenimus enim, ut ex caſu allato patet, interdum cartilaginoſam fieri hanc partem, ſic enim ſpes adhuc adeſt minorum vaſorum oſcula & anaſtomoſes ad finem cartilaginoſæ ſubſtantiæ hoc temporis tractu adeo eſſe dilatata, ut circulus & ſecretio libera maneat, nec obſtructionis ulterior progreſſus metuendus ſit. Interim cave, ne putes, hoc naturæ beneficium ſemper idem fore. Si autem genuinus generatur ſcirrhus, omnia illa ſymptomata, & peſſimum imprimis carcinoma, imminent, & eadem tunc formantur indicationes; quod quoque de ulcere & inflammatione

ipſo erat ventriculo, ita, ut ſuperior & exterior ventriculi pars hepati extrinſecus eſſet adnata: ſic etiam inferior & poſterior ventriculi pars, quæ dorſum ſpectat, ipſi hepati accreverat, ita ut hepatis ea pars ad latitudinem duorum circiter digitorum in ipſo ventriculo eſſet, & a duabus ventriculi partibus contineretur. Accidit anno 1585. Novembr. Menſe. Credo ego naturalem fuiſſe illam accretionem & in utero materno acquiſitam. Mater enim ipſius, dum utero geſtaret, corpore ſemper inclinato ſedet netricis munere fungens D. D. Caſpar Bauhinus de Obſerv. propt. cum quæ poſteriori annotatione conveniunt quæ §. XV. dixi. Alio loco p. 748. *Obſ.* Jecur peritonæo adnatum refert. *Columbus lib.* 15. *Anat.*

(*e*) Ubi tamen ut beneficium naturæ obſervatur rarius inflammationem & inde provenientes morbos in hepate licet interdum, accidere, v. *Hoffmann. Diſſ. de hepatis inflammatione vera rariſſima ſpuria frequentiſſima. Stahlii Diſſ. de Vena portæ. Paræi Chirurg. L. X. c.* 12. *Meibomii Diſſ. de natura abſceſſuum internorum. Bianchi Tr. de hiſtoria hepatis p.* 14. *Behrens in Act. Wratisl. tent. XXX.* p. 430. inprimis in affirmantem partem notentur. *Foreſt.* Lib. XIX. M. N. C. Dec II. obſ. 11. *Coiteri Obſerv. anat. chir. Hoffmann Med. Syſtem. Tom. IV. S. II. Cap. VII. Obſ. I.* Quum adeo varie de his apoſtematibus ſentiant autores, mirum eſt veteres longe accuratius jam de hepatis apoſtematibus diſſeruiſſe, ubi non poſſum non locum ex *Arabe* dare, qui dicta mea, pro hujus gentis dicendi ratione, egregie illuſtrat. *Practi. Jo. Serap. neceſſarium ac perutile opus medicinæ practicæ profundiſſimi & antiquiſſimi Arabis Dni. Johannis Filii Serapionis &c.* 1530. *Venet. fol. Tract.* 1111. p. 27. b. Cap. 11. *Iſta & accidentia ſunt communia apoſtematibus quæ fiunt in gibboſitate hepatis: quum apoſtemata quæ fiunt in concavitate ipſius: quum dolor ſit in eis fortior apud anhelitum: & excitat tuſſim plus & extenditur dolor in eis uſque ad furculam dextram plus donec quaſi extrahatur exterius. Et apoſtemata quæ fiunt in concavitate hepatis diverſa fiunt ab illis quæ ſunt in gibboſitate hepatis per deſtructionem appetitus & per nauſeam & vomitum cholere & vehementiam ſitus, & adveniunt hujus accidentia quæ diximus ei in cujus hepate eſt almeſſire cum ſl. vehementis caliditatis intenſiva: & ſiti vehementi.*

matione dictum esse volo (*f*). Dolendum est, hoc vitium non prius observari, quam si ad eum gradum pervenit, ut insignia inde sentiantur incommoda, & radicalis hujus affectus cura nec chirurgice nec pharmaceutice suscipi queat (*g*). Alterum vitiorum genus, quod partibus cum hepate concretis accidit suo semper loco enumerabitur.

§. LXXV.

Maxime praecedenti analogum vitium est excedens hepatis magnitudo (§. X. XI.), quae necessario adjacentes partes expellit, ac comprimit (§. XI.). Versus superiora sive ad thoracem major esse potest, si simul posterior accretio, quae falso sub ligamenti nomine venire solet, simul continuatur, & Diaphragma vel premitur, vel quoque, sive mox initio sive temporis tractu, concrescit. Necessario cavum thoracis imminuitur, & pravae metuendae sunt consequentiae. Respiratio, & circulus omnino turbatur, & neminem fugit, quanta inde proveniant incommoda. Hic morbosus status unicus fere est, qui ex hac anomalia derivandus esset, si statim sub formatione foetus adfuerit, cum jam adjacentes partes v. g. pulmones, propter constitutos ab excedente hepate terminos, vel minores remanserint, vel iterum alias partes in situ suo turbaverint. Alius autem status est, si in formato homine hoc viscus morbose crescit: Comprimit enim tunc simul pulmonem, & stasin, inflammationem, obstructionem, peripneumoniam, pleuritidem, diabrosin, Diaphaeresin, & haemoptysin producit. Sed quomodo occurrendum? Difficillima sane quaestio! Compressio semper eadem est, imo forsitan major fit, & nullo tamen modo neque magnitudo neque ac-crementum

(*f*) Alium adhuc ex ejusmodi vitio Smetius defectum derivare vult, quem autem nec possibilem esse, nec exinde provenire posse autumo. *Henr. Smet a Leda, Miscellanea medica*, *Frf.* 1611. 8. *Lib.* X. p. 540. *A.* 8. *Hepatis ille lobus, qui ventriculum supra integit [extremitate sua (dictu mirum visuque insolens) supremae lienis regioni erat annexus, non equidem membrana aliqua, sed epiphysi tres digitos lata, & scriptoriae pennae crassitudine, vere adnatus apparuit, per quam lienem multum purioris alimenti transsumpsisse credibile est: ut in hoc corpore rubicundo potius quam livescente colore praeditus esse conspiceretur.* Quam quidem alimenti transsumtionem falso suppositam puto, & forsitan (licet ob defectum caeterarum circumstantiarum non certe concludi possit) inflammatorius adfuit affectus, quod e dicto rubro colore verisimile fit.

(*g*) Vid. *Carol. August. a Bergen Diss. de Coalitu viscerum.* §. XIX. p. 26. ubi inprimis ex §. XX. p. 27. sequentia, notatu digna puto. *Reliquae vero concretionum causae* (§. 11 - 17.) *quoniam extra potestatem medici sitae* (§. 19.) *sunt, efficiunt pariter, quo minus medicus, siquidem de concretione cujusdam visceris quodammodo certus est, ex voto opem & medelam afferre queat. Non tamen adeo tota haec pathologica consideratio sua in praxi utilitate, praeprimis quoad prognosim morborum & symptomatum differentiam, destitui plane dicenda est, dummodo practicus veros hujus effectus a falsis, & apparentibus bene distinguat*, &c.

crementum vifceris tolli aut impediri poteft. Defperatus videtur ftatus, nec unquam aliquid præftabit medicus, quam ut fymptomata mitiget, inflammationi &c. occurrat, & reliqua a tempore exfpectet, ubi diæteticæ regulæ, circa omne, quod phlogofes producit, ftrictiffimæ erunt. Alia auxilia mihi non occurrunt. Interim cum in omni defperato cafu aliquid tentandum fit, quæritur, anne fequens palliativum remedium tentandum fit? Sit homo ftans erectus in corpore nudus ante paftum, fi inteftina vacua funt (g), tunc hepar ob gravitatem & defectum fuftentationis, ab inteftinis exfpectandæ (§. LXVI.), magis verfus inferiora defcendet. Si præfens medicus ex fenfu admotæ manus, & ex relatione ægroti, qui ad meliorem perfcrutationem pro medici ordinatione refpirationem nunc augeat, nunc minuat, certior effe credit, thoracem, quantum fieri poteft, effe liberam, fafciam, quam fequenti modo conftitutam effe, & applicari debere puto, adhibeat. Habeat circiter duorum digitorum latitudinem, in fuperiori autem parte externe applicata fit lamina plumbea, quæ, ut ipfe fafciæ margo, ad figuram marginum coftarum accommodata effe debet, & fpatium a dextro latere fpinæ dorfalis ufque fub cartilagine Xyphoide pro menfura longitudinis habeat: cæterum autem fafcia illius longitudinis fit, ut totum corpus plus una vice circumdare poffit. Applicatio hæc fit: Medicus utramque manum, & anterius & pofterius, fub margine coftarum verarum ponat, & leniter premat, verfufque inferiora nonnullis vicibus trahat (*herunter ftreichen*), deinde eodem modo alius ad margines manus fuas, remotis pedetentim medici manibus, ponat, fed non amplius moveat. Tunc applicetur dictæ fafciæ illa pars, quæ externe lamina plumbea inftructa eft in partibus, quas enumeravi: Appofitam tunc leniter premat & fuftineat adftans, ut reliqua ligatura rite fieri poffit. Non fufficit enim, iftam applicaffe fafciam circa corpus movendo, fed, quia ob elevationem coftarum alterius lateris ad finem cartilaginis enfiformis nullam haberet fuftentationem, nec tam arcte igitur applicari poffet, quam requiritur, fed potius relictis, hinc inde fpatiis, nullius effet ufus, fimul quoque fafcia fcapularis adhibenda eft, cujus pars bifurcata anterior fit, & uterque finis ad utrumque latus exeuntis cartilaginis Xyphoidis, altera pars pofterior fcapularis fafciæ, in fpinæ regione, noftræ fafciæ annectatur. Reftans longior hujus pars fine habita marginum coftarum ratione fuper hypochondria leniter circumducatur ad modum fafciæ circularis abdominalis, magis tamen verfus fuperiora, ne hepar iterum furfum

(g) Quem in ufum forfitan proderit, ut vel tempus prandii aliquantum procraftinet, quo eo certius inteftina vacua fint: imo exfpectare utile foret, ufque dum iftum moleftum fenfum haberet, qui a gravitate verfus inferiora pendentis & trahentis hepatis oritur, quod fignum effet, thoracem effe liberatum. Credo fimul tunc ad tempus fymptomata in thorace leniora fore.

furfum prematur, Sic medico tempus procuratur; ut vitiis thoracis occurrere poffit, & nifi hepar, quoque in fitu pedetentim mutetur, hæc fafcia femper ad ammatis modum portanda effet. Aufus fum, has meas cogitationes proponere, licet nondum propter experientiæ defectum aliquid certi de effectus magnitudine addere poffim; credo interim, a priori nullam in dicta curatione contradictionem monftrari poffe, & illam in eo faltem cafu tentandam effe arbitror, ubi gravior fymptomatum moleftia, moleftum remedium eligere docet. Interim bonum eft, rariffime in eo gradu hunc cafum obfervari. (*b*)

§. LXXVI.

In alias regiones jufto magis extenfum hepar alia producit incommoda & pro diverfis compreffis vifceribus diverfis ftipatum eft fymptomatibus. Preffus ventriculus fubjacentibus inteftinis continuata preffione moleftus eft. Canales inteftinorum anguftantur magis quidem in dextro, quam in finiftro latere, & fieri poteft, ut parietes parietibus applicentur; inæquali autem fic ductu inteftinorum, flatibus & fecibus commorandi imo obftruendi anfa datur, & inde colicæ & iliacæ paffiones facillime ortum ducere poffunt; & anologa etiam in ventriculo vitia obfervabuntur.

§. LXXVII.

Non adeo notabiles erunt variationes fi hepar in fitu lienem impedit, licet functiones lienis eo modo, ut fupra jam annotavimus (§. LXIV), turbentur. Continuatur etiam ufque ad dextrum renem (*i*) comprimit ibi fita ligamenta medii abdominis & magna incommoda fufcitat (vid. infr.): Renem vero fi premit, & lenius quidem, diurefin auget, & accelerat; fin illum vero fortius premat, urinæ fecretionem turbat, & nunc inflammationi, nunc fcirrho, nunc calculis accumulandis anfam præbet.

§. LXXVIII.

Prolabitur tandem adhuc alio modo, ita quidem ut prolapfum illius, licet non fatis convenienti nomine, (§. LX.) medicorum plurimi Hepa-

(*b*) Similis interim legitur *Schenkii a Grafenberg Obferv. Lib. III. Sect. pofterior de jecore p. 748. n. 5. in diffecto aliquo hepar globofum jufto minus, & una cum Diaphragmate in pectus ad mammillam dextram ufque afcendens, oftendi. Is autem magno etiam fplene præditus fuerat. D. D. Cyriacus Lucius de Obferv. propriis.*

(*i*) Exemplum datur *Schenck. Obf. loc. cit. p. 748. n. 3. Anno 68. hepar magnum oblongum & ad dextri renis locum exporrectum (deficiente illo rene) Batavii Ital. vidi D. D. Cyriacus Lucius de Obferv. propriis.*

Hepatocelen nominarint. Omnia incommoda, quæ in sectione de Herniis enumeravimus, hic quoque observantur, mutatis, quæ diversitas visceris mutare jubet, circumstantiis. Observati sunt hujus generis prolapsus (*k*), sed rarius saltem, & casus, ubi curationes additæ fuerunt, mihi nondum ad manus venerunt. Quum interim nullibi in scriptis theoreticis de hepatocele seorsim actum fuerit, fere inde concludo, de ejus cura solertius neminem adhuc meditatum esse, & annotatas observationes, vel in mortuis tantum factas, vel si de viventibus datæ sunt, quoad cætera neglectas fuisse. Si autem nonnulli jam meditationes suas communicaverunt, veniam ab illis peto, me ignotis neglectis propria protulisse. Communem habet, ejusmodi prolapsus extensionem, vel rupturam peritonæi cum herniis; hinc duplici modo huic malo occurri potest. Primo igitur fascia ammatis loco adhibenda est, quæ si plumbeum istum marginem negligimus, & latiorem illam pro diversa prolapsus magnitudine paramus, ejusdem generis esse & eodem modo applicari potest, ac illa, de qua paulo superius locuti sumus (§. LXXV.) Nullus autem dubito, dari inter ejusmodi prolapsus etiam tales, quæ sectionem admittunt. Nisi enim hepar concretum est, nihil impedit, quo minus pro legibus herniotomiæ (§. XLV.) integumenta communia & peritonæum secentur, hepar leni pressione, ac in herniis intestina, (§. XLV.) digitis vel manu in locum naturalem reponatur & sutura eodem modo instituatur, Facili negotio autem expertus chirurgus deteget, num concretum sit hepar, nec ne, si ægrum diversos situs & motus imitari jubet, sub quo motu applicata semper manu mox animadvertet, utrum hepar in omni prolapsus pariete æquali modo moveatur, nec ne, imprimis si in statu quietis necessaria jam tactu exploraverit.

§. LXXIX.

Alius omnino status est, si hepar plane deficit (*l*). Si unquam exstitit, rarissimus casus est, & cum prava semper nutritione conjunctus, quare

 nihil

(*k*) Vid. *Laurent. Woiffsftriecel Obf. de tumore ex prolapfo hepate in M. N. C. A.* 1751. *Obf.* 88. *Reifeli Obf. de Hepatocele. M. N. C, Dec. II. A. VII. Obf. b.*

(*l*) *Schenk. Obser. loc. cit. p.* 749. *Observ.* 7. quam ob rariorem casum & annexam annotationem totam inserere utile duxi: *Anno a Christo* 1564. *die vero* 11. *Septembris hanc vitam reliquit Dominus Matthias Ortelius, mercator oppidi Antwerpiensis celebris, natione Germanus. Duodecima vero facta fuit ejus corporis sectio a Chirurgis ejus rei peritis, me præsente medico, ut constitutionem partium nutritioni servientium videremus, præcipue hepatis & lienis, nam aliquot annos antea hydrope laboraverat, qui morbus affectus hepatis, vel primario vel secundario necessario comitatur, cumque sub septo transverso seu diaphragmate atque costis spuriis hepar & lienem quæreremus, ne vestigium quidem illarum partium invenimus. Casus profecto inauditus & admirabilis: ut substantia omnium intestinorum carnosa prorsus erat & multo solidior, quam ipsa musculorum caro, ut soliditate cordis carni fere responderet & vena cava ex ipsis*

nihil quoque addam, quam quæ ex loco dato *Schenkii* allegata funt, de cujus fententia uberius difquirere differtationis limites minime permittunt. Aft in contrario cafu duplex obfervatum fertur (*m*), ubi, fi moles alias æqualis fanæ eft, cholopoiefis eadem manet, fi vero major, omnino etiam bilis in majori copia fecernetur. Si vero alterutrum in plane alia regione fitum eft, de hoc vitio eadem fentio, ac in fequenti §. dicam.

§. LXXX.

Obfervatum enim legimus, hepar interdum in alia, quam folita regione, fitum fuum habere (*n*). Si, ut obfervationes, quas *Schenckius* dat ferunt, Hepar in hypochondrio finiftro fitum eft, ventriculo, curvaturæ fecundæ five magnæ coli, & reni finiftro neceffario moleftum eft. Fundus ventriculi premitur, & interdum preffio adeo magna fieri poteft, ut impletionis tempore attritus contingat, & inflammatio oriatur, aut in alio cafu parietes, preffione fibimet invicem applicatæ, concrefcant. Deficit fic fundus in ventriculo, cujus necéffarius ufus in Phyfiologicis demonftratur, & varii in digeftione errores obvii funt, qui in chylificatione æque ac in chymificatione malæ confequentiæ funt, & hic cruditates, & inde orientes ventriculi dolores, pravus chylus & quæ ejus fymptomata funt obfervantur. In Colo facillime colica paffio in ejusmodi

fis inteftinis fuam orginem fumebat, eo fere modo in qua vena portæ in ipfis inteftinis folet implantari. Hæc fane caufa fuit, quod toties inflammatione & abfceffu inteftinorum laboravit: facilius enim; quod carnofum quam quod membranofum eft inflammatur & abfceffibus torquetur, nam carnofæ partes plus, membranofæ vero minus fanguinis & humoris participant. Lambertus Tulutanus Medicus civibus Antwerpienfibus adjuratus manu propria hanc hiftoriam texuit.

Ego Thomas Comaus Chirurgus & tonfor Antwerpienfis, atteftor me Dominum Matthiam Ortel Auguftanum, pace memoriæ, poft ejus obitum in præfentia Domini Lamberti Tulutani medici me ipfius manu fecuiffe in ejus corpore inveniffe ac vidiffe, quemadmodum præfati Medici teftimonium afferit in cujus rei fidem manu propria me fubfcripfi. *Thomas Comaus.*

Hanc hiftoriam primus nobis Clariffimus V. D. D. Cyriacus Lucius Medicinæ in celebri Ingolftadienfi Academia Profeffor prodidit & apud heredes Bernhardi Mulleri, civis Auguftani (fuit enim Ortelius, qui Antwerpiæ obiit patria Auguftanus) impetrandam fignificavit cujus occafione litteras ad D. D. Tobiam Cneulinum Auguftanum Medicum, dedi, qui eandem integram confecutus mihi liberaliffime ut multa alia communicavit. Eandem paulo poft. Cl. V. Joach. Camerarius una cum illuftribus aliis exemplis ad me mifit. *Schenkius.*

(*m*) Loc. cit. Schenk. p. 749. Obf. 8. *Semel hepar duplex vidi Gemma Lib. 2. Art. Cyglognom.* ubi autem dubium reftat, anne circa lobos error a minus accurato anatomico commiffus fuerit. Interim a priori impoffibilitas hujus vitii demonftrari nequit (§. XIII.)

(*n*) *Schenk. loc. cit. p.* 749. *Obs. Q. ex Cyglognom. lib.* 2. *p.* 75. & *Cofmocrit. lib. I. cap.* 6. & alia ex ore ab *Aquapendente.*

(*o*) *v. g.*

di ſubjecto generatur, & alio tempore alvus adſtringitur. Ren ſiniſter, niſi preſſioni cedit, (quod tamen & non ſine incommodis eſſet, & in ſiniſtro quidem latere difficilius, ob adjacentes alias inteſtinorum partes contingere poſſet) malis quoque, quæ §. LXXVII. enumeravimus, exponitur. Omnibus his conſequentiis tenui modo diæta & bene ordinata occurritur, ne nimium ciborum in ventriculo & fecium in inteſtinis adſit, & ut cruditates ac flatus evitentur. Paucis hic addere poſſumus, vanam eſſe illorum opinionem, qui hepar, (o) ſalvis inteſtinis, per alvum poſſe excerni, ſtatuunt.

L I E N.

§. LXXXI.

Ad lienem progredimur, mirum certe quoad ſitum ſuum viſcus: Non contemnendus Phiſiologi labor eſt, variantem ejus, pro vario ventriculi ſitu, locum determinare & eadem circa actionem ejus opera eſt, quum igitur prolixam iſtam theoriam dare ſpatium non permittat, ſufficiat hic ad illos libros, ubi diverſe de his diſputatur, provocaſſe, cum multo adhuc dubia reſtent. Generaliter autem circa ejus ſitum notandum erit, illum aliquatenus cum ſitu dextri lobi hepatis convenire. Concludere autem hinc licebit, lienem ſitu peccare, ſi cum aliis, ut de hepate dictum eſt (§. LXXIV.), concreſcit, ſi ſiniſtri renis locum occupat, ſi in hypocondrio dextro hæret, & tandem, ſi valde magnum alias partes e locis ſuis expellit. Cæteræ minores variationes, in viſcere, cujus functio non eximii reſpectu totius machinæ uſus eſt, non magni momenti erunt, ut de ejus ligamentis jam annotavimus (§. LXVI.)

§. LXXXII.

Si lien cum adjacentibus partibus concreſcit omnia eadem ſunt, ac de hepatis concretione diſſeruimus (§. LXXIV.): (p) nihil igitur novi addere poſſumus. Sed ſæpius de excedente lienis, quam heqatis magnitudine querelas legimus. (q) Adeo in hoc genere ſitus lienis erravit, ut moleſta

(o) v. g. *Scenk. loc. cit. p.* 767. *Obſ.* 47. & plura pro his præjudiciis frequentiſſima, quæ afferre tædet.

(p) e. g. *Schenk. loc. cit Lib. III. p.* 788. *Obs.* 87. *Adnexum vidi peritonæo lienem Columbus lib.* 15. *Anatom* & *p* 788. *Obſ.* 90. 94.

(q) Imprimis notatu dignus caſus eſt, quem dabo ex *D. Chriſtian. Philipp. Berger Verſuch einer gründlichen Erläuterung merckwürdiger Begebenheiten in der Natur.* Lemgo 1737. 8. *Erſtes Stück. p.* 92 *IV. Ein Bauer-Mägdchen, das jederzeit friſch und geſund geweſen war, verlieret nach und nach den Appetit zum Eſſen, bekömmt einen Eckel*

lefta indé orta fint fymptomata, quorum numerus & differentia, ne re-petendo uberior fim, ex allegatis locis quos integro inferui, patebunt: differunt enim pro differentia cæterarum affectarum partium. Facillime etiam concludere poffumus, curam fi nimia lienis magnitudo fecundi morbi caufa eft (§. IX.) aliam femper effe eo gradu, quo morbus, excef-fus caufa, alius eft. Cæterum, fi radicalis cura non fperanda eft, ni-hil nifi diætæticæ regulæ fuperfunt; quæ ex præfentibus fymtomatibus col-ligi poffunt. Minoris momenti autem eft, fi nimis parvus lien obferva-tur, (s)

Eckel vor Speifen, öfteres Erbrechen, fchweren Othem, Verftopfung der monatlichen Reinigung, und andere Zufäl'e mehr, fo fich bey fchwangern Weibern einzufinden pfle-gen, daraus urtheilet jedermann, fie habe fich befchlafen laffen, und fey fchwanger - - - Es fänget ihr aber auch der Bauch nach und nach an zu fchwellen, worauf man - - - offentlich von ihrer Schwangerfchaft, a's von einer ausgemachten Sache, redet. - - - Sie wird dannenhero vor felbiges (Amt) gefordert, - - um von ihr felber die Wahrheit zu vernehmen, und im Fall, dafs es mit ihrer Schwangerfchaft feine Richtigkeit habe, ihr anzudeuten, dafs fie den Hurenbruch erlegen müffe. - - - geftehet fie, wie fie fich habe von einem Baurenknecht, den fie mit Nahmen nennet, befchlafen laffen, zeiget auch zugleich die Zeit und den Ort an, wenn und wo folches gefchehen. Der Bauren-knecht - - auch alfobald eingeftand. Hactenus nemo dubitavit illam effe gravidam, magisque poftea fufpicio aucta fuit, cum mulieres dolores etiam, parturientibus fa-miliares, fefe obfervaffe perhiberent, licet nil, nifi fitus præternaturalis ex nimia mag-nitudine caufa hujus phænomeni fuerit. Sic fœmina hæc in partu mortua dicta eft: fed præfectus, ob laudabilem in, negligentes ut plurimum, obftetrices attentionem, corpus mortuum fecari juffit. *Ich - - liefs den Sarg wieder öfnen - - fie heraus nehmen, und auf einen Tifch legen, worauf - - die Eröfnung mit aller Behutfamkeit vornahm. Mit unfer allerfeits Verwunderung fanden wir die Gedærme in ihrer natürlichen Lage, und die Mutter von eben der Gröffe, wie fie bey nicht fchwangern Frauens-Perfonen zu feyn pfleget, nemlich von der Gröffe und Figur einer etwas platt gedruckten mittel-mäffigen Birn, und in dem Eyerftokke war nicht ein einziges zur Empfängnis gefchicktes Ey vorhanden. Wie ich mich hierauf nach der Urfache des hohen Leibes umfahe, und nur an der lincken Seite des Leibes die Häute und Mufkeln zurück zog, fo ftieg von felbft eine falbe verhärtete Milz unter den Magen und Gedärmen hervor, die an ftatt, dafs fie bey gefunden ohngefähr fechs Zoll in die Länge, drey in die Breite, und einen Zoll in die Dikke hat, anderthalb Schuh lang, fechs Zoll breit und vier Zoll dick war, und am Gewichte ohngefær fechs Pfund hatte. Die Gedärme waren über diefes von Winden mercklich ausgedehnet, von welchen Urfachen eine jede das ihrige zur Aufschwellung des Leibes beygetragen hatte. Infonderheit aber war der Leib von der groffen Milz fehr aufgetrieben, denn wie ich folche aus ihrer Stelle nahm, fo fielen die Gedärme fo fehr zufammen, dafs man augenfcheinlich fehen konte, wie wenn eine groffe Milz im Leibe nicht vorhanden gewefen wäre, von denen in den Gedärmen enthaltenen Winden kaum eine Auffchwellung des Bauchs wäre zu verfpüren gewefen.* Hoc cafu fufius enarrato, fingulatim fymptomata fupra defcripta perluftrat & explicat, quæ quidem erudita dijudicatio lectione digniffima eft. Non minus gravis cafus legitur *Commerc. Litter. No-rimb. Anno* 1732. *Hebd. XXIII* p. 260. *Lien monftrofus - - - referens ventrem, pon-dus* 15. *Lb. civilium cum dimidia adæquans, fub quartam coftam veram diaphragma in latere finiftro, propelens, & ad regionem iliacam usque propendens,* nec. non *V. Hie-ronym. Mercurialis Foroliviensis. Liber refponforum & confultationum medicinalium per Mich. Colombum. Bafileæ* 1592. *8. Conf. CIII. Laelii a Fonte Eugubini Confultatio-nes medicæ, Frcf,* 1609 *Conf XCIX.* p 544. *Confil. medicinalia Antonii Mariæ Ve-nufti*

tur, (r) nam vel plane defuisse, idque sine sensibilibus incommodis, relatum legimus: (s) quid quod? arte sæpius lienes excissi sunt (t) nec adeo vehementes fuerunt consequentiæ ac initio creditæ sunt, omne enim momentum, quoad hactenus observatum est, eo redit, ut ejusmodi subjecta falaciora fuerint, & deinde debilem & valetudinariam vitam degerint. Salvis autem intestinis, illum excerni posse, æque falsum & impossibile est, ac hæc hepatis (§. LXXX.) amissio. Duplices (u) imo triplices (x) lienes quoque non sensibilem anomaliam producent nisi alias partes comprimant, aut expellant, tunc autem eadem rerum conditio erit, ac de hepate dictum est. (§. LXXV-LXXVII.) Plane enim idem status est, ac si unus duntaxat lien in alio loco, ut in dextro hypochondrio (y), vel in pelvi (z) situs est. In priori casu incommoda inde oriunda

nusti per *Josephum Lauterbachium*. Frcf. 1605. *Conf*. LXXXIX. p. 24. & inprimis adhuc notanda observatio in *Miscell. Henrici Smitii* a *Lida medic.* Frcf. 1611. *Lib. X.* p. 550. D. 29. Oct. *eadem partu levata scirrho splenis (qui utero gravido latitabat) jam manifesto adeoque ingente, ut illum sinistrum universum occuparet, suspensis partus purgationibus, quartana dupla adhuc suas periodos servante. Fœtus etiam perspusillus, sed macilentus quoque & misellus puta cujus sinistræ partis genu & cubitus inflammationem minarentur, ejusdemque manus digitellus medius lividus esset.* nec non *Schenck. a Grafenberg* Lib III. Obf. 90. 91. 92. 94. 101. &c.

(r) *Schenck. loc. cit.* p. 788. *Obs.* 88. 89.

(s) *Schenck Obs.* 85, *Hollerius inter rara num.* 5.

(t) vid. *Boerhaavii Prælectiones c. comment. Halleri Vol. III. Gœtt.* p. 69. n. d. plura de exsectis lienibus exempla citantur inprimis *Malpighii ac Bohnii*, nec non *Frid. Ruyschii obs. anat. chir, Obs. LXVI.* p. 85. ubi non negligenda annotatio ipsi *Boerhaavii* loc cit. p 70. *animal enim non potest valetudinem integram diu conservare in tanto vitio hepatis.* Interim tamen aliquam puto esse differentiam, si lien mox initio deficit, & si deinde tantum & nervorum dispositionem, dispertitionem & connexionem. Curscribus autem ob peculiarem inde in currendo exspectandum usum exscindi, ut *Schenkius* in Obs. p. 793. Obs. 105. ex *Plinio* Lib. II. cap. 37. *N. H. Plauto in mercatore Arethaeo, Halliabba, & Bertino in med'cina sua* putat, falsum est, & ex sententia *Boerhaavii* & experimentis patet, contrarium potius inde provenire effectum. Exstat quoque *Diss.* quam nondum vidi *Joh. Christ, Poblii de defectu lienis* & liene in genere vid- *v. Haller Comment. in Meth. stud. med. Boerhaavii* p. 364.

(u) *Schenk. Obs.* 84, p. 787. *Gemma lib.* 1. *cap.* 6. *Cosmocrit. Arist. lib.* 4. *cap.* 4. D. D, *Petrus Spebr de obs. Patav,* D. D. *Joan. Posthius de obs. propr,*

(x) Ibid. *Fallopius in observ. Anat.* ad *Petrum mannam Med.*

(y) *Schenk. Obs.* 86. p. 788. *Gemma lib* 2. p. 75. *Cyclog. Cosmocr, lib.* 1. *cap.* 6.

(z) *Fred. Ruyschii Obs. Anat. chir. Obs. LXII. Mulier - - post dolorosum & difficilem partum in hypogastrio duritiem contraxit non sine dolore vehementissimo. Nonnulli suspicabantur, placentam uterinam intus retentam duritiem illam producere. Variis itaque usurpatis remediis, eandem nitebantur expellere, quibus tamen nihil efficientibus, animam Deo tandem reddidit puerpera. Dissecandi cadaver ansam & copiam mihi faciebat eo tempore Nosocomii Medicus ordinarius, Gerardus de Peniyn. Partes interiores omnes satis bene dispositas deprehendi præter lienem, qui naturali liene octuplo, & quod excedebat, major & bilanci impositus quatuor libras pendens in pelvim descenderat: in cujus naturali loco lieni analogum comparuit corpus, castaneæ majoris magnitudine, colore autem substantiaque lienem exacte referens. Vide Clarissimi Domini Schraderi Observationes rariores anatomico medicas. Decad. III. Obs* 4. *ubi eandem recenset historiam.*

da primario a ſimul aberrante hepate derivanda ſunt, quare ad illa provocare poſſumus, quæ ibi dicta ſunt (§. LXXX). In poſteriori vero ſymptomata alia ſunt, ut ex caſu *Ruyſchiano* patet, & ex eodem colligo, curam radicalem in hoc caſu impoſſibilem eſſe, imo ne quidem palliativam, prodeſſe. An autem talis ſtricte ſit dictus prolapſus lienis, ac de Hepate vidimus, (§. LXXVIII.) poſſibilis ſit, magna quæſtio eſt: Ratione naturalis hujus viſceris ſitus impoſſibilis quidem videtur, nec contraria exempla mihi nota ſunt, (*b*) nam in dorſo, nec tanta dilatatio iſtarum partium, multo minus autem ruptura cogitari poteſt, quæ tamen neceſſario ſupponi debent. (§. XLI. XLII.) Hactenus de liene. (*c*)

MESENTERIUM.

§. LXXXIII.

Lienem ordine exciperent *Omenta*: ſed quum plures circumſtantiæ, creſcente paginarum numero, impediunt, quo minus in hac diſſertatione omnes abdominis partes ſingulatim perluſtrare poſſim, ob figuras additæ tabulæ hac vice duntaxat *Meſenterium* addam, cætera alia occaſione daturus.

§. LXXXIV.

Meſenterium eſt continuatio peritonæi (§. XXXVIII.), & incipit dum portio interna membranacea peritonæi, ad ultimam curvaturam Duodeni dextrorſum & ſiniſtrorſum ampliata, duplicaturam formant, quæ intermediam habet cellulofam glandulis, vaſis, nervis, & adipe admodum repletam. Deſcendit per longitudinem vertebrraum dorſalium in dextro & ſiniſtro latere. In extremitate inteſtini Ilei laminam ſeparatam dat, quæ plicam iterum tranſverſalem, ligamentum nempe coli rectum, format. Continuatur dein ad renem dextrum & transverſaliter iterum ſub hepate, ventriculo, & liene ad renem ſiniſtrum pervenit, ut adeo ſemicirculum in ambitu adhæſionis repræſentet. Adhæret etiam triangulari portioni Duodeni annatæ & infimæ parti dextræ ventriculi, uti in loco de ligamentis medii abdominis fuſius dicendum eſt. Cæterum ex Anatomia notum eſt pro diverſo loco meſareum, meſorectum, meſocolon, & iliocolon nominari.

§. LXXXV.

(*b*) Videtur etiam cum hoc *Ruyſchii* caſu analogus de quo ſermo eſt in *Abr. Vater Diſſ. de lienis prolapſione ad illuſtrandum vexatum Hippocratis* ἐπιδημιῶν *Lib. VI. Sect. II. Aph.* 30. *locum Vitemb.* 1746. quem non vidi interim ea meditatio eadem fere videtur cum illa, quam ſub *Programmatis* nomine recenſet. *Ill. V. Haller in Comment. in meth. ſtud. med. Boerhaavii.* p. 362. *A. Vater de prolapſu lienis programma.*

(*c*) Ubi autem referenda ſit *J. Zach. Platner. De riſu a ſplene Lipſ.* 1738. *Progr.* in loc. cit. *Halleri* plane neſcio quia non legi.

§. LXXXXV.

Ipſum iſtud meſenterium in ſitu ſuo morboſam habuiſſe anomaliam, fere non obſervatum eſt, ſi excipis prodigioſos illius tumores (a); ubi neceſſario abdomen implevit & alia viſcera compreſſit, & exinde eodem annotanda ſunt, quæ ſupra diximus (§. 76. 77.) & concretio ejuſdem generis eſt ac omnes aliæ (§. 74.) Sed aliam diſquiſitionem hic convenientiſſimam puto, dum a ſitu meſenterii totius hujus morbi explicatio pendeat, inquiſitio nempe an implicatio inteſtinorum locum habeat, necne.

§. LXXXXVI.

Morbus, cujus ſymptoma implicatio inteſtinorum dicitur, iliacus, volvulus, chordapſus, miſerere mei &c. audit. Conveniunt autem medici in eo, inflammationem inteſtini & meſenterii adeſſe, cum aliis inde provenientibus ſymptomatibus: diſcrepant autem, ſi alii dictam implicationem addunt. *Ill. de Gorter in praxi ſua* (b), hiſtoriam volvuli enumerans plane non tetigit implicationem inteſtinorum in egregium ſane mihi exemplum.

§. LXXXXVII.

Ut autem ordine progrediar, ſingula conſideranda momenta ſeorſim perpendam. Noſtrum igitur primo non eſt, totam ilei hiſtoriam & curationem enumerare, ſed modo e ſitu & connexione meſenterii cum inteſtinis monſtrare, quatenus implicatio vel invaginatio cogitari queat. In genere autem illa duplicis cenſus erit, fieri enim poteſt vel ſpe adhuc præſente, ægrum reſtitui poſſe, vel modo, ſi mors neceſſario ſequitur: de utraque enim ſententia hinc inde diſputatum eſt.

§. LXXXXVIII.

Sit a a inteſtinum quoddam, cujus pars continua ſit b b. Pro ſtructura meſenterii C C. annexum erit inteſtino a ad directionem fig. 5. C ut ex fig. 1. videre eſt. Sic etiam partis b meſenterium E tunc ad directionem E annexum erit. Quum autem E infra affixum ſit (per ſtruct. meſ.) moveri nequit ad directionem E b; annatum igitur inteſtinum b cogitur directionem E C ſervare: impoſſibile ergo eſt, ut pars inteſtini b b ad directionem b b trahi poſſit, ſalvo nempe meſenterio. Hæc igitur implicatio impoſſibilis eſt.

§. LXXXIX.

(a) *Schenk.* loc. cit. *p.* 744. *obſ.* 294. *Paræus lib.* 23. *cap.* 36.
(b) *Joh. de Gorter Praxis med. ſyſt. T. II. lib.* 3. *n.* 384. *p.* 117.

§. LXXXIX.

Quum inteſtini fig. 6. a a & b b eadem ratio ſit, ac in §. præcedente, & pars c c in directione c c modo continuatio partis b b ſit, patet, partem c c in directione impoſſibili (§. præc.) non poſſe continuari. Ergo & hæc falſa eſt.

§. XC.

Partes fig. 7. a a, b b, c c eædem ſunt, ac in §§. præcedentibus, ea modo differentia, ut partes c c in plures regiones continuentur: poſterior igitur directio, quæ ſine priori cogitari nequit (per ſtructuram figuræ) impoſſibilis eſt, ſi prior non datur. Inde & hæc rejicienda.

§. XCI.

Ad graviores pervenimus caſus. Eſt, fig. 1. I I vena cava, h h corpora vertebrarum, l l muſculus Pſoas, g g partes peritonæi abſciſſi, CC meſenterium, E alia pars meſenterii inteſtino poſteriori annexa, a a a a a a a inteſtinum ſitu ſuo anterius. b b b b b b b continuata (e parte in figura abſciſſa) illius pars ſitu poſterior. E igitur eſt meſenterium parti b b annexum & d aliqua illius portio. Contrahatur meſenterium C valido ſpaſmo, tunc inteſtinum a verſus inferiora trahet: fieri igitur poteſt, ut pars inteſtini b b ſuper inteſtinum a a deſcendat. Ponamus iterum, ſpaſmum fines inteſtini a a contrahere; patet partem deſcenſam b cum parte meſenterii d eſſe incluſam & compreſſam. Pars a a eodem modo a parte b b comprimi poteſt, ut in altero latere vidimus (*c*). Hæc igitur implicatio poſſibilis eſt, ſed, ut ex circumſtantiis patet, rara quoque accidit.

§. XCII.

Nemo forſitan dubitabit, inteſtina poſſe anguſtari, ut in fig. 1. Q η & in η ζ deſcriptum eſt; ſed de invaginatione plures aliter ſentiunt: aſt pro mea quidem ſententia ſalvo meſenterio nunquam fiet, ſed ſemper modo anguſtatio ſequetur, ut ex ſequentibus patere arbitror.

§. XCIII.

Antequam autem ipſam demonſtrationem aggredior, theſin quandam, vel potius experientiam præmittam, quæ mihi maxime neceſſaria eſt. Uni-

(*c*) Similem figuram vidi *Nathanael Highmor corp. hum. anat. diſqu. Hag.* 1651. p. 36. *T. I.* ſed auctor nihil de iſta addidit, quod mihi ſane mirum viſum eſt.

Unicuique enim notum eſt, multos & inſignes quoque nervorum ramos in meſenterio deprehendi. De illis autem aſſero non extendi poſſe. *Alexander Stuart Archiater Reginæ Britanniæ* in *num.* 424. *Tranſact. philoſoph. Art.* 5. ſequens dat experimentum (*d*) III. Verſuch. *Ich band einem Hunde ein Stük feinen gedrehten Bindfaden mit der Schenckel-Puls-Ader, der Blut-Ader und den Nerven, die hir zugehören parallel, band alsdenn ſowohl die Gefäſſe als die mit ihnen parallel gehenden Faden, oben und unten in der Weite von etwa* 4 *Zoll: alsdenn ſchnitte ich alles bei beiden Orten, wo ich gebunden hatte, ab, daſs ich die Gefäſſe, und den nerven mit dem ihnen parallel gehenden Faden in einen Büntel abnehmen konte, ich legte ſie auf ein Brett, da ſich denn die beiden Blutgefæſſe ſogleich zuſammen zogen, und faſt um die Hælfte ihrer natürlichen længe, die ſie in dem Körper hatten, nemlich faſt auf drittenhalben Zoll verkürzte, da der Nerve unverkürzt blieb, und an den paralelfaden von* 4 *Zoll eben ſo paſte, als zuvor, ehe er aus dem Körper war geſchnitten worden -- da ich nur zeigen will, daſs die Nerven keine Federkraft -- haben.* Cum igitur nervi non elaſtici ſint, quod egregie errorem, quem *Baglivius* inprimis defendere allaboravit refutat, inde concludo, meſenterium non poſſe ulterius tendi ac naturalis ſitus nervorum permittit: ſi autem tenditur, illud vel rumpi, vel vehementiſſimas inflammationes, citiſſime in gangrænam tranſeuntes, oriri, inde in utroque caſu certiſſimam mortem ſequi, apertum eſt.

§. XCIV.

Ex §. patet; ſi vis partem inferiorem $\tau\aleph$ a verſus ſuperiora trahit; id ſalvo meſenterio fieri non poſſe. Ergo directioni Q u directio u r opponitur, & illa pars igitur in quiete manet, ſit ſpaſmus in directione n Q & n s. motus erit ad n u. Si tunc repetitur, erit ſpaſmus ad u t & u y, quia parallelæ n Q & n s, ſunt ergo motus ad u x. In utroque igitur caſu nulla erit invaginatio.

§. XCV.

Sit ſpaſmus fig. 1. $= \gamma\varkappa$ & $\gamma\lambda$, motus erit $= \gamma\delta$, iterum ergo anguſtatio, non invaginatio ſequitur, & parallelarum $\eta\varkappa\zeta$, $\alpha\lambda$, $\zeta 1 \tau$; $\zeta 1 \tau$; $\beta\nu$; eadem ratio eſt.

§. XCVI.

Sit ſpaſmus $= \zeta 1 \tau$ tunc erit $= 1\gamma + 1\delta$ ſive ex his compoſitus (per princ. phyſica) ſed 1γ v f contraria eſt, ergo modo 1δ reſtat; 1δ contraria eſt $\delta\tau$, inde quies. Salvo igitur meſenterio & ſic invaginatio impoſſibilis eſt.

(*d*) *Hamb. Magaz. IV. B. IV. St. n.* 3. p. 377.

§. XCVII.

Inde concludo nullam aliam inteſtinorum implicationem, quam deſcenſum & anguſtationem, poſſibilem eſſe: cæteras autem non accidere poſſe niſi plane corrupto & diſrupto meſenterio, ubi mors certiſſime ſequitur.

§. XCVIII.

Egregie hic ſuccurrit ſententia Ruyſchii (*e*), qui duo exempla affert, ſed ambo diſrupto dudum meſenterio obſervata, & idem eadem annotat. fig. 2. contra in figura *Schacheriana* (*f*) errorem commiſſum puto nempe addere neglexit, meſenterium fuiſſe ruptum, quod ex præcedentibus ſuppono. Nam QN, ns, nu, uC eædem directiones ſunt, quas in §. 94-96. conſideravimus. Reliqua vide in explicatione tabulæ.

§. XCIX.

Variis inevitabilibus circumſtantiis coactus finem præſenti diſſertationi impono. Reſtant autem adhuc, *omenta*, *ventriculus*, *ligamenta medii abdominis*, *pancreas*, *duodenum*, *ductus biliferi & Wirſungianus*, *inteſtinum jejunum & ileum*, *cæcum colon & rectum*, *ligamenta inferioris abdominis*, *renes*, *veſica urinaria*, *ductus urinoſi*, *teſticuli*, *veſiculæ ſeminales earundemque ductus*, *penis & ſcrotum*, *uterus*, *tubæ & ovaria*, *pronaon*, *vaſa arterioſa & venoſa*, *nervi*, *Anaſtomoſes*, *plexus & ganglia*. Quæ ſingula perluſtrare mens fuit, ſed limites arctiores, uti dictum, mihi præſcripti ſunt, & nihil itaque ſupereſt, quam ut *Benevolum Lectorem* rogem, ut magis me adhuc excuſatum habeat, cum ne quidem ſecundum primam diſpoſitionem progredi potuerim. Ab hoc judicio pendebit, num, quæ reſtant, alio tempore addere, aut negligere, conſultius erit.

TANTUM.

Tab. XV



Disp. Medico-Pract. Tom. IV. G. H. TROSCHEL DE MORB. ALIENO SITU PARTIUM ABDOMINIS. pag. 212.

CXIX.

JEREMIÆ LOSS

ET

FRIDER. GEITZINGER,

DISPUTATIO

DE

LANGUORE LYMPHATICO.

Wittebergæ 11 Junii 1673.

NOn fine caufa *Fr. Baco de Verulamio in lib. de augment. fcient.* notat, quod medici deficiant ab *Hippocratis* diligentia, cui moris erat narrativam componere, cafuum circa ægrotos fpecialium, referendo, qualis fuiffet morbi natura, qualis medicatio, qualis eventus. Nam, quod verum eft, pauciffimi hodie inveniuntur, qui accuratius hæc perpendant. Multi enim ne morbum quidem examinandum exiftimant, cum illis generalis medendi ratio in omnibus fufficiat, parum de fignis, parum de caufis, parum de eventu foliciti; cum tamen multum interfit ad cafus fpeciales animum dirigere. Nam etfi de morbis, eorumque caufis, de methodo medendi quoque non pauca & erudita fint tradita; in praxi tamen & applicatione ad individuum fæpiffime res longe aliter fe habet. Differt fæpe corpus à corpore, & materiei refpectu partes à partibus, & tanta earum fæpe eft diverfitas in diverfis hominibus quoad figuram, connexionem, poros, quantitatem &c. ut, nifi accurate examinentur, fruftra fiat curatio, etiamfi purges, aut fermentationes fiftas, & alia peragas fecundum methodum. Docuit hoc fuo exemplo ante annum puer Drefdenfis melancholicus, in cujus aperto corpore cor mira quantitate fuit repertum. Atque ut unius affectus plures caufæ poffunt effe; ita earum enodatio difficilis eft in morbis. Sæpe fingitur aliqua caufa in generali affectuum expofitione, quæ deinde, ad praxin ubi accedas, difficulter deprehenditur, fæpe plane non eft. Fingitur hydropis caufa intemperies hepatis, cum tamen hepar innoxium non femel fuerit deprehenfum. Ejufmodi fexcenta poterunt notari à medicis, qui, Hippocrati obedientes, cafus confcribunt, eorumque eventus bene attendunt. Et quod emolumentum exinde habebit medicina! Licuit nobis effe tam beati in quibufdam anafarca laborantibus levia quædam obfervare; ut propterea e re medica exiftimaverimus de hac materia publico exponere judicio Difputationem. Faxit *Deus*, ut omnia cedant *Feliciter*!

CAPUT PRIMUM.

Definit. exhibens.

§. I.

ANà σάρκα ὕδωρ dicebatur Græcis illa *hydropis fpecies*, de qua impræfentiarum agendum: quo factum, ut *Anafarca* in latium tranftulerint. Idem judicium de *Catafarca* & *Hypofarca*. Quod nonnulli rectius, ut putant, fubftituunt; fed fruftra. Nam ἀνὰ & motum & quie-

tem

tem significat. Vocatur alias *aqua intercus* seu potius *inter cutim*, it. σαρκίτης, ἀπισαρκίδιον, ὑποσαρκίδιον. Rectius autem *languor lymphaticus*, quoniam lympha & vasa lymphatica hic potissimum afficiuntur; sed cum determinatione ἀνὰ σάρκα.

§. I I.

Nobis synonymum quoque est *leucophlegmatia*. Novimus quidem *Platerum*, & alios leucophlegmatiam ab anasarca distinguere; sed quoniam saltim lymphæ crassitie differunt, parum interest. Plane autem rejicimus cum *B. Sennerto* distinctionem *Aretæi*, qui λευκοφλεγματίαν oriri statuit ab *humore pituitoso*, *anasarcam* autem *à carnis colliquatione*.

§. I I I.

Est autem *anasarca tumor p. n. totius corporis habitum æqualiter occupans à lympha præternaturali*, & *stagnante subortus*.

§. I V.

Tumor est anasarca; quoniam adest p. n. partium constitutio quoad magnitudinem auctam. Hinc patet non symptomatibus, sed morbis hunc affectum esse formaliter adnumerandum. Ut hac ratione distinguatur à *cachexia*, quæ proprie ad symptomata mutatarum qualitatum pertinet. Ut ut enim maxime inter se conveniant cachexia, & anasarca; in eo tamen differunt; quod nondum adsit tumor in cachexia. Adest quidem levis intumescentia, sed nondum tumor: & ubi tumor accedit, tunc sane incipiens est anasarca. Dicimus autem ὄγκον κατὰ φύσιν. Nam observati sunt quoque *tumores non naturales* aquaticulorum sesquipedalium, qui secundum latum & profundum augentur; quales fuerunt *Rabbi Eleazar*, & *Rabbi Ifrael*.

§. V.

Quandoquidem hic tumor *totius corporis habitum* occupat; distinguitur ab aliis hydropis speciebus; *ascite*, *tympanite*, & *uteri hydrope*; quoniam in his ventrem inferiorem; *abdomen* tantum, vel *regionem uteri* occupat. Distinguimus etiam hac ratione ab aliis tumoribus, quorum ingens catalogus recensetur a *Sennerto* & *Platero*. Reliqui enim tumores partes solum quasdam occupant, ut herniæ, œdemata, hydrocephalus: cujusmodi tumorem partialem hic vidimus Wittebergæ in rustici cujusdam filia, cujus labium superius instar spongiæ in tantam excreverat magnitudinem, ut duas libras æquasset. Notanter dicimus *æqualiter*: nam

nam novimus, quod etiam tumores per corporis habitum dispersi, sed *inæquales* observentur. Vivit enim & hic puellula, quæ varios tumores per totum corporis habitum monstrare potest. Et retulit Pharmacopola Chrimnizensis, vir alias in sua arte satis peritus, se vidisse puellulam, cui hinc inde in corpore tumores varios more modoque talparum excitaverat vermis, erucæ similis, quem singulari prudentia necatum ex umbilico extraxisset.

§. VI.

Interdum quidem totum corpus æqualiter etiam intumescit, sed *à flatibus*, quam *inflationem* vocat *Platerus*. Uti aliæ partes itidem à flatibus intumescunt, quemadmodum refert *Borellus* de nobili, qui tumorem spinæ dorsi passus est, e quo dissecto, nil nisi ventus emittebatur. Notissima autem est *Tympanites*, tertia hydropis species, quæ à flatibus abdomen distendentibus oritur. Ab his omnibus distinguimus, dum causam materialem addidimus, &, *à lympha quod oriatur*, posuimus.

CAPUT II.

De subjecto.

§. VII.

Subjectum, vel, medice loquendo, *pars affecta* est *totius corporis habitus*: quo tamen peripheriam corporis, & omnes partes exteriores intelligimus. Neque enim facies, neque scrotum hic eximuntur, siquidem per processus peritonæi in scrotum copiose descendit. Potissimum tamen intra cutim, & carnem lympha stagnat, quas adeo attollit, ut, recedente lympha, cavitas deprehendatur, & spongiosa appareat cutis. Pinguedo non sine ratione à magno νῦν ἐν ἁγίοις *Rolfincio* huc quoque refertur. Etenim & ipsa intumescit, quod nuper observavimus d. 12 Decembr. anni præteriti in puero militis præsidiarii, anasarca demortuo; ubi pinguedinis pori lympha copiose repleti erant, cum aliæ partes, e quibus in cavitates confluxerat, saltim spongiosæ erant.

§. VIII.

Partes istæ ex *poris*, *fibris*, *vasis* &c. constant: unde inquirendum, secundum quas afficiantur. Primo certum est, quod *pori* accusandi, qui propter laxitatem nutrimentum retinere nequeunt. Nam si nutritio debito

modo fieri debet, non tantum requiritur nutrimentum bonum, fed pori profecto bene conformati fint, neceffum eft. Eatenus enim nutritionem fieri credimus, quatenus particulæ nutritiæ aptæ funt poris fe infinuare, & extendere fibras, & pori apti particulas recipere. Hinc fit, ut non omnes partes iifdem nutriantur particulis, fed aliæ ficciores, aliæ humidiores, aliæ craffiores &c. expetant. Quod fi igitur pori fint adftrictiores, fæpe ceffat nutritio, etiamfi bene edant, bene coquant, fani & falvi fint homines, uti quotidie hoc in praxi obfervatur. In anafarca noftra pori etiam peccant partim *conftrictione*, vel *conftipatione*, fi vapores exhalare non poffunt, fed cum lympha uniuntur: tunc enim lympha in poris non poteft contineri, fed intra cutim & carnem colligitur: partim *laxitate*, cum plerumque cachexia antecefferit, quæ laxitatem inducit: hinc vitiofum alimentum accedens locum equidem ampliorem invenit; fed cum nulla conveniens adfit proportio, inter recipiens, & recipiendum, neque fit adhæfio, neque adfimilatio. Unde ibidem ftagnans magis magifque poros extendit.

§. IX.

Deinde *fibræ* etiam à culpa non funt excludendæ: nam pori laxiores effe non poffunt, nifi & *fibræ relaxentur*. Extenduntur alias *naturaliter* in nutritione, fed hic *p. n.* fit extenfio propter nimiam humiditatem, quæ partim in ipfis fibris latitat, partimque in poris partium refidet. Hinc dum propter laxitatem, & humiditatem fe conftringere non poffunt, nec lympham in vafa lymphatica propellunt. Manifefte hoc obfervatur in paralyfi, ubi ejufmodi fibrarum laxitas eft, & fæpiffime tumor à lympha fubfequitur.

§. X.

Vafa lymphatica, noftris temporibus à *Bartholino* & *Rudbeckio* inventa, merito accufamus ut quam maxime. Nam præfuppofito, quod in artubus, & plerifque corporis partibus vafa lymphatica deprehendantur, uti in *tefticulis* jam antea obfervavit *Regnerus de Graaf*, & alii. Nos autem fub *cerebri meningibus* triduo poft mortem militis cujufdam, qui à contufione cranii mortuus, & à nobis diffectus erat, ubi hinc inde manifefte vafa lymphatica differninata confpiciebantur. *Lienem* tantum *Charleton* excepit, *in quo*, ut putat, *nulli adhuc reperti funt*. Sed obfervavimus haud obfcure ejufmodi ductus d. 19 Jan. in liene bovis recens mactati. Præfuppofito 2do, quod vafa lymphatica liquorem tenuem, aquofum, fluxilem, (de quo infra) vehant, & quidem a partibus ad centrum, ab extremitatibus vaforum, verfus cor: uti hoc evincunt valvulæ à Dn. *Ruyfch* obfervatæ, & confirmant ligaturæ, cum primis ductus tho

thoracici, ubi videbis ex omnibus partibus inferioribus lympham eo adſcendere. Quicquid etiam *Bilſius* ſtatuat, nam duplicem ductum lymphæ accuratiores anatomici nondum obſervarunt. Sane his præſuppoſitis non poſſumus non & eadem accuſare, quatenus vel *obſtructa* ſunt, & ita lympham e partibus revehere non poſſunt, quod fieri amat, ſi cachexia præceſſit, quæ obſtructiones facit: tunc enim lympha neceſſario ſtagnare cogitur; vel *diſrupta* ſunt quoad extremitates, & tunc eadem ratione lympham, ut venæ ſanguinem, effundunt intra cutim & carnem. Quemadmodum in medio ſi diſrumpantur, aſcites oritur.

§. XI.

Ductus thoracici, *roriferi*, obſtructionem in cane anaſarca laborante ante quadriennium obſervavimus, & in Collegio privato tum temporis notavimus; lympha enim plane coagulata in hoc ductu latitabat. Hunc ductum, quod obiter notandum, jam olim ante centum annos deſcripſit *Bartholomæus Euſtachius* lib. de *ven. ἀζυγ. p. m.* 301. *Itaque in illis animantibus, ab hoc ipſo inſigni trunco ſiniſtro juguli, qua poſterior ſedes radicis venæ internæ jugularis ſpectat, magna quædam propago germinat; quæ præterquam quod in ejus origine oſtiolum ſemicirculare habet, eſt etiam alba, & aquei humoris plena: nec longe ab ortu in duas partes ſcinditur; paulo poſt rurſus coëuntes in unam; quæ nullos ramos diffundens, juxta ſiniſtrum vertebrarum latus penetrato ſepto tranſverſo, deorſum ad medium uſque lumborum fertur: quo loco latior effecta, magnamque arteriam circumplex, obſcuriſſimum finem, mihique adhuc non bene perceptum, obtinet.* Quandoquidem autem non omnes lymphaticæ in hunc ductum effundunt, ſed tantum quæ infra diaphragma ſunt; reliquæ autem in venam jugularem & axillarem, ut *docet Gliſſonius*, *Charleton*, *Bartholinus*, dubitamus, quod hoc tantum obſtructo anaſarca oriatur; niſi ſimul altera lymphaticorum inſertio etiam obſtruatur. Id quod tamen non difficulter adferitur. Et hoc eſt, quod ſæpe diu partes inferiores intumeſcant, ſalvis ad tempus ſuperioribus. Hic ductus roriferus ſi poſtmodum propter nimiam repletionem rumpatur, liquor in cavitates abdominis & thoracis effunditur, & ſic detumeſcunt partes exteriores, & anaſarca in aſcitem degenerat, prout d. 12 Decemb. in puero, de quo §. 7. vidimus. Ut hac ratione manifeſtum ſit interdum parum vel ſolo gradu differre anaſarcam, & aſcitem, quicquid etiam *Helmontius*, contra ſcholas invehendo dicat.

§. XII.

Glandulæ an etiam afficiantur, merito inquirendum. De *conglobatis*, per quas vaſa lymphatica tranſeunt, dubium non eſt. Ut enim alias

glandulosum genus propter defectum spirituum animalium vel crassiorem lympham facile intumescit, & in scirrhos degenerat: ita interdum propter hanc causam lymphæ motus perhibetur. De *conglomeratis* alia res est, in quibus diversa, a partium lympha, conspicitur; nam ex arteriis eo defertur, & in certas cavitates effunditur. Nihilominus tamen observatum est obstructiones pancreatis, lienis, anasarcam generasse, retinendo liquorem excernendum, vel sanguini vitium propter defectum fermenti imprimendo. Quemadmodum tertium glandularum genus, *renes*, nisi excernant serum superfluum, propter nimiam copiam inundationem faciunt.

C A P U T III.

De causa immediata.

§. XIII.

C*Ausa materialis & immediata* tumoris *est lympha*, quatenus p. n. intra cutem & carnem stagnat, & ita intumescentiam excitat. Nam cum liquore illo hydropico nullus alius humor, si conferatur, convenientiam habet, quam lympha. Et deprehenduntur vacua vasa lymphatica in hydropicis. Serum & colore, & consistentia distinguitur; quanquam non negandum, interdum aliquid seri lymphæ admisceri. Alii nutrimentum, alii pituitam accusant; sed ab his parum recedimus, modo res explicetur.

§. XIV.

Lympha quid sit, nondum conveniunt physici. Nos, præmissa distinctione inter *lympham*, *quæ in glandulis conglomeratis excernitur*, & illam, *quæ in partibus exterioribus colligitur*, salvo aliorum judicio existimamus: lympham *naturalem* in partibus collectam nihil aliud esse, quam *nutrimentum aquosum*, *& ad nutriendum minus aptum.* Et quidem quod *vel* ineptum est pro hac *vel* illa *saltim parte nutrienda*, cum non omnes partes eadem materia nutriantur: aliud enim spermaticæ vulgo sic dictæ, aliud sanguineæ expetunt nutrimentum: *vel ineptum pro nunc*, *tum* quod nondum satis exaltatum sit, sed opus habeat ulteriori circulatione, fermentatione, exaltatione, vel digestione &c. *tum* quod nimis aquosum, & spiritibus animalibus non satis turgidum, & exaltatum sit. Hinc nutrimentum hoc in poris partium hæret, cumprimis sub membranis, & quoniam a sanguine separatum est, a venis revehi non potest, sed in lym-

lymphaticos ductus ad circulandum penetrat. Lympham nutrimenti partem esse probatur (1) quoniam in omnibus partibus nutriendis colligitur, (2) iterum cum chylo, novo adveniente nutrimento, permiscetur, & (3) iterum in sanguinem infunditur, ut ad partes nutriendas denuo propellatur. (4) Quod cachectici, scorbutici, & ii, quibus ventriculus male habet, copiosiori lympha abundant, & plerumque catarrhis vexantur. Objiceret fortasse aliquis, quod idem posset de sero praedicari, & quod sudor quoque colligatur in partibus. Sed serum utut alias dicatur ὄχημα τῆς τροφῆς: & à *Barbato* pro *lympha* habeatur; diversam tamen a lympha substantiam, & consistentiam sortitur, quin semper cum sanguine circulatur, nec facile extravasatur. Sudor sane aut aliud excrementum lympha non est, quoniam in M. S. iterum regreditur.

§. XV.

Novimus *Glissonium* & *Charleton* lympham dicere *vaporem sanguinis continuo effervescentis condensatum*, & *in partibus collectum*. Sed ut hoc credamus, vix persuademur. Nam halitus isti mere sunt inutiles, qui alias obstructis poris, si colligantur, febres dicuntur excitare. Deinde in tanta copia non colligerentur, cum per insensilem διαπνοὴν istiusmodi exhalationes abeant. Insuper modus condensationis aegre explicatur. Si enim fieri deberet a frigore, quid de hepatis lympha afferendum esset? Accedit & hoc, quod lympha non tam liquida in aliis animalibus, quam forte canibus, deprehendatur; in equis enim & bobus viscidiorem, & satis pinguem deprehendimus.

§. XVI.

Bartholinus nobiscum facere videtur, dum lympham statuit *aquam a singularum partium privata coctione separatam*; sed quoniam eodem loco defendere conatur aquam non nutrire, diversam fovet opinionem. Nos utut aquosum liquorem statuamus, nihilominus pro nutrimento habemus, quoniam solam etiam aquam nutrire experimento declaravit *Boyle*. Et, si sola aqua esset secreta, parum differret ab excremento, quod tamen de lympha, uti jam antea dictum, adserendum non est. Metuenda quoque esset inundatio, si continuo haec aqua massae sanguineae confunderetur, cum quotidie potu, & cibo nova accedat materia, quae vim habet diluendi sanguinem.

§. XVII.

Exaltatur lympha, sive nutrimentum ineptum, potissimum quidem in sanguine, ubi denuo fermentatur, & intimius cum nutrimento in corde

confunditur; magnam tamen perfectionem illico accipit in glandulis conglobatis, ubi partim spiritus animales ex nervis, partim acidum sanguinis cum sero ex arteriis exstillans admiscetur. Tunc enim blanda excitatur effervescentia, & motus concitatior fit, ut cum sanguine iterum confusa, accedente sale volatili, melius fermentari queat.

§. XVIII.

Hæc lympha interdum *solo motu* peccat, dum propter vasa lymphatica obstructa, vel disrupta liberius remeare non potest; v. §. 10. Utut alias non adeo inutilis sit. Nam dum non movetur ex partibus, accedente alia nova lympha, replentur partes, & intumescunt.

§. XIX.

Utplurimum tamen *p. n. lympha* in anasarca deprehenditur, quæ nobis est *nutrimentum, non solum pro nunc, vel hac saltim parte; sed plane ad nutriendum ineptum. Tota substantia* tunc peccat, quatenus neque in prima, neque in secunda concoctione perfectionem accepit; sed ita crudum remansit, ut neque adhærere, neque adsimilari queat. Estque tunc lympha *vel* nimis *crassa*, aut, si mavis, pituitosa. Nam quid pituita aliter est, quam chylus crudus, & non satis coctus? Hinc si sub partibus stagnet, intumescunt partes, & oritur leucophlegmatia, prima illa juxta *Platerum* species: *vel* nimis est *serosa*, uti plerumque est in anasarca, partim quo nutrimentum adeo liquidum; partim etiam quod aliquid seri sanguinis extravasatum admisceatur, alteram leucophlegmatiæ speciem juxta *Platerum* dixeris; quæ κατ' ἐξοχὴν anasarca dicitur.

§. XX.

Quantitate peccat, quatenus chylus crudus copiosior existit, diutiusque corpus alit & tandem stagnat. Vel etiam quatenus liquida potius per vasa lactea in M. S. transeunt, ut copia gravetur corpus. Hinc enim fieri non potest, quin tandem intumescat. Interdum etiam tota M. S. liquescit, & in lympham serosiorem convertitur.

§. XXI.

Contendunt nonnulli etiam *qualitate* peccare lympham, quatenus sit nimis salsa; quod vel siti hydropicorum probari poterit. *Chimici sane sal resolutum* causam hydropis statuunt. Sed refutantur ab *Helmontio, qui sommium statuit; quod sal in nobis destilletur, sublimetur, calcinetur, aliaque tormina subeat. Lympham* interdum in *anasarca salsam, acrem, acidam*

esse,

esse, evincit pruritus, scabies, gutta rosacea &c. quæ communiter præcedunt, vel comitantur anasarcam. Et eroduntur interdum vasa lymphatica in scabie, ut effusio lymphæ fiat copiosior. Quoad *colorem* utplurimum cineritii coloris lympha sub cute stagnans deprehenditur. Viridior erat in puero a nobis dissecto; sed tantum in poris pinguedinis. Viridem & luteum observavit *Marcellus Donatus*, *Guarinonius* flavum in nigrum vergentem. Nil novi est si loturæ carnium recens mactatorum similis sit, uti notavit *Fabr. Hildanus*, naturaliter enim interdum ita deprehenditur, uti *Charleton* fatetur.

CAPUT IV.

De caussis Naturalibus.

§. XXII.

Vidimus qua ratione lympha anasarcam producat. Jam porro *caussæ mediatæ* investigandæ, & inquirendum, ubi vitium contrahat. Ubi ante omnia perpendendum unde lympham ad partes derivetur; vel enim jam vitiata adfertur, vel in partibus vitium contrahit. In partibus quod interdum propter moram augeatur, acescat, non negaverim. Potissimum tamen jam antea vitium habet impressum.

§. XXIII.

Glissonius, *Willisius*, *Charleton* & alii cumprimis Angli, quod per nervos influat nutrimentum, obtinere conantur. Unde in cerebro vitium contraheret. Et confirmari poterit hæc sententia Hippocratis placito qui, *lib. de loc. in homin.* Leucophlegmatiam oriri a cerebri fluxionibus statuit. Sed his responsum fuit a *Deusingio*, *Th. Bartholino*, *Highmore*. Hanc litem hac vice nostram non facimus; cum difficulter res explicetur, & tantum partes spermaticæ eo nutrimento juxta Hypothesin nutriantur. Salva hac hypothesi nihilominus possumus adstruere, quod in prima & secunda coctione vitium contrahat, cum prius sit in M. S. antequam ad nervos deferatur.

§. XXIV.

Veteres, quandoquidem sanguificandi munus hepati adscripserunt, ad unum omnes hepar in anasarca accusaverunt. Solus *Helmontius in ignot. hydrop.* variis observationibus confirmatus, primum conatus fuit adserere

hepar

hepar innoxium esse in hydrope. In cane, de quo §. 28. hepar etiam salvum & sine noxa deprehendimus. In puero, nuper dissecto, hepar pallidum erat & fere exsangue, sed alias citra noxam. Magis adhue confirmatur Helmontii hypothesis dum inventis vasis lacteis & circulatione sanguinis communiter hodie statuitur, sanguificationem non esse actionem organicam, sed potius similarem. Hinc hepati & omnibus reliquis organicis visceribus hoc munus adimunt ii, quibus certo persuasum, quod sanguis fiat in sanguine, quicquid etiam dicant, qui pró corde patrocinium susceperunt. Nam dum cordis vel hepatis patroni ad mentem veterum & recentiorum statuere coguntur, quod hepar, cor & reliqua viscera depuratoria, communiter sic dicta, sint partes sanguineæ, concedere coguntur, sanguinem, tanquam causam, prius fuisse, quam effectum, viscera nimirum, quæ ex sanguine constant. Quod ipsum quoque inspectio ovi manifestat, quando ante vesiculam pulsantem sanguis jam in venulis conspicitur. Hinc concluditur quod vitia sanguificationis qq. nec ad hepar, nec alias partes sint referenda. Videatur *Helmontius* insuper & *Lowerus*. Nos, utut verum existimamus, quod hepar interdum innoxium sit, non possumus tamen in totum helmontio adsentiri, sed concedimus hepar interdum in culpa esse, quatenus ejus substantia vitiata, uberiorem bilem generat, obstructiones patitur, vel aliis morbis infestatur, & sic vitium communicat sanguini.

§. XXV.

Recentioribus primaria causa est *refrigeratio sanguinis*, seu *intemperies frigida* sanguini impressa, qua omnis chylus, qui in rubicundum sanguinem converti deberet, in aquosum vel pituitosum alimentum convertitur. Confirmant hoc exempla eorum, qui in febribus & æstivo tempore, nimio potu frigido se ingurgitant, & Anasarcam incurrunt. Quamdiu sanguis veteranus, scribit *Lowerus*, crasin debitam sive temperiem servat, reliquæ mixturæ præpollet, ejusque particulas quascunque sibimet commixtas, & aliquatenus assimilatas, intra cordis focum rite accendi facit. Sin vero cruoris primigenii crasis depravatur, exinde αἱματώσεως vitia quædam non levia suboriuntur; nam si iste, prout interdum evenit, nimis frigidus & aquosus, proinde non rite fermentescibilis evadit, adventitii humoris penum non rite præparat, sed tota M. S. cruda usque & imperfecta manet, nec rite in corde accenditur, nec in materiam corporis nutritioni, aut spirituum generationi idoneam exaltatur. *Intemperies hæc frigida* dependet maxime à calidi nativi, h. e. spiritus vitalis defectu vel fixatione; hoc enim deficiénte, vel quocunque modo non rite agente, frigida dicitur M. S. & minus apta ad motum internum. Hinc dum 🜔 debito modo non exal-

exaltatur, nec Elia agitantur, juxta aliorum hypothesin, neque tinctura rubicunda elici poterit.

§. XXVI.

In sola intemperie non acquiescendum, sive frigida statuatur, sive, uti interdum fit, calida qq. in culpa sit. Interdum enim neutra adest, sed quoad *qualitates secundas* potissimum peccat M. S. Non calidum, non humidum tantum nos alterant, sed acidum, salsum, dulce, innumerabiles mutationes in M. S. excitant. Acidum si prædominatur, coagulatio quædam fit sanguinis, & fibræ sanguinis coëunt in unum, unde serum secedit à sanguine, & Chylus, si admisceatur diluitur nimis, nec in sanguinem convertitur. Quin imo si acidum excedit, Sal alkali, quod alias in sanguine & effervescentiam facit cum acido, obtunditur, debilitatur & tandem perit, unde motus ille internus quoque perit, & mera Cachexia oritur.

§. XXVII.

Hanc aciditatem accipit M. S. juxta modernorum opinionem, à lympha glandularum conglobatarum: quando propter defectum spirituum animalium, vel moram, vel obstructionem glandularum nimis acida fit; & deinde in sanguine p. n. effervescentiam excitat.

§. XXVIV.

Ad *primam concoctionem* & *chyli segregationem* potissimum respiciendum esse existimamus. Docuit nos ipsa experientia Anno 1669. Canem tum temporis æqualiter intumescentem cultro anatomico subjecimus. Facta incisione effluxit magna copia serosi & congelati humoris. Ulterior inquisitio fecit nos certos de anasarca. Hinc avidi præsentes studiosi aperuerunt corpus, visuri an hepar aut aliud viscus vitium contraxerit. Sed erant salva omnia. Solus ventriculus erat flaccidus & plenus materia aquosa; non bene cocta, sed cruda, cineritii coloris, qualis antea ex habitu corporis effluxerat. Eundem liquorem vidimus qq. in ductu thoracico, qui neutiquam lacteum vel lymphaticum colorem; sed cineritium habebat. Et erat liquor instar gelatinæ, ut suspicionem præbuerit obstructionis; quod & verissimum fuit, siquidem dissecto ductu thoracico ægre effluxit liquor crudus, & quibusdam in locis plane coagulatus instar gelatinæ. *In intestino duodeno, jejuno & ileo insignis copia bilis conspiciebatur, quod peculiariter notandum.*

§. XXIX.

Concoctionem ventriculi hic in causa fuisse non difficulter adferitur. Nec dubitamus in aliis multis idem evenire. Qui fermentationem statuunt, accusarent fermentum, hoc enim in naturali statu cum ciborum & potus alkali facit blandam fermentationem & intimiorem solutionem mixti, ut laudabilis Chylus, h. e. subdulcis, vel salsus volatilis, vel saltim acido volatilis cremor eliciatur. Si itaque fermentum peregrinum sit, h. e. *vel* nimis *acidum* & sic volatilitas illa deficiat, non debito modo procedit fermentatio, & omne quod assumtum fuit in liquamen acidum & viscidum convertitur. *Ipse Hippocrates* aperte deducit, quomodo a cruditate Stomachi acida Anasarca dependeat, dum in *l.* 3. *de diæta* scribit : *Alii porro quidam talia patiuntur. Faciem decolorem habent, & ubi comederint, paulo post eructant acida, & acor in nares proserpit. His corpora pura non sunt, & plus est quod de carne colliquatur præ labore, quam quod depurgatur præ circuitu. Et hoc sane intus manens alimento contrarium est, ipsumque violat ac acidum facit. Alimentum quidem igitur eructatur, illud ipsum vero sub cutem expellitur, & hominem decolorem facit, & morbos similes aquæ inter cutem parit. Vel*, si nimis *dulce* sit, uti post nimium Sp. Vin. usum fieri amat, de quo §. 33. neque sic poterit peragi fermentatio, quoniam non solvitur mixtum & cibus crudus permanet. Quodcunque tandem vitium habeat, illud omne communicatur postmodum Chylo & M. S. quo minus nutrimentum aptum fieri queat.

§. XXX.

Similiter *chyli segregatio*, quæ in intestinis fit, sæpissime in causa est, quo minus laudabile nutrimentum partes obtineant. Quod docet bilis in casu præcedenti nimis copiosa. Nam si verum est, quod bilis cum succo pancreatico effervescentiam in intestino duodeno efficiat, & ita segregatio chyli fiat; uti ad mentem *Sylvii* hoc *Schuyl* intestini ligatura probare satagit. Sane si in copia adsit naturaliter illa, cum nulla sit proportio inter acidum pancreaticum & alkali bilis, fieri non potest segregatio. Quinimo existimarem, quoniam effervescentia illa nondum omnibus arridet, quod propter copiosiores particulas salis volatilis & oleosi, bilis non solum viscidiores, sed omnes crassiores & excrementitias alimentorum partes ita incidat, ut fluidæ adeo factæ etiam per vasa lactea in M. S. transire queant. Quæ, cum puræ sint excrementiæ, sanguinem inquinant & pituitosiorem reddunt. Nec ineptum erit dicere, bilem propter nimiam copiam in ventriculum ascendere, & ibidem propter jam dictam rationem, & quod obtundatur fermentum,

mentum, concoctionem vitiare. Videtur quod etiam veteres obſervaverint bilis copiam, quoniam multi rhabarbarum in anaſarca laudaverunt. Atque *ut copia bilis* anaſarcam generat; *ita etiam ejus defectus* hoc præſtare poteſt; nam ſi deficiat, neque viſcidiores partes alimentorum incidunt, neque chylus à viſciditate alimentorum liberatur. Hinc ſola potulenta materia in M. S. tranſit. Quemadmodum d. XII. Decem. in puero ejuſmodi obſtructionem ductus choledochi obſervavimus.

§. XXXI.

Nec dubitamus etiam *ſuccum pancreaticum* interdum eſſe accuſandum. Si nimis ſit acidus & cachexiam excitet. Ut enim ſæpe præcedit cachexia: ita merito etiam huc reſpiciendum.

CAPUT V.

De cauſis Nonnaturalibus.

§. XXXII.

Quod *cauſas remotiores* merito accuſantur *res nonnaturales*. Aër quidem quatenus nimis humidus, vel nimis frigidus & auſterus, dum aciditate ſua vel, cachexiam inducit, vel vaſa lymphatica erodit. Uti in pulmonibus propter hanc cauſam ſæpe hydrops pulmonum excitatur.

§. XXXIII.

Potiſſimum tamen cibus & potus eſt incuſandus, ſi in nimia copia aſſumatur, quid enim frequentius, quam quod Bacchi filii tandem hydrope luant pœnas. Labefactatur enim ventriculus, diluitur fermentum, & M. S. chylo aquoſiori gravatur. *Poſt nimium potum frigidæ* intra paucos dies veram anaſarcam in ruſtico ortam obſervavimus ante quinquennium. Nec novum aliquid eſt, plures enim proſtant obſervationes. Nimia frigiditate figuntur & concentrantur ſpiritus, unde frigida intemperies M. S. de qua §. 25.

§. XXXIV.

Anaſarca genuina proles eſt Sp. Vin. Vix enim illi lenæi heroes hoc malum effugiunt. Nam *ſpiritus vini ſua volatilitate & oleoſitate ſ. pinguedine, acidum fermenti obtundit & infringit*, quo minus poſtmodum aſſumpta fermentari queant. Unde fieri non poteſt, quin crudus & indi-

indigeftus chylus producatur. Accedit & hoc, quod fermento adeo edulcorato, fames pereat, & raro cibos appetant: e contra autem fitis magis urgeat propter acrimoniam falfam vini adufti. Unde fieri non poteft, quin ad reftinguendam fitim copiofiori potu cerevifiæ fefe ingurgitent, & ventriculus debilitetur, &c. Et quid tunc aliud, quam cachexia & hydrops, fperandum, fi nulla fit concoctio, nulla feparatio?

§. XXXV.

Pari modo excedens *cibi* affumtio non parum confert. Sive in *quantitate*, five *qualitate*, five *modo affumendi* excedatur. Ingefta enim in majori copia vim fermenti eludunt, ut non poffint debito modo fermentari, agitari. Hinc vel plane non diffolvuntur, & tantum potulenta materia in M. S. defertur; vel in crudam, vifcidam, & mucilaginofam maffam convertitur; quod utrumque anafarcæ occafionem præbet. Si nimia frigidorum & humidorum, quæ craffum & humidum pariunt alimentum, vel etiam pinguium & oleoforum copia obruatur ventriculus, fermentum fupprimitur. Qualia funt *lactuca*, *portulaca*, *cucumeres*, *melones &c.* *Atriplex* peculiari proprietate dicitur excitare hydropem, autore *Plinio*. Quo referunt etiam *Mandragoram* & *cicutam*; fortaffis quod nimium refrigerare dicuntur. Victus inordinatus, ut omnis cachexiæ autor, quod & hic accufandus fit, quis negaverit? Huc referenda funt etiam omnia *medicamenta*, quæ nimis M. S. refrigerant, vel fpiritus figunt & concentrant.

§. XXXVI.

Poft nimium motum & æftuationem corporis, five à *laboribus* fiat, five a *faltationibus*, five à *balneo*, f. *ab alio motu*, fi illico fuperbibatur potus frigidæ, fit anafarca. Dum enim calor eft per totum corpus diffufus, debilis eft, & facile opprimitur frigiditate potus. Unde fpiritus debiles, & ferofior fit fanguis.

§. XXXVII.

Omnes *evacuationes nimiæ* hic funt accufandæ. Quoniam poft *hypercatharfin* frequentiorem, *longas diarrhœas*, *lienteriam*, & *cœliacam* fæpiffime fubfequuta eft anafarca. Poft *hæmoptyfin* ante biennium hydropicus erat futor quidam. *Nimiæ hæmorrhagiæ narium*, *hæmorroidium*, *menfium*, idem efficiunt. Nam fpiritus diffipantur, opprimuntur, & fanguinis intemperies frigida fuboritur. Quemadmodum idem præftant *evacuationes confuetæ fuppreffæ*. *Hæmorrhoidum*, *menfium & urinæ fuppreffio*, tandem in anafarcam degenerat. Nam excrementitiæ particulæ, fi

fi iterum M. S. permifceantur, cachexiam, jam ante plerumque exiftentem, magis magifque augent. Et nifi *urinæ excretio* debito modo fiat, augetur ferum, & lympha fit ferofior.

§. XXXVIII.

Helmontius caufam unice adfcribit huic urinæ *retentioni*. Dum enim contra fcholas *in Ignot. hydrope* difputat, *archæum renum errantem introducit, quod eatenus fiat hydrops, quatenus fcilicet exorbitat, ac in furorem velut percellitur à caufa occafionali, cruore extravafato, ideam gignit five fpeciem, per quam non aut vix feparat urinam.* Vera quidem dicit *Helmontius*, quod urinæ retentio occafionem præbeat anafarcæ; fed quæ de *archæo* dicit obfcura funt, & falfum eft, quod femper hæc caufa adfit, cum fæpe urina fufficienter excernatur in hydrope.

§. XXXIX.

Quantum faciant ad generationem hydropis *animi pathemata*, non erit prætereundum. *Novi*, inquit *Helmontius* in *Conform. morb. fed. in Anim. Senfib. longo mærore defeffos in hydropem, icterum, lienarefque tumores proruiffe.* Idem quoque de aliis affectibus merito afferendum, quatenus fpiritus turbant, diffipant vel figunt, ut inde concoctiones vitientur, & cachexia oriatur.

CAPUT VI.

De Rebus p. n.

§. XL.

C*Achexia* enim inter *res p. n.* primum fibi vendicat locum, à qua anafarca & leucophlegmatia interdum folo gradu differt. Nam cum cachexia à vitiato nutrimento oriatur quam facillime, fi magis magifque augeatur in quantitate, tandem tumorem excitat. Adeft itidem fruftrata fanguificatio, fruftrata nutritio, fruftrata chylificatio, quæ æque faciunt ad generationem anafarcæ & cachexiæ.

§. XLI.

Maxime autem cachexia in caufa eft, quoniam omnium *obftructionum* mater genuina eft, & dicitur. Vulgo quidem obftructiones dicun-

tur generare cachexiam: fed falfiffimum eft; nifi enim prius generetur chylus crudus, nifi eo abundet M. S. fieri non poteft obftructio. Unde fi cachexia ejufmodi obftructiones vaforum lymphaticorum, ductus thoracici, & glandularum fecerit, de quibus §. 10. 11. 12. neceffario fubfequitur leucophlegmatia.

§. XLII.

Et fic juxta hanc hypothefin omnes corporis partes interdum in culpa effent, quatenus obftructionem patiuntur, fcirrhis laborant, vel propter fanguinis vitium, labem contraxerunt, eamque iterum fanguini communicant. Nuper admodum poft *afthma ferofum* in cive Cofwicenfi anafarca oriebatur. A lienis vitio, à tefticulorum obftructione, ab uteri paffione, notaverunt alii.

§. XLIII.

Poft *febres* male curatas, vel propter diætam neglectam, fœpiffime oritur anafarca. Plus fimplici vice hoc obfervavimus in pueris. Quemadmodum etiam præterito anno, in jam nominata civitate Anhaltina fere omnes pueri poft *variolas* in anafarcam inciderunt. Nam communiter ad fedandam fitim nimio potu frigido fe replent, quo non folum aquofior fit lympha, fed etiam totum corpus una cum M. S. refrigeratur. Dum etiam in his cafibus p. n. in M. S. fit effervefcentia vel commotio, nulla poteft fieri vera concoctio. Hinc cruditas fanguinis permanet, nec illico poft febres fubigi poteft.

§. XLIV.

Scabies, fi intempeftivo topicorum ufu omiffis univerfalibus tractetur, leucophlegmatiam non facile curabilem corpori accelerat. Etenim *topicorum* adminiftratione *pori* cutis vel *occluduntur*, & fic materia vitiofa, pituitofa intra cutim & carnem remanet; *vel laxiores redduntur*, ut ampliorem locum habeat. Sæpe etiam acidum lymphæ obtunditur, quo minus exulcerationes excitare poffit; fed quoniam nihilominus lympha p. n. adeft, fub cute poftmodum ftagnat, & quoniam per ulcufcula egredi nequit, tumores excitat.

CAPUT VII.

De signis diagnosticis.

§. XLV.

Signa diagnostica optime congessit Dn. D. *Beckers in nott. Barbett.* Nimirum totum corpus quasi enervatum languet & intumescit, vestigium impressi digiti aliquandiu remanet: respiratio est difficilis, potissimum tamen post assumta alimenta: carnes emortuo corpori persimiles, molles enim laxæ & pallidæ redduntur: urinæ tenues & albæ, febrisque continua, cum pulsu debili & inæquali adest. Sitis urget fere insatiabilis. Ex quibus fontibus desumta sint hæc signa, facile cognoscunt etiam tyrones. Quomodo ab aliis hydropis speciebus distinguatur, in cap. I. explicatum dedimus.

§. XLVI.

Ratione causarum non difficulter res declaratur. Nam externæ causæ per se facile cognoscuntur, si nimirum nimio Sp. Vin. vel potu frigidæ post exæstuationem, fuerit excitatus, relatio ægri id manifestat. Ex propriis signis cachexia facile cognoscitur, si præcesserit, & plerumque lente anasarca subsequitur: quemadmodum ἀθρόως incipit, si post rupturam vasorum lymphaticorum, vel refrigerationem sanguinis, vel nimiam evacuationem irruat. Si viscera interiora morbo laborant, ex signis propriis apparet. Si fermentum in culpa sit, ex vitiata concoctione, ructibus acidis, appetitu læso cognoscitur. Bilis copiam sapor amarus & æstuatio in hypochondrio dextro prodit: quemadmodum ejus defectum difficilis alvus, & excrementa alba detegunt. Aciditatem lymphæ gustu cognosces, quoniam plerumque saliva acida & salsa percipitur. Ejus copiam nimium sputum, catharri, & defluxiones manifestant.

Et prognosticis.

Prognosin variis in locis *Hippocrates* nobis reliquit, cumprimis *l.* 2. *S.* 2. *præd. coac.* *Qui aqua inter cutem detentus est, & servari volet, eum robustis visceribus & contentis viribus esse convenit, simulque suapte natura facile concoquere ac bene spirare, sine dolore esse, totumque corpus æqualiter calere, neque extremis partibus esse colliquefactum.* Et 47. prænot. *Aqua inter cutem, quæ ex acutis morbis oritur, mala; nam neque febris liberat,*

liberat, *vehementesque dolores excitat*; & *lethalis est*. it. eod. loco. *Caput autem & manus*, & *pedes frigere*, *ventre*, & *lateribus calentibus*, *malum denunciat*. id. Hipp. aphor. 8. Sect. 6. *aqua inter cutim laborantibus*, *exorta in corpore ulcera non facile sanantur*. Quod C. Celsus confirmat lib. 3. cap. 21. Quantum nobis licuit observare, facilioris est curationis, quæ à causa externa oritur; ita enim rusticum, qui potu aquæ frigidæ hoc malum contraxerat, feliciter restituimus. Facilior qq. curatu est anasarca, quam ascites, cumprimis si ab initio recte instituatur curatio. Post febres etiam interdum fit curatio; cumprimis autem in pueris, ubi non semel feliciter successit. Multi post variolas, in §. 43. nominati, anasarca laborantes feliciter restituebantur pristinæ valetudini. Sed post nimias hæmorrhagias difficilem semper experti sumus curationem. Omnium autem difficillima est, si cachexia præcesserit. Ut enim cachexia alias difficulter per se sanatur; ita difficilior anasarca curabitur. Notandum qq. etiamsi curetur anasarca, quod neglecta diæta revertatur; & juxta *Hippr.* 460. *Sec.* 2. *l.* 2. *Coac. præn.* tunc spem tollat.

§. XLVIII.

Modi eventus ratione ad *salutem* terminatur, (1) si adsit virium integritas juxta *Hipp.* modo citatum locum. (2) Alvi profluvio; ita enim Hippocr. 457. *Sec.* 2. *l.* 2. Aquæ inter cutem initio aquosum profluvium alvi absque cruditate ortum, morbum solvit, vel (3) alia evacuatione aquæ: ad *mortem*, si rumpantur vasa lymphatica, & in abdomen lympha confluat. Item si aqua confestim effluxerit, juxta aph. 27. hipp. Hinc n. simul spiritus, qua data porta, erumpunt.

CAPUT VIII.

De Curatione.

§. XLIX.

COgnita jam natura languoris lymphatici, & enucleatis signis; videndum porro, quomodo curari queat; ne verum experiamur, *Hydrops*, *Quartana*, *Medicorum scandala plana*. Ut recte fiat curatio perpendat medicus, *an* sit curandum? *quid* sit faciendum? & *quomodo* agendum? Videndum ante omnia; an vires constent, & quamdiu malum duraverit. Si enim vires jam deficiant, & morbus sit inveteratus, melius est desistere, quam opus aggredi.

§. L.

Quid sit agendum, docent *Indicationes*. (1) *Curatoria*; quæ morbum

morbum refpicit. Hæc imperat, tumorem effe imminuendum, quod fieri non poteft, nifi caufa proxima & immediata, lympha nimirum, tollatur, & quidem partim *purgatione* dum fic naturæ ductum fequimur, quæ fæpe diarrhæa juxta *Hippoc.* aquam inter cutem curat. partim *fudore*, partim etiam *diurefi*. Non tamen commode fit evacuatio, nifi vifciditas, quæ partim lymphæ ineft, partim quoque obftructiones fecit, per convenientia incidatur. Fruftra enim peraguntur omnia, nifi hoc fiat, & obfervavimus fæpe hoc unicum, quod pituita non potuerit debellari, curam retardaffe. Alias concoctio hic expectanda non eft. (2) *Præfervatoria* indicatio fuadet, ut caufæ, mediatæ & remotiores tollantur & corrigantur, ne denuo malum revertatur. Ubi prima & fecunda concoctio bene confideranda, ut fermentum corrigatur, acidum temperetur, & fanguificatio rite peragatur: (3) *Vitalis*, ut vires confortentur, imperat.

§. LI.

Barbette fcribit, fe plerumque tribus hifce medicamentis, obfervata fcil. diæta, curaffe. (1) *Per epicrafin purgantibus, quibus neceffario mifceri debent confortantia.* (2) *Sudoriferis.* (3) *Paracentefi.* Rectiffime fane in hoc affectu prius eft *confulendus fons pharmaceuticus.* Et quidem primum vifcofitas incidatur. Optime hoc fit per potenter incidentia fale lixivo volatili prædita & aromatica omnia. Qualia funt *mentha*; *fæniculum*, &, quod primo loco ponendum, *marrubium &c.* Ex his commodiffime noduli parantur, quibus per ἐπίκρασιν; ne vires debilitentur, commode fimul evacuamus.

Rec. Rad. fænicul. ℥j *Cichor. glycyrrh. aa* ℥ß.
Herb. marrub. Majoran. menth. aa mj.
fol. Senn. f. fl. ʒx. *Rhabarb. ver.* ℥ß.
Cortic. inter. Sambuc. ʒij.
Sem. Cartham. ponderof. ʒiij. *fænicul. anif. aa* ʒj.
Macis ʒß. *Cinamom.* ʒij.
Paffular. min. ℥ij.

Concif. & contuf. d. c. Syndone S. Notulur pro Vino.

Obfervavimus matronam, hoc nodulo quæ utebatur, infignem copiam primum vifcofæ materiæ inftar nucis juglandum coagulatæ, depofuiffe. Cui poftmodum infequebatur incredibilis copia aquofæ materiæ per triduum; quæ iterum convaluit & in hunc diem adhuc vivit. Nec minori felicitate fucceffit in ruftico Kitfcheriano; de quo §. 33. diximus. Ut alias obfervationes taceamus.

§. L I I.

Pueros nonnullos, post febres & variolas restituimus, sequenti nodulo.

℞. *Herb. fœnicul. marub. à m. ß.*
Rhabarb. ℥iſz.
Agaric. ℥ij. *fol. Senn.* ℥ß.
Cinamom. ℥ij. *Paſſul. min.* ℥ij.

Concis. & Contuſ. D. S. Notulus pro Vino.

Semper addimus *rhabarbarum*, quoniam bilis interdum & fere semper simul respicienda est, siquidem ejus copiam & viscositatem in causis accusavimus.

§. L I I I.

Lympha autem serosior commode evacuatur per *hydragoga* communiter dicta; *jiualapium præprimis*, *gumm. de peru*, *fol. Soldanell.* Commendant nonnulli ☿ *dulcem* rite præparatum, quandoquidem magnam vim habet movendi lympham ut ex inunctione mercuriali patet. Desperato cuidam, cum propter paupertatem vix aliquid tentare potuerim, suasimus succum *radicis irid. nostr.*, quo magnam copiam aquosæ materiæ deposuit, & reconvaluit brevi tempore. Idem tentavit puer 16. annorum post scabiem male curatam hydropicus, & itidem bene se habet. Cavendum tamen sedulo, ne continuis purgationibus mortem potius accelerermus. Rectius fit evacuatio per epicrasin, & immisceantur confortantia. *Mœbius* in Coll. MSto, sequentes *Pilulas* commendat:

℞. *Extr. fl. perſic.* ℥j.
mecchoac. ℥ß.
eſul. ℈i.
☿ *dulc.* ℥i. M. F. Pil. Dos. ℈j.

§. L I V.

Difficulter explicatur, per quas vias ex habitu corporis ad intestina derivetur. Nam vasa lymphatica ex intestinis vehunt, non vero ad intestina. *Regn. de Graaf.* post exhibitum jalapium observavit in cane multum seri vel lymphæ ex ductu pancreatico effluxisse. Igitur commode afferendum esset, quod per hunc ductum, qui cum aliis vasis lymphaticis convenientiam habeat, excernatur. Nec fortassis à veritate alienum erit, adstruere, quod in intestinis orificia vasorum lymphaticorum aperiantur, & motu inverso lympha evacuetur.

§. L.

§. L V.

Utrique etiam indicationi ſatisfacere poſſunt *Sudorifera*, quæ propter ſal volatile incidunt & lympham qq. per poros evacuant. Commendat *Barbette* ſequens ſudoriferum. ℞. *Rad. Ireos florent.* ℥j. *Rad. ſalſæ parillæ, Chinæ à* ℥iij. *Ligni quajac* ℔ iß. *Infuſa tepide in ſ. q.* ▽ *comm. hor.* 24. *Coqu. parum* & *Colat. evaporetur lento* △ *ad* ℥iij. *quæ rurſus diſſolvantur in* ▽ *petroſelin.* ℥xvj. *Elex. citr. Ang. Sal.* ℔j. *Filtrentur per manic. Hippoc. addend. Julapii roſacei q. ſ. de quo capiat æger bis de die* ℥ß. *frigide.* Hoc ipſum prodeſſe ſimul videtur exſiccatione.

Vel ℞. ▽ *petroſelini* ℥ij.
fœnicul. theriacal. à ℥j.
Spirit. ⊖ ✱ g^r *XX.*
Sirup. Card. bened. ℥j.

Fiat *miſtura* brevibus intervallis ad ſudoris eruptionem cochleatim aſſumenda. Qua ſimul qq. ſi acidum peccet, corrigitur, & habetur apud *Sylvium in praxi.* Præfertur alias *bezoardicum martiale*, *Tinctura* & *Eſſentia lignorum*, *ſpiritus lignorum*. Non ſine magno fructu ſudor elicitur in balneo artificiali, tecto, quali in lue venerea alias utimur cum ſpiritu vini ſilicibus ignitis infuſo. Hoc enim diſſolvitur lympha, & acidum peccans per alcali ſpiritus vini corrigitur.

§. L V I.

Quandoquidem haud raro natura per urinam evacuat molem, merito eam ſequimur, & *diuretica* adhibemus; *baccæ juniperi* decantatiſſimæ ſunt in anaſarca, & quæ exinde parantur medicamenta. *Fœniculum* etiam præ reliquis laudandum eſt, quoniam non ſolum urinam pellit, ſed etiam incidendo aperit. *Spiritus* ⊖ vulgariter ab omnibus commendatur, & ſuadet Mœbius ejus uſum ad ℨj in multo vehiculo, qui pellit urinam, & præterea etiam fermentum & viſcera roborat. Alii laudant Spirit. Tart. urinæ, ⊖ urinæ. *Spirit. therebinth. juniperin. lumbric. terr. eſul. gratiol.* &c. Aliis palma præripit Spirit. *hydropicus Mynſicht.* it. *Sal commune, ut Sal geniſt. ſtipit. fabar. Sal. hydrop. Mynſ.* &c. *pulv. bufon.* commendat nonnulli tanq. ſpecificum in hydrope.

§. L V I.

Si fruſtra hæc tentata fuerint, ſuadent autores *Paracenteſin* ſ. apertionem, quo lympha præternaturalis evacuetur. Periculoſa quidem operatio eſt, ſed quæ interdum bono cum fructu à natura & arte fuit

 tentata.

tentata. Cavendum modo, ne in iis fiat adminiſtratio, quibus viſcera interiora ſunt corrupta & in hydrope inveterato, vel qui à cachexia ortum duxit. Fruſtra enim omnia erunt. Per umbilicum quod extracta fuit aqua hydropica, plures proſtant obſervationes. Et vidimus nos ipſi hoc opus naturæ in puellula, quæ poſt febrim in anaſarcam inciderat, cui tanquam deſperatæ impoſuimus emplaſtrum de baccis lauri, facto in medio foramine. Natura enim in umbilico, altero, ab impoſito emplaſtro, die, veſiculam per illud emplaſtri foramen emittebat, an, quod emplaſtrum conſtringebat cutim, ſive quod aperta hic via fuerit? Suaſi apertionem; ſed operationem antevertit natura. Siquidem diſrupta illa veſicula, ingens copia aquæ effluxit, uno, quod mirandum, impetu. Nihilominus tamen in hunc diem in *Eyla* adhuc vivit ſana & vegeta. Quis igitur recuſaverit naturam ſequi, cum viam hic nobis monſtret? Et recte quidem ſcribit *Barbette*: *multa curari poſſent, ſi citius Paracenteſin admitterent.* Cumprimis in anaſarca, ubi alias metus eſt, ne, rupto ductu thoracico, in abdomen confluat.

§. L V I I.

Operationem Paracenteſeos vide apud eundem *Barbette in chirurg.*, quam tranſcribere nolui. Notetur ſaltim novum *Blockii* inſtrumentum, quo, ſine periculo, quantum volueris aquæ poteris educere. Notetur etiam, quis locus ſit eligendus, nimirum *umbilicus*, ſi protuberet, vel ſaltim, ut naturæ ductum in §. præced. ſequamur. Fabrit. Hildanus putat, quod etiam minori cum periculo in umbilico inſtitui queat. Loquitur quidem de aſcite; ſed eadem ratio eſt in anaſarca, uti ex §. præced. patet. Alii ſcrotum eligunt, alii crura: ſed gangræna ſæpiſſime exinde naſcitur, uti ex obſerv. Hildan. & aliorum patet. Cavendum ſedulo, ne una vice confeſtim effluat. Nam *qui aqua inter cutem laborant, ſi uruntur, aut ſecantur, & aqua confeſtim effluxerit, omnino moriuntur. juxt. Hipp. 6. aph. 27.* Facillime hoc præcavetur inſtrumento jam nominati *Blockii*, vel ſi empl. de pilis leporinis imponatur.

§. L V I I I.

V. S. & *ſcarificationes* exulent. Illa enim magis debilitat M. S. ſpiritus exhaurit, & tamen nulli indicationi ſatisfacit: hæc autem gangrænam minitantur. Idem judicium eſto de *cauteriis*, *veſicatoriis*, *fonticulis &c.*

§. L I X.

Evacuata materia, *indicationi vitali* quam citiſſime eſt ſatisfaciendum, ut vires jam maxime debilitatæ reſtaurentur. Nec omittenda ſunt confortan-

tantia, dum evacuatur lympha. Laudantur calida, quoniam primaria causa est refrigeratio sanguinis. Et si simul sale volatili constant, spiritus resuscitant, & fermentationem excitant. Qualia sunt *spec. aromat. rosat. diacinamom. dialoe, diaxylo aloes. diambr. diamosch. It. conserv. flor. borrag. buglos. condit. cortic. citr.* ▽ *menth.* &, quæ omnibus palmam præripit, ▽ *cinamomi.* Nam *cinamomum*, & omnia medicamenta exinde parata, singulariter in anasarca propter aromaticam vim prosunt: ut Rec. ▽. *cordial. temperat.* ℥iij.

cinamom. carbuncul. à ℥ij.
caryophyll. ℥i.
Spirit. rosar. Ess. ambr. à ℥iß.
Confect. alkerm. ℥ij.
Sirup. de cinam. ℥ij. *fr. rub. id. q. s.*

F. Pulv. D. S. potio cordial. pro una dosi. vel: Rec. *spec. diacinamom. diambr.*
Aromatic. à ʒiß.
Confect. alkerm. c. M. & A. ʒij.
Sacch. in ▽ *Cinamom. Solut. q. S.*

F. l. a. Morsuli D. S. Shorsulæ confortativæ.

Alia vide hinc inde apud practicos.

§. LX.

Sed, ne revertatur malum, cavendum sedulo: unde *indicatio præservatoria* nequaquam negligenda. Quæ suadet, ut causæ remotiores bene perpendantur, iisque debita adhibeatur curatio. Ubi generaliter sciendum, omnia hic prodesse, quæ alias in cachexia solent usurpari, ut ita vix liceat hic evagari, nisi exquisitam cachexiæ curam meditari vellemus. Brevibus me expediam.

§. LXI.

Ad primas vias ante omnia respiciendum. Si fermentum peregrinum adsit, propinentur ea, quæ absorbent acidum abundans, & sal volatile spirituosum restaurant. *Illud* faciunt *præcipitantia* vulgo sic dicta, qualia sunt, *spodium, corallia rubra, ebur. s.* △ *ocul. 69. Lap. percar. dent. apr. Unicorn. fossil. &c.* Dum enim poros ampliores habent, & *alkali* prædita sunt, acidum absorbent egregie. Palmam reliquis omnibus dicuntur ♂lia medicamenta præripere, quocunque modo præparata, modo ab acidis menstruis non antea fuerint corrosa. Si enim jam antea saturatus sit ♂, acidum peregrinum absorbere nequit. Commendant tinct. ♂. *aperit. Zwölferi. Bezoard.* ♂. & notus est nobis *pulv. diaphoret.* ♂ pe-

culiaris, qui valde prodeſt. Jam nova tinctura ♂ ☉ris decantatur; de cujus efficacia nobis tamen nondum conſtat. *Aliis arridet vinum chalybeatum mynſicht.* Nec negligenda ſunt ſalia communia *fixa*, ut *arcan. duplic. mynſ.* quod nonnulli tanquam ſingulare laudant in hydrope, ſi urina ſit alba, non rubicunda. it. tartarus ſal commune lat. &c. *Hoc* autem optime præſtant, *medicam. ſtomachica* vulgo dicta, quæ ſale communi volatili conſtant, & *aromata* omnia: ut cinamomum ſupra a nobis laudatum, & propter ſal commune volatil. oleoſum inſtar omnium. it. *Calamus aromaticus*, *mentha*, *galanga*, it. *cochlearia*, *naſturt. aquat. rad. ari* Ex quibus formulæ facile concinnari poſſunt, vel ab autoribus concinnatæ uſurpandæ ſunt. Proſtant enim varia elixiria, ſpiritus, ▽æ &c. Commendatur valde *Q. E. Matthioli. Elix. propriet. Helmont. Elix. aromat. mynſ. ſpir. vini camphorat.* &c. Communiter in hydrope laudatur *abſinthium*, partim quod fermentum roborat, partim etiam quod hepar calefacere dicitur.

§. L X I I.

Si a nimio ſpirit. vin. uſu fermentum ſit edulcoratum, commendant accuratiores practici *ſpiritum ſalis communis dulc. elix. propriet. acidum tart.* & alia quoque aromatica ſale communi volatili acido prædita, quo acidam volatilitatem reſtaurare poſſunt.

§. L X I I I.

Si *bilis copia* ſegregationem chyli impediat, non ſolum per *rhabarbarum*, & alia *chologoga* evacuabitur; ſed attemperabitur etiam juxta *Hippocratem per acida*, ut ſunt *ſucci acidi plantarum*, & *ſpiritus minerales*, ⊕, ſal commune, ☾. Multi magnopere in hoc caſu fidunt *ſpirit. ſal com. dul.* Alii utuntur præcipitantibus, ut Ebor. ſ. ▽. corall. rubr. Alii adhibent alimenta & medicamenta viſcoſa, quæ obtundunt acredinem, qualia ſunt *amygd. dulc. ſem. 4. frigid. pap. alb. &c.* ex quibus emulſiones conficiunt. *Defectum* ſupplent per ſalia communia volatilia acriora, quibus augebitur, & volatilior reddi poterit bilis, ut ſunt ſal commune ✱c. *aromata*, & *ſalia* ex plantis antiſcorbuticis & aromaticis, *cochlear*, *raphan. ruſtic. ſinapi &c.*

§. L X I V.

Maſſæ ſanguineæ temperies reſtituitur, ſi calor, h. e. ſpiritus, reſtaurantur, & fermentatio iterum reſuſcitatur. Quemadmodum enim vina, nova excitata fermentatione, reſuſcitari poſſunt: ita nullus dubito, quod etiam in M. S. hoc fieri queat, etiamſi plane corrupta ſit. Convenientiam vini & ſanguinis declarat *Willis.* Poterit fieri, partim per conve-

venientia calida reftaurantia : partim per ea, quæ lymphæ aciditatem hic prædominantem corrigant : partim etiam per ea, quæ particulas acti-vas biliofas in motum vertunt. Omnibus hifce fcopis fatisfaciunt *Salia volatilia oleofa*, atque *olea aromatica*, fi cum *fpir. vin.* conjungantur, & exinde miftum vel elixiria fiant, qualia funt, *ol. caryophyll. cinamom. cortic. citr. majoran. rorifmar. &c.*

§. LXV.

Quæ *hepati* profunt, ex practicorum libris patet. Commendant *fpec. diarrhod. abbat. die Lacc. Trochifc. de abfinth.* Et verum eft, quacunque tandem ratione operetur, five hepar confortando, five calorem fanguini re-fufcitando, plurimum prodeffe in anafarca *abfinthium*, quemadmodum etiam *helenium*. Novimus quendam, fuafu alicujus medici, folo *abfinthio & baccis lauri* fe reftituiffe, facta exinde, cum pane adhuc calido & cere-vifia, potione.

§. LXVI.

Ab obftructione *menfium*, *hæmorrhoidum*, vel aliarum partium, fi oriatur, profunt aperientia, & alia, quæ traduntur in horum affectuum tra-ctatione. Si autem a nimio menfium, vel fanguinis fluxu oriatur, cauto opus eft, monente *Sennerto in Praxi*, ne, dum fiftimus fanguinem, ex-citemus anafarcam; vel fi aperientia adhibemus, moveamus fanguinem. Laudat jam laudatus *Sennertus Abfinthium*, *betonicam & fpicam nard.*

§. LXVII.

Pororum & fibrarum laxitati fuccurrunt *adftringentia moderata & exficcantia*, tam interna, quam externa; quæ ubivis proftant.

§. LXVIII.

Externe profunt *emplaftra* & *cataplafmata*; ut *empl. de bacc. laur. & ftercore vaccino*, cum ♃ & *Sem. Carv.* mixtis. Cataplafmata vid. *ap. Grembf. in arbore integra & ruinof. hom.* Fateor equidem hæc externa parum fpei præ fe ferre, nihilominus tamen interdum feliciter adhibentur, uti ex §. 56. conftat. Conftringunt poros & cutim, ut repellatur in vafa lymphatica lympha ftagnans, & per renes, vel aliam viam evacuetur.

§. LXIX.

Diæteticus fons tandem neutiquam eft negligendus. *Aër ficcus* fit & *calidus*.

Vete-

Veteribus ψάμμωσις καὶ ἡλίωσις in uſu erat. *In cibo & potu* cardo verſatur. *Abſtineat ab omni potu*, ſi nobilis illius apud Hildanum fortunam deſiderat; *non tamen* a cibo. Nam ἀπολιχώρυσιν ἐκ τῆς ἀσιτίας οἱ ἄνθρωποι. Reliqua vide apud Practicos. *Soli Deo Gloria!*

FINIS.

JOHAN.

CXX.

JOANNIS BOECLERI.

Bot. Chym. Prof. P. Ord. Argent.

AD EXTEROS MEDICOS,

OCCASIONE FRAUDULENTÆ MULIERIS, QUÆ PER TOTAM FERE VITAM FICTO MONSTROSO VENTRE OMNIUM DECEPIT OCULOS, CONSCRIPTA

EPISTOLA.

12. Mart. 1728.

QUA olim Medici etiam experientiſſimi lacerabantur, ea adhuc & quidem magis hodienum viget, in famam eorum, qui, ut hoc præſiſcini dixerim, omni cura in mortalium vita ſanitateque conſervanda reſtaurandaque conſcientioſe laborant, ſceleſtis graſſandi modis protervia, ne dicam inſania. Non enim tantummodo argutis mordentur ſalibus, ſed enormibus atrocibuſque injuriis, carminibus libelliſque famoſis tum ſcriptis tum impreſſis, variis itidem probroſis imaginibus æri lignoque inciſis proſcinduntur, qui hic Argentorati ſacram adminiſtrant artem, cujus fons & origo Deus ipſe eſt, quamque Altiſſimus de terra creavit: Idque occaſione fraudis pleniſſimæ anus, quæ per triginta novem circiter annos uſque ad ſuum interitum Deo mentita homines luſit. In vico, ab oppido trans rhenum ſito, cui Oberkirch nomen, milliari fere diſtante orta ſubdola mulier *Anna Maria Salome Erdriechin*, ſub finem fere ſuperioris ſeculi in urbem hanc noſtram conceſſit in actum deductura, quos ſcelerata mente conceperat, actus. Poſtquam enim per aliquot annos hinc inde ă ſervitiis extitiſſet, incepit incedere cum abdomine paulatim intumeſcente, conquerens vaferrime de doloribus per vices redeuntibus, & inſigniter excruciantibus. Medicorum interim vix unquam & haud aliter implorabat auxilium, quam ut eo magis ſuos occultaret dolos. Factum hinc eſt, ut dum continuo augmentum nefando auſu ſumeret uter, omnes omnino ad miſericordiam pelliceret, ſicque non exiguas ſed potius largiſſimas a plurimis extorqueret eleemoſynas, callidiſſima vulpes. Conſtare non potuit, an malitioſis his technis anſam dederit clandeſtina ingravidatio, (cujus rugæ in abdomine reperiundæ præbebant conjecturam) quam hoc modo cooperire animus erat, an vero impia vitam ex aliorum marſupiis commodiſſime & abſque multo labore tranſigendi lubido tam deteſtabilia inſpirarit molimina. Hoc certiſſimum eſt, quod in antro quaſi degens minime permiſerit, ut cubitum euntem aut lecto membra componentem vel ipſa umbra hominum utriuſque ſexus conſpiceret. Mirum interim eſt, dum audaci quotidie conatu tibialia ſibi induere fecerit, nemo unquam de ſumma, qua cunctos circumvenit, fraude vel minimum detegere aut ſaltem ſuſpicari potuerit. Ut autem pietatis quoque pallio malitiam ſtabiliret, ædes ſacras cultumque Divinum frequentavit ſolerter, quo ipſo obtinuit, ut fraudulenta hac hypocriſi de die in diem vicem ipſius iniquam dolentium animos reddiderit magis magiſque faventes. Accedit quod proterva calliditate aliis quoque egentibus aliqualia, ex benefactorum, quibus cumulabatur, cornu copiæ, quandoque erogaret munuſcula. Vivebat interim clanculum laute, & licet pondus, quod de collo ſuſpenſum geſtabat, inſigne, non potuerit non moleſtias creare, illas tamen eo faci-

lius ſuperabat, quo magis & haud ingratis eſculentis & gulæ abblandientibus potulentis incommoda, quibus adſueverat, demulcere, datum ſatis erat. Placuit autem tandem Divinæ Providentiæ execrabili huic Comœdiæ finem imponere, dum perfidam hanc creaturam ex hac vita migrare & die 24. Februarii anni currentis ad ſuum ire locum juſſit. Qua autem præciſe ratione ergaſtulum ſuum malitioſa reliquerit anima, afferi non poteſt, cum demum foribus ſpeluncæ, quam inhabitarat, vi apertis, innotuerit, ipſam ex hoc mundo exceſſiſſe. Morte nunciata detenti hactenus in ſuſpenſo omnium animi, qui in turgidis viſceribus extraordinaria miracula latitare ſibi perſuaſerant, mox fuere ab errore, cui hactenus aſſentiebantur, liberati, dum ocularis inſpectio & denudatum cadaver non magis inflatum ac aliarum macilentarum demortuarum abdomen exhibuit, fictus autem venter prope lectum collocatus effuſum omnibus expreſſit cachinnum. Examinatus ſaccus, novendecim & quod excurrit libras pendens, ſordidam variorum linteaminum vetuſtorum detritorumque congeriem ſpectandam præbuit, in quibus ingens pediculorum agmen caſtra locarat, quæ animalcula in corpus præſtigiatricis, dum adhuc viveret, excurrentia atque tripudiantia, forſitan ſupplerunt eum voluptatis ſenſum, quem lubricæ meretriculæ ex choreis ductis percipere ſolent. Tam turpi jam fallacia non tantum Medicis, Chirurgis atque matronis, ſed omnibus omnino, qui eandem conſpexerunt, aut de ea audiverunt, terrigenis, ſive in alto honorum faſtigio fuerint conſtituti, ſive mediocrem ſocietatis civilis locum occuparint, aut etiam infimæ annumerati fuerint plebi, impoſuit improba mulier. Dum autem jam plurimi a ſe declinare volunt vel ſolam ſuſpicionem, quod fuerint decepti, omnis non detectæ aſtutiæ culpa in inſontes conjicitur Medicos atque Chirurgos. Ridere equidem & feſtivis jocari verbis non eſt prohibitum, unde & tenuiſſima mea Muſa ſe continere non potuit, quin ſequentes in chartam conjiceret verſiculos.

Errores Medicos Hominum mors pallida condit;
Nunc illos retegit nex ſimulantis anus.
Ventre in prætumido ſperabant cernere mira,
Quem vivæ Medicis tangere crimen erat.
Contendunt, ægros, Medici, contingere quosvis,
Cur hic non factum? dicere nemo poteſt.
Cunctorum luſit ſpem ficti ventris imago,
Infarcti variis, plaudite, quisquiliis.
Aſt cur ridetis Medicos? animalcula quærunt,
Ac invenerunt millia multipedum.

Lepidis

Lepidis, , ut repetam, jocis uti poſſumus, ſed honeſtorum virorum famam, quæ pari cum vita paſſu ambulat, diabolicis invadere calumniis, eamque putidiſſimis conſpurcare mendaciis, ea demum res eſt, quæ diſplicet ſummopere Deo, lædit proximum, propriamque onerat conſcientiam. Non autem hæcce eo tantum a me proferuntur fine, quaſi injurias a flagitioſis ejuſmodi hominibus illatas vindicare vellem: Minime. Nam utique aſſenſum præbeo venerando Facultatis noſtræ medicæ Seniori Dn. *Joh. Valentino Scheidio*, Urbis Argentoratenſis Archiatro, qui interrogatus, quo vultu aſpera hæc convicia intueretur, ſumma cum modeſtia reſpondit, ſe imitaturum magnum iſtum Philoſophorum Principem Socratem: de quo hæc in commentario de liberorum educatione refert Plutarchus Ἀριϛοφάνȣς δὲ ὅτε τὰς νεφέλας ἐξέφερε παντόιως πᾶσαν ὕβριν ἀυτȣ̃ κατασκεδαννύντος, καὶ αινος πῶν παρόντων τὰ τοιαῦτα ἀνακωμωδȣ̃ντος, ȣ̓κ ἀγανακτεῖς ἔιποντος ὦ σώκρατες, Μὰ Δί ȣ̓κ ἔγωγε, ἔφυσεν, ὡς γὰρ ἐν συμποσίῳ μεγάλῳ τῷ θεάτρῳ σκώπτομαι. Socrates, *quando nubium fabula edita* Ariſtophanes *in ipſum omnis generis convicia jaciebat, iisque in ſcena recitatis amicorum quidam dicebat, Non iſta moleſte fers* Socrates? *Nequaquam vero, inquit, nam in theatro veluti in magno convivio verbis vexor.* Utique enim tali cum conſtantia perferenda veniunt inique objecta opprobria, & non magis curanda, quam ſi canes allatraſſent. Nullus interea malam in partem interpretari poterit, ſi veritatis cauſa res geſtæ eruditis etiam clarius manifeſtentur. Inter alia objicitur, Medicos aut minus aut nimis fuiſſe curioſos. Curioſitatem deficientem facile excuſat, quod nulli maſculorum, etiamſi Apollineam profiteantur artem, conceſſa ſit facultas, fœminei ſexus, quem pudor naturalis hac in re protegit, corpora pro lubitu ubivis tangendi atque viſitandi. Adde quod ſemper novas artes pectore verſans mulier, de qua agitur, non tantum naturalem prætexerit pudorem, ſed & ſe manus marium non niſi cum morte admiſſuram eſſe regeſſerit, quoniam voto ad ſummam hanc caſtitatem ſe adſtrinxiſſet. Adeo callide Medicos Chirurgoſque ab examine coërcuit. Quod ad nimiam attinet curioſitatem, illam in eo conſiſtere faciunt quod exteris quoque communicata a noſtratibus Medicis fuerit, uti fama fert, hujus abdominis monſtroſi hiſtoria. Sed quid inde? communicantur ſæpius invicem hiſtoriæ, quarum falſitatem tempus aperit. *Decipiuntur Theologi, decipiuntur Juriſconſulti magnique Politici, decipiuntur Philoſophi, quidni & Medici?* In hoc caſu nullus reperitur, qui non confictis deceptus fuerit mendaciis. Objicitur porro & quidem a quibuſdam, qui ſibi fœnum non eſſe pro cerebro autumant, ideo ſuſpicionem fraudis debuiſſe Medicis ſubnaſci, quoniam tam admiranda integumentorum corporis expanſio incomprehenſibilis imo plane impoſſibilis compareat. Aſt ita ratiocinantes & illud Apellis, *ne ſutor ultra crepidam*, & tritum illud Juris Anti-

ftitum pronunciatum, quo dicitur, quod *incivile fit de lege judicare non infpecta lege tota*, obfervare debuiffent, fic namque tacuiffent, Philofophique manfiffent. Medicorum annales turgent numero obfervationum de præternaturalibus, ut corporis partium quarumvis, ita etiam abdominis tumoribus mirificis imo ftupendis. Hac vice contentus ero pauca tantummodo enarrare exempla, quæ noftrates annotarunt in arte periti. Illuftris Melchior Sebizius Medicinæ Dr. & Prof. in alma noftra Univerfitate & Argentoratenfis Reipublicæ Poliater anno 1627. typis jam imprimi curavit hiftoriam de fœmina quadam Argentoratenfi, quæ ventrem fupra modum tumidum atque diftentum ultra decennium geftavit, & tum hydrope uterino, tum molis carnofis 76. tum ea hydropis fpecie conflictata fuit, quæ afcites dicitur. Hiftoria ab Authore, quem fæpius adibat ægra, cumque eo de tumore ventris fui ftupendo fermones conferebat, & quibus affligeretur fymptomatibus commemorabat, fequentibus recenfetur verbis. *Vixit annis bene multis noftra in Republica fœmina nomine* Anna Taubin *Weickershemii ad Tubarim nata. Ea cum ante plures annos modo famulam modo netricem egiffet apud cives quosdam honoratiores, tandem libellioni five tabellario cuidam nupfit: qui tamen, nefcio quo fato, aliquot annos poft celebrationem nuptiarum factus eft maniacus, & ob rabiem ægritudinis in vincula atque compedes majoris noftri Nofodochii conjectus. Marito ad faniorem mentem revocato, concepit aliquoties, fed modo abortum, modo genituræ adhuc liquidæ egreffum paffa eft. Tandem & concepit & puerum enixa eft anno ætatis circiter 32. Verum partu peperit feftino & inexpectato: adeo ut, quæ obftetricandi munere fungi debuiffet, in tempore adeffe minime potuerit. Puero in lucem edito venter nonnihil quidem detumuit, attamen longe turgidior manfit, quam fuerat ante impregnationem. Sufpicabatur mifella alterum fe partum geftare: fed ratione obftetricis perfuafa, quæ caufam in flatus referebat, opinionem depofuit. Tumor ventris a partu fenfim crevit, & venter magis magifque fuit diftentus, diftentufque ultra decennium permanfit. Dies fatalis ipfi fuit 17. Sept. fupradicti anni, cum annum ætatis ageret 42. aut 43. Toto geftationis tempore de nullo fere fymptomate conquefta fuit, quam de pondere & gravitate ventris: interdum & de dolore tenfivo & aliquali refpirationis difficultate querelas movit. Retulit tamen, flatus fibi quandoque cum crepitu exiviffe per pudendum: & quo plures fibi erupiffent, eo minores moleftias fenfiffe. Paffa fuit menftruum fluxum lunis fingulis. Quale autem quantumque menftruum fuerit non explicuit. Menfibus vero poftremis, qui vitæ finem præcefferunt, cachectico plane fœdata fuit colore: faciem habuit cadaverofam, fuperiores artus extenuatos, emaciatum pectus ut coftæ numerari potuerint: pedes œdomatofos, qui ad preffum digitorum contrahebant foveas: ventrem longe turgidiorem prominentioremque quam prius: adeo ut tandem ægre admodum refpirarit, affumptoque cibo de anguftia pectoris & difficultate anhelitus vehementer fuerit conquefta. Aperui eam, pergit* Sebizius,

zius, *secunda ab obitu die, & primum cutem in modum crucis dissecui usque ad matricem: dein matricem ipsam per medium divisi. Abdomine aperto effluxit ex cavitate ejus aqua tenuis & albicans, sero lactis persimilis, qua mensura ignoro. Magis enim de matricis contentis sollicitus eram, quam de abdominis. Dissecta matrice, emanavit aqua sanguinolenta copiosa, quæ loturam carnium recens mactatarum plane repræsentabat & una cum aqua molæ carneæ septuaginta & quinque, erant enim omnes solutæ & liberæ. Unica solum, quæ septuagesima sexta numerabatur, dextræ uteri parti inferiori, quæ orificio ejus interno contigua, annexa conspiciebatur. Variabant magnitudine, figura, colore & substantia. Nam ratione magnitudinis aliæ erant parvæ: aliæ majores: aliæ inter illas maximæ. Ratione figuræ; rotundæ, quadratæ, triangulares aliterque effigiatæ. Ratione coloris pleræque nigræ, quædam tamen albæ. Denique ratione substantiæ una atque altera satis crassa duraque & fere cartilaginea, illa præsertim quæ utero adhærescebat. Reliquæ fungosæ, raræ, laxæ & spongiosæ. Excretam aquam mensurari jussi & inveni mensuras Alsaticas quindecim & illas quidem antiquæ doseos, quæ vulgari aliquanto largior. Pendent autem singulæ uncias 64. ita ut in universum cruentæ illius aquæ unciæ 960. ex utero defunctæ promanarint, quæ constituunt 80. libras pharmaceuticas. Cutis admodum erat tenuis atque transparens. Umbilicus plane obliteratus, ita ut neque cavum, neque pellicula ejus rugosa apparuerit. Pinguedo fere nulla. Musculorum abdominis carnes pallidæ, flaccidæ, graciles valde. Panniculus carnosus, qui & membraneus dicitur, cum tendinibus musculorum illorum confusus & complicatus. Peritonæum certis in locis ita cum utero conjunctum & glutinatum ut vix ac ne vix quidem ab eo avelli potuerit. Corpus matricis non secus atque cutis admodum tenue, cum alias satis crassum existat. Adeo quoque amplum & spatiosum, ut hospitium aliquot infantibus justæ magnitudinis præbere potuisset: Hepar luridum flaccidum tale, ut digitis conteri quiverit facillime. Lien paulo melior, sed ne is quidem naturalis. Altitudo ventris a vertebris lumborum ad umbilicum erat sesquipedis. Longitudo a cartilagine Xiphoide sive ensiformi usque ad pudendum duorum pedum & dimidii. Crassities sive circumferentia, quam cingulum alias metiri solet, quatuor pedum & duarum unciarum cum dimidia. Moles ventris pro corporis statura videbatur monstrosa. Erat enim defuncta natura parva. Ideoque venter major reliquo corpore.* Dn. Ludovicus Saltzmann Argentinensis nobis quoque, in dissertatione inaugurali anno 1671. habita, sistit abscessum internum insignis magnitudinis. *In Nosodochio Argentinensi, ancilla, quæ aliquot nobilioribus familiis hujus urbis servitia præstiterat, annos nata 23. constitutionis calidioris sicciorisque conquerebatur a tribus jam annis, de suppressione mensium & facta inde intumescentia abdominis, hoc quippe, juxta notabiles venas atro & crasso sanguine refertas, quas exhibebat, sensim in tantam excrevit magnitudinem, ut a plurimis ipsa crederetur gravida. Imploraverat misera opem Medicorum, qui menses ab initio ob imprægnationis speciem & suspicio-*

ſuſpicionem provocare non ſuſtinebant, poſtea ob diuturnitatem temporis remota impregnationis ſuſpicione fortiora imo fortiſſima exhibebant medicamenta, quæ menſes pellerent, ſed in caſſum laborabant, quippe abdomen potius ſenſim a ſiniſtro hypogaſtrio verſus ſiniſtrum hypochondrium magis extendebatur, reliquo corpore fere contabeſcente, ambulare tamen hinc inde poterat, utcunque valebat, vigebat appetitus. Vivebat ſine notabili mutatione, uſque dum circa initium Aprilis 1671. *gliſcente pede cum vehementia in terram ruebat, ex quo lapſu multum ſenſit incommodi. Abdominis enim tumor ſurgebat altius, ita ut umbilicus totus obliteraretur. Venæ in abdomine antea notabiles, jam nodoſæ in majorem extendebantur magnitudinem, ſubſequebatur ſpirandi difficultas, pulſus erat parvus, frequens & inæqualis. Cordis ſyſtole & diaſtole ſub clavicula ſiniſtra (hucusque enim protrudebatur cor) exacte cernebatur. Ventriculus reſpuebat omnem cibum, unde inter omnes, qui adſtabant, conveniebat, ipſam paucis diebus eſſe exſpiraturam, ſed præter omnium exſpectationem, vitæ terminus de die in diem protrahebatur, ingraveſcebat in dies morbus, tantaque in abdomine ex largo potu retento colligebatur copia materiæ, ut abdomen cum diſtendi amplius non poſſet, mitteret ejus partem ad crura. Sexto igitur a lapſu die his tumorem inducebat, aſſumebat iterum aliquid cibi. Die à lapſu* 14. *inſequebatur Diarrhœa, quæ fere ad finem vitæ eam comitabatur. Moriebatur autem die* 26 *Aprilis anni* 1661. *matutino tempore, quo ipſo die à meridie in Noſodochio cadaver aperiebatur. Facta itaque in dextro hypochondrio levi inciſura, profiliebat ex abdomine aqua, quæ colore, conſiſtentia & ſpuma cereviſiam probe coctam æmulabatur. foramine dilatato inſequebatur purulenta & fœtida materia, imo totæ portiones omenti peſſime olentes, implebat autem hæc aqua* 14. *menſuras Argentinenſes ſeu* 56. *libras. Evacuata hac materia & ſenſim ſubſidentibus abdominis partibus continentibus, ingens & ſolidior ſub illis moles obſervabatur. Aperiebatur itaque totum abdomen, quo aperto, vah, quæ mira ſeſe offerebant, quippe ſub inguine ſiniſtro conſpiciebatur inſignis tumor, quem ſuæ alebant venæ, circumjacentibus undique membranis annexus, qui vinculis ſuis liberatus eximebatur pendens* $6\frac{1}{2}$. *Lb. civiles. Erat autem tumor iſte congeries plurimorum abſceſſuum cyſticorum, quos communis involvebat membrana, horum alii majores erant, minores alii: ſinguli, qui aperiebantur, peculiarem continebant materiam gelatinæ ſimilem; maximus in duorum pugnorum magnitudinem excreverat, quem materia mucoſa albumen ovi referente impletum videbamus, alius magnitudine ovum excedens melleam continebat materiam, alius albam, glaucam alius, alius ſubfuſcam, paucis, quot aperiebantur abſceſſus, tot diverſa fere conſpiciebantur contenta & ſubinde novus abſceſſus novam promebat materiam. Conſiderata hac mole etiam in alia inquirebatur: infinitæ erant hinc inde hydatides variæ magnitudinis. aliæ enim ad nucem juglandem magnitudine accedebant, aliæ minores inveniebantur. Peritonæum apparebat craſſum inſtar cutis, Omentum pene totum erat conſumptum.*

tum. *Ventriculus bene se habebat, erat autem plane inanis.* *Intestina plane erant livida, turgebant mirum in modum quasi fistula inflata fuissent, colon præcipue, donec adacto cultello inusitatum exspirantia fœtorem concidebant, membranis præter naturam sibi invicem erant insuper annexa.* *Hepar dextro hypochondrio valide quoque adhærebat, ejusque membrana, dum eximebatur à parenchymate sponte abscedebat, cæterum quoad speciem substantiæ externam bene erat constitutum.* *Renum sinister magnitudine fere cum Liene certabat.* *Uterus & vesica nil præter naturam patiebantur.* *Pancreas durum erat instar cartilaginis.* *Diaphragma ab aquæ copia & mole illa carnea sursum protrusum apparebat, ita ut pectus fuerit angustissimum.* *Remoto sterno etiam in thorace aqua sanguinolenta putrida inveniebatur, ut & in pericardio.* *Pulmones pleuræ firmiter erant affixi.* *Cordis ventriculus dexter præter naturam erat mollis & flaccidus, qui apertus hydatidibus erat obsessus: sanguis totius corporis erat fæculentus, serosus.* *Superiores corporis partes macie erant consumptæ, inferiores tumidæ ob aquam contentam.* Jungam duabus his observationibus tres alias à Grandævo Sene Dn. Dr. Scheidio supe- rius laudato communicatas. *Anno* 1687. *d.* 15. *Maji.* *Mulier quædam diu insigni ventris tumore, qui paulatim ita succreverat, laboraverat, in qua nulla medicamenta vel purgantia vel diuretica quicquam profecerant. Cum ergo demum fatis concessisset, inventus est affectus Hydrops uterinus, vel potius Tubæ Fallopianæ & testis sinistri, siquidem salvis reliquis ad uterum spectantibus partibus, ac cæteris visceribus nulla tam insigni labe, præter omentum quod computruerat, infectis.* *Testis inde sinister cum tuba adeo prætermodum in enormem molem excreverat, ut non solum totam abdominis cavitatem reliquis visceribus depressis occuparet, sed etiam plus justo extenderet.* *Ipse vero tumor inæqualis undique erat pluribus eminentiis inæqualiter rotundis exasperatus.* *Apertus hinc inde cultro anatomico ex innumeris veluti cellulis, membranis, inter quas nonnullæ cartilagineam fere soliditatem conceperant, à se invicem distinctis constans & plurimis hydatidibus refertus observatus fuit.* *Ita tamen nonnullæ ex cellulis istis dispositæ erant, ut una in alteram hiaret, aliis contra undique occlusis nec sibi invicem communicantibus.* *Humor in iis contentus partim serosus, partim viscidus instar gelatinæ erat.* Alteram observationem suppeditavit d. 30. Nov. Anni 1688. *Puella nempe quædam, Galla natione* 20. *circiter annorum, non indecora, famulitio in diversorio quodam Gallicano functa, ob ventris tumorem & dyspnœam à mensium suppressione ad Nosocomium deducta, per aliquod temporis spatium ibi decumbens, cum ex eo, quod gravida credebatur, nec purgatio nec venæ sectio tuta videretur.* *Tandem diureticis nihil proficientibus velut catarrho suffocativo, prout ab adstantibus relatum, correpta exspiravit.* *Ad controversiam an gravida fuerit decidendam nihil examinatum est præter abdomen, in cujus cavitate aquæ stagnaverant.* *Uterus parvus, ut est earum, quæ nondum conceperunt, observatus fuit.* *In dextro teste duæ*

 vesiculæ

vesiculæ præ cæteris notatæ sunt pisi minoris magnitudine ornamento foliaceo velut tenui membranula contorta adhærentes, ac si sese, ut exciperentur, componerent. In sinistro teste ornamentum foliaceum, ob aquas, in quibus velut natabat, explicitum erat. Tertia, sed magis notabilis, historia contigit anno 1689. *Fæmina scilicet quædam Offenburgensis* 40. *circiter annorum staturæ corporis admodum parvæ, ab infelici partu post sesqui annum hydropica, ventre in enormem adeo tumorem undique tumente, ut umbilicus non solum vix ejus apparente vestigio præ nimia expansione obliteratus esset, sed etiam tumor ventris fæminæ ipsius longitudinem fere æquaret. Cum per mensem unum atque alterum in nosocomio nutrita erat, nullaque medicamenta tum purgantia, tum diuretica quicquam proficiebant, adeoque nihil aliud ipsi ægrotanti, quam exiguum levamen per asthmatica atque cordialia à Medicina expectandum supererat, cum jam continuo lecto affixa hærere cogeretur, nec erecto corpore stare amplius multo minus ambulare posset. Inscio hinc me, dum ob morbum officio præesse non potuerim,* (verba sunt Scheidii, qui eo tempore ordinarius in Nosocomio Medicus erat) *paracenteseos operationi auctoritate Quæstoris à Medico Vicario & Chirurgo operatore ut vocatur, forsitan quod ascitica ipsis crederetur, dum hydropis uterini non obscura essent indicia, misera subjicitur. Postero die ad Nosocomium accedo, quid factum quid non factum sit exploraturus. Ibi præter omnem expectationem certior fio, misellam istam hydropicam, citra quam quod venter effatu digno modo diminutus fuisset, paracentesi esse tentatam: unde illico prognosticon statuo, vix triduum ipsam superfuturam. Hinc eam accedo, & in conclavi, quod puerperis sustentandis inservit, invenio: in id etenim ad conservandum melius calorem, quanquam äer tum temporis non adeo frigidus, turbidus tamen atque humidus erat, meliore quam ipsius paracenteseos ratione ducti eam collocaverant. Vix videram, cum ex pulsu aliisque indiciis prognosticon, audita primum operatione ista Chirurgica, pronunciatum non falsum fore obfirmor. Qua de causa, quicquid vellet, præterquam leguminа atque aquam frigidam, adstantibus, ut præbeant misellæ, pro solatio commendo. Exegit ita adhuc diem cum dimidio, quo fatis cessit morte accelerata. In cadavere aperto inventus fuit hydrops, quem auguratus eram, uterinus: utero cum testibus ac tubis non tantum in insolitam magnitudinem extenso, sed mirum in modum deformato, vel potius pluribus tumoribus aut veluti cellullis inæqualiter distorto, ita quidem, ut præter testium seu ovarii nonnullas vesiculas, sed & ipsas distentas, nihil reliquarum partium fere dignosci aut distingui potuerit. Tumorum quidem nonnulli subsederant, scilicet è quorum cellulis, humor fluxilis per incisionem factam effluens elabi potuerit, nempe quæ in se invicem hiabant, & ubi humor contentus velut cuniculos inter membranas fecerat, reliquis adhuc repletis ac turgidis. Materia vero in istis tumoribus contenta non una & simplex erat, quandoquidem nonnulli serum tum flavum tum putridum ac fere nigricans, alii lentum*

&

& viſcidum humorem inſtar gelatinæ, alii velut amurcam fœtidam continebant. Ita nec, qui cellulas iſtas diſtinguebant parietes, unius ejusdemque ſubſtantiæ inventi ſunt, cum alii quidem ex membranis, alii velut ex cartilaginibus conſtabant. Quod viſcera reliqua attinet omnia erant contaminata, ita ut perfecta fuerit κακοσπλαγχνία.

Plura addere potuiſſem & quidem recentiora adhuc exempla, quæ ſuo quoque tempore communicabuntur, ſi integrum tractatum conſcribere voluiſſem. Solatio interim eſſe poteſt, quod quo ſanctior ſcientia atque ars eo magis etiam ludibrio tenebrionum ſit expoſita. Illius fere fuiſſem oblitus, quod falſus quoque increbuerit rumor, quaſi Medici Chirurgique ignorantes nectentem continuos dolos anum certa conduxerint mercede, & copioſo quavis hebdomade præſtito ſtipendio aluerint, quo poſt obitum de ventre inſpiciendo ſolliciti eſſe poſſent. Quam firma autem ſit frivola hæcce aſſertio, ſaniores utique norunt, & ipſius deceptricis teſtimonium, ſi revera ita prolatum fuit, oſtendit. Refert namque mulier quædam, ſe dum ante annum circiter cum ea ex ædibus ſacris egreſſa eſſet, quæſiviſſe, an Medici illius corpus certa pecuniæ ſumma coemerint & hactenus ipſam aluerint, reſponſum autem ab ea tuliſſe, confictum hoc eſſe mendacium contra ſe & contra Medicos, ſe Dei eſſe, cum vetuſtis autem ſuis linteaminibus poſt deceſſum ſuum poſſe peragi omnia, quæ hominibus placuerint. Sed, uti antea dixi, fides ſit penes auctorem. Interim ejusmodi in Medicos Chirurgosque doloſe excogitatis fictionibus dehoneſtantur viri probi, qui rurſus exemplum ſequantur ſupra allegati ſapientis patientisque philoſophi, cujus mentionem quoque injicit loco citato Plutarchus, σωκράτης μὲν γὰρ λακτίσαντος αὐτὸν νεανίσκου θρασέος μάλα καὶ βδελυροῦ, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὁρῶν ἀγανακτοῦντας καὶ σφαδάζοντας ὡς καὶ διώκειν αὐτὸν ἐθέλειν. Ἆρα (ἔφησε) καὶ εἰ με ὄνος ἐλάκτισεν, ἀντιλακτίσαι τοῦτον ἠξιώσατε ἄν. Socrates *calce impetitus ab adoleſcentulo admodum feroce & impuro, cum ſuos videret indigne id ferre an fremere, adeo ut illum in jus quoque trahere cogitarent. Quid ergo? inquit, an ſi me aſinus calce feriiſſet, juſſuri eratis, ut contra calcem ei impingerem.* Optandum interim ut reſipiſcant inſanientes, ne vel ſimilia cum modo dicto adoleſcentulo fata experiantur, quippe qui, dum omnes ei facinus commiſſum exprobrarent, calcitronemque appellarent, ſuſpendio vita ſeſe exuit, vel pœnis dictatis in legibus, imprimis in decreto quod anno 1658, prudentiſſimus juſtiſſimusque Noſter Magiſtratus contra nefarios ejusmodi calumniatores, quos ſimul excommunicatione eccleſiaſtica ligare juſſit rectiſſime, edidit, ſubjiciantur. Quod autem Vos omnes Viri Apollinei hiſce literis compellare & graviſſima Veſtra interpellare auſus fuerim negotia, in cauſa eſt quod conſtet non ægre Vos laturos, ſi quæ in arte contingunt, fideliter Vobis enarrentur, Non dubitans, quin

merces hasce qualescunque meas serena fronte sitis suscepturi, finem sermoni impono, verbis Marcelli Palingenii exiguo meo labori accinens,

Quid cætera dicat
Turba, parum cura & vulgi convicia ride.
Judicium vulgi insulsum, imbecillaque mens est:
Stulta placent stultis, obsonia quisque palato
Digna sua quærit, non omnibus una voluptas,
Sed docti atque boni, quæ sunt pia vera & honesta,
Auscultant, avideque legunt, discuntque libenter
Hic cibus illorum est, hæc consolatio mentis.

CXXI.

HERMANNI PAULI JUCH

ET AUCTORIS

GEORG. CHRISTOP. BEATI BREHM

DE

HYDATIDIBUS.

Erford 4. Jun. 1745.

SI inter Scandala Medicorum, ubi doctiſſima plus valet arte malum, hydrops in genere referendus venit, certe ſpecies iſta hydropis, ſaccatus nempe & hydatides hunc titulum præ omnibus merentur. Quoniam in hydrope Aſcite & Anaſarca non ſolum, ubi viſcera nondum corrupta, convenientibus adhibitis rite præparatis remediis balſamicis, aperientibus, evacuantibus, roporantibus optimā ſanitas in junioribus tamen facilius quam ad ſenium vergentibus, iterum reſtitui poteſt; ſed & licet viſcera ſint læſa, ex quibus ſemper novus affluxus & collectio ſeri provenit, ad minimum tamen ægrotis per paracenteſin levamen aliquod & ultimi vitæ temini prorogatio interdum & non ſine difficultate promitti poteſt. Sed hiſce in caſibus evacuatio & correctio hujus ſeri extravaſati per interna nullo modo exſpectari poteſt, quia in peculiaribus hæret folliculis, qui ut plurimum in nulla amplius cum vaſis ſanguiferis ſunt connexione, & licet adhuc ſint in connexione aliqua, ob nimiam tamen extenſionem vaſorum, partes connexas comprimunt & ſibi occludunt; hinc nec medicamenta hoſce in folliculos penetrare, nec ſerum collectum exinde evacuare poſſunt, nec per paracenteſim ullum ſolatium reddi poteſt; ſed potius malum malo augetur, imo mors ipſa acceleratur. Interim tamen medicus non deſiſtere debet, in tam gravi & periculoſa hydropis ſpecie, quando morbus invaluit, remedia convenientia adhuc applicare, an fortaſſis malum, ſi non plane profligari, mitigari poſſit. Ubi autem datur occaſio, incipiente ejusmodi morbo, medendi malo, medicus allaboret, ut ortum ejus aptis medicamentis opprimat, & in prima quaſi herba ſuffocet & avertat. Eapropter, cum ad ſummos in Facultate medica obtinendos honores & privilegia mihi incumbat ſpecimen quoddam inaugurale in publicum edere, in recenſendo & explicando tali caſu ſpecialiſſimo ſingulariter officio meo me ſatisfacturum putavi: cui conatui, ut Deus ter optimus terque maximus aſſiſtat, humillime rogo.

D E

DE HYDATIDIBUS HISTORIA.

Mulieri cuidam, temperamento ſanguineo phlegmatico & habitu corporis macilento, quæ annos fere XLVI. habebat, fluxus menſium poſt ſecundum puerperium ante triennium, & quod excurrit, ceſſare cœpit: medicas itaque nullas, ad corrigenda exinde facile oriunda mala, adhibens manus, patiebatur acerbiſſimos abdominis dolores, inde abdomen in dies inſigniter intumuit, & quotidie ſeſe augens per tres annos duravit, ex quo magna oriebatur imbecillitas. Cum itaque tumor tantam in altitudinem creſceret, ut ambulatio ei ob difficultatem reſpirandi denegaretur, & vix præteritis ſex hebdomadibus ſimilis fœmina hydrope Aſcite laborans per paracenteſin feliciter curata eſſet, hanc etiam operationem inſtituendam fortiter efflagitabat. Quoniam autem ſigna præſentia hydropem ſaccatum adeſſe indicabant; pedes enim & femora nullo tumore affecta, imo contabida erant, nulla corpore moto ſentiebatur fluctuatio, ſed ſub diaphragmate ſentiebatur hepar durum & ſcirrhoſum, circa quoque veſicam urinariam aliqualis durities erat; hanc ob cauſam quidem hæſitabamus in tali operatione inſtituenda. Sed ægrota tamen acriter huic inſiſtente, die XVII. Decembris Anno MDCCXXXIX. inſtituebatur paracenteſis in latere ſiniſtro in diſtantia latitudinis manus ſub umbilico, ubi tumor molliſſimus tenuiſſimusque deprehendebatur, & in cujus ſuperiori loco erat colliculus durus magnitudine piſi hortenſis, Chirurgus digiti longitudine paracenterium intrudebat, ante effluebat aqua, cujus tamen unica tantum menſura circiter effluebat; & erat nimis glutinoſa; paulo poſt mutabatur in gelatinam vel mucum imo fere in tenacem cutem; veſperi nec ulla proveniebat aquæ hujus gutta, inciſio etiam ſe occluſerat, & pulſus factus erat crebrior; proxima autem nocte non mediocris ex incendio vicina in domo orto ægrotæ terror inferebatur. Die XVIII. profluebat iterum nihil aquæ, ſed inciſione latiori & profundiori facta, iterum aliquid aquæ profiliebat, aſt etiam in momento deſinebat. Id quod nos certiores reddebat, ſerum hocce in cellulis incluſum eſſe. Inciſio ad quinque digitos profunda erat, cujus tamen in fundo ſpecillum allidebat, ac ſi præterea adhuc paries quidam præſto eſſet, in quo etiam ſerum tale eſſet incluſum, ſed nemini noſtrum conſultum videbatur inciſionem reddendam eſſe profundiorem, ſed potius turundæ ex gentianæ rubræ radice inciſioni imponebantur, clyſterque applicabatur. Veſperi deligatione inciſionis facta, nulla erat mutatio. Die XIX. mane loco ſeri nonnulla muco ſimilia recrementa proveniebant, atque cuticulæ quædam; veſperi ſimili ratione. Die XX. abdomen & lumbi, medicamento laxante propinato, & corpore novies repurgato, erant permolles, ſub emplaſtro inciſioni impoſito exiſtebat mador, ac ſi aqua effluxiſſet, at inciſione aperta pariter apparuit nihil, niſi viſcida & cuticulis intermixta materia. Veſpe-

ri autem aliquot centum veficulæ fero repletæ (partim difruptæ, plurimæ autem fero claro repletæ, ac duplici alba tunica circumdatæ, ficut vefi- cæ pifcium, imo ut fperma ranarum five bufonum, magnæ, parvæ, tamen puræ ac fi lotæ effent) cum impetu profiliebant. Fœmina interim doloribus ifchiadicis latere finiftro afficiebatur. Die XXI. proveniebant veficularum harum fero repletarum, durante deligatione, magnitudine avium ovorum identidem aliquot viginti, vefperi pauciores. Die XXII. iterum pauciores. Die XXIII. fimiliter ut antea, & latere finiftro circa umbilicum cavitas magnitudine pugni fefe repræfentabat, ibi veficulæ hæ fero repletæ probabiliter fedem fuam tenuerunt, & quia nullæ in hac ca- vitate exiftebant, nullæ etiam amplius in confpectum proveniebant. Ve- rum enim vero foror ejus illam vehementiffime iratam reddidit, hoc facto, fubito quam maxime debilitata & fracta eft viribus, qualis debilitas antea non aderat, omni tempore enim è lecto furgere & ambulare poterat, femperque etiam & fumendi cibos aviditatem & utendi potu fentiebat. Tunc die XXIV. vitam cum morte de improvifo commutavit. Poft me- ridiano tempore fectio fubjecti hujus hydropici præfentibus tribus Medi- cis inftituebatur; cute igitur rejecta, mufculos abdominis oblique afcen- dentes una cum peritonæo in quoddam haud ferofum, fed fcirrhofum ge- nus tumoris, ut hyperfarcofis, intumuiffe obfervatum eft, qui tumor craffitiem palmæ fuperabat. Hinc licet in inftituenda paracentefi incifio quinque digitos profunda erat facta, tamen ille non erat perfoffus, fed quafi paries adhuc apparebat magnus, priusquam omentum & inteftina videri poffent, quæ vero una cum ventriculo fub duro hoc craffoque te- gumento fuo in ordine reperiebantur, ita, ut profunditas incifionis ad digitos adhuc duos imo tres effet continuanda prius, quam vifcera fuif- fent attacta. Incifio etiam non erat cancrofa, ut illi hujus caufa natu- ræ debitum reddendum fuiffet, fed ira vehemens & fubitanea maffæ fan- guineæ alteratio, à diffufione bilis dependens, in febri hac vulneraria fine omni dubio celerioris mortis fuit caufa. Scirrhofus hic tumor ad renes ufque fefe extendebat & fupra cordis fcrobiculum. Uterus una cum ligamentis fuis & vefica urinatia hac fcirrhofa carne concretus erat. Hoc ex tumore ubivis ad dimidium ufque prominebant veficæ rotundæ fero pellucido repletæ, quæ Hydatides appellantur. Quæ vero non intra, fed extra & circa vifcera hoc in cafu inveniebantur magnitudine ovorum gallinarum, anferum, quarum tunicæ duplicibus pifcium veficarum tu- nicis conformes erant. Itemque fcirrhofum hoc abdomen ad fimilitudi- nem quafi metallifodinæ æris pulchræ accedebat, innumeræ fere & fe- paratæ cavitates in illo aderant. Caro autem hæcce fcirrhofa fecta car- ni pectorali bovinæ erat fimilis & optimi coloris multa millia veficarum fero repletarum continentes, & connexa erat cum dorfo, & vifceribus, inprimis autem utero, hepate & mefenterio. Veficis ergo fero repletis eminentibus ovis fimilibus, exemtis atque remotis, multæ cavitates in-

 venie-

veniebantur inftar nidorum hirundinum partim majorum partim minorum colore flavo. Totum per abdomen & fcirrhum huncce cavitas cavitatem excipiebat. Quæ cavitates prorfus mundæ ficut elotæ, colore flavo & cute inftar corii flavi erant obductæ: quælibet hujusmodi cavitas, magna effet aut parva, duobus, tribus, imo fex & pluribus harum veficarum fero repletarum manipulis duplici alba tunica circumdatarum, pellucidum ferum continentium, erat impleta. Forma erat partim fphærica, partim fphæroidica, partim oblonga, à fe invicem feparatæ erant hæ veficulæ, ficut multæ fponte elaberentur, nullas habebant fibras nec ligamenta, & diverfa gaudebant magnitudine. Innumeræ erant hæ cavitates, quarum in nonnullis veficulæ magnæ, parvæ, inftar globi plumbei, glandis, ovorum avium, columbarum & gallinarum, repertæ, in aliis autem femimaturis aurantiorum pomis, pifis hortenfibus, & in cavitatibus noviter ortis, ervis, milii & cannabis feminibus erant fimiles. Ubi igitur nonnullæ hujusmodi veficæ fero repletæ deformes, hinc & illinc exaltatæ & non circulares (uti multæ erant) apparuerunt, fpeciem alborum magnorum decorticatorum cyclaminum (*Artoffeln oder Erdbirn*) induerant, & tunica eorum erat opaca, quibus fectis, triginta, quadraginta imo centum veficulæ fero repletæ reperiebantur, quæ omnes à fe invicem feparatæ, ac fi de induftria in cavitates effent collocatæ. Toto in corpore nihil feri erat, præterquam quod in veficulas erat inclufum: quapropter etiam nihil feri in conficienda operatione acceperamus nec XVII. nec XVIII. Decembris, nifi phlebotomo & prima & fecunda vice talis cavitas folliculis ferofis repleta nobis infciis fuiffet perforata. Harum ergo veficarum fero repletarum modium & nonnullæ patinæ plenæ, non numeratis iis, quæ in terram ceciderunt, exemtæ funt, priusquam vifcera videri poterant. Hacce mole fcirrhofa una cum veficis fero repletis magna adhibita cautione, diligentia atque labore, quantum poteramus, remota, inteftina & ventriculus in fitu decenti inveniebantur, ita, ut omnino nihil præternaturaliter in illis videri poffet, nifi nonnulli lumbrici vivi in illis reptantes; ab hypocondrio autem finiftro ad dextrum ufque ligamentum quoddam erat extenfum, craffitudine pennæ, ac fi ligamentum hoc de induftria effet extenfum, in quo fecundum ordinem fex ad octo veficæ fero repletæ magnitudine prunorum fylveftrium pendentes obfervabantur; in hypochondrio autem finiftro lien erat accretus, hepate exemto lobus ejusdem dexter five major in ftatu naturali inveniebatur, finifter vero five minor fcirrho hoc craffo obductus & inclufus erat, loboque hoc feparato, tumidus hic ambitus etiam veficas fero repletas continebat fere feptuaginta. Lobus autem ipfe licet fcirrho obductus, reapfe erat incontaminatus, immaculatus, liber & non accretus. In latere dextro in regione lumborum etiam tales tumores erant, fex & adhuc plures, magnitudine pugni, & unusquisque horum fphæricas continebat fero

reple-

repletas veficas, ex quibus nonnullæ iterum tenebant hujusmodi veficas minores, ac fi hæ magnæ quafi procreaffent parvas, omnes uti lotæ, fphæricæ fero claro repletæ, & omnes à fe invicem feparatæ erant, ac fi omnino de induftria, ut jam dictum, feparatim effent impofitæ. Quilibet ren fcirrhofo tali fcirrho ad medietatem ufque implicitus erat, ita ut pars renis fuperior incontaminatus & fanus, inferior autem fupra medietatem fcirrhofo tumore, nonnumerandas fero repletas veficas diverfæ magnitudinis continente, circumdatus erat. Lieni adhærebant fimiliter verfus dorfum quoque hujusmodi deformes veficæ fero repletæ, nec non pancreati itidem. Uterum & veficam urinariam hic quoque fcirrhus adeo firmiter connectebat, ut feparari non poffent, & ovaria in utroque latere offis facri tumorem magnitudine duorum pugnorum exhibebant, quilibet tumor erat pondere & forma æqualis, & hi tumores cum utero, vagina uteri, & vefica urinaria propter cohæfionem majorem feparari non poterant, ideoque conjunctim eximendi erant, ex quibus refectis innumeræ veficæ fero repletæ duplicibus albis tunicis circumdatæ, prodibant. Pectore curiofitatis quoque gratia aperto, pulmonum lobi reperiebantur lividi, cor cum pericardio in fitu decenti & ordine. Diaphragma vero & cordis fcrobiculus præditus erat fcirrhofo tumore, qui etiam plenus erat cavitatum, quæ continebant veficas non numerandas ferofas diverfa magnitudine. Hujus tumoris fcirrhofi pondus fere fex libras æftimatum fuit.

§. I.

In deducendis & explicandis caufis & origine hujus cafus fpecialiffimi præ omnibus neceffarium erit, ut definitio hydropis in genere & fpecie, ejusque diverfa, quæ occupare poteft, loca, in medium proferatur. Quod itaque Hydropem in genere concernit, ille definitur, quod fit tumor aquofus cavitatum, pororum & glandularum earumque vaforum lympham fecernentium, ab eorum diftentione præternaturali per lympham ftagnantem extravafatam & accumulatam facta proveniens. Quod autem attinet fpecies hydropis, earum definitiones ex partibus diverfis, ubi tumores hi aquofi exiftunt, defumenda erunt. Afcitis itaque definiri poteft per tumorem aquofum cavitatum, & fi ex lymphæ ftagnantis refolutione & deftructione aër contentus liberetur & tumorem augeat, Tympanitis vocatur. Anafarca vocatur tumor aquofus in externarum partium, cutis nempe, mufculorum & tunicæ cellulofæ pinguedinem continentis, poris & fibrillarum interftitiis. Hydrops faccatus audit tumor aquofus major peculiari folliculo inclufus. Hydatides funt tumores aquofi minores glandularum, quorum tumorum ut plurimum infignis oritur quantitas.

§. II.

Diverfa autem hydropem ejusque fpecies occupare loca quotidiana te-ftatur experientia. Sic Afcitis utplurimum extravafatam lympham exhi-bet in cavitate abdominis & fcroti, fæpiffime etiam in cavitate thora-cis, non raro quoque in cavitatibus cranii & cerebri. Anafarca utplu-rimum offendit pedes, fed & fæpiffime ceteras externas occupat partes. Hydrops faccatus glandulas majores & cavitates peculiaribus fuis mem-branis inclufas præternaturaliter extendit, & invenitur in cavitatibus ma-joribus e. g. abdominis inteftinorum & uteri. Sic in *River. Cent. IV. obf.* 48. invenitur cafus, ubi vir ob abdomen tumidum à Medicis pro hydropico reputatus, tandem poft medicamentum purgans exhibitum excrevit veficas numero feptem oblongas inftar farciminum, craffitie in diametro unum digitum, & longitudine fex digitos æquantes, quæ hu-more fœtido repletæ, iifque excretis omnino liberatus eft. Porro novi feminam nobilem, quæ per biennium hydrope faccato, ut plurimi Me-dici putarunt, laborabat, dein poft medicamentum emmenagogum affum-tum ex utero reddidit faccos feptem, quorum diameter quatuor digito-rum, longitudo autem unius pedis erat, in fex hifce faccis contineba-tur ferum infigniter fœtidum, in feptimo autem facco reperiebatur fce-letum fœtus, poft hunc partum quidem in integrum reftituta fuit, fed poft aliquos annos tamen hydrops ultimum ei vitæ terminum pofuit. De tumoribus talibus uteri legi quoque meretur *Segerus in Mifcell. cur. D. 2. Anno MDCCVII. Obf.* 9. Hydatides funt tumores aquofi glandularum; hinc in omnibus locis & partibus, ubi glandulæ exiftunt, inveniuntur.

§. III.

Ex his quoque colligi poffunt diverfarum hydropis fpecierum figna. Afcitis nempe fefe prodit tumore abdominis, itemque fæpiffime fcroti, præcipue autem fonus inftar aquæ intus fluctuantis percipitur, fi æger decumbens fitum corporis mutet. Anafarca ex manifefto tumore œde-matofo partium externarum cognofcitur. Hydrops faccatus tumo-rem abdominis uti in Afcite oftendit, fed nulla fluctuatio percipitur fitu corporis mutato, interdum tamen perceptio ponderis gravio-vioris in hoc motu conjuncta eft. Hydatides fi in majori quantitate ad-funt, etiam tumorem, abdominis conjunctum habent, nullus autem percipitur in motu corporis fenfus ponderis. Hydatides autem minori præfentes quantitate vix nifi poft mortem fectione manifeftantur.

§. IV.

Caufas quod attinet hydropis, in omni fpecie hydropis requiritur fta-fis lymphæ & feri excrementitii & hinc diftentio vel cavitatum vel po-rorum vel glandularum eorumque vaforum lympham fecernentium, ut-

inde

inde vel extravafatio vel accumulatio lymphæ oriatur. Hæc omnia multis ex caufis oriri poffunt. Pertinent huc quantitas lymphæ nimia, fanguis pituitofus, lympha nimis vifcida & tandem lympha nimis acris. Ad caufas itaque non naturales referri debet aër frigidus, ciborum quantitas nimia, affumta frequenter copiofa craffiora, vifcida, lenta acida, acria feculenta & fumo indurata, potus nimis aquofus, fpiritus vini, motus deficiens. Somnus & vigiliæ modum excedentes, animi pathemata, excretio copiofior partium balfamicarum. Ad caufas præternaturales obftructiones vifcerum, eorumque tumores & fcirrhi, obftructio & ceffatio menfium, itemque hæmorrhoidum: Cachexia, febres continuæ non rite tractatæ, febres intermittentes adftringentibus tractatæ, in primis quartana, febres hecticæ: Evacuationes fanguinis nimiæ: Evacuationes feri & bilis copiofæ, hinc & purgantia fortiora refinofa. Qua ratione dictæ hæ caufæ hydropem efficere valeant, ex Pathologia fatis patet.

§. V.

Hifce præmiffis ad explicationem cafus hujus fpecialiffimi me verto, in quo notantur 1) cohæfio major uteri cum vefica urinaria per carnem fcirrhofam & cum iis cohærentes duo tumores majores; 2) tumor carnofus fcirrhofus in pectore, abdomine, ejusque partibus repertus; 3) cavitates in iisdem exiftentes; 4) veficulæ diverfæ formæ & fero repletæ majores in hifce cavitatibus; 5) veficulæ fimiles minores in hifce majoribus abfconditæ; 6) quod plurimæ veficulæ à fe invicem feparatæ fuerint. Originem totius hujus mali tribuo ceffationi menfium, quæ quidem huic feminæ ea contigit in ætate, ubi præcipuè in feminis laboriofis ob firmiorem fibrarum refiftentiam ceffare folent, patiuntur tamen tunc temporis graviffima ut plurimum incommoda, nifi aperientibus leniter evacuantibus, præcipue autem Venæ fectione fubleventur. Sanguinis enim quantitas recurrente menfium tempore tamen adeft major, qua non imminuta ftafes, & ex his varia efficiuntur mala, præcipue fi fanguis una eft vifcidus, non raro etiam ingravidatio talem infert ftafin conf. *Potes Obf. & Annot. Cent. III. C.* 45. Præ omnibus autem ftafis hæc afficit uterum & partes cum eo connexas. Hinc femina hæc acerbiffimos experta eft dolores abdominis, ex hac ftafi fanguinis vifcidi & hinc orta eft caro fcirrhofa & præprimis in utero ejusque partibus cohærentibus; unde 1) connexio fcirrhofa uteri cum vefica urinaria, tubis fallopianis, talisque tumor ovariorum, quibus tumoribus forfan & impr̈ægnatio occafionem præbuit. Ob vaforum hypogaftricorum connexionem hæc ftafis fanguinis etiam 2) tumorem carnofum fcirrhofum in mufculis abdominis peritonæo & anteriore parte pectoris repertum effecit. Si obftructio fuit in hifce partibus æquabilis fanguinis deftructionem inducere non potuit, fed potius majorem exhibuit appofitionem partium ad augendam carnem neceffariarum. Hinc orta eft tanta moles carnea.

§. V I.

Reliqua hacce in mole carnea reperta, mirandi funt effectus glandularum hifce in partibus infigni copia exiftentium obftructarum & extenfarum. Nam peritonæum multas ad fecretionem feri in cavitatem abdominis pro lubricandis in iisdem contentis vifceribus poffidet glandulas. Simile quoque dicendum de diaphragmate, mediaftino & pleura. Cum autem hæ partes per fanguinem ftagnantem expanderentur. ut glandulæ etiam expanderentur neceffe erat. Ab hac itaque expanfione glandularum dependent 3) cavitates in hifce tumoribus repertæ & cum in glandulis ferum vifcidum exifteret & ob motum fanguinis retardatum magis tale redderetur, illud quoque in hifce glandulis ftafin patiebatur, hinc illarum orta eft glandularum à fero repletio & hanc ob rationem reperiebantur 4) in hifce cavitatibus veficulæ diverfæ formæ fero repletæ majores. Hæ veficulæ itaque reputandæ funt pro glandulis harum partium præternaturaliter extenfis, in quibus vafa in iifdem alias exiftentia à fero ex ftafi corrupto & acri reddito deftructa & refoluta fuerunt. Forma earum variabat prout in earum cavitatibus à partibus vicinis parum aut multum comprimebantur. Magnitudo earum major derivanda eft partim ab ipfa harum glandularum magnitudine, partim ab earundem extenfione præternaturali. Hinc quoque in omnibus partibus, in quibus glandulæ reperiuntur, tales veficulæ exiftebant, præcipue in iis partibus; quæ cum carne hac fcirrhofa connectebantur. Quod autem attinet 5) veficulas minores in illis majoribus repertas, habendæ hæ funt pro expanfis vafis ferum fecernentibus. Nam dictorum horum vaforum expanfio à ftafi fanguinis & feri vifcidi proveniens prima & maxima caufa totius glandulæ expanfionis fuit, ex ulteriori autem illorum vaforum fecretoriorum extenfione & intumefcentia quædam ruptæ funt, hinc nihil quam ferum ftagnans extravafatum & corruptum, quod deinde etiam vafa fanguifera in glandulis deftruxit, fuit in hifce glandulis repertum. Quæ vafa autem fecretoria integritatem confervarunt, veficulas iftas fiftebant minores.

§. V I I.

Explicationi huic maxime contradicere videtur illud, quod obfervatæ fuerint fere omnes tam majores quam minores veficulæ à fe invicem feparatæ, ex quo negare quis poffet poffibilitatem intumefcentiæ talis glandularum harum; nam ob defectum communicationis cum vafis fanguiferis & lymphaticis nullum nutrimentum adfluere poterat. Maximi igitur momenti hocce in cafu eft explicatio hujus à fe invicem feparationis & connexionis deficientis. Duplici tamen modo illam fibi concipere licebit. Primus modus, quem in *Memoires de l'Academie Royale des fciences*

Anno

Anno MDCCXXIII. invenies, sequens esse potest, Quum extensio harum glandularum fit, sunt adhuc in necessaria ad capiendam nutritionem connexione, extensione autem hac tantum in gradum aucta, ut tunicæ harum glandularum & vasorum seri secretoriorum vel ob robur proprium, vel ob pressionem vicinarum partium amplius extendi nequeant, serum in hisce cavitatibus stagnat, quiescit hinc & copiosas partes tartareas viscidas, quas commixtas habet, præcipitat, per quod vasa nutrientia occluduntur, & tunica concrescit satis cohærens. Ex eadem ratione autem tunica, quæ parietem talis vasis in statu naturali constituebat, nutritione destituitur; hinc si quædam vasa secretoria ob hanc expansionem rupturam patiuntur, serum exinde extravasatum corrodit & destruit hunc parietem, qui etiam sæpissime ab expansione propria rumpitur, & sic liberæ & a se invicem separatæ vesiculæ existunt, quarum tunica non est membranosa vel fibrosa, sed ex præcipitatione viscidi tartarei concreta. Talem originem habuerunt vesiculæ istæ minores, quæ in vesiculis majoribus fuerunt repertæ. Serum autem in vesiculis majoribus ortum habuit partim à ruptura quorundam vasorum lympham secernentium, quæ contingebat antequam ex præcipitatione viscidi tartarei nova tunica mucosa generari poterat, partim à resolutione destructiva tunicarum parietes naturales horum vasorum constituentium. Secundus modus originem vesicularum & folliculorum majorum concernit, quæ in cavitatibus carnis scirrhosæ reperiebantur, & sequens est. Expansione à lympha stagnante eum usque in gradum facta, ut vis extendens fluidi à motu cordis & arteriarum proveniens æqualis esset resistentiæ, quam dabant tunicæ harum glandularum, quietem hancce lymphæ ibi existentis præcipitatio partium tartarearum viscidarum commixtarum sequebatur; hinc vasa hasce glandulas nutrientia plenarie obstruebantur, hinc quoque subsidentiam patiebantur. Quod ariditatem & debilitatem ipsis conciliavit talem, ut quum ob factum à glandulis vicinis extensionem cedere deberent, abrumperentur quidem, sed tamen ex iis nullum extravasari poterat serum, quia vasorum connexorum orificia a dicta præcipitatione partium tartarearum jam erant obstructa. Hinc etiam tunica naturalis in nullam abire potuit destructionem, hanc ob rationem folliculi vel vesiculæ hæ duplici gaudebant tunica, externa erat tunica parietem naturalem glandulæ istius tunicæ constituens, interior autem originem debebat viscido tartareo præcipitato. Ubi autem glandularum in uno eodemque loco non tanta aderat copia, ut vicina vicinam ob extensionem præternaturaliter ortam de loco ad rupturam usque movere conaretur, ibi etiam adhuc connexæ reperiuntur cum vasis hæ vesiculæ, id quod ut plurimum contingit, si glandulæ in ipsis visceribus existentes extenduntur & hydatides sistunt. Patet quoque exinde quod in peritonæo, diaphragmate & pleura semper plurimæ in uno loco existant glandulæ.

§. VIII

§. VIII.

In curandis hifce malis fpes medicis relinquitur inanis, fed potius præcavendæ funt hydatides quam curandæ. Id habet hydrops afcites anafarca præcipui, quod vifceribus illæfis ex toto interdum curari poffit; hydatides autem nunquam, ob connexionem ulteriorem cum vafis fanguiferis & lymphaticis deficientem, quapropter neque medicamenta in illas penetrare neque ferum ibi ftagnans & corruptum educi valet. Cum autem rarius contingat, ut hydrops nullam vifcerum læfionem connexam habeat, hinc ut plurimum nulla nifi ad palliativam fuga pateat curam; melioris conditionis ea fubjecta cenfeo, quæ hydrope faccato & hydatidibus, quam quæ afcite vel anafarca laborant, in hifce enim remedium quod hic eft optimum paracentefis, ultimum vitæ terminum vix ultra unum vel duos annos protrahere valet, cum in illis malis, fi ulterior hujus mali progreffus & fymptomata mitigentur & arceantur, multos adhuc per annos confervari vita poffit. Hifce enim in cafibus ferum, quod in hydrope afcite & anafarca ob deftructionem, putredinem & reliqua graviora fymptomata infert, peculiaribns fuis folliculis inclufum exiftit & connexione cum toto corpore deftituta nullam amplius inducere poteft noxam. Hanc ob caufam maximi puto effe momenti, curam hancce fufcipiendam tam ratione præcautionis hujus mali, quam ratione mitigandorum fymptomatum & avertendi ulterioris hujus mali progreffus,

§. IX.

Ut malum hocce avertatur & præcaveatur, eadem remedia Medicus, fi caufas quafdam hydropem efficientes & ex Pathologia ipfi cognitas, adeffe videt, applicare debet, quæ in curando hydrope afcite & anafarca, ubi integritas vifcerum adhuc confervata eft. Nam in principio hujus morbi glandulæ extenfæ adhuc vafis fanguiferis funt connexæ, hinc eadem indicata hic adfunt ac in hydrope nempe 1) extravafatio lymphæ ulterior impedienda 2) lympha extravafata evacuanda. Profunt itaque aperientia, balfamica, roborantia & evacuantia. Inter aperientia ea potiffimum eligenda, quæ una evacuant tam per diurefin quam alvum, hinc maxime laudanda fequens mixtura. Nro. 1. ℞. ~ Tartari non rectific. arcan. tartari, TR. ♂is hellebor, aa. ʒj. ~ Sal communi. ✳ci anif. aa. ʒß M, D, S. Mixtura aperitiva fumantur mane hora 11a. & vefpera hora 5. 40. Guttulæ in decoctione fequenti. Aperiunt quoque & evacuant Decocta, in quibus ut fpecifica confideranda parreira brava & radix bryoniæ quapropter Nro. II. ℞. Rad. parreir. brav. ℥ij. trifol. fibr. chin. pimp. alb. bardan. aa. ℥j. bryon ℥ß. Herb. trif. fibr. hepat. nob. meliff. aa. mj. Flora arnic. hepat. nob. Summit. abfynth. aa. p. ij. Rafur. lign. faffafr. ℥j. Cubeb. Cina-

Cinamom. acut. aa. ʒj. C. C. M. D. S. Specierum decocta quarta pars, in 4. menſuris aquæ fervidæ leviter ebulliat, dein frigida, ad ſitim bibatur. Poteſt etiam aquæ, cereviſia vel primaria vel ſecundaria ſubſtitui. Si febricula & ſtatus lixivioſus abſit, infuſum ex vino & hiſce ſpeciebus præparari poteſt, & tunc addantur limat. ♂ ℥j. Crem. Tartari ℥ij. Hocce in infuſo poſt prandium, ſumi poſſunt gr. xij. ⊖ Sylv. rite præparati. Proſunt etiam pulveres blande reſolventes balſamici e. g. Nro. III. ℞. Arcan. dupl. cum ₒ°ₒ ⊕. ppt. Sal marini depur. aa. ℥ß. Cinnabaris nativ. ocul. ♋ ppt. aa. ʒj. M. F. Pulv. Nro. xxiv. Sumatur quotidie mane nona hora & poſt prandium hora tertiâ doſis una. Ad evacuationem ſeri obtinendam veſperi ſequens pulvis propinari poteſt. Nro. IV. ℞. Rhabarb. Crem. tartari aa. ℥ß. Pulv. rad. bryon. ʒj. M. F. Pulv. No. xxiv. D. S. pulvis laxans. Doſis una omni veſpera lectum adeundo ſumatur. Ad vires conſervandas & tonum reſtituendum prodeſt ſequens Mixtura tonico nervina No. V. ℞. TR. ♀ii ℥j. ∼ roſar. ℥ß. Ol. cinamom. Balſ. vit. Hoffm. aa. gr. x. M. D. S. Mixtura tonico balſamica; ſumantur quotidie mane, triginta guttulæ in effuſione thée. De Tinctura Antimonii vero notandum quod iſta requiratur præparata juxta modum à Præceptore meo nunquam non devenerando Dn. D. *Ludolfo in ſiegender* Chymie traditum, nam hæc tuto & optimo cum ſucceſſu adhiberi poteſt, licet febris jam lateat lenta. Hacce cura quatuordecim per dies continuata alvus purgari poteſt cum ʒvj. ⊖ mirab. Glauber. propinato prius digeſtivo nempe ʒß. Cremor. tartari. Deinde eadem laudata cura iterum continuandum, donec omnia ſymptomata ceſſaverint, & tunc præſervandi cauſa, mane Mixtura No. V. & veſperi Mixtura No. I. ſingulis diebus ſumi poteſt.


§. X.

Dolendum tamen, quod pauciſſimi horum ægrotorum in principio Medici auxilium requirant, hincque optimam curandi occaſionem dimittant. Quapropter curæ palliativæ ſymptomata mitigare valentis mentionem hic facere non inutile erit. Conſiſtit ea 1) in impedienda lymphæ extravaſatione ulteriori 2) in mitigandis ſymptomatibus ab hydatidibus jam ortis dependentibus. Nam extravaſatio lymphæ hiſce folliculis incluſæ nullo ſuperari licet modo, & folliculis integris evacuandis nulla patet via, niſi illis, qui in canali inteſtinorum orti fuerunt, id quod tamen raro contingit. Lymphæ extravaſatio ulterior prohibetur aperientibus, evacuantibus & balſamicis §o. antecedente recenſitis. Poteſt hæc extravaſatio ulterior impediri, ſi ſingulis menſibus per aliquot dies ſal. mirabil. Glauberi ſumatur, ita ut primo die ʒiij. ſecundo ℥ß. tertio ʒv. quarto ʒvj. aſſumantur & ſequentibus diebus eadem doſi iterum deſcendatur. Quod attinet mitigationem ſymptomatum inter ea potiſſimum recen-

recenſenda eſt 1) reſpiratio difficilis à reſiſtentia nimia muſculorum abdominis per hoſce folliculos præternaturaliter expanſorum dependens. Ad quam faciliorem reddendam conferunt emollientia & evacuantia. Emolliendi ſcopo inſerviunt ſacculi, cataplasmata & emplaſtra, ut de meliloto, de ſpermate ceti, de galbano. Emolliunt & evacuant ſimul clyſteres emollientes applicati. Ab iiſdem folliculis oriuntur etiam 2) dolores abdominis, tam ob compreſſionem partium internarum quam ob extenſionem præternaturalem muſculorum abdominis, quos dolores quoque laudata mitigant externa atque interna emollientia.

FINIS.

TAB. II. Sistens figuras variorum vesicularum generum.



TAB. I. sistens effigiem mulieris cujusdam per quosdam annos hydrope laborantis dec.e 23. an.o 1739 extinctæ.



CXXII.

J. CHRISTOPHORI POHL,

DE

HYDROPE SACCATO

EX HYDATIDIBUS.

Lipsiæ 21. April. 1747.

ANatome aliis ſcientiis ad medicinam ſpectantibus palmam eo potiſſimum nomine præripit, quod, quæ tenebris interdum ſunt obvoluta, intuſque in corporibus latent, morbi mortiſque cauſas manifeſtet, &, quæ morbo potiſſimum afflictæ fuerunt, partes detegat; quo factum eſt, ut ſcientia medica ex viſcerum perluſtratione majus quotidie nacta ſit incrementum. Hæc diſciplina nos ex defunctis docet, quæ viventibus utilia eſſe poterunt; hac arte efficitur, ut ad demonſtrationis plenam lucem aliquando devenire medicis poſſe certa ſit fiducia, ſi omnes, quas habent, ſingulari morbo defunctorum cadavera perluſtrandi, occaſiones, haud prætermiſerint. Singulis enim, qui artem vel docent, vel faciunt, dictum eſt, quod Hippocratem inter enunciata habuiſſe legimus: nihil in medicina perinde, atque verum, eſſe admittendum, præterquam, quod experientia per ſenſus externos confirmaverit (a). Sane uſum haud ſpernendum ſectiones cadaverum ſingulari mortis genere extinctorum nobis afferunt. Quamvis enim, quod morbos attinet, fixam in humoribus radicem habentes, parum eſt, quod diſſecto cadavere conſpicitur, vel diſcitur; attamen ſi ad partium ſolidarum morbos animum advertas, anatome nobis ſæpe poſt fata hominis veram morbi cauſam declarat, dum nobis curioſiſſime morbo deſtructorum aliove modo immutatorum viſcerum formas offert, cauſaſque manifeſtat, quas nulla ars unquam expugnare poterat. In unico, eoque certe rariſſimo caſu, qui mihi non ita pridem obtigit, pedem figo. Scilicet nupero die VIII. Martii, currentis anni, mihi ſubnata eſt occaſio, inferioris conditionis fœminam, XXVI. annum ætatis ſuæ agentem, trium liberorum matrem, quorum ultimum adhuc utero geſtabat, cultro anatomico poſt fata ſubjiciendi. Fuerat, cum viveret, fœmina ſummis anxietatibus præcordiorum oppreſſa, ſpiritum difficulter traxerat, nullis tamen doloribus vehementer divexata fuit. Sexto ante mortem menſe conceperat, fœtumque nutrivit ſufficienter, quem ſextimeſtrem in ejus utero reperi. Præcox fuit mali incrementum, & ſubito toto ventre intumuit. Abdomen defunctæ externe maxime intumeſcebat, ut ambitu ſuo tertiam ulnam noſtratem excederet, ſupra umbilicum, potiſſimum verſus thoracem protuberare & acuminari ventrem deprehendi ut vel cutis in ſuperficie præ nimia extenſione gliſceret. Aperto abdomine, copioſe ſerum, materia purulenta mixtum, maximo cum fœtore promanabat. Supra regionem umbilicalem verſus cartilaginem xiphoideam, incidenda fuit cavitas quædam & veluti alterum quod-

(a) *Vid. Deleboe Sylvii Diſputat. medic.* §. 12. & *ſq.* & *ejuſdem Libr. de Idea praxeos medicæ cap.* 27.

dam abdomen. Offendebamus enim faccum, qui latitudine ulnam duosque pollices, longitudine ulnæ femiffem trefque pollices æquabat. Scilicet diaphragma inter lamellam a peritonæo ortam partemque mufculofam, eam, quæ utrinque intercedit, texturam cellulofam fenfim dilatatam habuit validiffime, ut, quo magis lamina peritonæi verfus abdomen defcenderet, eo plus diaphragmatis mufculus major & fuperior verfus thoracis cavitatem retrocederet; quare & thoracis & abdominis vifcera ab enormi ifthoc tumore faccato e fitu naturali receffferunt infigniter: nam neque ventriculus, neque inteftina in confpectum prodire valebant, quin tam in parte fuperiori, quam circa latera, ab hoc facco tegebantur. Sectione longitudinali ufque ad cartilaginem xiphoideam continuata, ex cavitate hujus utriculi hydatides, ne jufto plus dicam, uti videbatur, numero fere bis centum, variæ magnitudinis, (*vid. figura Lit. A.*) & inter eas duæ magnitudine pugni majoris viri, hinc aliæ magnitudine ovi anferini, gallinacei, columbini, juglandis, vel nucis avellanæ forma, pifique majoris, maximo cum impetu fero extravafato & materia purulenta mixtæ, cum fœtore vix tolerabili, emanabant. Majores, mediæ, minores, minimæ, figura gaudebant ea, quæ ovis familiaris eft. Quas quidem hydatides effe, nullum fuperfuit dubium; illud tamen admirabile vifum eft, ex tot tantifque ampullis, proxima vicinia fefe attingentibus, ne unam quidem cum altera concreviffe, nec a communi quodam petiolo plures pependiffe, fed omnes fuiffe feparatas, fingulafque fluctuaffe liberas. Eadem fuit omnium textura; ex membranis fphæram effingentibus, abfque indicio reptantium per eas vafculorum. Pelliculæ five membranæ, liquorem ferofum in fe continentes, veficulafque aquofas conftituentes, dividi poterant in membranam aliquam fuperiorem, aliamque inferiorem. Interftitiis harum membranarum contextus cellulofus, qui mediante aëre inflato in confpectum veniebat, intererat: membrana autem fuperior, aliqua ex parte craffior inferiore, in novam lamellam fuperiorem & inferiorem dividebatur. Ab humore intus contento turgefcentes omnes, pelluciditate gaudebant, fimili illi, quam ova pennatorum abortiva habere folent; more laciniarum, membranæ exterioris fquamulæ (*vid. fig. Lit. B.*) diftinguebantur. Veficulis iftis corpufcula lutea (*conf. fig. Lit. C.*) quamplurima intererant, colorem vitelli ovorum referentes, quæ res, aniculas, quæ fectioni adftabant, ut fe ova genuina videre crederent, fabulamque urbe fpargerent, induxit. Diffectis tunicis, quæ bullam coercent, humor ferofus pellucidufque effluebat, parum glutinofus, qui tamen, coctione cum aqua fervente inftituta, haud concrefcebat, uti albumen, cum quo aliquam fimilitudinem alebat, coctura infpiffari folet. Cum coquerentur veficulæ, quædam iftarum penitus diffluebant, pauciores, eæque tenaciores, partim natabant, partim fundum vafis petebant, nulla tamen in coagulum indurata fuit. Pelliculæ autem five membranæ,

veficulas

veficulas aquofas formantes, fervehtes, craffiores reddebantur, elaftici-tatemque majorem nancifcebantur; liquor, intus contentus, fyrupo violarum viridiufculum colorem dedit, quo experimento compertum fuit, illum ad indolem alcalinam vergere. Inftitutis porro experimen-tis, neque cum fpiritibus alcohol, neque cum aceto deftillato, neque cum liquore alkalino per deliquium facto, ulla oriebatur effervefcen-tia; cum fpiritu autem rectificatiffimo partes quædam de fluido, quod ampullis inerat, in coagulum converfæ, fundum vitri petebant. Eva-poratione inftituta mox in fubftantiam mucilaginofam coalefcebat flui-dum, ut particularum mucilaginofarum plus, quam feri, ineffe abin-de cognofcerem. Ut autem res clarior evaderet, ex quibufnam parti-culis conftitutivis pelliculæ five membranulæ iftius partes componeren-tur, fequentia experimenta a me fuerunt inftituta. Et primo quidem cum fpiritu falis ammoniaci, ex calce viva parato, nihil immutatum fuiffe percepi. Spiritus autem vitrioli, præterlapfo aliquot horarum fpa-tio, & digeftione leniori inftituta, eafdem pelliculas in liquorem muca-ginofum, qui colorem cæruleum referebat, permutavit. Cum lixivio falis tartari molliores quidem reddebantur membranulæ, neque tamen in liquamen abibant. Cum fpiritu vini rectificatiffimo inftituta digeftio-ne, primo quidem immutabiles manebant membranulæ; deinde vero, fuperaffufa aqua fontana, eademque evaporationi expofita, fubftantia glutini fimilis in confpectum veniebat, tandemque de novo fuperaddita aqua fimplici, & guttulis olei tartari per deliquium adfperfis, liquor fa-ponaceus effectus fuit. Ex iftis omnibus intellexiffe me arbitror, & in-volucra, & humores iisdem contentos, de natura animali, licet putre-dini iftorum morborum origines tribuendæ fint, nihil receffiffe, & al-calinam indolem conftanter fervaffe. Digna autem obfervatu res vifa eft, ipfius utris, qui tantam hydatidum molem contineret, naturam inveſti-gaffe. Nihil fane fuit ille aliud, quam abfceffus omnium maximus, qui fefe intra cellulofam diaphragmatis fubftantiam effinxerat. De ulce-re tamen illud habuit, quod internæ ejus oræ callo duro induceren-tur; ad latitudinem atque longitudinem quatuor digitorum tranfverfo-rum partes internæ callofæ erant, finubus excavatæ, quibus materia purulenta magna copia inhærebat, non fola equidem, quin fero hy-dropico mixta, quo utroque humore heterogeneo fenfim aucto tumor verfus thoracem vehementer increvit, cavitatem thoracis preffit, illam-que naturali ftatu multo arctiorem effecit; pulmones tamen obfervaban-tur integri, uti fubftantia hepatis lienifque adhuc falva erat. Omentum autem contractum valde, luridoque colore infectum fuit. In latere enim dextro circa coftas fpurias mufculofque abdominales illius lateris abfcef-fus verfus exteriora inclinabat, & procul dubio materia purulenta ferum-que exitum hac parte quæfiverat, erant enim mufculi jam aliqua parte exefi, ut digitis cederent. Obtinere a me non poffum, ut reticeam,

quid

quid circa uterum evenerit, quamvis illa res cum ſtatu fœminæ morboſo nihil commune habeat. Erat enim, uti omnes abdominis partes, ita & uterus ab omni vitio liber, nec multum quidem ſeri hydropici mediæ huic cavitati inexiſtebat; quare viſceribus naturalibus vitalibuſque, præter unum diaphragma, ſalvis, potuit in fœmina, anxiam cætero-quin vitam vivente, tamen feliciter ſuccreſcere embryo, & ad XXIV. uſque ſeptimanam enutriri. Habuimus uterum valde extenſum, & de fœtu quidpiam ſuſpicati ſumus. Nec ſpes nos fefellit: vidimus enim embryonem ſuis incluſum membranis, chorioque inciſo fœtum, amnii humoribus circumfuſum, fere ſex menſes utero innutritum, jucundo ſpectaculo intuiti ſumus. Membrana chorii embryonem amnii liquoribus immerſum continens, ſubſtantiæ uteri inhærebat. Placenta, uti primis menſibus ſolet, firmiter circa fundum uteri adfixa videbatur. Venit mihi tunc in mentem, diſpicere, quid *Ruyſchium* (*b*) inducere potuerit, ut muſculum orbicularem in fundo uteri quæreret, vidique fibras equidem carneas, aſt a ſubſtantia uteri haud diverſas.

Ex relatione mariti defunctæ percepimus, ipſum ante hos ſeptem annos infantem in lucem edidiſſe ſatis ſanum atque robuſtum; excluſo autem partu, non ex voto omnem intumeſcentiam abdominis tunc ceſſiſſe, ſed quandam ſemper circa regionem umbilicalem eminentiam ab illo tempore ſuperfuiſſe, peperiſſe tamen illam altera vice; menſe autem Januarii ſuperioris anni, abdomen ſenſim ſenſimque intumuiſſe, & ſingulis fere menſibus magis magiſque extendi cœpiſſe, ſimulque doloribus imi ventris præter omnem opinionem ſæpiſſime correptam fuiſſe defunctam, ut multi ab initio menſis Januarii anni ſuperioris jamjam fœminam eſſe gravidam exiſtimaverint, quæ autem graviditas, uti ex eventu & ex deſcriptione morbi & ſectione patet, non niſi multo poſt illam intumeſcentiam conſecuta eſt. Ultimis menſibus ante obitum, defuncta, increbeſcente malo aſthmate oppreſſa, neque alterutri lateri, neque dorſo, incumbere potuit, a quo corporis ſitu ſe in præſentaneum ſuffocationis periculum induci conqueſta eſt. Sane res eo devenit, ut quatuordecim dies ante obitum ſomnum capere in lecto nequiverit; ſummis itaque anxietatibus obruta & tandem ſuffocatione fuit extincta. Patet ergo ex præſentis hydropis ſaccati, quo fœmina iſta laboravit, hiſtoria quorundam morborum graviorum primordia non ſemper maximi eſſe momenti, nec niſi progreſſu temporis tragœdiam ſuam illos ludere. Lento certe incremento omnes tumores tunicati procedunt, in quorum claſſe hæc, qua fœmina laboravit, ægritudo etiam collocanda eſt. Tumores potiſſimum ſeroſi folliculis incluſi non præcocius increſcunt, ut ab initio omnia levioris momenti eſſe videantur, donec longe graviſſima ſymptomata ſucceſſu temporis enaſcantur.

Solent

(*b*) *Fredericus Ruyſchius Adv. X. Dec. II.*

Solent iſtos tumores a ſero folliculis incluſo ortos hydropem ſaccatum appellare practici, nomine rem explicante. Scilicet non in cavo abdominis, uti aſcitici habent, aqua increſcit, ſed alicubi, inter peritonæum muſculoſque vicinos, in illa, quæ vulgo peritonæi duplicatura dicitur, textura celluloſa, humor morboſus congeritur. Hujus eventus varii ſunt modi. Aut enim, qui anaſarca vel aſcite laborant, a communi quadam cauſa, & intercutem & abdominalem & cyſticum aliquem tumorem eodem tempore contrahunt, aut ſano cæteroquin corpore, alicubi cellula adipoſa una altera vel plures, in peculiarem concamerationem coaleſcentes, ab arteriis adipoſis lymphaticiſque ruptis, congeſtione aquoſa facta, diſtenduntur. Valde autem vereor, ne ſaccus ille fœminæ noſtræ non tam ſerum hydropicum, quam pus, continuiſſe videatur. Quamvis enim aquæ aſciticæ poſt fata etiam fœtidiſſimos odores ſpargant, pus tamen his intereſſe nunquam videmus, uti in præſenti caſu eſt; quare ſicuti novi ſubinde morbi, vel illi certe valde mixti, in corporibus excitantur, ita hoc quidem phænomenon morboſum de triplici morbo aliquid habere videtur. Ratione enim puris contenti haud dubitanter pro empyemate abdominis haberi poteſt, ſiquidem empyema vi vocis folliculum materia purulenta farctum ſignificat, nec uni thoraci ille morbus addictus eſt; aſt ratione intermixti ſeri de hydrope aliquid tenebit, hinc hydatidum nidus haud incompetenter appellari poterit. Puros hydropes ſaccatos haud novos eſſe, obſervatores loquuntur, celeberrimique auctores medici exempla producunt, utpote cum *Sennertus* (c) de hydromphalo aut de hydrope inter peritonæi duplicaturam, *Horſtius* (d) de hydrope omenti inter duas illius lamellas, marſupii veluti in modum formatas, *Hildanus* (e) de hydrope uteri tubæque fallopianæ; *Hoffmannus* (f) de pulmonum hydrope egerint. Ab iſtis omnibus haud leviter diſcrepat hydrops noſter ſaccatus diaphragmatis, ab hydatidibus excitatus. Eo autem rariorem hunc noſtrum affectum hydropico-apoſtematoidem eſſe puto, quo ſolidiori magis corporis muſculo fuit ingenitus. Diaphragma enim eſſe partem corporis noſtri muſculoſam, robuſtam, abdomen a thorace diſtinguentem, vel tyronibus artis ſalutaris, maxime anatomes, non poterit eſſe ignotum, cujus duo ſuperiores & majores ventres, uti pauca pinguedine

(c) *Libr. III. Med. Pr. c. 17. Stalpart van der Wiel obſerv. rar. medicar. anat. chirurg. cap. 2. Obſerv. 28. Mangeti Bibl. med. pr. libr. VIII. p. 970. Job. van Meckren obſerv. chir. cap. 52.*

(d) *In Oper. medic. Tom. II. L. II. Obſ. 4.*

(e) *Vid. ejus obſerv. 56. 62. Obſerv. 305. D. II. A. 5. Obſerv. 67.*

(f) *Videantur acta phyſico-medica acad. N. C. Anni 1727. obſerv. CCXIII.*

dine intertexti sunt, ita illi juxta circulum tendineum omni cellulofo contextu prorfus carent, confentiente celeberrimo *Hallero* (*g*). Nihilo fecius fenfim increfcens humoris copia, tendinea ftrata in hoc cafu feparavit illifque interfluxit, &, quæ a peritonæo abfcedit, laminam magno hiatu divifit. In hac enim duplicatura, peritonæum & partem diaphragmatis mufculofam intercedente, feparatio humoris ferofi in cadavere antea defcripto ortum duxerat, unde poftea ejufmodi facculus, qualem hiftoria fupra data propofuit, fe formavit, maximam abdominis thoracifque partem occupans. Quam ob caufam etiam vifcera abdominis in anguftius fpatium compreffa, & cutaneæ mufculorumque abdominis partes ultra modum extenfæ confpiciebantur, itidemque thoracis contenta, cor & pulmones, in motu fuo impediti fuerunt, quo minus munere fuo fungi potuerint.

Aft qualis hydatidum in hoc facco genitorum origo fuerit, nunc difpiciendum erit. Quemadmodum in omnibus corporis noftri partibus obvia funt vafa lymphatica, ita illis nec diaphragma caret. Et teftante *Nuckio* (*h*) uti maxima in quantitate vafa lymphatica paffim ex thorace verfus venas jugulares properant, ita, quod planum diaphragmatis abdominale concernit, analogiæ anatomicæ confentaneum eft, ea fuper hepar in cifternam lumbarem deferri. Aft fi de ortu hydatidum cogitare velis, aliter de illis fentire non potes, quam, ficuti aneurifma arteriarum, varix venarum, ita hydatides effe vaforum lymphaticorum fobolem. Uti enim vafa lymphatica nodulis cellulofis diftincta funt, ita ex uno vafe facile plurimi diftincti globuli fieri poterunt. Ex horum etiam vaforum nimia dilatatione ac ruptura in interftitiis harum lamellarum peritonæi atque partis mufculofæ diaphragmatis, in præfenti cafu, progreffu temporis, ejufmodi quantitas feri extravafati, & quidem ultra quatuor menfuras folummodo in hujus utris cavitate, excepto abdominis fpatio, fe accumulaverat, a quo humido ille hydatidum numerus, quantum fupra denotavimus, augmenti fui materiam accepit. Numerum ejufmodi hydatidum non levem fub titulo hydropis ovarii defcribit, & infuper virginis ex hydrope afcitica defunctæ meminit celeberr. *Ruyfchius*, in cujus abdomine veficulæ innumerabiles, humore tenaci & glutinofo repletæ, fuerint deprehenfæ, quarum nonnullæ pugni minoris, aliæ nucis juglandis, vel avellanæ, magnitudinem, uti in noftro cafu, æquaverint. Sunt tamen etiam, qui ratione denominationis in aliam abeunt fententiam, & , illos tumores hydropis nomine minime infigniri

(*g*) *In tractatu de diaphragmate; elegantes diaphragmatis figuras vid. in Cowperi nova Myotomia* Tab. 34. & 35.

(*h*) *In Adenographia pag.* 142.

figniri posse, (*i*) opinantur, sed vesiculas illas, sero repletas, pro veris debere hydatidibus haberi, easque hydropem non posse constituere, quamvis serum pelliculis inclusum præ se ferant. In cujuscunque vero partis interstitiis istiusmodi vesiculæ aquosæ formentur, raro solas invenimus easdem, sed hydropici quid semper concurrit, & in mediis aquis istæ pelliculæ fluctuant, uti de hydrope saccato ex instituto commentatus est *Mercklinus* (*k*), qui exemplis matris aliorumque ex hydrope saccato mortuorum ipsum morbum illustrat, & harum vesicularum, insigni colluvie seroso repletarum, inque abdomine inventarum, mentionem injicit, easque a vasis lymphaticis ortum duxisse putat. *Hic ichor*, ait, *interveniente vaporatione per calorem improportionatum in vesiculam attollitur, relicta in ea aliqua illius portione, quæ hac ratione tenuissimo membranaceo folliculo obducitur, idque ex necessitate materiæ, simili propemodum modo, quo ex saponata aliqua insufflatione, per fistulam stramineam facta, bulla exsurgit.* Nec eorum reprobanda est sententia, qui putant, hydatides ab humoribus intus contentis expandi, ut saccum tantæ amplitudinis sensim implere & hydropem ascitico - vesicularem efficere possint; quod largiendum omnino erit, siquidem hydatides serie quadam connexæ vasisque adducentibus instructæ fuerint, ast, nisi a resorpto in se humore, cui innatabant, nostræ solitariæ hydatides auctæ fuerunt, unde profecerint, haud video.

In more habent hydatides, inter cellulas pinguedinis nasci, uti grandines, quo morbo sues copiosum adipem gerentes sæpe laborant, id docent. Ejusmodi in pinguedine humana enutritas hydatides enarrat, simulque de hydrope saccato memorabile refert exemplum Dn. D. *Alexander Camerarius* (*l*), ubi de obstetrice aliqua in vicino pago, quadragenaria, paupercula, jamque decem liberorum matre, refert, quod illa tamdiu gravidam sese reputaverit, donec præterlapso pariendi tempore immota mansisset, quin in dies increverit, abdominis moles, tabescente interim & in statum mere sceletiformem redacto reliquo corpore, quo post ejus fata cultro anatomico subjecto, varia atque curiosa visu in conspectum prodierunt. Nimirum abdomen ambitu suo æquasse duas ulnas: propendisse quidem & inclinasse magis in dextrum latus, in sinistro tamen latere, infra umbilicum versus pubem, protuberasse & acuminatum fuisse; ubi etiam mollius ad tactum extitisset, ut fovea digitis potuisset imprimi, cum in reliquo tractu tensum ac durum fuisset, digi-

(*i*) *Schorkopff in Dissertatione de Hydrope Ovarii Muliebr. Basil.* 1685. *habit.*

(*k*) *In Dissert. de Hydrope saccato, habita Altorfi die VIII. April. Anno* 1695.

(*l*) *Confer. Acta Physico - Medica Academiæ Cæsareæ N. C. Anni MDCCXXVIII. Observ. CLX.*

digitisque ne quidquam ceffiffet. Cutem incifam illico corrugari coepiffe & contrahi, fub illaque perparum membranæ adipofæ fuperfuiffe. Ad utrumque vero hypochondrium, inter cutem & abdominis mufculos, loco pinguedinis, veficulas fuiffe fero plenas atque turgidas, unde etiam copiofe fatis promanaverit limpidum flavum; membranam autem emphyfematis inftar quafi fpumam vel congeriem veficularum tenuiffimarum inflatarum retuliffe. Incifo in linea alba peritonæo, mucum protuberaffe tenacem vifcidum; digitis autem atque fpecillo deprehenfas fuiffe varias cellulas & cavitates. In finiftro latere apparuiffe faccum circa umbilicum, in medio tres, in dextro autem latere quatuor pollices latum, multas ubique habentem cavernas, majores, minorefque, inque his conclufum gluten illud albicans, quod fupra dictum fuit prorupiffe a prima ftatim peritonæi punctura. Utris fubftantiam fuiffe in locis quidem illis incraffatis fibrofo - cellulofam, in ceteris autem membranofam, ordinariam tamen membranarum craffitiem ubique excedentem. Deinde vero infignem hujus molis atque utris originem & connexionem, fcilicet infra, in pelvi, ad dextrum latus uteri, ubi principium facci adhuc membranofum cum ligamentis uteri & ejufdem lateris ovario connexum fuerit, facili negotio potuiffe refecari, atque hoc modo totum ex abdomine removeri, uterumque ipfum cum altero fuo finiftri lateris ovario quidem fuiffe in falvo, faccum vero iftum, five utrem XII. & liquamen iftud feculentum XXXV. libras civiles pondere fuo æquaviffe.

Similiter glandulofis vifceribus fuccrefcere poffunt hydatides folentque. Favet enim iftarum ampullarum genefi non minus glandulofa feries, quam velum adipofum, fiquidem fingula de multis, quæ organon glandulofæ texturæ efficiunt, jam in fe eft folliculus, qui, affluxu fecernendi humoris aucto, refluxu impedito, facile in ampullam elevari poterit. De hydatide quadam ovarii referre quædam liceat. Ancillam juvenem, vix duos ultra XX. annos natam, alacrem & fanam, nec morbi unquam fibi confciam, ab explofa fclopeto glande plumbea vulneratam, & poft XLVI. horas mortuam fuiffe, eaque poftea fectioni anatomicæ fubjecta, fequentia oculis fefe exhibuiffe fpectacula, Ephemerides N. C. (*m*) teftantur. Nimirum curiofo admodum, certe non quotidiano, exemplo ovarium uteri finiftrum fuiffe hydropicum, non hydatidem ab ovario forte pendulam, uti fæpe reperiri folent, magnitudine quandoque phafeoli, extus ad tubam lateris finiftri, & ovarium alterius lateris, dextri, genitam fuiffe, fed ftricto fenfu ovarium ipfum liquore intus conclufo turgidum & plenum in hydatidem, magnitudine æquantem ovum anferinum, extumuiffe, unde a diftantibus quibufdam,

(*m*) *In obfervatione CLX. pag.* 346.

dam, rerum non probe gnaris, diu pro vefica urinaria fuerit habitum. Incifione facta, aquam limpidam profluxiffe, colore flavam, fapore fubfalfam, quantitate ad uncias quatuor æftimatam, eamque in cochleari fuper candelæ flammula ftatim inftar albuminis ovorum in albefcens coagulum abiiffe. Porro membranofum huncce facculum liquore antea turgidum, hoc modo jam evacuatum, genuinum fuiffe ovarium. Hæc res, quod frequenter ovarium hydatidibus repletum reperitur, ipfam de ovulis doctrinam, annon & illa pro hydatidibus agnofci debeant, quales haud dubitanter fuerunt ovula ad cervicem uteri a *Nabotho* reperta, fufpectam omnino reddere poffet, nifi aliis argumentis ejus veritas ftaret. Uti hepar glandulofæ ad *Malpighii* mentem texturæ ex parte eft, ita fimiliter illud hydatidibus haud caret.

Singularis talis facculus in hepate obfervatus in ephemeridibus N. C. (*n*) defcribitur. Sic aliquando in hepate, liene, aliifque vifceribus hydatides fuiffe repertas, præprimis monet *Camerarius* (*o*) de hydatidum copia in fteatomate hepatis cujufdam viri, per quadriennium plerofque medicos celebriores fruftra confulentis, cujus vero morbi tam diuturni caufas non nifi poft mortem illius ægri fectio anatomica detexit, & numerum hydatidum fatis magnum expofuit. Hæ veficulæ erant, uti allegatus auctor eas defcribit, figuræ exacte rotundæ, multitudine vel quinquaginta, magnitudine varia, a pifo majore ultra ovum columbinum, tactu molles, membrana tenui admodum concludentes aquam limpidam, fœtoris expertem. Hæc ova, (ita recenfitus auctor pergit), feu hydatides illæ exemptæ, & in frigida affervatæ, durarunt per feptimanam unam & alteram integræ; fed fenfim mutarunt colorem aquæ, obfcurioris & turbidioris inde factæ. Plura adhuc hydatidum exempla in annalibus phyfico-medicis Vratislavienfibus (*p*) recenfentur.

At vero circa caufas five originem hydatidum explicandas in varias abeunt fententias excellentiffimi Anatomici. Ovarii hydatides ita explicant, ut effent ovula in ovariis tumefacta, affirmante celeberr. *Ruyfchio*, (*q*) dicente: *Hydrops ovarii, fi ita loqui liceat, ovorum affectus eft, ab aliis fatis vifus, modo fatis confideratus. Hydatis audit apud auctores, in quo nomine libenter acquiefco, modo de mali fubjecto inter nos conveniat. Hoc ut plurimum, fi non femper, ova effe animadverto, ita mutata,*

(*n*) *Anni* 1733. *obfervat.* CXX. *pag.* 378.
(*o*) *In obfervationibus Ephemeridum* 1733. *editis vid. Obferv.* CXX.
(*p*) *Vid. Ann.* 1720. *Menf. Febr. Claff. IV. Artic. XIII. p.* 212. *feqq.* & *Ann.* 1721. *Menf. April. Claff. IV. Art. VIII. pag.* 411. *feqq.*
(*q*) *In obferv. anat. chirurg. obferv.* 17. *pag.* 22.

mutata, *&* *in tantam aliquando molem aucta*, *ut infantis caput non raro superasse viderim.* Et in alio loco (*r*) idem *Ruyschius* vaforum fanguiferorum extremitates, mucofo humore explicatas, hydatidum naturam induere affirmat. Cui etiam confentit B. *Schacherus* (*s*), adhuc poft cineres multis nominibus mihi deveneraudus: *Hydatides*, inquiens, *quæ ovario obfervatæ fuere, ovulis non inepte accenfentur*, *utpote quarum lympha non tenuis erat & fluida*, *fed igne in fubftantiam pinguem eamque copiofam & folidam facile condenfabantur.*

In contrariam autem abit fententiam Clar. *Brendelius*, hydatidum primordia ab ovulis deducenda non effe, afferens; idque potiffimum difcriminis obfervans, quod ovuli lympha igne in coagulum albuminis inftar abire foleat; quod tamen de hydatidum liquore minime concedere valemus. Porro celeberrimus *Boerhaavius* (*t*), ubique locorum corporis noftri glandulas defendens, hydatidum originem a glandulis deducit; quare nec ego a veritatis tramite aberrare videbor; fi hydatidum in defunctæ meæ abdomine repertarum origines cum jamjam laudato *Ruyschio* (*v*) ad lymphaticorum vaforum fontes; glandulas; retulero; quarum plures etiam vifum effugientes in omni adipe; adeoque & in contextu diaphragmatis, mufculum a membranis diffepiente, fedent; quo fieri aliter haud potuit, quam ut ex congerie (*w*) hydatidum multarum, uni facco fimul inclufarum; hydrops empyico-hydaticus evaferit. In caufis autem hydatidum indagandis, cum fæpe plus opinionis fit, quam veritatis; lentorem humorum accufandum effe exiftimaverim. In hoc cafu meo corpus cachecticum fuiffe; extra omne eft dubium. Æquilibrium tamen inter partes folidas atque fluidas ablatum fimul accufandum eft: hoc enim modo fit, ut vas ab humore fuo fuperari atque extendi fe patiatur, dum minus firmiter refiftit; hinc in vafis, licet minimis, progreffu temporis, excitari poffunt ampullæ capaciffimæ. Aft cur diaphragmati potiffimum ingenita fuerit tanta hydatidum copia, obfcurum omnino eft. Faffus eft maritus, a puerperio laboriofo tragœdiam hanc ludi cœpiffe. Quare fine dubio nixus ad partum, qui diaphragmatis potiffimum actione inftruitur, effecit, ut fibræ quædam fepti, uti conatus ad partum hoc organum vehementer urgent, divulfæ, tranfitum fanguinis per iftam partem impediverint; unde totum malum fuam fine dubio originem traxit. Fieri etiam interdum

(*r*) *Vid. thef. Anat.* 6. *Expl. tabul.* 5. *f.* 3. 4. 5. 6.


(*s*) *In differtatione inaugurali de Virgine afcitica poft paracentefin purpura maligna exftincta*, *Lipfiæ* 1725. *die IV. Jul. habita.*

(*t*) *In epift. anat. ad celeberr. Ruyfchium de fabrica glandular.* pag. 40.

(*v*) *L. c. Obferv.* 27. *pag.* 33.

(*w*) Legi merentur *Gerardi van Swieten Commentaria in Hermanni Boerhaave aphorifmos de cognofcendis & curandis morbis Tom. I. de obftructione pag.* 165. *Edit. fecund. Lugduni Batavorum MDCCXLV. edit.*

Tab. XVII.



A. *Hydatides variæ magnitudinis.*
B. *Laciniæ hydatidibus adhærentes.*
C. *Corpuscula lutea circa hydatides occurrentia.*

dum solet, ut morbosæ ad viscera metastases variis abscessibus ansam suppeditent. Sic fiunt pulmonum hepatisve vel mesenterii abscessus, suppressa morborum legitima crisi, suffocatis maxime febribus intermittentibus, retropulsa scabie. Nostra, uti fordide misereque vixit, ita in morbis, qui illi evenerunt, corpus negligentius habuit, potuitque illi mala materies ad interiora conversa fuisse.

Verum, quid de corporibus luteis, hydatidibus admixtis, sentiendum sit, breviter exponendum est. Pinguedinem esse, nemo negaverit, quæ successu temporis in similes ampullas convertenda erat. Aëre enim in ejusmodi portionem inflato, massula in tumorem subito efferri cœpit. Est autem in diaphragmatis cum transversis abdominis musculis confinio haud levis pinguedinis quantitas, quæ ab initio in steatomata elevari haud dubitanter cœpit; hinc, in saniem diffluxit, quæ juxta leges putrefactionis expansiva virtute ampullas producere potuit. Putredinem sane in hoc casu concurrere, insignis, non qualis de cadavere, sed qualis de turpi abscessu halat, fœtor docuit. Aerem tamen aliquem istas ampullas elevasse, qualis ex putredine nasci solet, haud putarem, cum ampullæ istæ omnes in aqua vel spiritu fundum petant, omnique proinde aëre destitui merito putentur. Jam quilibet secum reputare poterit, quantas afflictiones miserrima, ex quo illi diaphragma in utriculum ejusmodi expandi cœpit, maxime tunc, quando ad ἀκμὴν malum pervenerat, sustinuerit. Orthopnœam ac asthma ab hydatidibus, inter tunicas septi nascentibus, oriri debere, quilibet perspicit, quandoquidem ad horizontem cum costis spuriis pervenire diaphragma non potuit, quapropter inspirationis negotium fœminæ omnino fuit impeditum, pulmonibus in arcto semper spatio conclusis & aërem sufficienter haud admittentibus, quo tandem, folle aëreo haud sufficienter expanso, circuitus sanguinis per pulmones vacillare, totiusque vitæ negotium, quod in circuitu sanguinis atque humorum consistit, everti cœpit. Enimvero nulla sunt indicia, quæ, tumorem abdominis ab hydatidibus, hydrope saccato contentis, ortum esse, diserte innuant. Neque, si medicus hydatidum præsentiam etiam cognovisset, ulla solvendo morbo medicina par esse potuit, nisi forte, ut natura jam istud negotium peragendum susceperat, abscessuum more, quorum plures, musculos abdominales ac integumenta communia perterebrant, sponteneus ad externa effluxus supervenisset. Quis enim ausus fuisset, gravidam, uti habebatur a marito, acu triquetra pertundere, & quo signo constitisset de loco perfodiendo? Quamvis enim juxta *Celsum* satius sit, anceps, quam nullum, experiri remedium, tamen nec temeraria capienda sunt consilia, ne occidisse videamur, quos servare haud poteramus.

F I N I S.

JACOB

CXXIII.

JACOB. CHRISTOPH. SCHEFFLER

ET

CHRISTIANI JACOBI,

HISTORIA

HYDROPIS SACCATI.

Altorf 13 Junii 1724.

PRÆFATIO.

Exhibemus Tibi *L. B. historiam* hydropis ſaccati, *in fœmina ruſtica haud ita pridem obſervati, & ob ſtupendam molem ſuam oppido digni conſideratione, quem ordinis & brevitatis pari ſtudio pro viribus nunc explicare conabimur: non quidem eo animo, ut prorſus inaudita* Tibi *enarremus, ſed quoniam nobis illi ſectioni intereſſe licuit, & à* Gratioſiſſima Facultate Medica *benigne conceſſum eſt, materiam quandam in publica cathedra defendere, non inconſultum duximus, rariſſimæ contemplationis caſum illum deſcribere, brevique commentariolo illuſtrare.* Te *autem quam humaniſſime rogatum volumus, ſi quid fortaſſe in tractatione hac non ſatis accurate propoſitum aut elimatum deprehenderis, id benevole condonare & levidenſe hoc ſtudii noſtri ſpecimen æqui bonique conſulere velis.*

OBSERVATIO.

Die 10 Novembr. A. 1723, in pago Schwand, tribus circiter milliaribus Altorffio diſtante, mulier quadraginta octo annos nata, diuturno gravique morbo confecta, ad explorandum, quæ corpori præter naturam inhærerent, anatomico cultro ſubjecta eſt. Statim vero apparens vaſtiſſima moles abdominis ſpectatores omnes in admirationem traduxit; ſuperabat enim novem pedes mechanicos in circumferentia & quinque a ſcrobiculo cordis uſque ad montem veneris. Reliquus corporis habitus externus erat, qualis eſſe ſolet tabe aut hectica febre conſumptorum, adſtante D. D. Ammon Phyſico ordinario Schwobacenſi, nobis, aliiſque præſentibus ſectio peragebatur a balneatore illius loci, qui cum in cavitatem abdominis vix novacula ſua penetraſſet, rivum quaſi proritavit ſeri lenti & viſcoſi atro-rubentis, ſine fœtore tamen; vaſta quantitas illius humoris, quæ duas amphoras ferme æquabat, non permittebat ſtatim conſpicere latentia viſcera: evacuato poſtmodum omni ſero, *ſaccus* à peritonæo ortus & inteſtina occultans viſui primum ſe ſubjiciebat, cui in dextro latere prope criſtam oſſis ilei adnatum erat *ſteatoma* quinque libras & dimidiam pendens. Separata illa membrana ſacciformi præter uterum veſicam ac renes nulla conſpiciebantur vel inteſtina, vel alia viſcera in ſede & loco naturali, ſed omnia ſurſum, thoracem verſus, compulſa deliteſcebant, hincque diaphragma ita premebant, ut pulmonibus tantum aëris, quantum ad vitam ſuſtentandam mulier neceſſe habebat, ægerrime haurire licuerit, & nos propterea facile fidem habere potuerimus illorum relationibus, qui ante extrema fata ipſi adfuerant;

 ejuſ-

ejusque querelas de summis angustiis, suffocationem minitantibus, audiverant. Nec sedere, nec jacere per satis longum temporis spatium misera potuerat præcipuam experta requiem, si nixa genubus prægravantis corporis molem sustentasset.

EXEGESIS.

§. I.

Hydropem *saccatum*, sive *asciten in sacco*, descripturis opus est, ut recepti moris & ordinis observandi causa originem & etymon hujus vocabuli præmittamus. Derivatur autem *hydrops* à græco ὕδωρ aqua, & ὤψ facies, quasi illo affecti aquosa & pallida facie abundantem intus serosam colluviem oculis illico objicerent; *saccatus* vero dicitur a peculiari sacco, cui inclusa est aqua, quæ abdomen ita intumescere facit. Ascites autem originem debet græco nomini ἀσκὸς uter, *ein Schlauch*, quasi uter aqua repletus, germanice *die Wassersucht*.

§. II.

Ad synonymiam quod attinet, multa quidem apud veteres occurrunt usitata nomina, sed ascitem in genere potissimum concernentia, & ad nostrum casum non æque spectantia; veteres enim nullam, quantum quidem nobis constat, mentionem de *hydrope saccato* fecere: Primum, qui observaverit ac designaverit hunc affectum, deprehendimus *B. G. A. Mercklinum*, qui Miscell. Nat. Cur. Decur. II. A. I. observationem luculentam isto titulo inseruit Num. 183. quem postmodum alii autores medici secuti sunt.

§. III.

Huncce affectum ergo definimus, quod sit *tumor abdominis præternaturalis ab humore quodam seroso ac lento intra duplicaturam peritonæi extravasato proveniens*; quæ duplicatura peculiarem illam cystidem format, sive affectus oriatur à viscere quodam, sive in peritonæo ipso. Plerique autores *saccum hunc membranaceum* solummodo describunt, sine recensione, unde membrana illa proveniat vel generetur, excepto Clariss. *Nuckio* qui in *Adenographia sua curiosa* accuratissime illud proposuit. Hac itaque definitione alias species hydropis exclusas esse volumus, licet adhuc duæ dentur *universales* dictæ, *anasarca* & *tympanites*, imo adhuc plures *particulares*, tam in abdomine quam aliis partibus; illas vero, quia

quia noſtri inſtituti non eſt, & jam ſatis ſuperque actum de iiſdem ab aliis autoribus, hic non recenſebimus.

§. IV.

Abdomen unice quaſi affectum eſſe hoc morbo dicimus, *cauſam proximam* conſtituente humore ſeroſo ac gelatinoſo intra duplicaturam peritonæi extravaſato, quæ ſenſim ac continuo affluxu adeo expanſa fuit atque ſic particulari ſacco incluſam congeſtam materiam ſervavit. *Saccum* illum à peritonæo oriri extra dubium eſſe poſitum videtur. Probat enim hoc aſſertum multitudo vaſorum lymphaticorum ejuſdem, demonſtrante laudato *Nuckio* (*a*), deinde quoniam circumvolutio contegit omnia abdominis viſcera; denique probabile idem reddit aptitudo ejus membranæ ad diſtendendum, præcipue in ſexu ſequiori, ob craſſitiem fibrarum, ut Clariſſ. *Verheyen* obſervavit (*b*) & in noſtra ægra ad occulum apparebat.

§. V.

Cauſam illam *propinquiorem* excitarunt variæ ſtagnationes à vitioſis humoribus ortæ, cujuſmodi præprimis eveniſſe videntur ægrotæ huic miſeræ, cum ante ſeptem fere annos puerperæ lochia non rite ſucceſſiſſent. Ipſa tunc nihil mali ſuſpicata poſt aliquot menſes dolorem obtuſum in dextro latere prope os ilei ſenſit, qui paulatim adauctus poſtea comitem habuit dolorem in pectoris latere eodem pungitivum cum difficili reſpiratione, ac ſi pleuritica eſſet, de quo admodum conqueſta fuit. Obtuſum quidem illum dolorem proveniſſe credibile eſt a continuo ſteatomatis incremento, pungitivum vero ab appulſu circumjectorum viſcerum thoracem verſus.

§. VI.

Sexum ſequiorem præcipue præ nobiliori *ſubjectum* præbere hujus morbi, quotidiana obſervatio docet & ſana ratio perſuadet. Dum enim utero gerunt; ab illius extenſione integumenta communia cum ipſo peritonæo valde diſtenduntur, lymphæ per ſua vaſa in peritonæo diſperſa motus intercipitur ac ſtaſis inducitur humorum, per illam obſtructionem, a preſſione circumjacentium partium factam, vaſa ampliora redduntur ac diſtenduntur uſque ad rupturam, hinc ſerum inter duplicaturam membranæ deponunt. Nec obſtat, quod hic affectus nonnunquam iliis etiam accidat, quæ nunquam gravidæ fuerunt. Per conatum

(*a*) Adenograph. curioſ. p. 97.
(*b*) Anatom. corp. hum. in 4to. p. m. 49.

enim naturalem occasione ac tempore fluxus menstrui materiam super-fluam eliminandi, vasa infarciuntur, illo vero utcunque impedito eadem intumescentia vasorum ac obstructio liquorum fit, uti antea diximus, eademque ruptio aut læsio vasis secedere sinit humores.

§. VII.

Misera nostra, per quinquennium summis doloribus cruciata, se tandem gravidam esse putabat, quoniam abdomen in molem quampiam accrescebat: per illud vero lustri spatium maxima alvi suppressione, concomitantibus torminibus, affligebatur, quæ omnia produxisse videtur *steatoma* hocce, quod imminuerat intestino cœco, illudque ita compresserat, ut fecibus exitus naturalis ac liber denegaretur; hinc feces duriores factæ, propter nimiam remoram, enematibus crebris emollientibus ad excretionem sollicitandæ erant. *Steatoma* vero ab obstructione ac retentione lochiorum, cujus in §. 5. mentio est facta, provenisse probabile est. Natura enim tunc temporis occupata fuit in eo, ut heterogenea illa ad loca inferiora derivaret, perque hæc tanquam ordinariis viis e corpore proscriberet; ex neglectu vero bonæ diætæ vel aliis de causis procatarcticis, quæ multæ ac variæ poterant accidere, lochia fuerunt sufflaminata, hinc fieri vix aliter potuit, quin materia excernenda ad alium collecta locum subsisteret, ansamque huic concretioni præberet.

§. VIII.

Vicina istius loci vasa serosum atque viscidum liquorem advehentia tandem crepuere ac continuo affluxu peritonæum ita dilatavere, ut in uno anno abdomen adeo intumesceret, acsi gravida esset, quamobrem illa tempus parturiendi solummodo anxie attendebat, licet hoc expectationi ejus atque votis non responderet; quippe de mense in mensem in supranaturalem molem abdomen assurrexit, ut locum habuerit Horatianum istud: *Crescit indulgens sibi dirus hydrops.*

§. IX.

Steatomatis & juxta cum eo nati *hydropis* propinquioribus causis, quæ circa præsentem casum erui potuerunt, breviter consideratis, opus nunc foret, ut remotiores etiam ac procatarcticas pariter exponeremus. Verum enim vero, cum nos defunctæ confessio, tum etiam domesticorum & adstantium recordatio, in illis declarandis, destituat, parum omnino certi affirmare licebit. Quodsi enim errores in convictu quoti-

diano

diano commiſſos, alimenta præſertim difficilis concoctionis & mali ſucci, ad obſtructiones viſcerum & incraſſationem humorum diſponentia accuſare velimus, rem quidem prudentioribus hominibus ſatis probabilem, vulgo autem vix perſuadendam de perſona ruſticanæ vitæ adſueta ſtatueremus. Circa poſtremum vero puerperium ejus accidiſſe quædam vitia diætæ ſingularia, utique veroſimillimum eſt, tametſi ea ſeorſim indicare nequeamus.

§. X.

Pariter obſcurum eſſe arbitramur *quibuſnam ſignis potuiſſent diſcerni affectus illius initia*, quandoquidem peritiſſimis etiam medicis imponere interdum ſolet accreſcens abdominis tumor, cum menſium retentione, ut gravidam putent, quæ hydropica fieri incipit, & contra. Neque ſemper in progreſſu facilius diſtinguuntur ambo iſti caſus, ut non aliquando, unius loco, alterius perſeveret incerta ſuſpicio, donec ultra dimidium vel integrum tempus conſuetum graviditatis producta geſtatio tumoris, plus minus aucti, vanam expectationem puerperii tandem prodat.

§. XI.

Multo autem adhuc difficilius diſtingui à ſe invicem poſſunt *hydropis ſpecies*, præſertim vulgaris *aſcites*, ubi ſerum extravaſatum libere in cavo abdominis fluctuat, & ipſe *hydrops ſaccatus*, de quo in præſenti agitur. Varia equidem ejus indicia commemoravit *Excell. D. D. Joh. Abrah. Mercklinus*, ſupra laudati *D. Georgii Abrahami* filius digniſſimus & h. t. in Ampliſſ. Collegio Med. Norimberg. inter Seniores Succeſſor, in diſſert. ſua Inaug. *De hydrope ſaccato*, hic olim edita §. 41. de quibus tamen ipſemet confitetur, quod pleraque ſint communia & ambigua, ideoque ad declarandum τὸ ζητούμενον conjunctim eſſe ſumenda monet. Inter alia ſpeciem iſtam hydropis declarantia, duo hæc majoris momenti videntur; (1) quod tumor ventris a purgantibus, etiamſi validis & largiter operantibus parum aut nihil minuatur, tum & alia medicamenta vix quicquam proficiant: (2) quod utplurimum iſte affectus duret longius, quam aliæ hydropis ſpecies, & non raro per aliquot annos. Utrumque in noſtra, cujus hiſtoriam expoſuimus, *hydropica*, uſu venit. Ipſa enim, ſicuti §. 5. notatum eſt, ante ſeptem annos ab ultimo puerperio, funeſti hydropis fundamenta poſuit, ſuppreſſis tunc lochiis, tametſi tumor abdominis non ſtatim pleniſſime apparuerit, credibile tamen eſt, infauſtæ illius *collectionis ſeri in ſaccum*, una cum ipſo *ſteatomate* radices tunc jam inſediſſe altius; quamvis in tumorem extrinſecus percipiendum, nonniſi poſt longius temporis intervallum excreverint. Al-

terum

terum vero ſupra memoratum *hydropis ſaccati* ſignum, quod ſcilicet ægrota, *purgantibus*, quantumvis *validioribus* alias, per agyrtas non ſemel ſubminiſtratis, liberales quidem dejectiones ſeroſas experta, nec tamen inde, quoad tumorem levata fuerit, uno quaſi ore teſtati ſunt illius propinqui ac domeſtici. Unde licet facile concludere, congeſtam in ſacco, a vitioſa peritonæi expanſione lympham, exiguum aut vix ullum amplius habuiſſe commercium cum reliqua in corpore humorum maſſa, ut hac quomodocunque exagitata, ſecretus jam in ſaccum ille liquor commoveri vix potuerit. Hanc etiam fuiſſe cauſam arbitramur, quare *hydropica noſtra*, quo magis crevit abdominis tumor, eo magis decreverit reliquo corporis habitu; iniquo ſcilicet avaroque *ſacco* nihil boni remittente, ſed particulas nutritias optimas quaſque ad viciniam pertingentes abripiente.

§. XII.

Rebus ita comparatis haud difficulter poteſt colligi, quid tandem in eventu expectare liceat. Non ſolum enim miſera noſtra, poſt tot annorum cruciatus fato demum ſuo comprobavit, ſimul cum infelici lymphæ theſauro in *ſaccum*, & *ſteatoma* vitalis laticis quintam quaſi eſſentiam ſenſim, ac veluti furtim abſtrahi, natum vero hinc tumorem viſceribus ad vitam ſuſtentandam neceſſariis & locum & energiam, adimere; ſed eundem tragicum *hydropis ſaccati* exitum alia, & tantum non omnia, nobis quidem cognita exempla confirmant.

§. XIII.

Quid igitur in hoc noſtro, aliiſve caſibus ſimilibus *medicinæ cauſa faciendum aut fuiſſet aut foret*, tanto minus a nobis edoceri deſiderabunt æqui lectores, quo minus opportunum exiſtimamus aut defunctis, aut nondum oblatis ægrotantibus præſcribere medelam. Quod ſi ad extremum *hydropicæ* noſtræ ſtatum vitæ, quo *ſaccatus hydrops* patere, plenius poterat, reſpicere velimus, utique fruſtra judicatis tam *pharmaceuticis*, quam *diæteticis auxiliis*, ſaltem ſolis, ad *chirurgiam* confugiendum fuiſſe unice putaremus. Hæc autem unicum fere ſuppeditat remedium *paracentheſin*, ſeu perforationem integumentorum communium, cutis nempe & muſculorum abdominis cum peritonæo, ad ipſum uſque hinc efformatum *ſaccum*.

§. XIV.

Aſt vero hic labor hoc opus eſt! ne *vel intempeſtive*, *aut præpoſtere*, *aut loco incongruo* fiat. Prius equidem credimus non facile committi poſſe, ſicubi de exiſtentia *hydropis ſaccati* jam ſatis turgidi conſtiterit.

Alte-

Alterum vero prudentiam desiderat medicam, num vires ægrotantis adhuc satis constent, neque circumjacentium viscerum gangræna aut sphacelus signis suis appareant. Tertium denique momentum, ut congruo loco *paracentesis* instituatur, singularem quoque definientis medici & operantis chirurgi supponit providentiam. Neque enim adeo certa hic, ut in quibusdam abscessibus, comparent vestigia, ut potius eminens etiam alicubi tumor, digito quasi demonstrans *perforationis opportunitatem* aliquando fallat. In testimonium adducere possumus observationem *D. D. Samuelis Steurlini*, *Ephemer. Acad. N. C. Centur. VII. & VIII. pag.* 44. qua relatum legimus ex profundo satis vulnere prætumidi abdominis in virgine, primum nihil omnino seri profluisse, donec idem chirurgus denuo altius penetraverit instrumento acuto, in latentem scilicet *saccum*; unde tandem confertim prorumpens neque cohibitus in tempore humor liberavit quidem tumore miseram virginem, sed etiam paulo post vita privavit. Hunc ipsum vero casum amplius dilucidavit eruditis animadversionibus, defunctæ cognatus, *Joh. Sebast. Steube*, *differtat. inaug. medic. de infelici hydropis saccati curatione*, Præs. Viro Celeberrimo *D. D. Joh. Hadriano Slevogtio* Jenæ A. 1721. ad quam remittimus lectorem benevolum; paucisque tantum admonemus, Virum Excell. *D. D. Sylv. Anhornium* senatorem & Poliatrum St. Gall. *Sam. in Ephem. Ac. N. C. Cent. IX. & X. obs.* 100. haud obscure ostendisse, quomodo per paracentesim eductis aquis, ipse *saccus*, vel etiam hydrope tumefacta uteri tuba, sectione artificiosa extrahi, & afflictis hoc pacto vita & sanitas restitui queant: quod problema, tanquam *periculosæ plenam rem aleæ*, cordatis medicis ac chirurgis accuratius examinandum, ac decidendum relinquimus.

T A N T U M.

HADRIANI

CXXIV.

HADRIANI SLEVOGT,

ET

JO. SEBASTIANI STEUBE,

DE

INFELICI HYDROPIS SACCATI CURATIONE.

Jenæ, 19. *April.* 1721.

PROOEMIUM.

DUM in eo eram, ut dissertationi inaugurali, de Infelici Hydropis Saccati Curatione, finem imponerem, præter opinionem, a Patrono in Ephemerid. Germ. Centur. 7. & 8. observatio 17. D. D. Samuelis Steurlini, mihi legenda offerebatur, in qua vir celeberrimus eundem casum, sed minus recte sibi communicatum, descripsit. Cum autem nonnullas circumstantias aliter comparatas sciam, nemo mihi, arcto sanguinis vinculo beatæ defunctæ nexo, vertet vitio, si proœmii loco benevolum Lectorem de iis, quæ de tristi istius fato sinistre relata deprehendi, ingenue monuero. Neque enim, ut sectionem anxie ægrota desideraret, eam nisus aliquis naturæ excrementa per os evacuandi, sed dolores potius dorsi fere intolerabiles, & per multas horas subinde protracti, impellebant. Saccus enim compresserat vasa & viscera adjacentia, & in latere, spectante putredinem minabatur. Neque etiam convulsiones, aut horrendi vomitus vulnus, post elapsam aquam, sero compressum, sed lipothymiæ potius & syncoptici sudores continuo excipiebant. Nulla quoque sacci cum diaphragmate connexio videbatur. Cor vero non magis flaccidum, aut cruore destitutum apparebat, quam in illis, qui præsente systole moriuntur, esse solet. Judicium de αὐτοχειρία, beatæ imputata, justo durius videtur: cum excusari magis, imo laudari debeat, quod, pharmacis hactenus denegatum auxilium, a Chirurgo desideraverit. Nequaquam autem periculum, ex tali operatione metuendum, ipsi jure potest objici, quod artis medicæ inexperti minime erat exploratum, &, tantopere a Chirurgo laudatum, neutiquam repudiandum videbatur. Hujus igitur & Medici, ad operationem invitati, officium fuisset, dubii remedii usum vel plane non suadere, vel majori cum prudentia istud administrare. Fecit certe misera, quod potuit, pietatisque fundamentis probe imbutum animum in ægerrimi corporis custodia omnino retinuit, probe conscia, haud jubente Deo, ex hac vita non esse emigrandum. Mihi interea, historiam hanc, speciminis inauguralis loco, in præsentia ventilaturo, incumbit, fontem veritatis atque sapientiæ devotis precibus implorare, ut, quæ in medium proferentur, in sui sanctissimi nominis gloriam, proximique & meum emolumentum cedant.

CASUS.

Virgo sanguineo cholerica, corporis habitu laudabili prædita, & ab otio quidem aliena, attamen diætæ negligentior, anno ætatis 18. prævia alvi segnitie, iliacis paſſionibus, & poſt has aliquamdiu dolente mammarum tumore corripiebatur. Quibus vix ſuperatis, menſes ſolito parcius fluebant, & tandem, junctis vomitibus iteratis, lumborumque & abdominis torminibus, plane emanebant, ut a Medico, aliisque, non ſine ſummo ægrotantis, nil mali ſibi conſciæ, animi cruciatu & perpetua indignatione, gravida haberetur. Cum autem altero demum anno inferior venter intumeſcere inciperet, ægraque atrocibus ſubinde doloribus afficeretur, ab eodem Medico, errorem ſuum agnoſcente, inter hydropicas referebatur, eique varia medicamenta purgantia, ſudorifera, diuretica &c. ſed ſine levamine propinabantur. Durabant hæc per decennium, ut ægra equidem ſæpiſſime affligeretur, neque tamen inde notabiliter debilitaretur, reſpiratione enim & voce libera, integroque appetitu pollens, colore faciei florido gaudebat, nec lecto decumbere cogebatur, aut quod aliis hydropicis accidere ſolet, inferiores ſuperioresque corporis partes emaciatas habebat. Ut a Medicis, quid porro agendum eſſet, dubiis exiſtentibus, prognoſtico relinqueretur: usque dum Chirurgus, dives promiſſis, ſed plus juſto ſuæ arti & paracenteſi, infido iſti aſcitæ remedio, tribuens, opem pleno ore promitteret, &, ægra quidem diuturni morbi, totque fruſtra uſurpatorum medicamentorum pertæla, annuente, Patre autem, praxeos medicæ bene gnaro, contradicente, in præſentia Medici, in latere ſiniſtro, præ altero eminente, integumenta cum muſculis, per expanſionem admodum extenuata, promte pertunderet, largumque laticis effluxum promitteret. Cum autem præter guttas aliquot ſanguinis, ex vulnere nihil prodiret, & temerarius empiricus, rubore ſuffuſus, inſtrumento ſuo exploratorio obſtaculum in cavitate abdominis molle, aſt renitens tamen, offenderet, hoc quoque, quamvis, quid vulneraturus eſſet, prorſus neſciret, deſperata audacia incitatus, ſauciabat, & cum limpidam aquam inde proſilire cerneret, glorioſe triumphans, quaſi re optime geſta, ultra 28. libras effluere permittebat; tam egregio cum effectu, ut miſera, una cum aqua diu geſtata, nunc autem uno actu imprudenter emiſſa, viribus prorſus ſpoliata, quarta poſt apertionem ventris hora, inter continua animi deliquia, ne fortiſſimis quidem cordialibus pharmacis cohibenda, fatis cederet. In cadavere occurrebat ſaccus membraneus, ex duplici tunica, multa vaſa ſanguifera complectente, conſtructus, in fundo aliquot adhuc libras humoris continens, lieni & ſiniſtro reni, dextrum magnitudine

multum

multum fuperanti, firmiter annexus, & communia cum illis vafa habens. Reliqua vifcera fine manifefto vitio obfervabantur, uterus in anguftam molem contractus erat.

R E S O L U T I O.

§. I.

Dum virginem hydrope laboraffe dicimus, eam ifti vitiofæ conformationis fpeciei, quam tumorem præternaturalem vocant, fubjectam fuiffe indicamus, qua abdomen a ferofo liquore, in iftud, ex uno vel pluribus male affectis vifceribus, confluente, infigniter & cum gravibus fymptomatibus, vitæque ut plurimum periculo diftenditur.

§. II.

Vocatur hic infimi ventris affectus *hydrops* κατ' ἐξοχὴν fumfitque, verbis Cælii Aureliani, lib. 3. morb. chron. c. 8. p. 467. *ab accidenti nomen, fiquidem aquofus humor hanc paffionem neceffario comitatur.* Quamvis enim aliæ quoque corporis regiones, caput nimirum, pectus, umbilicus & fcrotum, nec non intus contenta vifcera, hepar, lien, renes, uterus, teftes, ipfaque porofa carnis glandularum & integumentorum, in trunco & artubus fubftantia, fubinde a ferofa colluvie intumefcant, ejusmodi tamen inundationes non æque abfolute hydropes falutantur: fed vel cum adjuncto ægrotæ partis nomine, per unicum vocabulum compofitum *hydrocephali*, *hydromphali*; vel per plura fimplicia, *hydropis pectoris*, *fcroti*, *pulmonis*, *hepatis*, *lienis*, *uteri* efferuntur; vel etiam per peculiares terminos, exemplo λευκῆ φλέγματος, *anafarcæ*, *œdematis* & *hydroceles* exprimuntur, & fingula vel feorfim exftare poffunt, vel una earum alteraque fpecies junguntur, ideoque abdominis aliæ tumorem modo antecedunt, modo comitantur, modo fequuntur, ut raro afcitícum videas, cui non etiam crura, aut fcrotum & genitalia, pectusque tumeant.

§. III.

Cum nomen morbi græcum fit, a nonnullis iftud ex duabus vocibus ὕδωρ aqua, & ὤψ oculus, vifus, coaluiffe creditur, quod vifui aquæ abundantia occurrat, & proinde Germanis *die Wafferfucht* dicatur. Sed fimilior vero evadit etymologia, fi illa quatuor & quinque fyllabarum vocabula, ὑδρώπισιν, ὑδρωπίασιν, aut ὑδρωπισίαν, Galeno & aliis Græcis, ipfique Plinio familiaria, a properante lingua ita contracta

tracta fuiſſe fingimus, ut diſſyllabum *hydrops* inde emerſerit, cujus ſynonyma cum ὕδωρ & ὕδερον, teſte Fœſio quondam fuerint, illi a Cælio Aureliano, l. c. p. 468. reprobantur, qui ὕδερον ex renibus, hydropem autem ex duritie jecoris generari dixerunt. Num autem Celſus, lib. 2. de Med. c. 7. p. 59. per *aquam inter cutem, quam ubi pedes tument, & longæ dejectiones ſunt, aut dolor in imo ventre & coxis eſt*, inſtare ſcribit, ejusque notas, periculi abſentiam ſignificantes, longa ſerie, l. c. c. 8. p. 68. recitat, hydropem quemlibet & ſpecialiter ὕδερον ἀσκίτην, ad quem noſter affectus referendus eſt, intelligat, ideoque, ut nonnemini placet, græcum hoc nomen convenienter Latinis aqua intercus reddatur, merito dubium videtur, cum lib. 3. c. 21. p. 160. data opera de *hydropicis* agens, manifeſto diſcrimine hos affectus ſejungat, & quos aqua inter cutem male habet, niſi illis primis diebus ſuccurritur, in ὕδρωπα incidere doceat.

§ IV.

Plura ſynonyma, quando a Paracelſo obſcure *ros humidus*, *reſolutus liquor*, *undemia* &c. vocatur, clarius autem a Poeta, Quinto Sereno Samonico & Helmontio, *error languorque lymphaticus* ſalutatur, in præſentia non excutimus; verbo tantum innuentes, hydropis vocabulum æquivocum eſſe, &, præter receptam hujus morbi ſignificationem, modo Hippocrati lib. 2. de morb. t. 16. §. 10. *ichorem* ex naſo & auribus, poſt lipyriam ſalutariter fluentem denotare; modo lib. 4. t. 1. §. 7. & t. 25. §. 34. *quaternionem* corporis humorum, qui ipſi Φλέγμα, αἷμα, χολὴ καὶ ὕδρωψ audiunt, complere: modo t. 9. §. 1. *humorem ſuperfluum*, quem ſplenem ad ſe trahere Cous finxit, & in aliis morbis pariter, ac in noſtro caſu continentem cauſam conſtituit, indicare; modo de ipſo ægro, quem ὑδρωπιῶντα, Latini *hydropicum* vocant, prædicari: per admodum coactam homonymiam autem *Diabetem* huc trahi, & *hydropem ad matulam*, Apollonioque Memphitæ *hydropem cum fluore ſalutari*.

§. V.

Cur noſtræ virginis affectum *hydropem ſaccatum* appellaverimus, ex peculiari ſtatu interanearum, poſt mortem demum deprehenſo, patet. Quamvis enim is quoque abdominis tumor, qui a feroſa humiditate, peritonæo incluſa, ortum ducit, & Græcis ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, *ab utre*, ἀσκίτης & ἀσκίτης ὕδερος *hydrops utricularis*, & vulgatiſſima conſuetudine, abſolute *aſcites* vocatus, etiam Latine, *ſaccatus* dici queat; in præſente tamen caſu inprimis ſacci mentio facienda eſt, quia latex in receptaculum membranaceum, a peritonæo diſtinctum, ſuccedente tempore

pore confluxit, & hoc modo vicina vifcera illæfa reliquit; quæ ille, in aliis afciticis libere circa ea natans, fæpe contaminare, & tantum non femper omentum corrumpere folet.

§. V I.

Generis loco pofitus eft *tumor*; id quod negant, qui cum B. Chrift. Jo. Langio, Oper. part. 3. difp. 25. hydropem potius *morbum in fitu* vocate volunt, quod in interno hydrope capitis & pectoris nullus tumor confpiciatur; & interdum afcitica deprehendantur cadavera, in quibus, dum viverent, propter obefitatem, nil tale augurari licuerat. Verum hi a nobis quoad ordinem proponendi faltem recedunt; dum materiæ peccantis, ceu continentis caufæ, vitium in fitu pro effectu ejus & morbo, inde oriente ponunt. Latex enim extra circulum maffæ fanguineæ evagans, quando fibi obviam, & expanfioni aptam *cavitatem*, abdomen v. g. fcrotum, uterum; aut *vifcus porofum*, lienem, pancreas, renes occupat, fitum equidem naturalem mutaffe dicendus eft; fed per talifmodi mutationem, nondum morbum, quem hydropem vocabimus, efficit; donec, aucta indies mole, hæc fua diverforia fecundum tres dimenfiones amplificaverit, & naturalem eorum conformationem in morbofam converterit. Quod fi vero idem in loco, extenfioni minus idoneo, cranio nempe & thorace adultorum colligitur, ibique non femper vifui occurrentem tumorem excitare valet, id non caufæ agenti, fed ineptitudini fubjecti patientis adfcribendum, & fic actus primus pro fecundo habendus eft: cum etiam hafce regiones in objectis difpofitis intumefcere poffe, experientia teftetur.

§. V I I.

Quod enim in *junioribus* individuis capita in monftrofum, & vix credibilem tumorem fubinde ab aqua diftendantur, ipfe celeberrimus Langius conceffit, & hiftoriis, ex Hildano petitis, confirmavit, quibus in præfentia, chartæ parcentes, unicam tantum *hydrocephali infantilis*, a D. Præfide nobis fuppeditatam, adjiciemus. In puello biennio catarrho, ut referebatur, fuffocante interemto, caput tactui molle & fungofum erat, & naturalem magnitudinem bis fuperabat, oculi, extra orbitas protuberantes, aliquamdiu ante mortem vifu caruerant, futuræ offium capitis longe a fe invicem diftabant, earumque integumenta cum dura matre arcte cohærebant. His remotis occurrebat globus qui, tenui tunica inclufus, per cujus internam fuperficiem fubftantia alba, mollis, adipi liquefcenti quodam modo fimilis, & telæ araneæ in modum expanfa, difperfa videbatur, quæ, fimulac aquæ limpidiffimæ minimum

libræ tres emiſſæ erant, in ſeipſam abibat, &, non ſine admiratione adſtantium, conſiſtentiam mollis cerebri, quale infantibus eſſe ſolet, acquirebat.

§. VIII.

Per hoc, & ſimilia exempla, ſitus non modo humidi morbifici mutatus, ſed ſimul quoque ab eo productus tumor cerebri ſatis conſpicuus redditus eſt: qui in adultis, ubi firmitas oſſium obſtat, non ſemper manifeſtus fit, & tantummodo in palpebris, ſuperciliis, cuteque piloſa, ab aqua diſtentis, ſe exerit, caputque ſubinde totum grandius reddit, ſæpius autem nullum in externis ſignum, intus latentis hydrocephali, præbere ſolet, ut ex actionibus animalibus læſis Medicus eundem hariolari cogatur. Utrumque hiſtoriæ, a Piſone notatæ declarabunt; quorum una virginem, 22. annorum, Obſ. 1. de ſeroſa coll. ſect. 2. part. 2. p. 4. ſub titulo hydrocephali deſcriptam, concernit, quam, cum inſignem palpebrarum & frontis, cutisque capitis tumorem, a fluctuante ſub ea humore dependentem, exhiberet, de ipſius cerebri quidem ſtatu Autor, cum ægra adhuc in vivis eſſet, accurate judicare nequibat: inde tamen per futuras laticem ad exteriora penetraſſe ſuſpicabatur. In altera proponit Juvenem, ſect. 4. c. 2. p. 294. in cujus capite etſi nullus tumor appareret, cum tamen intra cranium limpida aqua meningem, atque cerebellum imprægnaviſſet, principiumque ſpinalis medullæ circumdediſſet, ideo defunctus merito inter hydropicos referendus erat.

§. IX.

Par ratio eſt hydropis in pectore, intra quod plerumque latex, absque externo tumore, occultatur, quem tamen in infante Medici hujus loci ſatis grandem D. Præſes vidit. Coſtæ enim valde diſtractæ erant, & muſculi interjecti triplo longiores evaſerant, dorſalesve, inſtar ſpongiarum, ab aqua imbibita tumefacti, miſellum gibboſum reddiderant, ut ipſi ex duplici hydrope, interius utriculari nempe, atque externo anaſarca intereundum eſſet.

§. X.

Si tandem alicubi, quod itidem contra noſtrum genus adferunt, tumor hydropicus in obeſo corpore non agnitus eſt, id mitiori gradui morbi, & paucitati aquæ, vel potius Medici negligentiæ adſcribendum fuit, qui εὐεξίαν a καχεξία, per utrique familiaria ſigna facile dignoſcendas, non diſtinxit.

§. XI.

§. X I.

Tumorem *præter naturalem* diximus, ut eum difcernamus a *naturali*; quando poft conceptionem abdomen potiffimum, aut, ab abundante nutrimento, hujus & reliqui corporis regiones intumefcunt, & a particulis gelatinofis moles mufculorum & aliorum externorum mollium partium augetur, ab oleofis autem veficulæ adipofæ exterius in peripheria, & intus circa vifcera multiplicantur, ut individuum obefi appellationem accipiat.

§. X I I.

Subjectum afcitæ *ut quod* cujusvis ætatis ac fexus homines fieri queunt, in quibus fubjectum ut quod, vifui & tactui obvium, *totum abdomen*, fpecialius autem & focum caufæ, intus quoddam latens vifcus conftituit. Inter quæ olim vix frequentius aliud, præter vitiofum hepar nominabatur; cum, communi confenfu, iftud officina fanguinis haberetur, qui ibi male elaboratus, & in liquorem, corpori alendo minus idoneum converfus, cachexiæ & tandem hydropi materiam præberet. Confirmavit hanc opinionem etiam in animis recentiorum, eorum inprimis, qui hoc, a Thoma Bartholino tumulatum vifcus, ad fanguinis elaborationem refufcitarunt, defunctorum extifpicium, quod fæpiffime jecur, a naturali ftatu alienum, molle fuum parenchyma in fcirrhum mutaffe, & lympham, ad chyli receptaculum ablegandam, in hydatides collegiffe oftendit. Quale etiam D. Præfidi plus fimplici vice, ex æquabili, molli, & rubello hemifphærio, in nodofum, durum & decolorem globum, *faxeamque denfitatem*, ut Cælius Aurelianus loquitur, mutatum videre contigit. Verum quia neque cum Helmontio, in Tr. ignotus hydrops, §. XI. & aliis doctiffimis viris, plurima integri in hydropicorum cadaveribus reperti jecoris exempla recenfentibus, vifcus prorfus a culpa abfolvere, aut *renes* ipfi plene fubftituere liceat, media potius via incedendo, tutius videtur, cum Sylvio Lanceano, Sennerto, aliisque, in cerebro, thymo, pulmonibus, liene, renibus fedem mali quærere, ut inde modo hydrocephalus, modo hydrops pectoris, modo afcites &c. excludantur, docuitque autopfia in noftra virgine manifefte, fplenem cum finiftro rene materiam humori, hujusque receptaculo præbuiffe, ideoque fubjecti *ut quo* fpecialis nomen meruiffe.

§. X I I I.

Caufa tumoris *immediata* & *continens* eft *ferofum humidum*, quod per venas lymphaticas renis finiftri & lienis ad cor ducendum, in curfu fuo impeditum, hic fubftitit, & tandem in faccum collectum eft. Operam

 perdere-

perderemus, fi, quæ de exiftentia harum venarum ab Anatomicis motæ funt lites componere vellemus: hinc verbis tribus faltem innuimus, eas negare Warthonum, admittere F. Sylvium, & Ruyfchium modum infuper aperire, eas in liene, per ligaturam vaforum omnium detegendi. De renis autem vafis variæ Autorum opiniones leguntur, inter quas Bartholinus, in Anatom. ref. p. 38. fic loquitur; *lymphatica vafa ad renes* (potius a renibus) *quoque lympham immediate ob viciniam deducere in hiftoria vaforum lymphaticorum dubitabam: mediate per lacteas vicinas concedit Mœbius: lymphæ ductus omnibus adfignat Bellinus, adcuratiori manu aliquando oftendendos.* His confentit Pecquetus, in experimentis, & vidit Rudbeckius, lib. de vaf. glandul. ferof. Omnium clariffime autem æneis figuris depictos exhibuit Antonius Nuckius, in adenograph. p. 58. & feqq. ut nullum de illis reftet dubium.

§. XIV.

Ut porro occafionem productionis facci, & lymphæ in eam col'ectionem inveniamus, confiderare debemus fanguificationis opus, quatenus per illud albi chyli in rubicundum liquorem converfio intelligitur, hodie non amplius hepati, aut ulli vifceri foli, fed toti potius fanguinis maffæ, ope cordis in circulum, trans totius corporis vafa & vifcera pulfæ, inque perpetuo digeftionis fermentefcentis motu conftitutæ concedi; ut proinde cuncta organa, in feparatione atque difpenfatione feri occupata, materiam & focum hydropi dare poffint; fi illa, per quascunque caufas, in fuo officio turbata, humidum, a fanguine fecernendum, nec decenter inde fegregant, nec fecretum, quorfum duci decet, dimittunt; fed vel *intra porofam fuam fubftantiam*, tanquam in fpongiam recondunt, ut ea interdum enormem inde vaftitatem acquirat; vel *ambientem fuam membranam* & *vaforum*, excretioni infervientium, *tunicas* in veficas, quas *hydatides* vocant, expandi finunt. Ex quibus ruptis liquor, hactenus vitiofe fubfiftens, nunc vero, vel ἀθρόως in cavitatem aliquam erumpens, vel lente trans poros diftenfarum membranarum diftractos, fudans, hic tarde, & cum mora aliquot menfium, illic autem cito, & intra paucos dies vel hebdomadas, afciten excitare aptus natus eft.

§. XV.

Quod fi vero humorem excipiens tunica tenacior denfiorque fuerit, ut nec per diærefin, nec per diapedefin evacuari queat, tunc natura, vel fi mavis, anima, aliud quafi agens, per vegetativam facultatem, de receptaculo præfentis affluentisque humidi ampliando folicita, per vafa,

ex viſcere ipſo petita, & alia nova inde producta, alimentum adducit, ut ex una exigua hydatide, vel multis, in unam coaleſcentibus, ſuccedente tempore ſaccus, multarum librarum humoris capax, generetur. Similem noxiamque naturæ induſtriam obſervamus, quando non ſolum in verrucis, ſtrumis, fungis, polypis, ſarcomatibus, gangliis, molis, ſimilibusque concretis, reliquis corporis partibus adverſis, nutriendis, & ad monſtroſam interdum molem provehendis, occupatur.

§. X V I.

Prolixum nimis eſſet, talismodi errorum, in diverſis locis animadverſorum, hiſtorias ex Practicis colligere, cum nobis in præſentia ſatis ſit, unum alterumque caſum ſaltem citaſſe, unde innoteſcet, quæ, in duobus proximis paragraphis, de præternaturali conſtitutione viſcerum, ad producendam materiam aſcitæ, ejusque conceptaculorum, conferentium protulimus, revera in defunctis deprehenſa, & per varias vias aditum ad interitum comparatum fuiſſe. Ab Hœchſtettero deſcribuntur, Dec. 6. obſ. 6. glandulæ meſenterii, ichori bilioſo innatantes, & globoſam molem adeptæ, quæ exterius multis puſtulis aquoſis obſitæ, diſciſſæque largiter ſerum effuderunt, quod in vivente in abdomen ſtillaſſe Autor putat. Platerus idem ex fungoſo corpore, hepati adnato, factum fuiſſe ſuſpicatur. Num 30. librarum pondus ſuperans lien, a Fioraphanta deſcriptus, huc pertineat, in medio relinquimus. Quinque autem libras *pendentem*, &, *procul* dubio, in detrimentum individui, ad tantam molem auctum, ex hydropico extraxit D. Præſes.

§. X V I I.

Quæ de hydatidibus pulmonis, cum hydrope thoracis combinatis, Piſo l. c. ſect. 3. c. 7. habet, rarioribus fere exemplis debent annumerari, reſpectu illarum ſcil. quæ crebrius in aſciticis occurrunt. Abdominis enim, a veſiculis, aqua plenis, ut hydropem referret, expanſi, meminit Aretæus, earumque Cordæum octingentas numeraviſſe, teſtatur Hœchſtetter, l. c. Tulpius innumeras, novem libris aquæ & puris plenas, cornibus uteri, (tubas voluit nominare) incluſas obſervavit, lib. 4. obſ. 45. pag. 350. Platerus, ut alios taceamus, in hominibus pariter ac brutis tales vidit. Quod renes quoque, ad collectionem ſeri in talismodi, receptacula, efformanda, numero & magnitudine ſatis conſpicua, proclives ſint Zwingerus. Ephem. Germ. Decad. 2. ann. 6. p. 544. Williſius, pathol. cerebr. c. 9. Segerus. Ephem. Dec. 1. ann. 2. obſ. 23. Bonetus, Anat. pract. lib. 3. ſect. 21. obſ. 43. & alii ſcriptis teſtantur.

§. XVIII.

Ut autem faccos, noftro cafui analogos, ex hydatydibus atque tunicis vifcerum natos, oftendamus præter *meningem* hydrocephalici infantis §. 7. defcriptam ex Pifonis lib. cit. p. 193. *pericardium* ab aliquot libris aquæ in immanem tumorem diftentum, nec non ex pag. 190. renis finiftri tunicam, per chronicum abfceffum adeo amplificatam, ut 14. libras puris comprehenderet, huc referimus, illisque inprimis memorabilem hydropem peritonæi, ut a Tulpio, l. c. obf. 44. p. 348. vocatur, utpote noftri cafui admodum congruentem, fuperaddimus. Conveniunt enim fexus, caufa & mos morbi, ejusque παρακολέθητες cum ibi, poft menfium minus convenientem fluxum, venter quotidie magis magisque ad ingentem molem intumuerit, idque *fine magna virium jactura*, ut ægra per *feptem*, plus minus, *annos*, perinde ac faniffima, non tantum quocunque ambulare, fed etiam excelfam turrim confcendere valueerit. Differunt tamen ratione *quantitatis aquæ*, & fubftantiæ, atque ortus eam continentis *fubjecti* fpecialis. In hac enim centum & decem aquæ libræ *intra duas peritonæi tunicas*, *craffitiem digiti* annularis habentes, delituerunt; in noftra virgine autem non ultra quadraginta libræ inveniebantur, faccique duplex membrana, poft exficcationem, corium ovillum vix fuperabat, & præterea a peritonæo libera, lienique tantum & reni adnata erat, a quibus tunicas fuas, vafa & laticem contentum acceperat. Ut hoc loco non opus habeamus, quod Mercklino, in diff. de Hydrope faccato, placuiffe legimus, ejus ortum *ex ichore, intervenente evaporatione, per calorem improportionatum in veficam fublato, deducere*; cum nimis clara non folum fanguiferorum vaforum diftributio adfit, fed indicia etiam inæqualis augmenti ambarum tunicarum, eum componentium, confpiciantur: dum in exteriori aliquot veftigia crepaturæ occurrunt, quam ea ab interiori, per accumulatam lympham nimis extenfa, paffa fuit.

§. XIX.

Quid autem anfam dederit errori lymphæ, ut deflectens de via, a natura ipfi verfus cor præfcripta, huc potius concefferit, vafaque & tunicas extenderit, difficile equidem videtur definitu; attamen quærenti, quænam *mediata propior caufa* noftri affectus fit, fatisfieri credimus, fi ad communia illa humorum vitia, *quantitatis*, *qualitatis*, atque *motus* refpicientes, hunc potiffimum accufandum effe refpondebimus: cum vaforum diftenfionem, faccique efformationem, & lymphæ collectionem hujus vitiatum motum excepiffe, dudum ex fuperioribus liqueat, ut tantummodo, quænam caufa remotior obicem ad cor recurrenti lymphæ pofuerit, explicandum reftet.

§. XX.

§. XX.

Hanc externam, *compreſſionem* ſcil. *regionis affectorum viſcerum* ſtatuimus, non uno modo contingentem. Unam enim ab arcta conſtrictione hypochondriorum, ſequiori Sexui, ne habitiores, &, Terentiana phraſi, *pugiles* videantur, nimis familiarem derivamus: quæ, ſicuti in aliis toties chloroſios, obſtructionis menſium, aliorumque a ſanguinis motu turbato dependentium ægritudinum autor fuit, ita in noſtra etiam lieni atque renibus officere potuiſſe, credibile eſt; cum alibi ad uterum, ab his longe diſtantem, ſuam noxam extendere valuerit. Notavit D. Præſes duos hydropicos, unum equorum informationi deditum, alterum mercenarium: quorum ille, ne viſcera per fortem equitationem nimis quateret; hic autem, ſaxa & trabes elevans atque geſtans, ilia rumperet, (das Nez zerſprengen vocant) Zona lata infimum ventrem adeo conſtrixerat, ut, cum uterque præcavere cuperet infortunium, ſibi imprudenter aliud adſciſceret. Altera compreſſionis occaſio fuit geſtatio ponderoſorum utenſilium œconomicorum, improvide lumbari regioni impoſitorum, quam quotidie a ſequiori ſexu fieri videmus; inde autem urinas cruentas, vomitus ſanguinis, abortus, & difficiles partus plus ſimplici vice produci, pluribus exemplis probaremus, ſi aliquem Practicorum talia latere putaremus.

§. XXI.

Stante hac, ex rationi & experientiæ conformi analogia eruta, &, ut ſperamus, approbanda cauſa, non opus erit, ut operoſe, quod in genere aſcitem explicantes, facere tenentur, res *naturales*, ſexum, ætatem, temperamentum, corporis habitum &c. aut *non naturales*, & contra diætam patrata delicta, perſcrutemur, horumque nocendi poteſtatem explicemus; imo nec *præternaturalium*, alvi ſegnitiei, paſſionisque iliacæ, doloris item mammarum, & vomituum, ac menſium emanſionis, in hiſtoria memoratorum, ratio habenda aut quomodo alii per diætam, a noſtra neglectam, tanquam per gradus, cacochymiam, hinc cachexiam, & tandem tumores lethiferos ſibi conciliare ſoleant, prolixe diſquirendum erit: cum ejusmodi pathemata, earumque cauſæ, quamvis omnino etiam κακῆς τῶν χυμῶν κράσιος ſigna & effectus haberi mereantur, ad præſentis tamen hydropis generationem eadem non *directe* concurriſſe, ſed potius unum alterumque eorum inde productum atque fotum eſſe videantur; ideoque peculiarem ætiologiam, & ſuis indicationibus competentem medelam, a nobis hac vice minime expectandam, requiſiviſſent.

§. XXII.

§. XXII.

Quod non una species hydropis fit, ex superioribus innotuit, quas Cornelius Celsus, l. c. p. 160. τυμπανίτην, λευκοφλεγματίαν vel ὑπὸ τὴν σάρκα, & ἀσκίτην vocat: Cælius Aurelianus autem, postquam Hippocratis, Dioclis, Heraclidis, & Demetrii sententias recensuerat, & ex parte refutaverat, mutato ordine, l. c. p. 470. ita effert: *Melius, quantum ad species hydropis, est, alium dicere in toto corpore constitutum, tanquam in papyro vel spongia inter viarum raritatem insertum, à liquore vocari leucophlegmatiam, quem latino nomine etiam intercutem recte dicemus: Alium in parte corporis, inter peritonæum & intestina, subjecto liquore solo, vel admixto vento plurimo, vocarique alterum ascitem, alterum tympanitem.* Verum sicut hæc nomina nondum totum specierum catalogum absolvunt, ita ab illis etiam, a subjectis petita distinctionis membra, non comprehenduntur; ex quibus alias innotescit, quomodo subinde ex unico male adfecto viscere, tota sanguinis massa infici, & a turbata seri secretione, modo totus externi corporis habitus, modo una saltem pars exterior, aut intus unica cavitas, unumque in ea viscus, vel eorum plura inundentur; & hac ratione hydrops *universalis* atque *singularis*, vel *totius* & *partis*, *compositus* item *simplexque* oriatur, & denique quorsum noster referendus sit. Cum enim ex *duobus* visceribus acceptam proximam tumoris causam in *unum* saccum collegerit, respectu hujus eum *particularem* & *simplicem*; propter distinctos focos autem, *compositum* appellari posse, ex hactenus dictis patet.

§. XXIII.

Præter hasce formales & essentiam morbi concernentes differentias; est quoque, cur unus *longus*, alter *brevis* dici meretur. Quamvis enim omnes hydropes inter chronicos morbos numerentur, tardius tamen nonnulla individua ab eo prosternuntur, quæ nempe non ob propriam culpam, ingluviem scil. aut immoderatiores animi affectus, fabri sui infortunii fiunt, sed a Parentibus haustam dispositionem ita supprimere nequeunt, quo minus ea cum tempore sensibilior evadat, & in quavis ætate, a levissima diætæ trangressione aut alia occasione, causa προηγουμένη excitetur, & instar fermenti, indies nocentior fiat.

§. XXIV.

Citius autem intereunt ægri, & unius semestris spatio, imo non raro citius, initii, augmenti, & mortiferi ἄκρου τῆς καχεξίας terminos absolvunt, qui post morbos acutos, febres malignas, largasque sanguinis profusiones &c. aut tardas quartanas, *vetustosque morbos*, ut Celsus loquitur,

quitur, ulcera fcil. interna vifcerum, aut externa rebellia, & diu cum euphoria manantia, fubito autem fponte, vel per inepta medicamenta ficcata, intumefcunt, aut, culpa fuæ intemperantiæ, morbum recenter accitum, per eandem deteriorem & infanabilem reddunt, juftumque fuæ imprudentiæ præmium accipiunt. Quod illi feliciter declinant, qui a modo recenfitis ægrotandi caufis alieni, non admodum graviter deliquerunt, & in tempore inteftinum hoftem per convenientia media expellunt, caufamque præterea morbi continentem ita comparatam habent, ut corrigi atque tolli poffit. Tales enim facile & cito fanantur: cum e contrario diu eandem fecum geftare, & fere omnem fpem reconvalefcendi deponere cogantur, qui noftræ virgini fimile monftrum intus alunt, quod pharmacorum virtutem eludit, & per miraculum quafi a ferro falutem recuperat.

§. XXV.

Auxit pravitatem morbi in noftra, quod is non æque, ut reliquæ enumeratæ hydropis fpecies folent, per confueta figna fefe prodidit. Cum enim in aliis individuis, poft caufas & occafiones varias morbiferas, in uno plures, rurfusque pauciores in alio, magis vel minus corruptarum coctionum, & inde natæ dyfcrafiæ humorum, malique habitus notæ emergant, & hinc in afcite plerumque pulfus inæqualis, mollis, undofus, parvus, frequens, refpiratio difficilis, crurum laffitudo & tumor, color faciei pallidus, luridus, flavefcens, tuffis ficca, fitis, appetitus proftratus, urina pauca, rufa obferventur, crefcenteque abdominis & crurum mole, partes reliquæ manifefte contabefcant, in noftro cafu nihil horum fefe obtulit; ut ipfe Medicus, faciem bene pictam cum vomitibus, & mammarum incremento, menfiumque fluxu emanente, conferens, ex furtivo potius amore germinantem fœcunditatem, quam morbofum aliquem ftatum hariolans, Junoni Lucinæ magis, quam Æfculapio litandum effe concluferit. Donec ægritudinis duratio geftationis tempus excedens, & multitudo reliquorum atrocium fymptomatum, ventrisque crefcens ambitus, fallaces de conceptione formatas ideas deponere, & de medicatione cogitare cogeret.

§. XXVI.

Quam autem nimis fero fufceptam irritamque futuram effe dudum illuftris Wedelius, aph. 4. aphor. Hipp. 55. S. 7. p. 352. prædixerat: *Quicunque hydrops fit ab hydatidibus hepatis* (addimus lienis, renum) *vel fcirrho, & gravior eft & magis lethalis.* Cum contra ea fi in tempore fontem mali cognofcere licuiffet, non omnis fpes reftitutionis abjicienda fuiffet: fiquidem, verbis Wedeliani Aphor. 5. aphor. 15. fect. 6. pag. 168. Hippocr. *per poros in vafa reforberi aqua extravafata, in motum citari, ficque ad renes & inteftina educi poteft.*

§. X X V I I.

Actum ageremus, si jam diu defunctæ, medendi methodum præscribere conaremur: cum in præsentia non amplius quæ facienda sint, sed tantum, quæ fieri potuissent, adhuc brevissime explicare, & proinde ex pharmacia in genere *purgantia*, *aperientia* & *diuretica* laudare liceat. Quamvis enim purgantia a magni nominis viris rejiciantur, plus tamen apud nos venerandi Academiæ nostræ Senioris autoritas valet; qui aph. 4. l. c. ea inter *optima* hydropem curandi remedia ponit. Tuto igitur nostræ cathartica data essent, cum respectu simul ad menses habito. Exempli loco nominabimus aloëtica, rhabarbarina, cum aperientibus cremore & crystallis tartari, tartaro vitriolato & tartarisato maritata, quibus, pro re nata, fortiora in debita dosi jungenda fuissent, mechoacanna, gialappa, helleborus niger, resina scammonii, soldanella, gratiola, ebulus: nec non aperientes simul & laxantes pilulæ de gum. Sylvii, tartaris. Schrœderi, hydragog. Bontii, extract. hydragog. cathol. Andernac. panchymagog. Crolii &c. quibus Waldschmidius pulverem bufonum, cum gialappa mistum singulisque diebus auctum addidisset.

§. X X V I I I.

Quando autem Heurnius aquam, lenioribus non cedentem, elaterio & euphorbio educendam esse putat, eorumque salutarem efficaciam Martinus Listerus etiam deprædicat, cum circumspectione magna talia usurpanda sunt, & præstat, ope leniorum, per ἐπίκρασιν corpus evacuare, quam tumultuarie cum aqua vires & vitam profundere. Ex recentioribus exemplis, novimus civem hujus loci in ætatis flore, & principio hydropis versantem, per succum iridis nostratis vita spoliatum, & matronam honestissimam, a vaniloquo Empirico, dogmaticorum Medicorum præsentiam & consilia fugientem, per creberrimas purgationes & sudationes insanabilem redditam esse.

§. X X I X.

Purgantibus diuretica succedere potuissent, utpote viscidum serum diluendi porosque viscerum aperiendi facultate pollentia. Talia fuissent inprimis salia, tam pura lixiviosa, genistæ, ononidis, tartari, juniperi; quam acidula, succini volatile; salsaque, arcanum duplicat. tartarus tartarisatus, liquor terræ fol. tartari, clyssus antimon. tartareus, cum terreis, oculis chelisque cancrorum miscenda, & in aqua ononidis, petrosel. alkekengi, fœniculi propinanda. Optimo etiam consilio clysteres, ex laxantibus & diureticis herbis, ebulo, asparago, ononide, heder terrestr. &c. parati, injecti essent, quia per colon ad renis & lienis regiones pertingere, eas fovere, & erroneum modum lymphæ instaurare potuissent.

§. X X X.

Non levem quoque operam præftitiffent diaphoretica, antimonium diaphoreticum fimplex, & martiale cacheƈt. ac Joviale, fudoriferum magnum Fabri, mercurius diaphoretic. admifta cinnabari vulgari & antimonii atque camphora. Ex liquidis tinƈt. Bezoard. Wed. M. S. cruda & reƈtificata, eff. lignor. extraƈt. fumariæ. C. B. fcord. decoƈta lignorum, & alia paffim nota.

§. X X X I.

Ex fonte chirurgico Venæfeƈtio equidem, a menfium obftruƈtione indicata, locum inveniffet, reliquis, inde defumendis præfidiis, fcarrificatione fcil. fonticulis, fetaceis & veficatoriis, parum profuturis, præferenda, cum ifte fontem mali non attigiffent. Ubi obiter, in Chirurgorum gratiam, monemus, ejusmodi auxilia ulcerantia, noftris in climatibus, tumentibus locis facile inflammationem, gangrænam & fphacelum inducere. Cui legere placet, ulcera in hydropicis difficilem curationem admittere, evolvat Hildan. cent. 4. obf. 73. Zech. confult. 22. p. 214. & aliorum. Quando autem Celfus, Hippocratem multis in locis præeuntem habens, lib. 3. c. 21. pag. 164. crebra in ventre tumente ulcera, per ferramenta candentia excitare jubet, de tympanite potiffimum intelligendus videtur; quia, p. 161. Hippocratis aphorifmo 5. feƈt. 6. congruenter locuturus, in ægris, humore abundantibus, ulcera non facile fanefcere edixerat. Annus eft, cum uxori Ludimagiftri in vicino pago, a balneatore crura, ad rupturam tumentia, fcarrificarentur, & vix triduo elapfo, poft largiffimum feri effluxum, νέκρωσις fuperveniens flammam vitalem, aliquamdiu adhuc duraturam, extingueret; ipfo Chirurgo non diu poft, ex mœrore, ut ajunt, ob male cedentem medelam, fatis cedente.

§. X X X I I.

Cum, fine dubio, per tot annorum decurfum, quicquid Pharmacia fuppeditare potuit, tentatum, nullumque inde levamen impetratum fuerit, ideo in noftra ægra, viribus adhuc pollente, in ætate florente conftituta, nulla febre aut macie artuum laborante, vitæque cupida, reƈte ad paracenthefin, heroicum iftud remedium, & ab antiquiffimis Medicis cum fucceffu ufurpatum, confugere, neceffarium fuit.

§. X X X I I I.

Haud ignoramus quidem, multos cum Erafiftrato eam plane rejicere, fatiusque effe putare, permittere, ut ægram vi morbi mortuam effe dicatur, quam ut ars chirurgica profanetur. Hinc ex recentioribus Mangetus, in Bonet. fepulchret. lib. 3. feƈt. 21. p. 530. fequentibus argumentis eam impugnat, quod veficarum, tumorem fubinde excitantium, numerum, fitum & connexiones, nec oculis, nec taƈtu, nec judicii acie fatis perveftigare poffibile fit, eæque femel vacuatæ, poft vulneris

 inflicti

inflicti confolidationem, denuo impleantur, ficque nova aquarum coneĉtio metuenda fit; fi vero locus punĉtus non coiverit, aquam abdominis cavitatem, cum periculo vifcerum, inundare; vel ipfas etiam veficas corruptiones fubire, ut fic æger in magnum difcrimen conjiceretur. Verum cum dubia falus certa defperatione potior, nihilque intermittendum fit, quo natura juvari poteft; effatoque Hippocratis, fect. 8. aphor. 6. *quæcunque non fanant medicamenta, ea ferrum fanare* debeat, & *magnis morbis magna remedia fint adhibenda*, præterea expreffis verbis libri de affect. text. 23. §. 25. poft pharmaca & diætam nil juvantia ταμὼν ἀφεῖναι τȣ̃ ὕδατως, fecando aquam educere jubeat, Celfusque, inftar Coi echo, idem fonet, nec experientia adverfa fit, ideo in noftra ægra, indicantibus & permittentibus indiciis munita, circa electionem hujus remedii, a Chirurgo minime erratum fuiffe ftatuimus.

§. XXXIV.

Nec locum quoque fectioni minus aptum is elegit, quem abdominis finiftra regio obtulit, a pleno facco tumida, feptem vel octo circiter digitis transverfis fub umbilico, & totidem a linea candida acum immerfit; fucceffu, quem in hiftoria defcripfimus, ideo minus profpero, quia imprudenter aureum monitum Hippocratis obiter habuit, fect. 6. aphor. 27. ita loquentis: Ὁκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τȣ̃ πύȣ, ἢ τȣ̃ ὕδατος ἀθρέȣ, πάντως ἀπόλλυνται, quem aphorifmum Celfus lib. 2. c. 8. p. 78. ita explicavit: *Si aqua inter cutem, quam implevit, five in magno utero multum puris coiit, fimul id omne effudiffe, æque mortiferum eft, ac fi quis fani corporis vulnere factum exfanguis eft.*

§. XXXV.

Quamvis enim, ut apud Fienum, Schenkium, & alios legere datur, nonnulli, fimili periculo expofiti, fervati tamen fint, & D. Præfes mulierem Ordrufienfem noverit, quæ, ex defperatione, cultro abdomen perforans, fine vitæ jactura, ad animi deliquium, contentam aquam emifit, ut juvenis Medicus, & fenex Chirurgus, qui antea, ob nefcio quas rationes, lege artis, per Paracenthefin miferam a pondere liberare noluerant, jam advocati, id tantum, agere cogerentur, ut vulnus occluderent, & per convenientia media ægram ab inftante morte vindicarent, priftinamque poftmodum fanitatem ipfi reftituerent: quam noftræ, fi vel maxime rite tractata fuiffet, vix promittere potuiffemus: cum firma facci fubftantia, ob diuturnitatem morbi, nec a medicamentis, nec ab ipfa natura potuiffet refolvi, erroneaque in eum excretio lymphæ impediri. Id tamen effectu poffibile fuiffe credimus, ut, ablato humore premente, aliquamdiu commodius vivere valuiffet, & per obfervatas juftæ diætæ regulas, continuumque fuperius laudatorum medicamentorum ufum, quibus etiam *balnea ficca*, multis modis paranda, interponenda fuiffent, nimia humidi quantitas abfumi, aut aliorfum diverti potuiffet.

MICHAE-

CXXV.

MICHAELIS ALBERTI

ET RESP.

CHRISTOPH. ERNESTI CONO

AUCTORIS,

CASUS MEMORIA DIGNUS HYDROPICÆ LAPSU, INTEGRO ABDOMINE SANATÆ.

Halæ 7. Januar. 1727.

PROOEMIUM.

Medicinam divinatrices inter artes qui referunt, præſtantiæ divinæ artis adeo nihil detrahunt, ut potius gloriam ejus magis augeant. Eſt enim haud exigua ſalutaris artis laus, quod non ſolum obvia ac quæ in oculos incurrunt expendat ac dijudicet, ſed quod etiam abdita ac quæ oculorum aciem effugiunt mentis acie proſequatur ac prudenti judicio eruat. Quam difficile autem tale judicium, jamdudum Parens medicinæ, Hippocrates, expertus eſt, ac hodie illi experiuntur qui illius Coi veſtigiis inſiſtunt. Cumprimis autem multæ occurrunt difficultates circa diagnoſin morborum, & quidem talium, quos initio abunde cognitos imo plane exhauſtos crederes. In exemplum ſaltem allegabo hydropem, non pectoris aut pericardii, ſed ipſum aſciten, cujus tam variæ dantur ſpecies, ut haud raro etiam ſagacibus medicis circa diſtentum hydropicorum aqualiculum aqua hæreat. Quo autem hæ difficultates, quantum licet, denique tollantur, jamdudum clariſſimi Viri monuerunt, ut caſus, qui aliquid monſtri alerent, exacte conſignati in publicum emitterentur, quo denique accedente aliorum induſtria, illa quæ nondum ſatis cognita eruerentur ac majori luci exponerentur. Et in hunc finem noſtrum quoque caſum tecum B. L. communico, quem omnes rei medicæ gnari, ad quorum notitiam pervenit, dignum memoria, dignum conſideratione judicarunt. Ad me autem ejus conſignationem ac qualemcunque analyſin amici pertinere crediderunt, quod ægra arcto ſanguinis vinculo mihi fuit juncta illamque non ſolum cum diro morbo conflictantem ſed & lapſu reſtitutam ſæpius inviſere licuit. Dum autem, B. L., tuo arbitrio tuoque judicio exiguum hunc ac ſæpius interpellatum laborem committo, ſimul æquitati tuæ confido, fore ut tenuis ingenii fœtum benigne ſuſcipias, ac tua benevolentia complectaris. Deus autem cœptis annuat, quo omnia in S. S. Sui Nominis gloriam ac proximi ſalutem cedant.

HISTO-

HISTORIA.

HOnesta matrona, sanguineo-cholerici temperamenti ac obesioris corporis habitus, duro, ob præmaturum parentum obitum, initio usa est ætatis, simul tamen integra valetudine, si illos saltem excipias morbos, quibus tenerior ætas alias exposita. Adultior virgo, 20. circiter annorum, primum seni satis vegeto, dein, hoc defuncto, viro juveni, sed caussario, nupsit, neuter tamen exoptatam prolem ex nostra suscepit; quare haud mirum quod nec tertium maritum, jam ætate gravem, patrem fecerit. In sterili autem matrimonio vivens eo majori cura ac solertia amplæ rei familiari præfuit, suaque præsentia domesticos & suscitavit & adjuvit. Cum igitur post obitum tertii mariti æstivis messorum laboribus interesset, sub vesperam tota sudore perfusa domum rediit; quare, æstus ac sitis impatiens, calidum ac madidum adhuc corpus, relaxatis imo rejectis denique vestibus, frigidiusculo vespertino aëri exposuit ac insuper totum cyathum gelida aqua repletum exhausit. Vix aliquid mali initio exinde sensit, nisi quod levi febricula intermittente corriperetur; quam essentia amara stomachica, sibi alias familiari, mox quidem profligavit, remanentibus tamen insolita quadam lassitudine ac aliqua, inprimis dum corpus moveret, respirandi difficultate, quæ ut levia patiens nihili faciebat. Hinc denuo expetita, anno, qui luctui dicatur, exacto, etiam ad quarta accessit vota, fidemque connubii viduo consistentioris ætatis dedit; annum agens trigesimum tertium. Relinquenda jam erat antiqua sedes simulque pristinum vitæ institutum, nostra a mobili vitæ genere; cui a teneris fuerat assueta; ad magis otiosum ac pene sedentarium transeunte. Initium matrimonii videbatur admodum faustum; assurgente enim sensim abdominis mole conjuges in lætam futuræ prolis spem erigebantur, quam & imperitæ muliercula, licet menses statis temporibus, sed parcius, prodirent, magis magisque inflabant, similia aliarum gravidarum exempla copiose afferentes. Cum autem annua mora satis ostenderet inanem esse spem, inanem uterum, medici arcessebantur, ut, dimissis obstetricibus, opem distento abdomini ferrent. Præter tumorem enim abdominis nostra nil fere habebat, de quo conquereretur: Facies floridum ac vividum exhibebat colorem, appetitus erat integer, (post pastum tamen ardor ventriculi & ructus nostram fatigabant) somnus tranquillus, respiratio satis libera, nullus pedum tumor, nulla superiorum partium macies, urina sufficiens; alvus tamen obstipatior ac menses plerumque parciores, quandoque autem prægressis animi pathematibus uteri hæmorrhagiæ intercurrebant. Mole autem abdominis magis magisque augescente, umbilicus quam maxime protuberabat, ita ut omphaloceles metum etiam incuteret, adhibitis vero convenien-

convenientibus ligaturis umbilici prominentia tandem fuit repressa. Haud miraberis B. L. quod difficilis hic ac implicatus morbus medicis, etiam peritissimis, multum facesserit negotii ac doctam illorum artem, diro malo inferiorem, eluserit. Quinque extrahebantur anni quod tantum non omnia in prædicto permanerent statu, licet a celeberrimo medico quæsitissima remedia ægræ suppeditarentur, quibus tamen id fuit obtentum, ut menses largiori quantitate justis temporibus prodirent. In hunc finem etiam quotannis circa æquinoctia binis vicibus sanguis ex pedibus fuit detractus, quod ægra quam optime tulit, ac exinde multum levaminis sensit, quare his evacuationibus adsueta illas nunquam, quamdiu ob denique insecutum pedum ædematosum tumorem licuit, neglexit. Tandem morboso lustro elapso, pedes, qui hucusque a tumore immunes fuerant, aliqua ex parte intumescere cæperunt; nihilominus tamen, quanquam & tumor abdominis latius sese diffunderet, patiens in publicum prodire ac sacris interesse poterat. Dum autem denuo lares in aliam ac splendidiorem urbem essent transferendi, ex molestiis forte itineris ac majori motu, quem instauratio rei familiaris requirebat, tumor inprimis sinistri pedis adeo invaluit, ut denique rumperetur, absque tamen ullo morbi decremento, licet quotidie multum seri exinde proflueret, ac post novem demum menses consolidationem admitteret. Sed vix ulcere pedis occluso quartus maritus, ædematoso pedum tumore ab aliquot annis correptus, in confirmatum ascitem, sibi denique lethalem, incidebat. Præsidio itaque viri denuo orbata, ac permolesti morbi, quocum per septem annos jam conflictabatur, satis pertæsa, nihil magis in votis habebat, quam ut desideratissimo marito, placidæ mortis beneficio, quam citissime iterum jungeretur. Morti ergo unice intenta illum repetiit locum, ex quo sub initium quarti matrimonii emigraverat, ut ibi a strepitu hominum ac turbulentiori vita magis remota curam animæ eo melius gerere posset. Hic in tantam molem abdomen excrescebat, ut etiam incuriosis alias ruricolis urbem intrantibus admirationem moverit, qui haud raro nostram ad sacra prorepentem prævertebant, ac defixis oculis stupendum aqualiculum intuebantur. Actum de ægræ salute videbatur, omniaque ad ultimum spectabant; sed jam en Deum e machina! Forte Serenissimus ac Potentissimus REX BORUSSIÆ, FRIDERICUS WILHELMUS, Dominus noster Clementissimus, urbem, ubi tunc temporis nostra degebat, die 8. Junii 1717. ingrediebatur, quare ad visendum, ad salutandum Regem incolæ confertim ædibus prorumpebant. Dum itaque læta urbs faustis acclamationibus undique personabat, non poterant non publici plausus etiam abditos ægræ recessus penetrare, quibus perceptis, nostram non ponderosum abdomen, non deformitas morbi retardavit, quo minus ad conspectum Regis, quasi ad salutem sanitatemque proreperet. Nec fuit falsa, quanquam initio omnia in perniciem ægrotæ ruere viderentur. Cum enim viso Rege, ex discurrentibus ministris, quæ in usum Regis desiderarentur, intelligeret, nostra quæsita subministratura adeo & sui & morbi

quasi oblita reditum accelerare conabatur, ut fallentibus vestigiis, pondere abdominis victa, prosterneretur ac quam gravissime tumidum abdomen siliceo strato allideretur. Accurrebant proximi ac exceptam, vix ex gravi lapsu & terrore mentis compotem, in domum deferebant. Interea & medicus & chirurgus advolarant, absque mora in abdomen, ruptum omnibus creditum, inquirentes, sed quod integrum ac nullibi læsum deprehendebant. Hinc præmissa venæ sectione, qui est vulgi mos ad averruncanda terroris mala, ac exhibitis refocillantibus, lecto ægra, paulatim ad se rediens, tradebatur. Jam placidus ægrotæ obrepserat somnus, cum violentia urgentis urinæ, ita videbatur, subito excitata matulam posceret, ac porrectam totam repleret. Vix quisquam ad excretum liquorem, quem omnes urinosum credebant, initio attenderat, sed cum sæpius postea, ac fere intra horas eadem quantitas redderetur, insolita copia effecit, ut adstantes missi liquoris ingenium attentius lustrarent. Nullus hic occurrebat color urinæ alias familiaris, nec nidor molestiam naribus afferebat, sed liquor limpidus ac omnis odoris expers deprehendebatur. Profluebat vitiosum serum, quod fidem fere excedit, per 14. dies, non tamen continue ac præter patientis voluntatem, sed interruptis vicibus ac per urethræ canalem, quare etiam ægræ semper liberum erat illud, vesica exonerata, cohibere, aut etiam cum redderetur intensius provocare. De quantitate excreti liquoris nil certi afferre possum, quod adstantes de pondere illius parum fuerint solliciti, primis tamen diebus longe majori copia effluxit, subsequentibus autem profluvium hoc magis magisque decrevit. Huic copioso profluvio denique etiam, quatuor circiter post lapsum diebus, spontaneus supervenit sudor, qui matutinis inprimis horis largiter prorupit; in alvum autem nihil peccantis seri redundavit, sed illa, nisi sollicitata, vix ficciora contenta deposuit. Quamvis autem satis magna seri copia per prædictas vias quotidie exturbaretur, haud tamen exinde notabilis virium jactura ægræ oborta, quod & integro adpetitui & nocturnæ quieti, quibus patiens gaudebat, haud injuria magna ex parte adscribas. Nihilominus tamen, & quidem ventre magis magisque subsidente, multa nostram circumveniebant incommoda. Jam enim facile post largiorem pastum ægra in summas præcordiorum incidebat angustias, quibus quandoque etiam animi deliquia superveniebant. Præterea, ægra diu post lapsum nec sternutatione nec tussi illa, quæ vel naribus vel faucibus molesta, emoliri poterat. Tandem haud levem etiam rugosus ac jam plane collapsus venter inferebat molestiam. Ejus enim ultra genua exporrecta moles ingressum valde impediebat, quod pendulus venter alternis genuum ictibus sub ingressu semper feriretur. Omnibus tamen hisce malis & beneficium temporis & commoda ligatura consuluit, sicque redeunte sensim abdomine ad pristinam formam, ac discusso pedum œdemate, etiam patiens cum sanitate in gratiam rediit, ac prædicta symptomata penitus evanuerunt. Extollant jam summis audibus aliæ gentes mirabilem Regum suorum sanandi virtutem, de nostro merito quoque prædicamus, quod Augusta ejus præsentia ægræ conclamatæ &

a me-

a medicis desertæ sanitatem ac vitam reddiderit. Nec recruduit infidus alias morbus, sed nostra per biennium salva ac incolumis vixit. Denique autem anno 1719. dysenteria, quæ tunc nostris in oris epidemice grassabatur, correpta, ac demum confecta, diem suum ruri obiit, cum 43. annum esset emensa. Sic nostram alvi profluvium denique extinxit, quæ vesicæ profluvium sibi tam proficuum olim experta fuerat. Jam B. L. sectionem demortuæ forte desideras, sed hanc nec adstantes nec locus, quo ante obitum secesserat, admisere.

---

§. I.

HYdrope ægram nostram laborasse, quivis, medicæ artis haud plane ignarus, ex morbi historia facile colligere poterit; minime tamen indoles ac sedes nostri mali adeo obviæ; in illas itaque, omissa critica nominum dilucidatione, cum alii abunde hoc egerint, pro ingenii modulo jam paulo fusius mihi erit inquirendum.

§. II.

Hydropis tres vulgo recensentur species, anasarca scilicet, tympanites & ascites. Anasarca seu leucophlegmatia dicitur, quando universus corporis habitus inundatur; quodsi ventrem ita flatus extendant, ut percussus sonitum tympani instar edat, tympanites appellatur, de qua tamen notandum, quod vix sola occurrat, sed in tympanitide etiam serum cum flatibus conjunctum observetur. Ascitis autem nomine venit, cum aqua in abdomine collecta illud instar utris replet.

§. III.

Et huic tertiæ speciei, asciti, nostræ quoque morbus erit annumerandus, quod & tumidum abdomen & copiosus post lapsum aquæ profluxus satis testantur. Cum vero & ascitis variæ dentur differentiæ brevibus illas enumerabimus, dein indicaturi ad quam ascitis speciem noster morbus sit referendus.

§. IV.

In ascite aqua non in abdominis cavitate tantum, sed etiam intra abdominis integumenta quandoque colligitur. Sic vitiosus latex modo inter abdominis musculos ac peritonæum, modo in duplicatura peritonæi subsistit ac hospitatur. Nec minus quando aquosus humor in ca-

vo infimi ventris congeritur, aquæ collectio ratione loci admodum variat. Plerumque aqua libere in abdominis cavitate fluctuat, nonnunquam tamen veficulis, faccis imo abdominis vifceribus inclufa hæret, quorum exempla paffim Autores tradunt. Hinc ex diverfitate loci afcites varia trahit cognomina, ut nunc hydrops peritonæi, nunc veficularis, faccatus, omenti, mefenterii, uteri, ovarii &c. audiat, prout nempe huic vel illi membranæ aut vifceri abdominis ftagnans ferum includitur.

§. V.

Si jam ex me quæras, quam afcitis fpeciem in noftra ægra fubfuiffe autumem, mihi fane, ut ingenue fatear, admodum verifimile videtur, quod hydrops, quem noftra per tot annos geftavit, peritonæi fuerit, id enim figna hujus morbi, id fortuita ac mirabilis morbi folutio mihi perfuadere videntur. Quo autem omnia eo melius pateant, nunc ex folertibus obfervatoribus illa afferam, quæ in cognitionem occultioris morbi nos deducere poffunt.

§. VI.

Antiquiffimi medici vix noftri morbi videntur habuiffe notitiam; (licet *Hippocrates* notionem hydropis pro fero & ichore variis locis fumat: *vid. Foefii œconomia* & *Caftelliano - Brunoninum Lexicum* fub voce *hydrops* acceperit:) quod non tam infrequentiæ morbi, quam faftidio ac neglectui anatomiæ, cumprimis practicæ, adfcribas. Cum autem proximis feculis anatomica ftudia magna excolerentur diligentia, nofter quoque morbus, qui per tot fecula delituerat, e tenebris fuis ope fcalpelli anatomici tandem emerfit, quanquam quis primus hunc morbum obfervaverit haud dixerim. Sunt quidem nonnulli qui de *Jacobo Cameniceno* hoc affirmant, quorum tamen errorem quivis facile deprehendet, qui ipfam Cameniceni *Epiftolam*, quam ad *Petrum Andream Matthiolum* dedit & quæ inter ejus epiftolas *Libr. 1.* extat, fimulque illa quæ Matthiolus regeffit, infpiciet. Hoc tamen certo certius, quod ingeniofa *Clar. Walæi* conjectura magnam, fi non primam, huic affectui lucem affuderit, cumque dein ejus veritatem demortuæ quoque fectio comprobaffet, virorum clariffimorum, *Nicolai Tulpii* ac *Jobi a Meckren* nunquam fatis laudanda induftria hanc plane fingularem obfervationem ab oblivionis injuria afferuit. Et ex illo tempore hydrops peritonæi majorem notitiam acquifivit, præfertim cum etiam fubfequentes quidam medici in ortum ac figna neglecti morbi accuratius inquirerent, inter quos *Muckius* ac *Littre* procul dubio eminent.

§. VII.

§. VII.

His præmiſſis jam ad ipſa morbi phœnomena devenimus. Initio, ac nondum apparente ventris tumore, ægri tenſionem ac obtuſum dolorem in hypogaſtrio perſentiunt, quæ cum levem ſaltem moleſtiam inferunt, etiam in levi habent nec medici opem facile expoſcunt.

§. VIII.

Inſequitur dein, ſed lento admodum paulatinoque gradu, abdominis tumor, ſecus ac in vulgari aſcite, in quo aquæ longe citius accreſcunt & abdominis molem augent. Primum autem tumor in imo ventre ſeſe manifeſtat, deinde ſenſim ſenſimque adſcendit ac demum, elapſis jam aliquot annis, per totum abdomen ſe diffundit, illudque in ſtupendam ſæpe molem attollit. Præterea tumor hic magis extrorſum vergit, & quanquam ægri in alterutrum latus decumbant ventris tamen figura exinde vix immutatur, ſed venter æqualiter fere tenſus cernitur.

§. IX.

Meminit. *clar. Nuckius*, quod in ægra quinquagenaria, hydrope peritonæi laborante, umbilici prominentiam viderit, quod eo minus ſilentio involvere volui, quia mihi admodum veroſimile videtur, quod in hac aſcitis ſpecie hydromphalus, ſi non ſemper, tamen longe frequentius, quam in vulgari aſcite, ac magis inter morbi initia, occurrat. Cum enim intra duplicem peritonæi membranam aſſurgentes aquæ uſque ad umbilicum jam pertingant, vix aliter fieri poterit, quam ut umbilicus ab urgente aquarum mole protrudatur, quanquam poſtea cum aquæ, divulſis magis magiſque peritonæi lamellis, etiam altiora loca petant, umbilici prominentia iterum quodammodo evaneſcere poſſit, inprimis ſi commodis ligaturis tali protuberantiæ proſpiciatur. Licet autem hactenus allata forte ſatis probabilia, illa tamen, cum ab experientia majorem adhuc lucem expectent, ulteriori & attentæ obſervationi lubenter non ſolum ſubjicio, ſed & commendo. Sic quoque indagationem adhuc meretur, utrum in peritonæi hydrope, quodſi in viris occurrat, etiam aqua in ſcrotum depluat, inprimis cum apud Autores altum ſilentium, nec meminerim, hucuſque in viro talem hydropem fuiſſe obſervatum.

§. X.

Circa reſpirationem, ægri noſtro hydrope detenti, nullum inſigne

 patiun-

patiuntur incommodum, quare, quamdiu abdominis tumor in tantam molem nondum auctus ut ingressum retardet, satis commode obambulare, ac munia sua obire possunt. Refert *clar. Tulpius l. 4. observ. c. 44.* de Jugitta, uxore pictoris Flinchii, quod perinde atque sanissima non quocunque tantum deambulare, verum etiam peregre proficisci, & , quod mireris, excelsam Clivensium turrim, etiam paucis ante mortem diebus, uti *Jobus a Meckren* addit, adscendere potuerit; quam tamen agilitatem de omnibus non possumus affirmare.

§. X I.

Quoad appetitum ciborum, ille minime collapsus observatur, cum appetentia enim cibos capiunt, & assumtos in succum & sanguinem vertunt. Nec sitis nostros excruciat, quare etiam in nostrum morbum non cadunt, quae olim Poëta de hydrope cecinit.

§. X I I.

Facies, quae alias haud immerito index morborum dicitur, in nostro affectu nihil prae se fert insoliti. Micat enim ab oculis pristinus fulgor, ac facies nativum ac vividum intuentibus offert colorem, ut itaque illis, & inter hos *Argenterio*, qui ascititios floridi coloris se quandoque vidisse dicant, non omnis fides sit deneganda.

§. X I I I.

De excernendis notandum, quod alvus satis recte se habeat ac debito ordine excrementa reddat, nonnunquam tamen etiam segnior observetur. Urina quantitate potus tantum non respondet, & naturalis est coloris; menses vero nunc recte, nunc minus convenienter fluunt. Refert *Dn. Garengeot Traité des operations de Chirurgie T. I. p.* 240. quod *Dn. Arnaud*, ad dignoscendam aquae sedem, inprimis ad quantitatem urinae respiciat, quodsi enim haec justa quantitate, reddatur, nec a naturali colore descisсat, aqua peculiari sacco includeretur; quod eo minus fallet, si nec reliqua signa negligantur, sed potius conjunctim sumantur.

§. X I V.

Neque silentio plane praetereundum, quanquam ad illustrationem nostri casus nihil faciat, quod foeminae hydrope peritonaei detentae quandoque etiam conceperint, & propitia Lucina infantes excluserint, intumescentia tamen a partu nihil quicquam remittente.

§. X V.

§. XV.

Oedematofus pedum tumor, qui alias in vulgari afcite ventris intumefcentiam plerumque præcedit aut ftatim fubfequitur, noftro morbo tunc demum, quando jam confirmatus & aliquot annos duravit, fupervenit. Peritonæi enim hydrops ad plures annos fe extendit, & diuturnitate communem afciten longe fuperat. *vid.* §. *VIII.*

§. XVI.

Medicamenta, quæ alias in vulgari afcite fatis efficacia deprehenduntur, in noftro affectu vix quicquam profunt, *vid. Cl. Littrii* obfervationem, quam *Hift. Ac. Reg. Scient. Ann. MDCCVII.* exhibet. Et in hoc etiam cum faccato hydrope convenit, de quo nofter quondam *D. D. Gahrliep Mifcell. Nat. Cur. Dec. III. Ann. II. obferv. LXI.* teftatur, quod remedia, tam alterantia quam evacuantia, abfque aliquo, faltem notabili, levamine, adeoque fruftra fuerint exhibita; imo quod ne hilum quidem ab emeticis & purgantibus, etiam validiffimis & drafticis, fubfequente licet hypercatharfi fatis enormi, moles abdominis decreverit.

§. XVII.

Præter hæc, quæ partim in fenfus incurrunt, partim ipfi patientes referunt, quædam adhuc fub paracentefi, quando adminiftratur, occurrunt, quæ abditum morbum produnt. Cum autem noftra ægra paracentefin non admiferit, miffa hæc facio, & lectorem, qui horum defiderio tenetur, ad *Cl. Littrii* jam citatam obfervationem remitto.

§. XVIII.

Nolumus hactenus allata ad noftrum cafum jam prolixius applicare, præfertim cum fatis clare pateat, quod dicta tantum non omnia in noftram ægram quam optime quadrent. E re potius erit, ut brevibus oftendam, quomodo hydrops peritonæi a congeneribus affectibus differat. Circa vulgarem afciten ac tympaniten nihil difficultatis occurrit, in illa enim fere omnia contrario modo fe habent, uti fuperioribus thefibus paffim indicavi; hæc autem, tenfo ventre percuffo, fonitu fe prodit, ac præcipitis eft exitus. Magnam autem hydrops faccatus cum noftro affectu affinitatem habet, cumque pleraque figna cum noftro morbo communia habeat, etiam longe difficilius dignofcitur. Quodfi etiam medicus hos binos affectus inter fe confunderet, crederem, quod haud adeo gravem, aut ægro noxium, errorem effet commiffurus. Differt

fert autem hydrops peritonæi a faccato, quod in illa afcitis fpecie tumor abdominis, cum aqua intra peritonæum, tanquam integumentum abdominis proprium, hæreat, magis verfus exteriora feratur, *vid.* §. *VIII.* ibique perfentiatur: in faccato hydrope autem, faccus præternaturali fero refertus ipfam abdominis cavitatem occupet, quare etiam præ noftro affectu longe majorem ægris creat moleftiam. Quodfi experientia illa quoque confirmaret, quæ §. *IX.* attuli, multum etiam ad diagnofin noftri morbi facerent. In faccato enim hydrope hydromphalus, quamdiu faccus illæfus, vix poterit occurrere, quod tamen illo rupto, & aqua in abdominis cavitatem effufa contingere poffet. His merito addimus celeberr. *Ruyfchium* notaffe, quod hydrops faccatus, aut ut illi, ex vulgi fententia, audit claufus, fit abfque undulatione uniformi duriffimeque tenfo tumore manifeftetur, neque patiatur prementi cedere partes, nec fonum edat ullum ofcillante corpore *vid. Adverf. l. Cap.* 2. *p.* 8. Quando vero aqua intra abdominis mufculos & peritonæum colligitur, hæc hydropis fpecies, quoniam præ noftra adhuc magis & vifui & tactui expofita, etiam his fenfibus facilius dijudicari poterit.

§. XIX.

Ne autem cum graviditate nofter affectus confundatur, inprimis ad motum latentis fœtus, qui vigefima feptimana obfervatur, attendendum; contingit tamen quandoque ut peritonæi hydrops etiam ingravidationi jungatur *v.* §. *XIV.* Porro ab hydrope ovarii dignofcitur, quod in hoc tumor cum aliqua inæqualitate rotundus in alterutro hypogaftrii latere, ubi ovaria recumbunt, exfurgat, cui dein, præter alia mala, etiam difficultas urinæ & inceffus junguntur. Ab uteri hydrope autem quodammodo diftinguere poteris, fi ad illas attendas, quæ §. præcedente de differentia faccati hydropis monui, habent enim illa etiam hic locum, quanquam exinde uteri hydrops non cognofcatur, cujus diagnoftica figna difficultate nondum carent. Obiter faltem addo, quod illi, qui menfium fluxum in uteri hydrope nunquam obfervari contendant, mihi errare videantur, cum illorum opinio lubrico fatis fundamento nitatur, quafi menfes ex ipfius uteri cavitate femper prodirent. Interea tamen minime nego, quod menftruus fanguis etiam ex ipfo utero quandoque promanet, ipfe enim, cum cadaverum fectionibus in theatro anat. Regio olim vacarem, uterum fanguine inquinatum obfervavi, uti *Cl. D. D. Gohl in Act. med. Berol. Vol. VIII. Dec. I. p.* 74. retulit. Sed cum quoque menfes ex uteri vagina haud raro ferantur, vix ratio patet, cur in hydrope uteri menfium fluxus quandoque non poffit occurrere, & fi forte in uno aut altero individuo menfium defectus obfervetur, de omnibus tamen ob prædictas rationes hoc non poffumus affirmare.

§. XX.

§. X X.

Nunc ad caufas, à quibus præfens malum originem duxit, devolvor. Ex præmiffa morbi hiftoria conftat, quod noftra integrum diem fub ferventiffimo fole ad obfervandos mefforum labores exegerit, ac demum fub vefperam rure pedibus urbem ac domum repetierit. Reverfa, tota fudore diffluens, denudatum corpus frigidiufculo vefpertino aeri non folum commifit, fed & fcyphum gelida aqua plenum evacuavit. In repreffum itaque fudorem ac cohibitam perfpirationem tantum non omnis culpa videtur rejicienda, quæ quo melius intelligantur, pauca de tranfpiratione ejufque impedimentis, pro inftituti mei ratione, delibabo.

§. X X I.

Totum noftrum corpus effe perfpirabile jamdudum Hippocrates memoriæ prodidit, hujufque afferti veritatem ingeniofiffimus Italus, *Sanctorius*, experimentis triginta annorum ftabilivit. Cum autem corporis perfpirationi, præter refpirationis organa, cutis potiffimum inferviat, non folum patet, quod hæc excretio fit valde copiofa, fed & fimul intelligitur, quod intercepta perfpiratio eo plus damni noftro corpori inferat, quo magis reliquas evacuationes antecellit, fi non fuperat. Inprimis autem huic excretioni favent illamque promovent, quæ fanguinis circulum citatiorem reddunt, hinc cum fub æftuofo cœlo aut vehementiori motu incalefcimus, fanguis a folis æftu aut exercitiis corporis concitatus impetuofius ad habitum corporis fertur & uberior fecretio contingit, cumque prorumpentes humores, ob nimiam copiam, haud adeo facile poffint difflari, in copiofas aquæ guttas, imo fudoris rivos, colliguntur, tuncque cutanea hæc excretio, quæ antea vix in fenfus incurrebat, jam fenfibilis redditur. Quemadmodum vero ab illis, quæ fanguinis circulum augent, cutim laxant ejufque poros recludunt, perfpiratio provocatur ac promovetur; ita ab illis, quæ progreffum fanguinis retardant, cutim conftringunt ac poros obftipant, perfpiratio imminuitur imo cohibetur.

§. X X I I.

Inprimis autem perfpirationi & frigidus aer & gelidus potus obicem ponunt, quorum effectus, antequam ulterius progrediamur, paucis recenfebo. Et quidem quod ad frigidi aeris effectus attinet, illos fuccincte & nervofe *illuftris Stahlius in theor. med. ver. Sect. I. p.* 170. ne jam alia loca commemorem, tradidit. Potiffimum autem frigidus aer

conſtrictorium ſuperficiei corporis motum inducit, a quo humorum ad intimiora corporis repreſſio, pallor corporis, adſpectus cito ſtrictus, frigoris repentina pervaſio, vaſorum ſanguiferorum ex conſtrictis partibus veluti diſparitio ac ſenſus quidam gravativus tenſivus dependent. Inprimis autem prædicta phænomena obſervantur, quando æſtuans ac ſudore perfuſum corpus, veſtibus remotis, derepente frigido aeri committitur, tunc enim cutis, quæ præ aliis partibus frigori maxime expoſita, adeo conſtringitur, ut etiam ſtrictura in ipſos oculos incurrat, quam noſtrates *Ganſebaut* appellant. Denique & hoc adjiciendum, quod aer veſpertinus ac nocturnus, etiam per æſtatem, in ſudore madens corpus haud tuto admittatur, & quanquam veſpertinus aer æſtivo tempore ſatis tepidus videri poſſit, reſpectu tamen coloris, qui in corpore ſudante & ab exercitatione calefacto tunc exiſtit, frigidi rationem omnino habet.

§. XXIII.

Quos vero noxios effectus frigidus potus, ſi æſtuanti corpori, & quidem copioſe, offeratur, producat, *celeb. Frid. Hoffmannus* integro X. *capite Pathol. gener. P. II. p.* 313. indicavit. Mihi ſaltem annotaſſe ſufficiat, quod frigidus potus æque internas partes, ac frigidus aer externam corporis ſuperficiem, conſtringat, cumque ſub ſpaſmodicis illis ſtricturis circuitus ſanguinis haud parum lædatur, ſanguis fluiditatem ſuam amittit ac inſpiſſatur; quanquam & frigus copioſius oblati liquoris, ipſi ſanguini communicatum, haud plane excludendum veniat. Inprimis autem frigidæ potio pernicioſiſſima deprehenditur, quando vel exercitatione calefacti ab hauſto potu ſimul & ſemel a motu vel laboribus deſiſtunt, ac corpus quieti tradunt, cujus noxæ tamen quodammodo præcaventur, ſi poſt potum motus aut labor continuetur, quale quid etiam in jumentis obſervamus, quibus ſub itinere innoxie aqua præbetur, quando vero ad diverſoria deventum, a peritis veredariis potus calefactis minime conceditur, ſed ab illo omni cura initio arcentur.

§. XXIV.

Jam ſatis apparebit, quod cum noſtra urente ſirio per integrum diem admodum incaluerit ac ſe vehementer commoverit, corporis perſpiratio, ſanguine ad cutim magis evocato, admodum fuerit aucta, quod & ſubſecutus largus ſudor abunde teſtatur. Ab incautius autem in denudatum corpus admiſſo veſpertino aere univerſæ ſuperficiei corporis ſtrictura fuit inſecuta, hinc humores in ambitu corporis copioſe hærentes, poris antea patulis derepente obſtipatis illiſque exitum denegantibus,

tibus, cor verſus ac vaſa ſanguinis majora, ut ita loquar, fuerunt rapti, qui ſubito repreſſi non potuerunt non vaſa maximopere replere, diſtendere illorumque tonum dejicere. Dein, cum pro reſtinguenda ſiti etiam patiens frigidum aquæ porum ſuperingeſſiſſet, internæ quoque partes, inprimis ventriculus ac inteſtina, exinde fuerunt conſtrictæ, cumque multa ſanguifera vaſa inteſtinorum quoque canalem perreptent, in illis ſanguinis progreſſus haud parum fuit læſus. Vaſis autem majoribus nimium repletis, ac ultra naturalem diametrum diſtentis, ſanguinis circulus admodum fuit retardatus, quod ob nimiam diſtenſionem neque cor neque vaſa vim ſuam contractilem debite exſerere, ac mole laborantem ſanguinem propellere potuerint. Haud mirum itaque, quod ob prædictas cauſas ſanguine difficulter progrediente ſerum haud decenter reliquæ ſanguinis maſſæ fuerit interagitatum, ſed juſto copioſius in vaſa lymphatica ſeceſſerit, quibus nimium diſtentis contenta lympha vel per diductos nimis repletorum vaſorum poros transſudavit, vel ruptis vaſis inter duplicem peritonæi membranam, uti forſan haud vane auguror, lente depluit.

§. XXV.

Nec minus a cohibita perſpiratione febris, quæ ſucceſſit, potiſſimum provenit. Materia enim exhalatura ſubito reſtricta, vaſa ſanguifera exinde admodum fuerunt prægravata v. §. præc. quare ne tonus illorum penitus deſtrueretur, neceſſe erat, ut ſtrictoria illorum vis magis magiſque augeretur, ſicque ingeminatis vaſorum ictibus ſuperflua moles verſus corporis ambitum denuo propelleretur. Sufficiat in prolatæ ſententiæ confirmationem ad grave experientia edocti *Sanctorii* teſtimonium provocaſſe, quod *Aphor.* 10. *Sect. I.* exhibet. Quanquam autem impeditam perſpirationem potiſſimum accuſem, minime tamen omne ventriculi vitium excludo, inprimis cum febris intermittentis genium æmulata ſit, quin potius illum, non ſolum a frigido potu, ſed etiam a durioribus meſſis tempore aſſumtis alimentis, fuiſſe læſum exiſtimo.

§. XXVI.

Nihilominus tamen a ſubita humorum coacervatione vaſa ultra modum oppleta ac dilatata atoniam aliquam fuerunt paſſa, quare ſanguis, languente organorum motu, ſegnius circumactus craſſior ac ſpiſſior evaſit, ſuaque ſpiſſitudine impedivit, quo minus menſtruus ſanguis juſta quantitate ſolitis temporibus prodierit. Præterea etiam hic conſiderationem omnino meretur, quod noſtra mobile ac laborioſum vitæ genus cum ſedentario ac magis otioſo permutaverit, ac inſuper plena diæ-

ta uſa fuerit. Quæ omnia cum ad producendam plethoram quam maxime conſpiraverint, ita luxurians ſanguis vaſis, jam antea debilitatis, reſtitit, quo minus debitam vim in propellendo illo exſerere potuerint, unde ex tardiori progreſſu ſanguis ſpiſſior redditus, ac menſtruorum fluxus demum fuit imminutus. Et ſane haud dubitandum, quod longe graviora mala ac citius hydropis incrementum inſecuta fuiſſent, niſi iracundis animi pathematibus excitata natura ſuperfluum ſanguinem per conſueta loca quandoque exturbaſſet, ac prudens acutiſſimi medici conſilium tempeſtivas venæſectiones imperaſſet, ſed de V. S. in noſtro hydrope infra agemus.

§. XXVII.

Quamprimum vero aqua intra peritonæum collecta aliquatenus accrevit, difficultas aliqua in reſpiratione neceſſario fuit oborta. Diaphragmati enim, non ſolum ſub inſpiratione, ob renifum aquoſi tumoris, libere deſcendere & abdominis contenta propellere haud licuit; ſed etiam vitiatum, ob prædictam cauſam, peritonæum ac tenſi abdominis muſculi haud adeo promte, ſub exſpiratione, ad abdominis conſtrictionem ac diaphragmatis convexitatem concurrere potuerunt. Languente autem diaphragmatis, peritonæi ac muſculorum abdominis motu, cum negotium concoctionis quodammodo fuerit turbatum, nemini mirum videri poterit, quod noſtra ſæpius poſt paſtum ventriculi ardore ac ructibus fuerit vexata.

§. XXVIII.

Quanquam autem aquarum moles, ſucceſſu temporis, intra geminam peritonæi lamellam admodum fuerit aucta, reſpiratio tamen in noſtro malo haud æque ac in vulgari aſcite fuit læſa. In communi enim aſcite, aqua in abdominis cavitate libere fluctuans diaphragmatis deſcenſum non tantum remoratur, ſed vitioſi etiam ſeri copia ipſi diaphragmati, inprimis ſub decubitu, incumbens, illud ſurſum in thoracem agit ac inibi quaſi detinet, quale quid in noſtra aſcitis ſpecie contingere non potuit, quod aqua peritonæo fuit incluſa. Ponderoſus tamen ac propendens aqualiculus œdematoſum pedum tumorem demum produxit, quod venas, inprimis crurales, comprimendo venoſus ſanguis minus promte refluere potuit, quo factum, ut, ob ſerum juſto copioſius ſeparatum, pedum tumores denique fuerint enati.

§. XXIX.

Viſcera, quæ alias in aſciticis varie læſa deprehenduntur, in noſtro

ftro affectu vix labem in fenfus incurrentem inveftigantibus exhibent. Itaque patet, cur noftra neque de anorexia ac fiti, neque de imminuto urinæ fluxu, vel aliis, in vulgari afcite obviis fymptomatibus, fuerit conquefta. Cum etiam alias aqua, in afciticorum ventre collecta, vifcera continuo alluat ac quafi maceret, neceffe eft, ut, ex diuturniori tali mora ac maceratione, laxitas ac flacciditas, ne alia mala afferam, illis concilietur, quæ omnia in noftro malo haud eveniunt, quod peccans ferum, veluti facco contentum, a vifcerum contactu arceatur.

§. XXX.

Atque hinc etiam facile poterit colligi, cur nofter morbus in plures fæpe annos protrahatur. Vifceribus enim bene conftitutis ac falvis, illorum functiones fatis jufte poterunt adminiftrari, cumprimis fi morbus lente incrementa fumat, nec ponderofa moles organorum officia turbet. Cum autem malum noftrum aliquot annos duret, ex eo ipfo fequitur, ut fit admodum rebelle ac refractarium, præfertim cum experientia conftet, quod omnem pharmacorum vim eludat v. §. XVI. ac faltem paracentefi, nec quidem femper, ac abfque recidivæ metu, cedat.

§. XXXI.

Nunc demum ad lapfum, ægræ noftræ adeo falutarem, confideratio noftra dilabitur. Lapfu afciticos fanitati quandoque fuiffe reftitutos, obfervationes fcriptorum fide dignorum paffim loquuntur: omnes tamen, quotquot evolvere licuit, a noftro cafu differunt. Vel enim 1) lapfu vulnus abdomini fuit illatum, per quod aquarum moles dein effluxit; vel 2) quodfi abdomen poft lapfum illæfum fuerit obfervatum, vitiofum tamen ferum confertim ac præter patientis voluntatem prorupit, quare etiam hanc involuntariam excretionem utero Autores, haud abfque ratione, affignarunt. Uti autem, integumentis per violentiam externam difruptis, contenta aqua non potuit non fponte elabi, ac ferofa uteri colluvies, effractis repagulis, per vaginam facile invenit exitum; ita, quod ad noftrum cafum attinet, haud adeo facile intelligitur, per quas vias peccans ferum in veficam urinariam fuit delatum. Cum autem nunc meum fit, opinionem, quam hac de re foveam, publice proferre, paucis id, falvo tamen aliorum judicio, expediam.

§. XXXII.

Veficæ urinariæ arctum cum peritonæo commercium intercedere;

 ex

ex anatomia conſtat. Hinc omnes diſſectionum magiſtri in eo conveniunt, quod communis ac exterior veſicæ tunica cum peritonæo ſit continua, imo complures teſtantur, quod veſica intra peritonæi duplicaturam, aut, quod alii malunt, intra duplicem peritonæi lamellam, ſit recondita. Præter hanc autem veſicæ cum peritonæo connexionem, veſica quoque meatibus ac poris foris introrſum ſpectantibus inſtructa deprehenditur, qui ope ſiphonis anatomici, a *Cl. Wolffio* inventi, facile in conſpectum prodeunt. Hujus enim breviori ac latiori cruri ſi inverſam veſicam alligaveris, aqua, altiori cruri infuſa; veſicam alligatam elevabit, poros foris introrſum vergentes diſtendet ac demum copioſe transſudabit. Per has itaque vias, per hos poros ſtagnans peritonæi ſerum in veſicam penetraſſe exiſtimo. Cum enim ſub lapſu, aqua, intra peritonæum collecta, magna vi verſus hypogaſtrium ac veſicam in pelvi ſitam fuerit adacta, admodum veroſimile videtur, quod peccans ſerum in prædictos poros ſeſe inſinuaverit, quos dein incumbens aquarum moles magis magisque dilatavit, ſibique viam ad exitum pandit. Sed cur aqua per tot annos intra peritonæum otioſe hæſit? Cur ante lapſum hos poros non ſubiit? Ad hæc reſpondeo: primo, quod prædicti pori, cumprimis in vivo corpore, haud adeo dehiſcant, ut tranſitum cuivis ambienti liquido ſponte concedant, quodſi enim veſicæ, ventriculi ac inteſtinorum pori introrſum ſpectantes, nam præter veſicam etiam ventriculus ac inteſtina poris modo memoratis gaudent; adeo conniverent, nec vulgaris aſcites occurreret, quod aqua per tales patulos meatus quam facillime dilaberetur, cui tamen experientia contradicit. Dein annoſum ſerum, ſub diuturniori mora, magis magisque lenteſcit, ac, depoſito lentore, prædictos poros illinit ac obviſcat, & huic etiam magna ex parte tribuendum videtur, quod tunicæ ſacci hydropici admodum craſſæ poſt fata ſectione deprehendantur. Nec obſtat, quod aqua, in aſciticorum abdomine collecta, ſatis limpida quandoque appareat, illam enim nihilominus multum gelatinoſi continere, illius evaporatio quemvis edocere poterit.

§. XXXIII.

Porro etiam ipſa aquæ emiſſio aliquam adhuc conſiderationem merebitur. Aquam per intervalla, ſed breviſſima, nempe horas, initio fuiſſe redditam, hiſtoria teſtatur, in eo itaque vulgaribus regulis ac cautelis, hucuſque utplurimum a medicis traditis, minime reſpondit, utpote qui tantum non omnes paulatinam aquæ eductionem non ſolum commendant, ſed & ſollicite inculcant. Hanc autem ſatis repentinam evacuationem plura prava ſymptomata dein ſuerunt inſecuta. Muſculi enim abdominis, quos antea ſeroſa colluvies quam maxime ac ultra ſidem extenderat, jam ſubito, aqua ſubtracta, concidentes, munia ſua,

ob

ob amiffum tonum, haud rite obire potis erant; ut itaque haud adeo obfcurum effe poterit, cur poft largiorem paftum ægra in fummas præcordiorum anguftias, imo animi deliquia, facile inciderit, nec diu poft lapfum fternutare aut tuffire potuerit. Quod autem mufculos abdominis relaxatos potius, quam fpiritus confertim emiffos, uti nonnulli aliis perfuadere voluerunt, accufandos exiftimem; me maxime movet, quod prædicta fymptomata facile, mediante arctiori abdominis ligatura, avertere liceat, quale quid fæpius obfervavi, quando afcitis paracentefi aqua fimul & femel fuit educta. Sancte enim teftari poffum, me nec animi deliquia, nec alia incommoda, tunc obfervaffe, modo, fub aquæ eductione, abdomen miniftrorum manibus debite comprimeretur, quod admodum neceffarium; quare etiam ægri ægre admodum ferunt, quando adftantes in comprimendo abdomine deficiunt, ac forte manus quodam modo remittunt. Aqua vero educta abdomen fafcia probe involvendum ac muniendum, quo facto ægri optime fe habent, nec unquam chirurgo illa fymptomata erunt metuenda, quorum alias chirurgi, omiffa ligatura, mentionem faciunt, *vid. Act. Med. Berol. Vol. IX. Dec. I. p. 58. Vol. V. Dec. II. p. 88. Garengeot traité des operations de Chirurgie T. I. p. 251.*

§. XXXIV.

Denuo non incongrue hic quæritur; an V. S. in hoc malo locum inveniat? Ut autem propofitam quæftionem eo facilius folvam, merito hic recolo, quod in hoc affectu fatis firmum ventriculi robur, vigor appetitus ac reliquorum vifcerum integritas obfervetur v. §. XL. & §. XXIX. Quodfi itaque plena & lauta diæta ac otiofum vitæ genus accedant, fanguinis abundantia facile progignitur, quæ ad graviora mala inferenda eo magis apta, quo minus, ob indies accrefcentem aquaiculi molem, ægris licitum, luxuriantem fanguinem per motum confumere. His igitur ars merito fuccurrit, ac prudenti fanguinis eductione illa mala præoccupat, quæ neglecta V. S. certo certius ægris imminerent. Sanguis enim, qui nunc quantitate faltem peccabat, mox etiam qualitate peccabit, ficque præfentem affectum, per fe fatis gravem, magis exacerbabit, V. S. autem magis adhuc neceffariam judicabis, fi apud fœminas menfium, apud viros autem hæmorrhoidum vitia fimul occurrant.

§. XXXV.

Habes B. L. leviffima cogitata, quæ hiftoria hydropicæ, lapfu, integro abdomine, priftinæ fanitati redditæ, mihi fuggeffit. Tuum erit, ut illa benigne accipias, &, fi merentur, adprobes. Quodfi autem

forte

forte una cum mea ægra lapſus fuero, opto, ut meus lapſus & mihi & aliis æque ſit ſalutaris, ac lapſus noſtræ hydropicæ fuit, ita enim veritas, cui unice ſtudui, ſemper magis magisque emerget. Summo autem Numini, pro conceſſis viribus, humillimas, quas mente concipere poſſum, ago habeoque gratias, illudque ſupplex precor, ut noſtris conatibus ac ſtudiis porro clementiſſime velit adſpirare.

F I N I S.

CXXVI.

POLYCARPI GOTTLIEB SCHACHERI

ET

JO. GOTTLIEB MOEBII,

DE

VIRGINE ASCITICA POST PARACENTHESIN PURPURA MALIGNA EXTINCTA,

Lipsiæ 4 Julii 1725.

C A S U S.

PUella sedecim annorum, corporis & temperamenti phlegmatici, dolore imi ventris præter omnem opinionem corripiebatur, quem uti aptis verbis exprimere haud poterat, ita is eam modo vehementius, modo levius adfligebat. Interea temporis abdomen paulatim extumescebat, ita, ut multi puellam esse gravidam existimaverint, famæque ejus non levem maculam adsperserint. Eam suspicionem tumor consuetum graviditatis terminum excedens, & ad aliquot annos protractus, penitus delebat, potiusque majora indies capiens incrementa, incredulos docebat, ægram ascite laborare. At vero contumacissimæ indolis erat hydrops hicce; etenim neque purgantium, neque diureticorum, neque aliorum remediorum usus ægræ quicquam solaminis attulit, nedum a malo eandem liberavit. Quo fieri aliter non poterat, quam ut abdomen diuturnitate temporis, congestarumque aquarum mole ad crepaturam pene usque expanderetur; siquidem crassities ejus quatuor fere ulnas Lipsienses efficiebat. In hoc statu miseriarum plenissimo constituta per totum morbi decursum ob vigentem cibi appetitum bene comedebat, sitim vix molestam modica cerevisiæ quantitate sedabat, alvus officii sui memor singulis diebus erat aperta, urina pauca plerumque saturata rubedine tincta promanabat, sudor sponte sua nunquam, sudoriferorum virtute ægerrime e corporis peripheria stillabat, menses nunquam fluxerant, pedes colluvie serosa tumebant ac splendebant, reliquæ corporis partes externæ extenuatæ quidem erant, sed extrema tabe haud adfectæ. Inprimis autem spirandi difficultas perferri vix poterat; præterquam enim quod jam dudum neque alterutri lateri, neque dorso incumbere valuit, protinus ob eum corporis situm in præsentaneum suffocationis periculum incurrens, sane etiam res eo tandem devenit, ut tres ante obitum menses somnum capere in lecto nequiverit, nisi genibus flexis innixa, corporeque anteriora versus inclinato, ac capite substratæ culcitræ imposito, eum corporis situm globosum æmularetur, quem olim in utero materno servaverat. Summis itaque anxietatibus obruta, & tantum non oppressa, atque id mali tres annos cum dimidio perpessa, ad paracenthesin, tanquam ultimum hydropicorum asylum confugiebat, qua non infeliciter instituta, intra trium dierum spatium quadraginta septem aquarum mensuræ tanta cum euphoria separatis temporibus per cannulam in abdomine relictam extrahebantur, ut liberius longe respiraret, dorsoque incumbens blande dormiret, & non sine appetitu cibo potuque uteretur. Sed enim vero quarto die nondum elapso, inopinata febre exanthematica, anxietatibus summis, & interspersis deliriis stipata, infestabatur, purpura rubra æque ac alba ex universo corporis habitu affatim erumpente. Gravia ea symptomata ulteriorem aquarum evacuationem prohibebant,

præcipue tum ob situm cannulæ relictæ mutatum, oppositum abdominis latus denuo perforare necessitas postularet, atque insuper vires attritæ febris atrocitati ferendæ pares amplius haud essent, quin potius tandem ita succumberent, satis ut ægra octavo post operationem die cedere cogeretur. Post beatum ejus obitum dissecto abdomine circa aperturam paracenthesi factam, vestigium nullum inflammationis, nedum sphacelosæ corruptionis; comparebat; at residuæ aquæ mensuræ novendecim ibidem collectæ inveniebantur, & pelvim occupabat tumor stupendæ magnitudinis. Is autem erat non nisi ovarium sinistrum insuete expansum, uterumque exilem mole sua cooperiens. Tunicæ idem amicientes laxæ admodum erant crassæque, in peripheria hinc & illinc aperturis satis patentibus, serumque plorantibus, in conspectum prodeuntibus. Tunicis incisis, blanditerque reclinatis, plurimæ vesicæ variæ magnitudinis sero turgidæ, ac numerosissimis vasis sanguifluis ornatæ, quas hydatides vocant, in oculos incurrebant, quarum majores ovi anserini magnitudinem æquabant: uti quævis in adjecta icone luculentius conspici queunt. Diaphragma alte in thoracem adscenderat, utpote quod in sinistro latere ad secundam; in latere dextro ad tertiam costam erat protensum, ibidemque fibrillarum ministerio pleuræ adnexum. Reliqua viscera tum in thorace, tum in abdomine bene satis constituta nihil memoratu digni exhibebant, exceptis saltem pulmonibus, qui lurido erant colore. Ceterum quantumvis aqua ex abdomine exempta satis videretur limpida, evaporationi tamen exposita mox in substantiam pinguem coalescebat, ita, ut partem unam aqua evaporatione abacta, tres vero partes residua portio sebacea efficeret.

RESOLUTIO.

§. I.

Quemadmodum minima scintillula glifcendo interdum incendio vasto fomitem præbet; ita idem in plerorumque graviorum morborum generatione obfervare eft. Etenim eorum fcintillulæ funt fæpe minimæ, vixque perceptibiles, quæ tamen pro diverfo genio fuo jam repente, jam lente morbum accendunt. Ad pofteriorem claffem jure meritoque refertur hydrops, quo puella laboravit. Equidem nonnunquam hydropyfis intra paucorum dierum vel hebdomadum fpatium generatur, & pene ad ἀκμὴν perducitur; uti inprimis in hydrope, quem febris comitem habet, frequenter animadvertere folemus: alio tamen tempore lenta admodum eft ejufdem generatio, a minimis vix definiendis principiis oriunda. Sane noftra ægra in principio morbi de nefcio quo, ventris imi dolore conquerebatur, ex quo, me judice, vix œdipus hariolari potuif-

tuiſſet, eum fortaſſis a latentis hydropyſeos cauſa natales ſuos deducere. Progreſſu temporis in ima & laterali abdominis parte tumor durus, & nonnihil dolorificus efflorefcebat, qui etiam tactu explorari poterat, nonniſi obſcuriſſimis indiciis ovarii tumorem, nedum ejuſdem hydropem declarans. Pedetentim abdomen totum intumuit, multiſque impoſuit, ſibi ut perſuaderent, puellam eſſe gravidam. Tandem immodica collu-vie ſeroſa cum imus venter cum pedibus enormiter expanderetur, nemo non hydropem lente generatum optime cognoſcebat.

§. II.

Equidem vocabulum hydrops civitate latina eſt donatum, atque Germanis dicitur *die Waſſerſucht*, idem tamen originem ſuam debere Græcis, biniſque vocabulis conſtare, quorum unum ὕδωρ, aqua, alterum ὤψ, oculus ſive facies audit, plerorumque onomatologorum eſt ſententia: tametſi nec ii in definienda hujus origine plane concordes ſint atque unanimes. Parum vero referre videtur, quamcunque quis amplectatur ſententiam; ſiquidem nec data etymologia affectus præſentis naturam exhaurit. Numne enim omnium hydropicorum facies eſt aquoſa, aut anne hydrops ſemper oculis cerni poteſt? Id ego non facile aſſeruerim. Ceterum cum aqua princeps hujus affectus ſit cauſa, ab ea quoque hydrops recte ſuam mutuatur denominationem; hinc etiam latinis aqua intercus, error lymphaticus, *Helmontio* languor lymphaticus, ros humidus, atque ſic porro, dicitur. Etenim hydrops eſt non niſi copioſi ſeri congeſtio, pro partis adfectæ conſtitutione nunc tumorem, nunc alia, eaque gravia ac lethifera excitans ſymptomata.

§. III.

Appoſite ſatis hydrops abs nonnullis diluvium microcoſmi nuncupatur. Quemadmodum enim quondam diluvium globum macrocoſmi inundabat, mortaliumque improbitatem aquis ultricibus immergebat, aut idem certe ſaltem prata, ægros, pagos ac civitates devaſtat: ita ſæviſſimum illud microcoſmi diluvium ſumma cum ferocia modo totum corpus, modo partes ſaltem quaſdam obruit, vitaliaque ſuffocat. Siquidem hydropem in univerſalem & particularem recte diſpeſcunt practici; illius exemplum anaſarca ſeu leucophlegmatia, hujus hydrocephalus externus æque ac internus, hydrops thoracis, pericardii, mediaſtini, tumor pedum vel manuum œdematoſus, hydrocele, plureſque hydropis ſpecies, in abdomine quæ obſervantur, præbent. Equidem lympha in abdominis cavitate majori minorique quantitate collecta hydropem proprie deſignare videtur, quem alii ſpecialiſſime aſcitem nuncupant; ſeduli tamen rerum medicarum obſervatores jamdudum alias inſuper deſcripſere

species. Ut enim nihil de hydrope (*a*) uteri (*b*), tubæ Fallopianæ, deque hydromphalo, aut de hydrope intra peritonæi (*c*) duplicaturam vel intra duas (*d*) omenti lamellas, marsupii veluti in modum formatas, vel in peculiari sacco membranaceo genito dicam; qualia exempla memoratu digna infra citati auctores tradunt: saltem in præsenti ascitis, hydropis ovarii, ut & tumoris pedum œdematosi contemplationi, utpote qua triplici hydropis specie laboravit nostra, nonnihil inhærebimus.

§. IV.

Et quidem, quod ad ovarii hydropem attinet, sane ex historia supra data elucescit, ovarium tantæ fuisse molis, ut lanci impositum sex circiter libras pondere æquaverit: præterea tunicam naturalem, aut, si mavis, binas pelliculas ovarium cingentes crassitie multum superasse, atque hac remota numerosissimas vesicas, latice seroso repletas, magnitudine varias, pellucidas, vasisque sanguineis purpureo colore tinctis conspersas, oculis se obtulisse, easque tumorem illum effecisse. Equidem *Ruyschius* (*e*), *Vaterus* (*f*), aliique (*g*) de arte medica bene meriti, similes prorsus ovariorum tumores delineant, figurisque æneis illustrant, tamen uti eos nonnisi in iis, quæ matrimonii vinculis fuere junctæ, aut quæ jam pepererunt, observavere; ita omnes fere ancipites hærent, an etiam virgo huic adfectui sit obnoxia. Quandoquidem ovulum unum alterumque aura genitali imprægnatum, ac paulatim ab ovario separatum fomitem hujus mali post se interdum relinquere, veri est simillimum. Quoniam enim istiusmodi ovuli fœcundi separatio, transitusque ejus in alterutrum ovi ductum sine insigni humorum turgescentia, pellicularumque dehiscentia, animo concipi nequit, facile fieri potest, ut vitalis humorum motus interdum impediatur, ita, ut lympha paulatim in ovario congesta idem in tumorem majorem minoremque elevet atque diducat. Nihil jam ut de graviditate partuque dicam, quibus identidem vitalis humorum motus in ovario subinde conturbatur. Istas autem

(*a*) *Hildan.* c. 2. obs. 56. M. N. C. D. I. A. 3. obs. 305. D. II. A. 5. obs. 67. *Horst.* oper. T. 2. l. 4. obs. 53.

(*b*) M. N. C. D. 2. An. 2. obs. 95. D. 3. A. 9. 10. obs. 191.

(*c*) *Sennert.* Paralip. ad l. 3. med. Pr. c. 17. *Stalpart* van der *Wiel.* obs. rar. med. anat. chir. c. 2. obs. 28. *Job van Meckren* obs. chir. c. 52. Mangett. Bibl. Med. Pr. libr. 8. p. 970.

(*d*) *Horst.* op. med. T. 2. l. 2. obs. 4. *Bonet.* anat. pract. 54. sect. 21. obs. 12.

(*e*) Obs. medic. chir. 17.

(*f*) Differt. de graviditate apparente.

(*g*) *Brendel.* diss. de hydrope ovarii. M. N. C. D. 2. A. 9. p. 171. D. 2. A. 9. p. 234. Dec. 2. A. 10. p. 66. *Schenck.* obs. l. 3. *Mangett.* Biblioth. Med. Pr. l. 8. p. 969. *Hoffman.* Disquis. Anat. Pathol. p. 115. 116.

autem mutationes virgines cum non æque experiantur, eas nec in hydropem ovarii delabi, haud pauci exiſtimant. Sed enim vero uti hujus adfectus multiplices obſervantur cauſæ, atque virgines ab aliis hydropis ſpeciebus haud ſunt exemtæ, vix ratio patet, cur virginem propterea pro ſuſpecta habere velimus, ſi id mali eidem acciderit. Conſentientem hac in re habeo *Sennertum*, quippe qui hujus afferti veritatem memorabili exemplo probat; neque vero obſervationem noſtram nauci faciendam eſſe opinamur, utpote qua pariter docemur, virginum quoque ovarium unum alterumque interdum in inſignem tumorem hydropicum excreſcere.

§. V.

Cl. Ruyſchius præſentem adfectum ſub titulo hydropis ovarii deſcribit, & inſuper virginis ex hydrope aſcite denatæ meminit, in cujus abdomine non niſi veſicæ innumerabiles, humore tenaci & glutinoſo repletæ, fuerunt deprehenſæ, quarum nonnullæ pugni minoris, aliæ nucis juglandis vel avellanæ magnitudinem æquarunt. Sunt contra alii, qui opinantur, præmemoratos tumores hydropis nomine nequaquam eſſe inſigniendos, ſed rectius iſtiuſmodi veſicas ſero repletas pro meris hydatidibus haberi, eaſque hydropem conſtituere non poſſe, quamvis ſerum pelliculis incluſum hæreat. Hanc diſtinctionem probe obſervans *Cl. Schorkopff* (*b*) eum ſaltem tumorem nuncupat ovarii hydropem, quando interna ovarii ſubſtantia conſumta integumentum ſaccum duntaxat amplum format, extravaſatum ſerum complectentem: id quod paulo rariore obſervatione illuſtrat. Sane ex diſſenſu illo id ſaltem apparet, quod auctores in re conveniant, ratione autem denominationis diſſentiant. Id vero in arte medica verſatis ignotum eſſe nequit, jam dudum medicos ſaccatum quoque deſcripſiſſe hydropem; quo de inprimis *Cl. Mercklinus* (*i*) ex inſtituto egit, matris ſuaviſſimæ ex eo mortuæ, aliorumque exemplis eum ipſum adfectum illuſtrans: ad quem brevitatis ergo benevolum lectorem remitto. Atque laudatus auctor ampliſſimæ veſicæ, inſigni colluvie ſeroſa repletæ, inque abdomine inventæ ortum ab ipſa lympha deducit. *Hic ichor*, inquiens, *interveniente vaporatione per calorem improportionatum in veſiculam attollitur, relicta in ea aliqua illius portione, quæ hac ratione tenuiſſimo membranaceo folliculo obducitur, idque ex neceſſitate materiæ, ſimili propemodum modo, quo ex ſaponata aqua inſufflatione per fiſtulam ſtramineam facta, bulla exſurgit.* At enim vero an ab aqua ſaponata flatu in veſicam vacuam extenuata ad ſerum in abdomen effuſum, & inæquali motu exagitatum, nec in veſicam expanſum, ſed

(*b*) Differt. de hydrope ovarii muliebr. Baſil. 1685. habit.
(*i*) Differt. de hydrope ſaccato, habit. Altdorfi, d. 8 April. 1695.

fed tunicæ fatis craffæ inclufum adeo commode argumentari poffimus, animi omnino pendeo; veri mihi videtur longe fimilius, hydatidem interdum adeo enormiter proceffu temporis expandi, ut faccum tantæ amplitudinis formare, & hydropem afcitem efficere queat. Hæc autem faltem eum in finem adducuntur, ut clare pateat, ad hydropem non neceffario hydatidis rupturam requiri, fed infignem ejus expanfionem eidem fufficere, proptereaque nec eos erroris adeo effe arguendos, qui tumorem mole infignem, & ex multiplicibus hydatidibus coagmentatum hydropem nuncupant.

§. VI.

Parum proinde referre videtur, five præfentem ovarii adfectum hydropem, five hydatidum congeriem quis adpellare malit, potius e re erit, nonnihil indagare, quæ partes ovarii in hydatides fuerint mutatæ. Equidem me non latet, non paucos inprimis ad laudati *Ruyfchii* (*k*), mentem exiftimare, vaforum fanguiferorum extremitates mucofo humore explicatas hydatidum naturam induere; neque vero ignoro, quæ dubia contra hanc fententiam moveantur a *Cl. Boerhaave* (*l*); atque infuper notum fatis eft atque perfpectum, multos hydatidum originem modo a glandulis, modo a vafis lymphaticis derivare, tamen, uti quælibet hypothefis probabilitate haud caret, atque hydatidum membrana fortaffis jam ab hac, jam illa parte originem fuam mutuatur, ita a veritatis tramite me non ita deflexurum fore confido, fi adferuerim, ovula præfenti in cafu in hydatides quoque fuiffe mutata. Quod fi enim interdum totius ovarii fubftantia colluviei ferofæ acritudine paulatim confumitur, ita ut nonnifi integumenta externa faccum aquam comprehendentem effingant, veritati maxime eft confentaneum, fubinde ovula infarctu feri diduci, & fi quid rudimenti futuri embryonis ibidem affervetur, in liquamen aquofum diffolvi, hydatidefque formari; præcipue cum præter hydatides in ovario fupra defcripto obfervatum fuerit prorfus nihil. Equidem *Cl. Brendelius* eos, qui hydatides ovulis annumerant, imperitiæ infimulare haud veretur, tamen, fi, quæ tradit figna difcrimen utriufque partis indicantia, ad veritatis libram expendo, non eft, ut credam, hydatidum primordia ab ovulis deducenda non effe. Laudatus autem vir id potiffimum difcriminis in iis partibus obfervat, quod ovuli lympha igne in naturam albuminis concrefcat, hydatidum liquor non æque. Ita enim ovuli lympham defcribens loquitur: *Quem quidem liquorem facile confpiciamus licet, fi ovaria in aquam ferventem, quoad fatis vifum fuerit, conjiciuntur, quæ poftea exempta, liquorem inftar albu-minis*

(*k*) Thef. anat. 6. explic. tab. 5. f. 3. 4. 5. 6.
(*l*) Epift. anat. ad *Cl. Ruyfchii* de fabrica glandular. p. 40.

minis cocti, ovaque exiguæ magnitudinis produnt & ostendunt. Atque hac ratione facile sese ab hydatidibus, in ovariis subinde conspicuis, disjungunt, utpote quarum liquor coctione non indurescit, & tunicas, quibus amiciuntur, laxius cohærentes habent. Verum enim vero si hæc veri speciem præ se ferunt, fortassis hydatides, quæ in nostræ ovario observatæ fuere, ovulis non inepte accensentur, utpote quarum lympha non tenuis erat, & fluida, sed igne in substantiam pinguem, eamque copiosam & solidam facile condensabatur. Et si etiam hydatidum lympha interdum tenuis admodum, membranæque, quibus cinguntur, paulo laxioris texturæ animadvertuntur, tamen ovulum in hydatidem mutatum dum indicat statum præternaturalem, eo ipso naturalis ejus dispositio haud difficulter immutabitur. Ac profecto cum ovuli pelliculæ secundum consuetas naturæ leges non modo lympham complectantur, sed & gestationis tempore ita explicentur, ut fœtum perfecte formatum cum consociata lympha amplexu suo foveant, ratio vix conspicitur, quare ovulorum in hydatides degenerationem adeo morose negare velimus.

§. VII.

Cum autem conceptio & graviditas ob rationes supra memoratas locum haud inveniat, propterea que causæ ab iis pendentes, & hydatidibus occasionem subministrantes, in præsenti attentionem mereantur nullam, de aliis dispicere convenit causis, a quibus probabiliter hujus mali origo ducenda est. Sane puellam phlegmatici fuisse temperamenti, ex historia morbi constat. Quemadmodum vero ejuscemodi subjectorum humores ad lentorem sunt proclives: ita is emansione mensium, qua laboravit puella, ad cachexiam fere usque fuit adauctus. Etenim purgatio menstrua id commodi parit sexui sequiori, ut non modo sanguine separatis temporibus per genitalia excreto, æquilibrium partes solidas inter & fluidas fartum tectumque conservetur, verum insuper etiam, si quæ quisquiliæ in sanguine oberrent, non sine summo œconomiæ animalis commodo simul evacuentur. Contra excretione ea sanguinea quamcunque demum ob causam impedita, luxuriantes humores receptaculis suis sunt oneri, iisdemque languorem conciliant: quo fieri solet, ut sanguis ab excrementitiis moleculis non rite repurgatus, nec vigente organorum motu decenter exagitatus lentescat, lentoreque suo obstructionibus non ineptam præbeat causam. Sane ex mensium emansione vel obstructione hydropem ipsum generatum medicinæ antistites jamdudum descripserunt, pluribusque observationibus illustrarunt; ut ideo veritati satis sit consonum, defectum lunaris tributi ovarii tumori occasionem dedisse. Quemadmodum vero in unius morbi generationem variæ interdum causæ amice conspirant; ita a ratione nequaquam est alienum, vita sedentaria, qua tanquam nutrix impense delectabatur, humorum lentorem non parum

fuiſſe auctum. Quandoquidem id extra dubitationis aleam poſitum eſſe arbitror, convenienti muſculorum motu interſperſa vaſcula ſanguiflua conquaſſari, lente progredientem ſanguinem attenuari, inque citatiorem motum cieri, eoque effici, ut ſe-& excretiones melius longe procedant. Vitam vero ſedentariam amantium muſculi dum etiam vigiliarum tempore juſto diutius quieſcunt, humores motore eo deſtitutos magis lenteſcere, nemini obſcurum eſſe poteſt. Ut nihil jam de minus provido cibi potuſque uſu dicam; paupercula namque erat, & appetitu vigente in iis eligendis non ita ſcrupuloſa erat, vel eſſe poterat. Neque commemorabo mœrorem & angorem animi, quo tum inprimis adficiebatur noſtra, cum increſcente abdominis tumore in graviditatis ſuſpicionem veniret. His enim & ſimilibus corpus ſuccis impuris impleri, vireſque ejus frangi, rem accuratius perpendenti cognitu difficile eſſe nequit.

§. VIII.

At vero ſic nondum adparet ratio, cur ſanguis lentore peccans præciſe in ovario, non æque in alia parte vicina vel remota, tumorem excitaverit. Profecto ea in re ardua ſi quicquam fari licitum mihi eſt, putarim, particularem ejuſmodi tumorem particularem quoque agnoſcere cauſam, quæ modo ſanguinis circulantis, modo partis organicæ ſpeciali diſpoſitioni debetur. Etenim quamdiu humores etiam impuri diametro vaſorum reſpondent, vaſaque ipſa tanta vi motrice pollent, ut admiſſos humores urgeant, propellantque, tamdiu humoris ſtaſis, & ab ea oriundus tumor animo concipi nequit. Jam vero ſanguis impurus e corde projectus, perque vaſa univerſi corporis diſtributus ubique locorum fortaſſis non eſt ejuſdem plane indolis; quid enim impedit, quo minus ſanguis in arteriolam influens, una alteraque juſto craſſiori molecula ſit onuſtus, quarum deinceps intuitu is per vaſculum, cujus diameter minor eſt diametro transfluentis liquoris, trajici commode nequit, quin ſtaſi ſua tumori occaſionem det. Neque vero ſpicula ſalina commemorabo, e quibus unum alterumque fortuito caſu extricatum particularis cujuſdam vaſculi poro infigitur, eidemque preſſione ſubſequentis, impulſique humoris altius intruditur, & quidem non ſine dolore, non ſine tubuli male adfecti, vicinorumque vaſorum ſtrictura ſpaſmodica, vitalem ſanguinis motum impediente, obſtructionibuſque anſam ſuppeditante. At nec quiſquam facile negaverit, vim motricem non ſemper æquabiliter per quaslibet partes organicas eſſe diffuſam, cum certe partis cujuſdam vigor jam culpa fluidi nervorum non rite influentis, jam refrigeratione, jam preſſione, aliiſve cauſſis minui infringique poſſit & ſoleat. Quare partis cujuſdam tubulos plus vel minus languidos ſtaſi & congeſtioni pravi lentique humoris multum favere, ſponte ſua eluceſcere arbitror. Simile quid probabiliter ovario accidit, atque ideo mirari non

con-

convenit, si idem ex microcosmi oceano pravos humores veluti imbiberit, iisdem domicilium præbuerit. Et, nisi fallor, laticis hujus stasis effecit, ut poruli vasorum nimis humectati laxatique ultra diametrum naturalem fuerint ampliati, ampliatique plus justo copiosiorem lympham in membranacea ovulorum receptacula eructaverint. Uti vero guttulam guttula trudit pellitque, ita certe a sanguine, cursu non interrupto, adfluente dum serosæ particulæ in parte istiusmodi morbosa separantur, atque per patentiores vasorum poros transcolantur, non potest non effusa lympha congeri, auctaque vesiculas diducere & expandere, & quidem sine harum præsentaneo rupturæ vel extenuationis periculo. Quoniam enim non subitanea, sed sensim paulatimque facta est expansio, & vesiculæ succis vitalibus & nutritiis scatent, certe dum dilatantur, dum nutriuntur, increscunt, atque hac ratione eædem interdum insignem amplitudinem & crassitiem adipiscuntur. Interim non facile adseruerim, uno eodemque tempore omnia ovulorum receptacula id mali experta fuisse, sed veri videtur similius, unam alteramque vesiculam inflatam contactu & pressione sua vicinas male adfecisse, inque eis vitalem sanguinis motum turbando, uberiori lymphæ transudationi fomitem dedisse, ita ut paulatim non tantum ovarium totum intumuerit, sed & idem in hydatides plenarie mutatum fuerit.

§. IX.

Insuper tumorem ovarii prægrandem asciti & tumori pedum œdematoso occasionem dedisse, non sine ratione omni suspicor. Præterquam enim quod abdomen circa mali principium æquabiliter haud intumuit, sed saltem in alterutro latere tumor durus comparuit, atque eundem ad maturitatem veluti perductum ascitis demum cum tumore pedum œdematoso est subsecutus, sane a ratione nequaquam abhorret, ovarium tumidum utriusque mali fuisse causam. Id quidem non nisi in praxi medica hospitem latere potest, gravidas subinde tumore pedum œdematoso corripi, atque ab eo post partum sponte sua liberari. Etenim aliquando uterus gravidus in antea jam dispositis subjectis mole sua truncos venarum cruralium premit, ita, ut sanguis venosus e cruribus libere remeare nequeat: unde usu venire solet, ut a sanguine per arterias advecto, inque cruribus cumulato, exagitatoque, serum justo copiosius separetur, eodemque crura inundentur, obruanturque. At utero post partum pristinam figuram & exilitatem recuperante, & ita causa premente cessante, instauratur sanguinis vitalis motus, & pedetentim tumor omnis evanescit. Consimilem pressionis vim cur ovario ponderoso, moleque insigni, denegare velimus, causam non perspicio satis idoneam. Potius vero est simillimum, compressione venarum tum cruralium, tum aliarum, congestioni sanguinis, lymphæque transudationi occasionem fuisse datam.

Potiſſimum vero ex ovario ipſo emanantem, & in abdominis cavitatem effuſam lympham aſcitem excitaſſe, aut incrementum ejus non parum auxiſſe, tumidi ovarii multiplices, eæque patentes, ſerumque fundentes aperturæ, dilucide ſatis probant, utpote quæ dubio procul ab hydatidum ſero, integumentum commune exedente, originem traxere.

§. X.

Omnes aſciticos moleſta admodum, atque anxietatum plena abdominis expanſione cum ſpirandi difficultate complicata adfici, nemo eſt, qui ignorat. Quo major namque ſeri extravaſati quantitas in abdominis cavitate congeritur, eo gravius non duntaxat eſt pondus haud citra moleſtiam ſummam circumferendum, ſed eo moleſtius etiam integumenta ad crepaturam fere uſque diſtenduntur. Sed cum eodem tempore aquæ inſigne ſpatium occupantes, atque integumentis tenſis compreſſæ, tum coſtarum, tum diaphragmatis deſcenſui remoram injiciant, individuum fere aſcitis ſymptoma eſt difficultas ſpirandi. Atque hac inprimis mirum in modum, & ad ſuffocationis uſque periculum vexabatur noſtra, cujus rationem mirabilis diaphragmatis ſitus clare ob oculos ponebat. Siquidem aquarum prementium vi diaphragma tam enormiter elongatum, tamque alte in thoracem protruſum erat, ut, abdomine licet ab aquis evacuato, idem uno in latere coſtæ ſecundæ, in altero tertiæ non procul a ſterno accumbens conſpiceretur. Quare mirari pene convenit, quomodo ægra ſpiritum tamdiu ducere valuerit, cum certe fornicata diaphragmatis pars utrumque thoracis latus totum fere occupaverit, quod alias dilatandis pulmonibus ſpatium concedere ſolet. Sane poſtremis ante obitum menſibus curvo & anteriora verſus inclinato corporis ſitu ægram paulo liberius reſpirare, atque ſic demum ſomnum capere potuiſſe, ex hiſtoria patet. Fortaſſis definito corporis ſitu effectum eſt, ut non modo diaphragma altius in thoracem, ſed anteriora etiam ſeu ſternum verſus aſcenderit, atque in parte thoracis poſtica ſpatium vacuum reliquerit, quo obſcuro thoracis, diaphragmatiſque motu, pulmo ſuo modo explicari, contrahique potuerit. Etenim in noſtra convexam diaphragmatis figuram inſpirationis tempore parum in planam fuiſſe mutatam, fibræ non obſcure docent, quarum miniſterio altero in latere diaphragma ſuperiori thoracis parti erat adnexum. Utrum autem fibrillæ eæ a mucido liquore, in fila diducto, an vero a filamentis ex pleura vel pulmone protruſis, enutritiſque originem duxerint, jam juſto ſcrupuloſius indagare non vacat: ſufficit monuiſſe, unionem, quæ diaphragmati cum elatiore thoracis parte interceſſit, impedimento fuiſſe, quo minus in inſpirationis gratiam diaphragma deſcenſu & complanatione ſua thoracem rite dilatare potuerit.

§. XI.

§. XI.

Præter ſymptomata aſcitis jam enarrata, dantur adhuc alia bene multa, quibus adfectus hicce ſtipatus incedere ſolet. Ad ea enim ſitis inexplebilis, anorexia, nauſea, alvi ſtypticitas, tormina imi ventris, agrypnia, pulſus arteriarum inæqualis & interruptus, tabes conſummata, aliaque pertinent. Quod autem ſymptomata hæcce in omnibus aſciticis promiſcue haud obſerventur, variæ extravaſati ſeri qualitati, variæque viſcerum conſtitutioni inprimis debetur. Qui hydrope extinctorum cadavera diſſecuerunt, modo ſerum croceo, viridi, citrino, alioque colore pravo tinctum, idemque plus vel minus corroſivum, modo omentum telæ inſtar tenue, aut plane conſumtum, modo inteſtina livida, modo in hepate, liene, pancreate, glandulis meſenterii, ſimilibuſque organis, obſtructiones, jam in his vel aliis partibus ſcirrhoſas concretiones, jam renes putridos, aut alia viſcera exulcerata, ſicque porro, obſervavere. Hæc cum ita ſint, mirari commode vix poſſumus, ſi aſciticum aliis præterea morbis adflictum ſymptomatum ab his ſimul propullulantium ſyndrome penitus obrutum animadvertamus.

§. XII.

Occaſione hiſtoriæ ſupra delineatæ monuimus, ſerum paracentheſi extractum, & poſt fata in abdomine inventum, aquei fuiſſe coloris, idemque multa ſcatuiſſe materia ſebacea. Quare illud non tam acredine viſceribus labem adſperſiſſe, ſed pondere inprimis variorum malorum extitiſſe cauſam, veritati ſatis videtur conſentaneum. Neque vero in præſenti ovarii tumorem, perverſum diaphragmatis ſitum, pulmonem decolorem, malaque inde manantia, ut ne crambem bis coctam haud citra tædium apponam, commemorabo: ſed id ſilentio præterire nequeo, cetera viſcera ſatis bene conſtituta fuiſſe animadverſa. Quandoquidem inde ratio fortaſſe liquet, cur noſtra neque ſiti, neque anorexia, neque alvi ſtypticitate, neque aliis ſymptomatibus, in aſciticis quæ frequenter obſervantur, laboraverit. Sane *Avicenna* hydropicorum ſitim clamoſam & inextinguibilem perbene nuncupat; etenim aliquando eidem leniendæ, extinguendæque vix potum quemcunque ſufficere, autopſia locuples eſt teſtis; ut ideo tritum illud: quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ: apprime in hydropicos quadret. Probabiliter vero eo tempore vel ſubita hydropis generatio, vel meſenterium obſtructum, vel vaſa ejus chyloſo-lymphatica rupta, vel acriores primarum viarum cruditates, moleſtiſſimo illi affectui occaſionem præbent. Quodſi enim ſubito & copioſe ſerum effunditur in abdomen, ſanguis ſero ſuo privatus, nec humectandis faucibus idoneus non poteſt non ſitim ægre explebilem excitare; non

fecus ac in diarrhœa, fudatione larga, aliifque copiofis excretionibus fe-rofis animadvertere folemus. Sic porro potus affumtus propter vaforum mefenterii obftructionem vel dilacerationem in via interceptus, aut ab ea deflectens, jacturam feri, quam fanguis excretionibus naturalibus, tum vero præternaturali effufione in hydrope facit, refarcire dum nequit, non eft, cur feri penuriam, indeque oriundam fitim miremur. Verum & hoc non raro accidit, ut cruditates biliofo-acres vaporetenus in os adfcen-dentes, fitim in hydropicis moveant, augeantque, aut fimilibus mole-culis fanguinem imbuant, eumque nimis acrem reddant. At enim vero cum noftra neque de ructibus acribus conquefta fit, neque quicquam fenfibilis vitii in mefenterio comparuerit, & infuper hydropis generatio lenta admodum fuerit, quilibet facili perfpicit negotio, potum chylumque per viam regiam fanguini advectum, iftum purpureo illi liquori conci-liaffe fluorem, ut humectandis faucibus omnino fufficeret. Imo quoniam nihil labis in hepate, liene, pancreate, ventriculo, & inteftinis, eft ob-fervatum, & omnia hæc vifcera partim fuccis præparandis ad chylifica-tionem abfolute neceffariis, partim chyli præparationi, & diftributioni; fecumque alvinarum exclufioni funt deftinata, exinde non obfcure patere arbitror, cur noftra, non obftante hydrope, non fine appetitu come-derit, alvum quotidie purgaverit, nec in confummatam tabem inciderit: quale quid tamen in hydropicis plerumque videmus, in quibus præme-morata vifcera male, peffimeque folent effe comparata.

§. XIII.

In cognofcendis binis hydropis fpeciebus, nempe afcite, & ovarii hy-drope, nonnullos medicorum errorem commififfe non modicum, in hi-ftoria indicavimus. Id omnino negari nequit, orientem ovarii hydro-pem vix ac ne vix quidem, aut plane non cognofci poffe: præcipue quando corporis partes externæ nihil œdematofi tumoris exhibent. Equi-dem noftra in principio mali dolorem obtufum, fixumque, quem ipfa-met recte explicare nefciebat, fenfit: at incertum plane hoc effe fig-num vix fufpicioni movendæ aptum, quilibet cordatus facile mecum fa-tebitur. Sed cum paulatim tumor in abdomine abfconditus ea ceperit in-crementa, ut tactu percipi potuerit, certe fi quis, non modo hiftoria-rum de ovarii hydrope editarum probe callens, fed & fitus partium na-turalis haud ignarus, tum puellæ phlegmaticam indolem, tum ipfius tumoris pondus, & lapfum ejus in illud latus, cui corporis fitus fave-bat, perpenderit accurate, eum probabili quadam ratione ovarii hydro-pem fufpicari potuiffe, nemo non intelligit. Quantumvis autem figna hæcce non omni ambiguitate careant, fiquidem nonnunquam ovarii ftea-toma hydropem ejus mentitur, & non abfimilis tumor circa eandem regionem efflorefcit, integro exiftente ovario: tamen error vix condo-nan-

nandus eſt iis, qui infecutum aſcitem cum graviditate minus conſiderate confuderunt. Me quidem haud præterit, non paucos medicorum ſubinde graviditatem pro hydrope & vice verſa, habuiſſe, ita ut imaginarii hydropis per partum infantis felicem ſolutione, graviditatis vero falſæ ſubſecuto partu nullo errorem ſuum demum agnoverint: tamen, ut ne quis in ſimilem incidat errorem, famamque ſuam ludibrio vulgi exponat, in declarando præſenti adfectu ſumma circumſpectione utatur, neceſſe eſt. Sane hydropi uteri cum graviditate interdum inſignem cognationem intercedere, Cl. *Præſes*, Præceptor meus devenerandus, olim in propeeptico quodam inaugurali memorabili exemplo illuſtravit. Namque mariti cujuſdam uxor, plurium liberorum genitrix, hydrope ſic laboraverat, ut non modo durante imaginaria geſtatione ſe multoties tenelli motum percepiſſe retulerit, ſed & probationis ergo mammas tumidas lacque fundentes conſpiciendas exhibuerit; nihilo tamen ſecius, cum circa poſtrema geſtationis tempora lecto adfixa hæreret, facies pallida corpuſque tabidum compareret, tumorque ille non ſine gravativo ſenſu rueret, quorſum corpus inclinabatur: profecto ſagaciores ante aquarum partu excluſarum eruptionem, eam pro mera imaginaria gravida habuere. Uti vero hydropicarum lac in mammis inſoliti plane quid olet: ita, cum in noſtra thorax contabuerit, abdomen vero intumuerit, decumbentis abdomen cum gravativo ſenſu de latere in latus fuerit converſum, reſpiratio inprimis pro diverſo corporis ſitu ægerrime proceſſerit, fluctuationem aquarum in abdomine miſera ſenſerit, pallor faciei, & univerſi corporis macilentia incrementa quotidie ceperit, præfatus ovarii tumor antegreſſus ſit, urina pauca, eaque lixivioſa, emanaverit, eam inconſiderate pro gravida habiatm eſſe, nemo non videt. Aſcitis quidem inter ſigna ſitis intolerabilis, anorexia &c. haud poſtremum locum occupat; tamen uti hydrops ſaccatus & uterinus hos adfectus ſubinde comites nequaquam habet: ita cum pleraque viſcera in noſtra ſalva fuerint, iſtiuſmodi adfectuum abſentia medicus decipi haud debuiſſet: cum ſane ex antea commemoratis ſignis aſcites jam tum ſatis clare patuerit. Interim diſſimulare nequimus, interdum aſcitis primum ortum cognitu eſſe perarduum. Proinde eo tempore non nimis præcipitanter de præſenti adfectu animi ſui ſenſa explicet medicus: ſiquidem proceſſu temporis luculentius cognoſcet, quid boni malique ſubſit. Hac enim ratione inſonti puellæ non facile maculam adſperget, nec fæminæ gravidæ partus felicis ſpem præſcindet.

§. XIV.

Neque vero minus circumſpectum in prædicendo morbi eventu ſe gerere decet medicum. Etenim aſcitem ambigui admodum eſſe eventus, quis, quæſo, eſt, qui ignorat? Nonnulli ſcholam Salernitanam in ſui

ipſius

ipſius opprobrium: hydrops, quartana, medicorum ſcandala plana ? ceciniſſe arbitrantur; atque *Aretæi* (*m*) effato: *hydrops injucundum*, inquientis, *adſpectu vitium eſt*, & *toleratu difficile*; *ab ipſo enim perpauci liberantur*, *idque felicitate quadam*, *ac deorum potius*, *quam artis auxilio*; nullo modo ſunt contenti, exiſtimantes, medicinæ vires tam anguſtis cancellis haud eſſe includendas; præcipue cum plurium hydropicorum pro deſperatis habitorum, & convenienti methodo tractatorum, fauſta fortunataque cura arti medicæ inſigne decus conciliaverit, & etiamnum conciliet. Quantumvis itaque hoc in paſſu Apollineæ arti nihil gloriæ detractum velim, auctor tamen ſuaſorque ſum, medicus ut ſibi caveat, ne forte huic vel illi medicamini nimium confiſus, quemlibet hydropem pro adfectu curatu facili ſine diſcrimine proclamet; vanaque ſpe clientem ſuum lactet. Haud pauci ex bona ventriculi, inteſtinorum, hepatis, lienis, pancreatis, meſenteriique conſtitutione, atque adeo ex appetitu ciborum, ſitis penuria, alvo quotidie aperta, ſimilibuſque ſignis, nec quidem ſine ratione, felicem hujus adfectus eventum augurari ſolent. Sed enimvero hæc omnia vana fuiſſe in noſtra, exitus eheu! ſatis ſuperque docuit. Alii ex dyſpnœa, eaque inſigni, qua inprimis noſtra laboravit, funeſtum aſcitis eventum ſibi concipiunt; nec ſic quidem male: præcipue ſi id mali a corrupto pulmone, aut conjuncto thoracis hydrope ſimul originem ducat. Nuda vero ſpirandi difficultas, tametſi etiam inſigniori gradu vexet ægrum, nihil certi deſignat: ea namque eſt conſuetum aſciticorum ſymptoma, qui tamen, ceteris paribus, interdum ſanitatem ex animi ſententia recuperant. *Celſus* (*n*) jubet, tam potum, quam urinam hydropici metiri, & quod ſi quantitas urinæ quantitatem potus ſuperet, bonam ſpem ſanitatis recuperandæ ſupereſſe perhibet. Certe ea felicitas noſtræ nunquam contigit, ut copioſe minxerit; quandoquidem ex morbi hiſtoria conſtat, eam toto morbi curſu parum urinæ excreviſſe. Sed cum ex eadem quoque hiſtoria innoteſcat, ægram ob ſitis defectum pauco potu quotidie uſam eſſe, pauca quoque urina parum luminis morbi prognoſi accendere videbatur. Hydropem ovarii non ita periculoſum eſſe, ii cumprimis docent, qui eundem viginti annos duraſſe exemplis comprobare haud verentur. Eum vero curatu eſſe difficillimum, omnes fere uno fatentur ore. Uti namque quilibet ſaccatus hydrops quorumvis pene remediorum efficaciam eludit, quia materia peccans munimento veluti quopiam, ſeu ſacco hydropico, circumſepta eſt, quorſum, ut veroſimile fit, medicamenti vis pertingere nequit: ita non inconcinne hydrops ovarii ſaccato hydropi accenſetur, cujus cura fortaſſis multitudine hydatidum difficilior longe redditur. At vero ſi contingat, ut ovarii tumor hinc illinc dehiſcat, ſerum pluat, &

(*m*) L. 2. de diæt. c. 1.
(*n*) L. 3. c. 21.

& afcitem fimul gignat, tantum abeft, ut periculo careat, ut potius in vitæ periculum ægrum conjiciat. Atque hanc principem fuiffe rationem; cur noftra lentam obierit mortem, animo meo perfuafum omnino habeo. Siquidem afcitis quidem longo affligit tempore, fed certa pernicie tarditatem compenfat; eundo crefcit, crefcendoque deterior fit. Quapropter ficuti diuturnitas mali, nec non irritus optimorum etiam remediorum fucceffus non obfcuris indiciis prodit, funeftum mali futurum effe eventum: ita cum idem in noftra fuerit animadverfum, infuperque afcites ex immedicabili fonte promanaverit, eidem convalefcentiæ fpem promitti haud potuiffe, fponte fua innotefcit. *Galenus* (o) fuo jam tempore afferuit, hydropem, fi cum febre acuta conjungatur, curatu effe impoffibilem. Profecto cum febris acuta exanthematica paracenthefi inopinato fupervenerit, mortem metuendam effe, judicatu non erat difficile, eamque fufpicionem mox fubfecutus ex hac vita difceffus confirmavit.

§. XV.

Quamvis autem eventus docuerit, malum rebelle admodum fuiffe, atque lethiferum, tamen uti viventes morbi calamitatibus mire afflicti ad vitæ ufque exitum medicam opem anhelant; atque infuper infoliti quid in praxi medica fubinde obfervatur, i. e. ut defperanter decumbentes præter expectationem convalefcant, atque etiam medici ceteroquin ingeniofi; in abftrufarum, abfconditarumque; quas fufpicantur; caufarum cognitione falluntur nonnunquam, ideoque in ambiguo ftatu verfantes vix quicquam intentatum relinquunt: ita mirandum non eft, fi noftra variis remediis irrito licet, vanoque fucceffu, fuerit ufa. Nonnulli catharcticorum in hydrope curando ufum ad fidera ufque extollunt, atque medelam ejus fine iifdem inutilem effe, minufque falutarem, opinantur. Alii ea quidem non infuper habent, at promifcue tamen non adprobant, imo plane rejiciunt, nempe fi afcites cum phthifi, induratione & exulceratione vifcerum fit conjunctus. Sane purgantium minifterio plurimos hydropicorum ex animi fententia priftinam recuperaffe fanitatem, extra controverfiam effe collocatum judico. Nemo vero praxeos medicæ gnarus ignorat, fine iis, aut perpauco laxantium faltem ufu interpofito, feliciter curari hydropem. Quis vero exoptatam iftiufmodi curam propter neglecta cathartica inutilem, minufque falutarem pronunciabit? Profecto uti natura crifin per alvum, modo per vias urinarias, aliaque organa molitur, & efficit; ita pro ægrorum diverfa conftitutione, catharcticorum, fudoriferorum, diureticorumque effecta non uno modo fe habent. Itaque ægrotantis idiofyncrafia dum medentis animo obverfatur, non facile fpem omnem atque fiduciam in decantatum catharcticum ponet,

(o) Comment. 1. & 3. progr.

ſed potius evacuantia particulari ægri diſpoſitioni accommodabit. Equidem noſtra neque phthiſi, neque induratione vel exulceratione viſcerum laboravit, atque ideo contraindicantia, quæ catharcticorum uſum diſſuadent, haud adfuere: tamen eidem purgantia plus damni, quam ſolaminis, peperiſſe, ex jam dicendis clarius innoteſcet.

§. XVI.

Nimirum in eligendis catharcticis inſignis Practicorum eſt diſſenſus; etenim non pauci fortiora, quæ draſtica alias audiunt, ad quæ elaterium, euphorbium, ebuli ſuccus, cryſtall. lun. aliaque pertinent, magni in hydrope obſtinato æſtimant; alii contra ea cane pejus & angue eſſe vitanda, perhibent, & ſaltem lenioris naturæ purgantia, v. c. fol. ſenn. radic. rhabarb. mechoacan. jalapp. hellebor. nigr. ☿. dulc. ſimiliaque interdum minima doſi draſtici acuata calculo ſuo adprobant, ita, ut junior inprimis Practicus, quorſum in ancipiti caſu ſe vertat, propemodum neſciat. Neque enim exigui ſunt momenti argumenta, quibus draſtica maxime impugnantur; ſiquidem eorum vi ſeptica ventriculi, inteſtinorumque tonum jamdum labefactatum infringi & deſtrui, ſubſtantiam eorum arrodi & exedi, humores vehementius commotos per dilacerata vaſa largius effundi, tormina & ſpaſmos intendi, flatus congeri, vitalem humorum motum impediri, ſubitaque & larga colluviei ſeroſæ evacuatione ægrum ſuffocari, adſeverare non dubicant. Hæc omnia ſi cum veritate plane congruerent, lævæ is mentis foret, qui ejuſcemodi remedio ſumme nocivo uti velit. At vero quodſi commemorata remedia huic vel illi data parum vel nihil noceant, ſed potius iis hydropicus remediis, veluti ex orci faucibus eripiatur, numne ea indiſcriminatim atro carbone notare fas eſt? Minime gentium. Nolo jam ad empyricorum turbam provocare, qui draſtico fortuito quidem caſu, ſed tamen aliquando appoſite adhibito hydropicum ſanant, qui ex ſcholis medicorum, juſto modeſtius forte ibidem tractatus, ad eorum tranſiit caſtra, utpote de quibus *Tim.* a *Guldenklee* non ineleganter ſcribit, quod ſol quandoque proſperos eorum ſucceſſus adſpiciat, adverſos autem terra tegat, & perpetuum injungat ſilentium. Sed venit mihi in mentem *Sydenhamii*, lectionis veterum monimentorum amantiſſimi, ſententia, quam hac de re fovet. Is namque non ſolum ſalutares ita dictorum draſticorum in hydrope vires pluries expertus eſt, ſed & iis auctoritate veterum medicorum munitus priſtinum honorem reſtituere allaboravit. Inprimis laudato viro bilem movet, quod conterraneus ſuus, *Williſius*, adeo ſiniſtre de medicis ſentiat, qui elateria quadam pharmacia in hydropis curatione utuntur; hinc ſibi temperare nequit, quin in ſequentia erumpat verba: *At egregius hypotheſium artifex nimium inconſiderate hæc protulit, antiquis medicis, vel prorſus neglectis, aut certe inconſultis, a quibus tamen ampliſſimus nobis*

de

de re medica thesaurus summa fide, verborumque integritate, traditus est: fiet itaque honor suus elaterio. Neque vero tralatitia est sententia, quam fini dissertationis de hydrope subnectit: *Fortasse objicies,* inquit, *ex his medicamentis hydragogis pleraque deleteria & mali moris esse, adeoque minus tuta; imo ejusmodi pharmacorum symptomata fere lethalia esse. Respondeo: in gravissimo morbo, & casu desperato vehemens auxilium experiri melius, quam nullum. Deinde, si quae sint, raro per se, sed antidotis commissa exhiberi solent; perinde ut in alexipharmacis compositionibus fieri solenne est. Postremo, quae proprie & peculiariter gravi alicui morbo accommodata sunt, facile tolerantur, etiamsi eadem in integro corpore, sine summo vitae periculo, dari non poterunt: ita in ascite ob aquae abundantiam saevitia medicamenti ferocissimi parum sentitur.* Hæc si quis perpendat probe, facile animadvertet, tunc demum ad ea remedia transitum esse faciendum, quando purgantia, aliaque mitioris indolis gratis adhibita fuere. Quid enim opus est drastico, si medicina naturæ magis amica morbus tolli queat. Et quemadmodum medicus ex juvantibus & nocentibus signa depromit, quibus & curæ & morbi eventum bonum vel malum cognoscit; ita si drastico vel cathartico mitiori dato observet, ægrum id remedii genus bene ferre, ventrem detumescere, reliquaque symptomata mitescere, cur a provido eorum usu abstinere debeat, causam non video satis idoneam. Contra si cathartica quæcunque liquores parum aut copiose, sed sine solamine, i. e. permanente aut increscente tumore, & non sine exacerbatione symptomatum reliquorum, eliminentur, prudentia medica postulat, ut cathartico tempestive valedicat. Nostræ leniora & fortiora multoties a variis data sunt cathartica; inprimis autem medicus, qui in vicina civitate degens, sibi fortunata hydropis cura non mediocrem famam acquisiverat, sex hebdomadas, & quidem alternis diebus apozema purgans validissimum eidem exhibuit, sed inauspicato successu: durante enim cura male se habuit, pejus post eandem: tandem, quippe abfuit, ut crebriori purgatione venter detumuerit, ut potius majora indies ceperit incrementa. Adeo multum interest, ut caveamus, ne curæ uni, cujus amore potissimum sumus capti, nimis indulgeamus, eademque subinde abutamur.

§. XVII.

Alii ascitícorum aquas per habitum corporis sudoriferorum externorum, æque ac internorum auxilio eliminare conantur, eumque in finem modo infusa & decocta sudorifera, modo essentias & spiritus ex vegetabilibus sudoriferis paratos, modo fixa diaphoretica terrea, aliaque pro diversa circumstantiarum varietate eligenda, modo balnea laconica; aut topica calefaciendi, exsiccandique virtute pollentia suadent. Sane *Helmontius*

 mer-

mercurio diaphoretico bis mille hydropicos curaſſe dicitur, atque Cl. *Boerhaave* (*p*) ſale communi calefacto abdomini applicato aſcitem exſiccavit; nec non *Langius* (*q*) ruſtici ſumme hydropici meminit, qui in clibano piſtorio tolerabiliter fervido per trihorium ſudando, ab imminente vitæ diſcrimine ſe liberavit: qua de cura *Schneiderus* (*r*) hoc fert judicium: *Ruſtici*, inquit, *ſolent ingredi furnum calefactum, in quo ſudant ad animi deliquium, quandoque curantur, & ſæpius ſuffocantur, & ſic a morbo liberantur.* Alii de ſudoriferorum uſu in hydrope aſcite non adeo magnifice ſentiunt, tametſi eadem, declinante hydrope, ad reliquias pituitoſas diſcutiendas, & occultam tranſpirationem promovendam, adprobent: quos inter Cl. *Waldſchmidius* haud ultimum ſibi vindicat locum: *diaphoretica*, inquiens, *ob atrophiæ metum ſuſpecta ſunt, ut vix tuto uſurpari poſſint, tantum enim abeſt, ut ſerum evacuent, utpote exagitando maſſam ſanguineam, calorem & ſitim augeant, corpuſque magis extenuent*, adde, ſi mavis, ſpirandique difficultatem intendant. Et ſi etiam expectationi in proliciendo ſudore faciant ſatis, crediderim tamen, quavis larga ſeri evacuatione non parum damni aſcitico adferri, ſi ea ſine ejus levamine, i. e. permanente aut increſcente tumore ventris, fiat. Quandoquidem hac ratione reſidui humores ſeroſis particulis ſpoliati magis lenteſcunt, & inacreſcunt, hydropicorum ſymptomata non parum exacerbantes. Noſtra ſuaſu ſupra memorati medici laconico balneo, & diaphoreticis ita eſt uſa, ut uno die purgaret, alteroque ſudaret, atque reciprocum catharcticorum, ſudoriferorumque uſum per ſex hebdomadum ſpatium ferie non interrupta continuaret, quo ſucceſſu, eventus docuit.

§. XVIII.

Cum diuretica more ſudoriferorum non ita fatigent corpus, nec catharcticorum inſtar tormina, aliaque mala moveant, ideoque naturæ magis ſint amica, & inſuper ſuperfluum ſerum naturaliter per vias urinarias expurgetur, hæc inprimis in hydrope omnium tutiſſima eſſe, atque optima, communis fere cordatorum medicorum eſt ſententia. Hinc infuſum (*s*) trifolii fibrini, cereviſia (*t*) ex abſynthio & bacc. juniper. recentibus parata, lixivia, ex cinerib. geniſt. ononid. ſtipit. fab. &c. vino vel aqua confecta, aliique ſales fixi & volatiles, temperiei ægrotantis accommodandi, tantopere commendantur. Licet vero noſtra præter alia diuretica tres hebdomadas lixivium e ſtipitibus fabarum paratum, non neglectis alterantibus, &

(*p*) *Hoffmanni* differt. de hydrope, p. 45.
(*q*) In animadv. ad Pathol. ſpagyr. fabr.
(*r*) Diff. de hydrope, §. 56.
(*s*) *Joh. Francus* tr. de trifol. fibr.
(*t*) M. N. C. D. An. 9. 10. obſ. 18.

& lenioribus laxantibus, hauserit; tamen nec hujus usus quicquam solaminis eidem peperit, urina quoque eo tempore parce fluente. De domesticis remediis, aliisque ipsi a variis commendatis jam nihil dicere attinet, præcipue cum eorum notitiam non habeamus satis exactam: panaceæ autem mentio adhuc est facienda, quam adeptus miris præconiis extulit, cujus tamen usus vanus fuit, irritusque.

§. XIX.

Ex superioribus clare innotescere arbitror, hydropem variis adminiculis pharmaceuticis sæpius ex voto dissipari, alio vero tempore quævis incassum prorsus adhiberi, & nostra, & alii bene multi ex hydrope denati funesto suo testantur exemplo. At enim vero quæ subsit ratio, cur remedia, quæ multis eximie profuere, aliis sint nocumento, aut minimum desideratum effectum haud præstent, id quidem difficiles explicatus habet. Certe unius, alteriusque, aut plurium viscerum functionibus naturalibus & vitalibus destinatorum pertinacissima obstructione, scirrho, corruptione, exulceratione, hydropem reddi curatu difficilem, & plane impossibilem, non ita mirum est. Nam uti ascites in se spectatus mirum in modum fatigat ægrum, nec ita facile sanari poteft, sane si is foveatur viscerum morbis, quibus mederi nequimus, & qui anti-hydropicis non raro exacerbantur, ita, ut ab his sæpe abstinere cogamur, atque affectus ii unitis viribus medicinæ cuicunque resistant, ægrumque enervent, profecto tandem necesse est, antiquam illam cantilenam canamus: contra vim mortis non est medicamen in hortis. Vix autem existimaverim, hanc fuisse genuinam rationem, cur nostræ hydrops omnem remediorum pharmaceuticorum elusérit efficaciam. Equidem ovarium in hydatides erat mutatum: quoniam tamen nulla corruptionis aderant signa, & insuper actio ejus non tam ad individui, quam speciei conservationem facit, & cetera viscera bene satis erant comparata, excepto pulmone, cujus color luridus fatalem corruptionem non indicabat: sponte sua hinc fluere autumo, alii causæ esse adscribendum, quam ob rem ascites curari haud potuerit. Hydropem aliquando ex vasorum mesenterii chyloso-lymphaticorum ruptura natales suos deducere, medicorum monumenta satis superque testantur. Sane nisi singulari naturæ artificio, evacuatis licet aquis, canales ii consolidentur, non tantum hydrops renovabitur, verum tandem & hujus, & consummatæ tabiei atrocitate extinguetur æger. Tale quidem nostræ metuendum non erat, quippe cujus mesenterium, & actiones naturales nullam rupturæ memoratorum vasorum suspicionem movebant. Propterea vero haud negaverim, ovarium in peripheria hinc illinc apertum immedicabilem præbuisse fontem, ex quo emanavit lympha in abdomen confluens. Nihilo tamen secius si modo ea catharcticis, aliisque, separatis temporibus fuisset evacuata, probabiliter ægra aliquamdiu in vivis conservari potuisset.

Sed enim vero uti natura sua sponte, quod interdum fieri solet, serum ex corpore haud extrusit; ita nec medicamentis id effici potuit. Etenim licet eo fine quamplurima fuerint data, tumor tamen abdominis nunquam decrevit, sed accrevit. Profecto quo pacto liquor serosus in abdomen effusus, ibidemque magna quantitate collectus, per vias urinarias, aut per alvum, aut habitum corporis evacuari soleat, ægre utique intelligere licet: tametsi experientia rei ipsius veritatem satis confirmet. Nolo in præsenti operosius indagare, utrum extravasati liquoris aut medicamentorum virtute intestinorum, aut vesicæ pori adaptentur ita, ut per eos extravasatus liquor trajici, in eorum cavitatem effundi, & sic demum extra œconomiam animalem proscribi possit, an vero simile quid vasis lymphaticis aut sanguifluis accidat, quo circulationis lege tandem per emunctorium quodcunque liquor peccans evacuari queat. Quamcunque vero amplectaris sententiam, necesse tamen est, definitam supponas proportionem poros inter secernentes, & liquorem secernendum. Quam si nulla medicina efficere poteris, hydrops quoque erit incurabilis. Et hæc fortassis est ratio, cur ex nostræ abdomine aquæ ibidem collectæ, & copiosissimam materiam sebaceam continentes, ideoque forte ad secretionem minus idoneæ, neque catharcticis, neque diureticis, neque sudoriferis, evacuari potuerint, & cur ex iis remediis omnibus ne levamen quidem eadem senserit.

§. XX.

Sed quid tandem de paracenthesi dicendum, post quam nostra brevi vitam miseriarum plenissimam finiit. Sunt utique nonnulli, qui eam non modo floccipendunt, sed & plane rejiciunt. Quod si enim ad eorum mentem interna sint rite constituta, ægerque naturæ robore polleat, vix opus videtur esse paracenthesi, cum natura medicamentis adjuta, sublevataque, saburram aquosam per loca convenientia expellere potis sit. Sin vero prava adsit viscerum indoles, aut hydrops nimis invaluerit, & æger justo sit debilior, periculum omnino est, ne vita cum aqua effluat, aut etjam punctura paracenthesi facta sphacelosam corruptionem contrahat, funestique eventus causa sit. Equidem prolata argumenta non plane nullam habent vim, at tanti tamen momenti mihi haud videntur, ut iisdem commoti paracenthesin ex remediorum catalogo expungere debeamus: quandoquidem ex antecedenti thesi nemini non perspicuum fit, nostræ viscera satis bona fuisse indole, eoque tempore, quo ipsi data sunt hydrotica, natura ejus satis valida erat, quæ tamen medicamentis suffulta eliciendis aquis minime sufficiebat, non obscuro indicio, regulam datam non ita esse universalem, ut non quandoque patiatur exceptionem. Propterea vero id ego haud asseruerim, paracenthesim viscerum indurationi, exulcerationi, aut corruptioni, vasorumque rupturæ, medelam afferre, sed neque mihi hoc

fa-

facile perfuaderi paterer, hydragoga iis adfectibus adeo eximie conducere, multo minus iifdem curandis fufficere, ita ut hac in re medicamenta haecce cum paracenthefi unam fere eandemque videantur habere vim. Utinam remediorum pharmaceuticorum vires ea certitudine fe nobis commendarent, quam merito in operationibus chirurgicis magni facimus; etenim hac ratione morbos poffemus depellere longe felicius, exoptatiufque. Quis autem adeo præfractæ erit frontis, ut negare audeat, aliquando magno molimine per cathartica, diureticaque, intendi fruftra aquarum evacuationem, quam tamen fimplici punctura intra breviffimum temporis fpatium obtinebis. Fortaffis, nifi fallor, in adhibendis ejufmodi operationibus fumus aliquando nimium fcrupulofi, ne dicam, jufto meticulofiores: quo fieri folet, ut tempus fubinde elabi finamus, quo æger paracenthefeos ope plenarie fanitati reftitui potuiffet. Sane fi forte fortuna ufu veniat, ut umbilicus afciticorum fponte fua rumpatur, tantaque cum euphoria aqua evacuetur, ut æger fuæ fanitatis omni ex parte fiat particeps, falutaria naturæ molimina merito laudamus, deprædicamufque. An adeo magnum difcrimen fpontaneam inter umbilici rupturam & puncturam arte factam intercedat, & an huic non æque vis fit tribuenda, hydropem, ceteris paribus, plenarie fanandi, penes æquum lectorem efto judicium. Catharcticis, fimilibufque, interdum afciticos palliative faltem curari, i. e. minui quidem iis tumorem, aut diffipari, at eundem brevi denuo repullulare, in vulgus eft notum: idem propemodum in paracenthefi obfervare eft. Etenim quando fons, e quo promanat aqua, eft immedicabilis, & ubi prava vifcerum conftitutio emendationem admittit nullam, novo hydropi fomes fubditur: ex feri quidem evacuatione folamen percipit æger, fed a malo plene haud redditur liber. Atque eum potiffimum in finem operationem amplectebatur noftra, ob fuffocationis periculum fummis anguftiis expofita. Equidem funt, qui paracenthefi fuffocationi, aut puncturæ fphacelofæ corruptioni occafionem dari, opinantur, proptereaque remedium hocce, quantum in fe eft, maximopere diffuadent, in noftra tamen contrarium emicuit; fiquidem paulatim facta aquarum evacuatione res eo devenit, ut longe commodius, tranquilliufque refpirare potuerit, & poft fata clare patuit, puncturam nullum inflammationis, nedum fphacelofæ corruptionis fignum exhibuiffe, haud obfcuro argumento, aliquando remedium quodpiam præter neceffitatem fufpectum fieri. Quod autem ægra, non obftante qualicunque folamine, interierit, id febri malignæ exanthematicæ adfcribendum eft, quam fortaffis ante operationem nemo olfacere potuit. Profecto chronico quopiam morbo detenti, fibimetipfis ex eo mortem præfagire folent; tametfi non hujus, fed alius præter fpem fupervenientis atrocitate quam fæpiffime mortalium numero eximantur. Idem noftræ accidiffe, eventus edocuit. Utrum atmofphæra calida, an vero vafa fanguifera a ponderofo liquo-


re

re liberata fermentationi ſanguinis prædiſpoſiti malignæ occaſionem ſubminiſtraverint, jam brevitatis ergo haud inveſtigabimus, finem potius huic qualicunque meditationi impoſituri.

FINIS.

LUDOVICI

Tab. XVIII.



AAAA. *Ovarium prægrande in hydatides mutatum.*
BB....... *Integumentum ovarii incisum et reclinatum.*
c c c.... *Hydatides variæ magnitudinis.*
d d....... *Vasa sanguifera per hydatidum membranas dispersa.*
e e e... *Aperturæ in integumenti peripheria conspicuæ.*
ffff..... *Tubæ fallopianæ fimbriæ vasorum instar, extenuatæ, elongatæ, dispersæ, et ovarii integumento adnatæ.*
G G....... *Ligamenta uteri rotunda.*
H.......... *Uterus.*
II.......... *Pars uteri media cervice angustior.*
K.......... *Orificium uteri internum.*
L.......... *Vagina uteri incisa et explicata.*
M.......... *Tuba fallopiana.*
N.......... *Ovarium naturali magnitudine gaudens.*

Disput. Medic-Pract. Tom. IV. SCHACHER DE VIRGINE ASCITICA. *pag.* 352.



CXXVII

LUDOVICI SALZMANN

DE

ABSCESSU INTERNO MIRÆ MAGNITUDINIS DIGNIS CUM HYDROPE ET ALIIS NOTATU IN MULIERE ARGENTORATI NUPER OBSERVATO.

Argent. 14. *Dec.* 1671.

H I S T O R I A

Anno 1671. d. 26. April.

IN Nofodochio Argentinenfi, ancilla quæ aliquot nobilioribus familiis hujus urbis fervitia præftiterat, annos nata 23. conftitutionis calidioris ficciorisque, conquerebatur à tribus jam annis de fuppreffione menfium & factâ inde intumefcentiâ abdominis, hoc quippe juxta notabiles venas atro & craffo fanguine refertas quas exhibebat, fenfim in tantam excrevit magnitudinem, ut à plurimis ipfa crederetur gravida. Imploraverat mifera opem medicorum, qui menfes ab initio ob impraegnationis fpeciem & fufpicionem provocare non fuftinebant, poftea ob diuturnitatem temporis, remotâ impraegnationis fufpicione fortiora imo fortiffima exhibebant medicamenta, quæ menfes pellerent, fed in caffum laborabant, quippe abdomen potius fenfim à finiftro hypogaftrio verfus finiftrum hypochondrium magis extendebatur; reliquo corpore fere contabefcente, ambulare tamen hinc inde poterat, utcunque valebat, vigebat appetitus. Non conveniebat hactenus inter Medicos, quali morbo hæc mifera laboraret. Alij eam judicabant hydropicam, quod quidem ab initio fatis colorata facies, & gracilitas pedum negabant, dum imprimis neque fingularis fitis eam fatigabat. Molam potius adeffe credebant alij, verum figna aliâs molam indicantia, non exactè aderant, nec molam fufpicari concedebat virginitas quam patiens fancte femper defendebat. Hydropem uteri effe, (qualem in fœmina Argentinenfi Anno 1628. *Magnificus Dn. D. Melchior* SEBIZIUS *Med. Prof. Publ. Senior, Com. Palat. Cæf. & Capit. Thomani Præpofitus, ut & Civit. Archiater*, Vir quem profunda eruditio & rara fenectus ad 94. annos fe extendens admirabilem reddit, obfervavit cum 76. molis,) figna diagnoftica multis perfuadebant. Quibusdam tamen abfceffus quidam præternaturalis internus, cujus generis non ita pridem tres infignis magnitudinis in abdomine puellæ 3. annorum, ex præclara familia oriundæ fummo cum ftupore ab Excellentiffimis aliquot Medicis me præfente confpiciebantur, & quales à Cabrolio Obferv. 33. 35. notantur, fufpectus erat.

Hæ erant Doctorum Conjecturæ, certi tamen quid definire nullus audebat, certitudinem rei ex apertione cadaveris finguli defiderantes; vivebat hæc interim fine notabili mutatione usque dum circa initium Aprilis Anno 1671. glifcente pede cum vehementia in terram ruebat, ex quo lapfu multum fenfit incommodi, abdominis enim tumor furgebat altius, ita ut umbilicus totus obliteraretur, venæ in abdomine antea notabiles, jam nodofæ in majorem extendebantur magnitudinem, fubfequebatur fpirandi difficultas, pulfus erat parvus, frequens, & inæqualis, cordis fy-

ftole & diaftole fub clavicula finiftra, (hucusque enim protrudebatur cor.) exacte cernebatur. Ventriculus refpuebat omnem cibum, unde inter omnes qui adftabant conveniebat, ipfam paucis diebus effe exfpiraturam, fed præter omnium exfpectationem vitæ terminus de die in diem protrahebatur, ingravefcebat indies morbus, tantaque in abdomine ex largo potu retento colligebatur copia materiæ, ut abdomen cum diftendi amplius non poffet, mitteret ejus partem ad crura. Sexto igitur à lapfu die his tumorem inducebat, unde hydrops notabatur. Moriebatur autem die 26. April, Anni hujus labentis 1671. matutino tempore, quo ipfo die à meridie præfentibus Excell. Dnn. *Profefforibus* & DD. *Practicis* nec non Medicinæ Studiofis in Nofodochio cadaver aperiebatur, factâ itaque in dextro hypochondrio levi incifurâ, profiliebat ex abdomine aqua, quæ colore, confiftentia & fpuma cerevifiam probe coctam æmulabatur, foramine dilatato infequebatur purulenta & fœtida materia, imo totæ portiones omenti, peffime olentes, implebat autem hæc aqua circiter 14. menfuras Argentinenfes feu 56. lb. Evacuata hac materia & fenfim fubfidentibus partibus abdominis continentibus, ingens & folidior fub illis moles obfervabatur, aperiebatur itaque totum abdomen, quo aperto, vah! quæ mira fefe offerebant, quippe fub inguine finiftro confpiciebatur infignis tumor quem fuæ alebant venæ, circumjacentibus partibus undique membranis annexus, qui vinculis fuis liberatus eximebatur pendens 6½. lb. civiles. Erat autem tumor ifte congeries plurimorum abfceffuum cyfticorum, quos communis involvebat membrana, horum alii majores erant, minores alii, finguli qui aperiebantur peculiarem continebant materiam gelatinæ fimilem; maximus in duorum pugnorum magnitudinem excreverat, quem materia mucofa albumen ovi referente impletum videbamus, alius magnitudine ovum excedens melleam continebat materiam, alius albam, glaucam alius, alius fubfufcam, paucis, quot aperiebantur abfceffus, tot diverfa fere confpiciebantur contenta, & fubinde novus abfceffus novam promebat materiam. Confiderata hac mole etiam in alia inquirebatur: infinitæ erant hinc inde hydatides variæ magnitudinis, aliæ enim ad nucem juglandem magnitudine accedebant, aliæ minores inveniebantur. Peritonæum apparebat craffum inftar cutis. Omentum pene totum erat confumptum. Ventriculus bene fe habebat, erat autem plane inanis. Inteftina erant livida, turgebant mirum in modum quafi fiftula inflata fuiffent, colon præcipue, donec adacto cultello inufitatum exfpirantia fœtorem concidebant, membranis præter naturam fibi invicem erant infuper annexa. Hepar dextro hypochondrio valide quoque adhærebat, ejusque membrana, dum eximebatur à parenchymate fponte abfcedebat; cæterum quoad fpeciem fubftantiæ externam bene erat conftitutum. Renum finifter magnitudine fere cum liene certabat. Uterus & vefica nil præter naturam patiebantur. Pancreas durum erat inftar cartilaginis. Diaphragma ab aquæ copia & mole illa carnea furfum protrufum apparebat,

rebat, ita ut pectus fuerit anguftiffimum, remoto fterno etiam in thorace aqua fanguinolenta putrida inveniebatur, uti & in pericardio. Pulmones pleuræ firmiter erant affixi. Cordis ventriculus dexter præter naturam erat mollis & flaccidus, qui apertus hydatidibus erat obfeffus. Sanguis totius corporis erat fæculentus, ferofus. Superiores corporis partes macie erant confumptæ, inferiores tumidæ ob aquam intus contentam.

Hæc vera eft eorum quæ in hoc fubjecto obfervavimus relatio, cujus fides ob præfentiam *Clariffimorum Virorum*, qui ipfi fingula perluftrarunt & obfervarunt, non vacillabit. Utinam in re tam obfcura & comprehenfu difficili, in negotio naturæ tam fecreto, quantum cognofcunt & admirantur omnes, tam certi effemus, de vera rei caufa, quantum ingenio valebimus, auxilio divino fulti, inquiremus.

QUÆSTIO I.

Num moles illa infignis in dictæ ancillæ corpore inventa, fuerit Mola (ein Mutter-Gewächs)?

Mola (fic dicta forfan à Mole, quia fœminæ Molam geftantes moleftum onus fentiunt) in fpecie eft, uti Gorræus defcribit in definit. medic. *Caro informis & inutilis in muliebri utero concepta.* Hæc interdum rudimentum cujusdam formæ obtinet, fed inchoatum duntaxat. Cute vel membranis obducitur, intus venis abundat, fine offibus, fine inteftinis, fine vifceribus interdum etiam venis deftitutum, nil eft nifi nudum parenchima. In genere Mola alia vitalis eft, alia vitæ expers, vitales vel carnem informem tantum referunt, interdum venis intertextam, interdum venis deftitutam! vel varia mentiuntur animalia, lacertæ quippe, ferpentes, ranæ & alia à mulieribus excreta leguntur: Imo humanam quoque æmulantur figuram, ceu Hipp. l. 2. Epid. fect. 2. narrat. Antigenis Uxorem, carnofum puerum peperiffe, membris quidem & præcipuis corporis partibus diftinctum, magnitudine vero quatuor digitos non excedentem, totumque exoffem. Aliæ iterum ratione *Subftantiæ* ex fanguine funt concretæ, aliæ referunt pultem, nonullæ flatuofæ funt, aquofæ aliæ, aliæ ex alia conftant materia; ratione *Quantitatis* aliæ majores, minores aliæ apparent: *Numero* interdum plures, interdum tantum unica obfervatur. *Caufa* autem hujus erroris naturæ (Molarum intellige) eft materia quæ inhabilis eft, ut inde fœtus formetur, quod materiæ vitium facultatem plafticam, quæ per fe perfectum & laudabile opus intendit, impedit, quo minus finem fuum affequatur, unde hæc in locum perfecti fœtus monftrofam ejusmodi molem producere cogitur, quam interdum folam, interdum vero penes laudabilem fœtum elaborat. *Excluditur* vero talis mola vel ante fœtum, quod obfervavit *Guilh. Fabri-*

bricius. Cent. 2. *Obſ.* 54. vel cum fœtu *Schenck. l.* 4. *Obſerv.* 199. vel poſt fœtum, quod fit modo aliquot à partu menſibus, nunc anno uno, mox aliquot annis, interdum decem, viginti, pluribus annis. *Schenckius l.* 4. *obſ.* 205. imo ad finem vitæ à quibusdam retinentur, *Schenck. l. c.* ceterum Molæ ſive ſolæ generentur, ſive cum fœtu, *locus generationis ipſis* alius non eſt, quam uterus, & quidem ipſius cavitas, *Laurent. anat. l.* 8. *quæſt.* 13. Unde illas excreſcentias quarum *Schenckius l.* 4. *obſ.* 227. mentionem fecit, quarum altera extrinſecus matrici adnaſcebatur, altera vaſi ſeminali, molas non agnoſco. Et ſic merito quoque negamus, molem illam in fœmina cujus in caſu noſtro mentio facta prope uterum inventam, Molam fuiſſe, quia in cavitate uteri non hæſit, quippe qui in naturali magnitudine conſtitutus pyrum ex minoribus non excedebat, præterea ne quidem utero originem ſuam debuit, utero enim nullibi alligata fuit, nec ullo modo eam ab ipſo generatam vel conſervatam fuiſſe monſtrari potuit.

QUÆSTIO II.

An in Virginibus & Viduis caſtis Molæ generari poſſint?

Cum multi curioſi novarumque rerum ſtudioſi molem in caſu memorato narratam judicaverint Molam eſſe, & ſimul crediderint ſine ſemine virili molam procreari minime poſſe, fœminæ patientis virginitas in dubium vocari cœpit, placuit itaque hanc quoque quæſtionem paucis examinare, ut quodammodo intelligi poſſit quid judicandum de materia propoſita. Ad quæſtionis autem hujus explicationem neceſſe eſt ſcire materiam, ex qua producatur Mola, de qua varias fovent Authores ſententias; rem proponamus diſtincte. Molæ ſunt vel veræ vel falſæ. *Falſas* concedunt Authores poſſe generari ſine ſemine virili. *Veræ molæ* ſunt vel viventes vel vitæ expertes; ad *viventes* credo præter ſanguinem menſtruum & ſemen muliebre requiri etiam ſemen virile, unde talem ſine congreſſu maris generari, dicere vix auſim. *Vita carentes* conſtant aliæ ex ſola parenchymatica materia, negatis venis, & has ex ſolo ſanguine concretas affirmat, nunquam ſine honoris titulo nominandus *Dn. D. Melchior Sebizius*, in *Tract. de muliere Argent. quæ* 76. *molas fovebat*, aſſerit hoc quoque Mercurialis, aliæ vero præter carnes parenchymaticas etiam fibris, vaſis & membranis ſunt præditæ, quas quia ex duplici conſtant materia, plurimi Authores dicunt ex duplici quoque produci principio, ex ſanguine menſtruo quoad carnes, ex ſemine vero quoad fibras & vaſa; verum ſemen non adeo neceſſarium hic exiſtimo, cum natura in aliis nobis monſtrat ſe absque ſemine membranas & venas producere, quippe abſceſſus cyſtici aluntur per venas, quas natura ipſis demum efformavit, membrana inveſtiuntur quoque propria, quæ ex ſemine

ſemine demum fieri vix ullus affirmabit. Firmiter itaque concludere fas erit, neque in mola ad venas comparandas ſemen requiri. Si ergo non ſemen deſideratur, ne virili quoque opus erit. Unde tandem videtur poſſe dici: Ad molam veram viventem congreſſum virilem expoſci, vitæ expertem autem, ſive conſtet ex nudo parenchymate ſive venis ſit inter-texta, cum nullo ſemine nedum virili indigeat, in virginibus & viduis ſine virginitatis aut caſtitatis jactura poſſe geſtari, recenſet *Levin. Lemnius l.* 4. *de occult. Nat. mirac. c.* 19. eveniſſe puellæ nubili, cui dum amaſio frui negatum fuerit, illum animo menteque abſentem concepiſſe, ita ut ex crebra imaginatione maſſam quandam informem conceperit, refert quoque *Schenckius l.* 4. *obſ.* 203. *ex Marcell. Donato.* Nobilem mulierem, indubiæ honeſtatis Matronam, quinquageſimum ſextum annum natam, carnoſo corporis habitu donatam, cum jam per aliquot an-nos menſtruæ purgationes defeciſſent, annis 1573. & 1574. molas plu-res carnoſas ediдиſſe, quæ diligenter examinata ſe nullum ſeminis pro-fluvium in ſomnis nec ullam oblectationem perpeſſam affirmavit. Erant autem huic carneæ molæ nonnullæ ad pugni magnitudinem, aliæ mino-res. Hæc ſane Exempla ſententiam à me propoſitam egregie confirmant. vide inſuper *Valeſci de Taranta philon. l.* 6. *c.* 15. *item Fuchſ. prax. l.* 6. *c.* 58.

QUÆSTIO III.

An moles illa, quam negavimus molam fuiſſe, fuerit Abſceſſus.

Ad hanc quæſtionem ſolvendam opus erit notare prius, quid per abſceſſum deſignent Medici. Inſignis autem in hoc vocabulo latet ho-monymia, cujus vitio multos dum ſæpius committimus errores, hanc nos primum enarratione removebimus.

Prima itaque abſceſſus ſignificatio eſt, qua quemcunque tumorem ſua ſponte ſub cute erumpentem denotat, ſive fuerit phyma ſive exan-thema, ſive puſtula &c. quam ſignificationem vid. ap. *Hipp. l.* 2. *Epid. ſ.* 1.

Secundo ſuppurationem indigitat, dicit enim *Hipp. in prognoſt.* Oedema quod in ventre fatigat, minus facit abſceſſum, quam quod in iliis, quem locum *Gal. in Comment.* 1. *th.* 41. exponit, ajens. Oedema non ſolum citius, ſed etiam magis in iliis ſuppuratur, propterea quod ſedes eſt calidior.

Tertio abſceſſus ap. *Hipp. l.* 1. *Epidem. Sect.* 2. Morbi in morbum mutationem ſignificat; ut cum fit quartana per digreſſionem alterius.

Quarto. *Hippocrati in Coac. prænot. oph.* 2. 6. videtur abſceſſus ſig-nificare corruptionem, dum ibi præſagit Hipp. ad dentis ſiderationem, vehemens accedens febris cum delirio mortem minatur. Quod ſi fer-ventur ægri, ulcera pus colligent & oſſa abſcedent; ubi poſterioribus verbis

verbis *Anutius Fœsius* annotat. h. m. Ulcera autem purulenta oſſa corrumpunt, unde & ſanies emanat, & teſtulæ & ſquamæ excidunt, indeque abſceſſum facere dicuntur.

Quinto, abſceſſus fieri dicuntur, cum, quæ corpore quidem cum aliis partibus conjungebantur, adverſa valetudine contactum amiſere, quod obſervatur in fracturis oſſium, ulceribus, fiſſis & contuſis talem *Hipp. in Prænot. Coac. aph.* 501. notat inquiens, in fracturis oſſium capitis γίνεται ἀπόστασις τῆς σαρκὸς ἀπὸ τῦ ὀστέυ fit abſceſſus carnis ab oſſe, & hanc ſignificationem videtur nos docere etymologia. Abſceſſus enim apud Latinos eſt a verbo abſcedere, unde partes antea unitas invicem abſcedere indicat. Græci vero abſceſſum dicunt ἀπόστημα, quod ut ſcribit *Gal. ad Glauc.* eſt ὑπὸ τῦ ἀφίστασθαι quod itidem abſcedere ſignificat.

Sexto, *Galenus* videtur præter abſceſſum, qui per nudam fit abſceſſionem adhuc alium nobis indigitare, dum *l.* 2. *ad Glauc. c.* 7. Abſceſſum deſcribit quod ſit talis affectio, in qua invicem diſtant, quæ prius ſe contingebant corpora, & porro ſpatium dicit in medio fieri oportere, quod aliquam ſubſtantiam ſpirituoſam vel humidam aut miſtam ex utrisque comprehendat. *Duplex* autem eſt hic abſceſſus dictitante *Galen. l. meth. med.* 14. *c.* 12. Unus, cum phlegmone in pus verſa, pus ipſum tanquam in ſinu aliquo eſt collectum, qui abſceſſus in ſpecie phlegmones ſeu inflammationis nomine venit Medicis, licet Hipp. eum non phlegmonen, ſed compoſito nomine durum & dolens œdema appellet, quod notavit *Gal. Comm.* 1. *in Prognoſtica Hipp. cap.* 13. *aph.* 33. Signa hujus abſceſſus ſunt, 1. Calor. 2. Rubor. 3. Dolor. 4. Renitentia ad tactum. 5. Moleſta pulſatio. Alter abſceſſus eſt, cum nulla præcedente phlegmone ſeu inflammatione humor aliquis ſtatim ab initio in parte aliqua colligitur. Et talis abſceſſus vel contingit rarius, vel frequentius. *Frequentius* ſe *offerunt* tria illa genera, ἀθέρωμα, στεάτωμα & μελικηρίς. *Rarius* ille, qualis fuit moles illa, de qua noſtra agit quæſtio, cujus fere ideam *Galenus* nobis *in lib. de meth. med. l. c.* proponit, dum ſcribit. Alterum inter abſceſſus genus eſt, cum nulla præcedente phlegmone humor aliquis ſtatim ab initio, isque alias ſpecie alius, cæterum omnino acris in parte aliqua colligitur: porro excoriat hic circumpoſita corpora: ſpatium videlicet ſibi moliens, vel inter duas tunicas vel inter certas membranas. Excoriat autem omnino ipſa copia diſtendens: interim vero acrimoniam quandam a putredine tempore contrahens. Sane inveniuntur in hujusmodi abſceſſibus cum ſcalpello ſunt diviſi, proprietates quædam non paucæ, nec humorum modo, ſed etiam ſolidorum quorundam corporum: ſiquidem unguium, pilorum, oſſium, teſtarum, lapidum, & tophorum fragmentis ſimilia inventa in his corpora quædam ſunt. Ac humorum ipſorum alius veluti lutum vel cœnum vel olei quidam limus, vel vini fæx, alius adeo graviter olens, ut omnes averſentur.

fentur, verum hæc rarius incidunt. *Hucusque Galenus* : cujus elegans abfceffus defcriptio, cum tam belle cum affectu noftro conveniat, ceu in quo peculiaris etiam procul dubio humor fine phlegmone molem illam recenfito modo produxit, quod in generationis confideratione perpendemus, & præterea etiam in eo aperto non quidem ofſicula, pili, teftæ & fimilia, fed infignis variorum humorum varietas eft obfervata, quorum alius utique amurcam, alius vini fæces, alius nefcio quid aliud referebat, neque infuper teterrimus defuit fœtor, non dubitamus Galenum hac in re fequi, & affectum noftrum abfceffum appellare.

QUÆSTIO IV.

An fuerit nofter abfceffus per congeftionem, an per decubitum?

Refp. Videtur fuiffe abfceffum per congeftionem, qui uti fingularis doctrinæ Vir *Marc. Aurel. Severin. in Tract. de recondita natura abfceff. lib.* 3. *cap.* 6. *obfervat.* frigidi funt natura, quippe quos diuturnos perpetuo frigidas caufas agnofcere oportet. Deinde videtur & ipforum propria peculiarisque ratio frigiditas, propterea quod nullus generando dolor, nullaque febris aut febris prænuntius rigor infequitur, ac infuper quod frigidas exhibent fymptomatum notas, nullas omnino calidas, puta doloris, inflammationis, ruboris, pulfationis atque uno verbo fervoris & acrimoniæ. Etiam poft diuturna tempora, fi fuppurationem inire debent (non enim ita frigida funt corpora ut nullum calorem concipere vel non fuppurari poffint) exiguas caloris notas præbent, cum præter folia faniem crudam ichoresque aperti reddunt. His præterea abfceffibus fingulare eft, infenfile incrementum, nam crefcit occulto velut arbor ævo. *Noftro* igitur in abfceffu cum nulla præceffit febris, nec ipfe dolore acri vexabat, fed cum potius erat indolens, crudus, intime reconditus, ignavus, nullum caloris fenfum exhibebat, nullique inflammationi vel pulfationi fucceffit, quia dum fenfim fiebat, nullam notabilem intulit mutationem feu moleftiam, fed tum feipfum quodammodo prodidit, cum in aliquem cumulum elevatus tumor feipfum extulit, hæc, inquam, cum fuerunt figna noftri abfceffus, eum judico fuiffe abfceffum frigidum per congeftionem. Cum vero duplex fit fecundum *Severin. l.* 3. *c.* 9. & *Averrhoëm* congeftionis modus, *alter* qui folius concoctricis facultatis vitio commiffus eft, ubi membrum, uti loquitur *Petr. Aponenfis* fuum non poteft dirigere nutrimentum, & fibi affimilare convertitur in fuperfluitatem apoftemantem, qui quidem fimplex congeftus eft, & proprie dictus. *Alter* vero cum congerit quidem pars non a fe manantem humorem, fed aliunde profectum & non concitatum quidem, fed confiftentem, materia enim quæ in cavitatibus & conceptaculis corporis communibus acervatur, poftquam adaucta ab his capi non poteft

aut contineri, refunditur ad cavitates & poros loci particulares, & huc conjecta excitat larga congestione tumorem. Hoc duplici modo, inquam, dum fiat abscessus per congestum, ipso etiam dictitante *Galen. l. 2. ad Glauc. c.* 10. non priori quidem, posteriori tamen modo Abscessum nostrum procreatum dico. Cumque præterea uterque modus & suppurabilis sit & suppurationis expers, nostrum suppurabilem, imo in ipso suppurationis actu fuisse statuo.

QUÆSTIO V.

An abscessus fuerit criticus, an symptomaticus?

Criticus abscessus a nostris dicitur monente *Severin. l.* 1. pag. 69. qui productus a natura, materiæ translatione morbum ad salutem determinat atque præjudicat, non aliter quam decreto ejus, qui præsidet reus absolvitur. Symptomaticus vero est, qui peculiariter a vi morbi & ubertate materiæ proficiscitur, licet enim natura videatur intervenire expellendo materiam, & transferendo in alium locum, non tamen libere id agit, sed humoris vel acrimonia vel quantitate coacta; tentat quidem etiam natura commoda animalis promovere, & materiam commode disponere, coctione perficere, humores secernere, & die critico expellere sed materia præpollente, & ob id ipsum pro lubitu agente, natura victa ejus nutum sequi cogitur. Ex hac utriusque abscessus contemplatione, noster abscessus non criticus sed symptomaticus videtur esse, quod signa criseos perfectæ *à Gal. in Comment. ad aph.* 20. *l.* 1. consignata (quæ nulli quidem abscessui, nisi illi qui est per ἐκροτιν competunt) nobis clarius demonstrabunt.

Primum enim inquit *Gal. l. c. melior* est judicatio, quæ fit per evacuationem inferiorem, quam quæ per abscessum: *Deinde* per quam humor noxius & abundans, quam per quam alter evacuatur: *Tertio* loco quæ recto tramite, quam quæ non recto tramite procedit: & quarto post has quæ facile toleratur; deinde quæ cum coctione fit & in decretorio die. Hæc, subjungit, omnia adesse convenit perfectæ judicationi: cui si quid desit, vel plura, neque exquisita, neque integra fuerit judicatio. In nostro autem cum omnia vel plurima tamen signa laudabilis criseos desiderentur; nam 1. Nulla facta est judicatio per excretionem. 2. Neque tumor noxius & abundans omnis est evacuatus, cessisset enim morbus & melius sese habuisset ægrota; & sic nec fida crisis fuit. 3. Videtur quidem recto tramite factam esse translationem humoris, in corpore tamen delituit abscessus, ita ut cognosci non potuerit. 4. Neque subsecuta est facilis tolerantia, quæ quidem finis est naturæ in abscessu producendo. 5. Licet observata sit aliqualis in abscessu coctio, nulla tamen 6. facta est crisis die decretoria, quibus diebus natura dum bene

bene operatur, solet humores noxios ἀθρόως & confestim expellere. Hæc, inquam, signa Galeni cum in abscessu nostro non observentur, e contrario autem ipsi conveniat descriptio symptomatici abscessus, symptomatici utique nomen meretur, qui velut appendix ad præsubsistentem morbum successit, unde etiam ipsius conatus ad ægræ interitum tendebant, quod tristis confirmavit exitus. *Tandem* cum hic materia fuit frigida, quæ difficulter mutatur ac movetur nec hoc modo crisis, ceu quæ repente fit, ipsi competit.

QUÆSTIO VI.

Quænam fuerit abscessus hujus generatio?

Abscessus, critici potissimum, peculiare naturæ sunt inventum, quo ipsa animali laboranti succurrit; uti enim natura in sanitatis statu sollicita est, ut omnes actiones laudabiliter exerceantur, ita etiam in adversa valetudine, maxime ipsa est occupata, ut animal ab insidiis luctifici morbi liberet: ut autem finem suum felicius assequatur excogitavit abscessus, ceu per quos egregie succurrit animali, in morbis præcipue diuturnis, nec tamen lethalibus; in his enim potissimum abscessus observantur *Gal. comm. ad Hipp. Prognos.* 65. *l.* 2. & 23. *l.* 3. Quos enim febres longæ exercent, iis tubercula ad articulos vel labores fiunt, docet *Hipp. l.* 4. *aph.* 44. *Modus* autem *generationis* in abscessu hic est. Cum natura partem principem, aut vicinam principi, vel huic inservientem observat obsessam a materia morbifica, omnem movet lapidem, ut partem illam ab hac sarcina, extrema minitante pericula, liberet, movet itaque materiam, & a parte nobili, ad partes ignobiliores juxta & exteriores detrudit, ac ibi per emissaria propria & cavitates naturales, alvum, vesicam, aures, nares &c. excernit liberaliter, & sic abscessus per decubitum non fit, ubi enim spes est ad articulos abscessum iri, abscessu liberat urina multa, crassa & alba reddita: qualis in febribus laboriosis quarto die quibusdam exire incipit, quod si ex naribus etiam sanguis profluxerit, brevi admodum solutio fit, præsagit *Hipp. aph.* 74. *l.* 4. Negato vero exitu deponit tamen materiam in locum viliorem & debiliorem, ubi abscessum exinde format *Gal. in Comm. ad Hipp. Progn.* 65. *l.* 2. & sic egregie digniores partes levat. Cæterum non sine notabili molestia talis procedit crisis, quippe, requiritur ut prius fiat materiæ pepasmus & concoctio, item vehemens agitatio, acre enim oritur inter naturam & morbum certamen, unde etiam prædicit *Hipp. l.* 2. *aph.* 13. Quibus crisis fit, nox quæ accessionem præcedit gravis, in græco dicit δύσφορος id est, talis nox, quæ vix perferri potest; mox tamen subsequitur εὐφορία, unde pergit Hipp. quæ vero nox subsequitur, levior fere solet existere, melius enim sese habent

Zz 2 ægroti,

ægroti, quia natura laudabiliter eſt operata. Ecce hoc modo generatur abſceſſus, hoc modo opitulatur natura animali per abſceſſum, ſi ipſa eſt libera, nec a materia opprimitur. *Symptomaticus autem abſceſſus*, materiæ morbificæ prævalentis potius effectus eſt, natura quidem in hoc etiam operatur, ipſi tamen imperat morbus, & cum natura vellet agere, a materia valentiore ipſa movetur, unde laudabile quid proficiſci nequit; germen morbi eſt talis abſceſſus ex valido hujus apparatu deciſum, belle naturam hujus abſceſſus nobis illuſtrat ſimili aliquo *Severin. in l. de abſceſſ.* I. *c.* 10. ſcribit enim, ſi natura valet, ipſa præeſt, ſin minus, transverſim agitur, & cum ipſa vellet movere, a materia, in qua ſubeſt, valentiore movetur, ut ſi quis inſtitutus cuſtos domus pro ſervandis rebus a furum rapinis, hic interdum ab his, qui viribus ſunt ſuperiores, cogatur ut ipſe dilapidet etiam bona, faciatque per vim id, quod inſtituti ſui non erat, ita & natura, quæ vis eſt quædam ordinans bona corporis, ſi materia quidem obediat, accommodate hanc diſponit ac procurat, ſin materia præpolleat, vincitur & a nutu ejus trahitur, & hinc apparet, quis ſit autor abſceſſus ſymptomatici: huc usque Severinus.

En levis eſt hæc abſceſſus cum critici tum ſymptomatici delineatio, quoad generationem, perfectius autem hanc intelliges, ſi cauſas abſceſſus diſtinctius perpenderis, quarum ſat magna reperitur apud Authores congeries. Non quidem de materiali cauſa hic ſolliciti erimus, quam reſervamus in ſeq. quæſt. potius afficientes contemplabimur, quæ ſunt vel externæ vel internæ.

Externæ variæ ſunt, quarum aliæ affluentem humorem generant, aliæ collectum ad fluxum proritant, fundunt, exprimunt, aliæ membrum recipiens debilitant, & vias ad illud aperiunt & dilatant. In ſpecie autem ſunt, uti *Fallop. Tom.* I. *in Tract. de Tumor. c.* 4. *p.* 623. recenſet. I. *Aer*, qui, dum eum perpetuo inſpiramus, inſigniter noſtrum valet mutare corpus, etiam nos ambiens, varia in corpore noſtro poteſt producere, inprimis abſceſſus inducit, multos in corpore generando humores, aut æſtu nimio humores in corpore latentes fundendo ac poſtea frigore poros claudendo, ita ut hi materiæ exitum quærenti illum non concedant; juvat etiam abſceſſus aer, partes laxando, ut materiam facilius recipiant, quod auſtrinus potiſſimum efficit, imo etiam per contagium aërem abſceſſus inducere affirmat *Fallop. l. c.* Cæterum, ſi cum aëre reliquas res non naturales, prout multos & varios humores tum in corpore cumulant, tum poſtea movent, abſceſſus cauſas dixero, forſan non erravero. 2. *Cauſa eſt contactus* a re vel frigida, ut mulier illa ex ſeſſione ſuper marmore frigido paſſa eſt tumorem p. n. vel calida, ut ferro & aqua candente, vel alia aliqua. 3. Eſt *Fricatio* corporis, quæ intenſa tumorem ſeu abſceſſum facit, 4. Eſt, quando apponitur aliquod corpus attrahens corpori, ut ſi cucurbitulæ applicantur,

tur. 5. Caufa eft *folutio* continui, five fiat ab ictu, five a cafu, five a morfu animalis. 6. Malus eft ufus partis, hoc ipfo enim pars debilitatur, unde promptior fit materiæ affluxus plures vide fis l. c.

Internæ caufæ duæ funt, aliquando enim materia eft in parte aliqua coacervata, quæ non poteft egredi. Secunda caufa eft derivatio materiæ de uno loco ad alium. Ad hanc autem transmiffionem requiruntur a quibusdam, uti *Tagault. in Inftitut. Chirurg. l.* 1. *de Tum. p. n. c.* 3. recenfet, fex caufæ. Nempe 1. Membri propellentis robur. 2. Excipientis imbecillitas, quæ ortum trahit vel ex prima formatione animalis, vel fit quia poftea aliquam fufcepit noxam, vel denique pars debilis eft, quia natura ipfa exigit, ut pars aliqua talis habeatur, e. g. cutis. 3. Materiæ copia feu multitudo. 4. Meatuum deferentium laxitas. 5. Propellentium anguftia feu ftrictura, & 6. Loci fluxum excipientis fitus inferior. Hæ autem ad 4. reduci poffunt: ad membrum propellens; particulam fufcipientem; humoris fluentis conditionem, & fpatium per quod fit defluxio.

Cæterum concitatur transmiffio ratione membri expellentis, quod varium eft, vel propter facultatis expultricis irritatæ robur, vel propter propriorum meatuum anguftiam. Pars vero fluxionem excipiens, quæ itidem multiplex, hoc patitur, quia eft debilis & infirma; quia dolet, natura enim ipfi opem latura fanguinem & fpiritum copiofum ad dolentem partem ablegat; vel quia eft calefacta ab igne, fole aut aliis, fic enim humores ad fe ex reliquo corpore trahit; vel quia eft in inferiore loco fita, quæ quidem conditio non femper requiritur, fiunt enim etiam abfceffus in partibus fuperioribus, cum, quod *Perdulcis in medicina fua l.* 3. *c.* 6. notavit, morbus eft acutus & materia non admodum craffa, vel pars imbibit fluxionem, fi eft imbecillior facta. Nam quibus ex morbo convalefcentibus pars aliqua laborat, eo abfceffus fiunt, uti loquitur *Hipp. Aph.* 32. *l.* 4. vel recipit pars humores facile, fi rarioris eft texturæ, fi eft ignobilior, vel hoc fit etiam propter connexum ejus naturalem cum parte mandante. *Humoris* ratione fit defluxus in partem quandam, fi is fortiori parti aut nobiliori eft moleftus, vel copia, vel qualitate acri aut maligna, item fi fubftantia fuerit tenuis. *Spatium* tandem feu viæ per quas fluit materia, fluxionem promovent, ob meatuum, qui vel funt manifefti, vel occulti, amplitudinem. *Et hæc eft defcriptio caufarum abfceffus in genere.*

Ad noftrum autem ut accedamus, licet quid certi de generatione ejus definire admodum fit difficile, quantum tamen ingenio valebimus, in eam inquiremus. Fuit autem nofter abfceffus in corpore latens, qui caufis externis non videtur multum debuiffe, potius eum ab internis ortum traxiffe colligimus. Prima autem interna caufa eft, coacervatio materiæ in parte, a qua abfceffum noftrum productum credo. Coacervationis autem hujus in fubjecto noftro judico caufam fuiffe, menfium

 fup-

fuppreffionem, de qua conquefta erat patiens, & fic fuppreffio menf. erat caufa mediata dicti abfceffus; fubfidentibus enim menftruis accidunt ab utero morbi ait *Hipp. Aph.* 57. *l.* 5. hoc eft, materia redundat in corpore, quæ alias evacuari confuevit, & hinc variæ oriuntur ægritudines, & in utero & extra uterum, ut funt inflammationes, apoplexiæ, dolores capitis, lumborum, abfceffus, notante *Magnif. Dn. D. Melch. Sebiz. in fpecul. Pract. Hipp. l.* 1. *de morb. mul. p.* 153. inquit accidere fuppreffionem menfium patientibus, fuffocationem ab utero, ciborum faftidia, infomnia, vehementem fitim, *& paulo poft p.* 155. Cum menfes in occulto latent, dolor infimum ventrem infeftabit & pondus quoddam incumbere videtur. Si vero menfes nullo modo profluant, ij redduntur ex morbo craffi, lenti & glutinofi (qualis materia exacte in patiente noftra fuit obfervata, ex qua etiam procul dubio abfceffus funt generati,) adhibeantur igitur medicamenta, fuadet. Nota, quod fi ne fic quidem (pergit) profluant, continget, ut talis prægnans effe videatur, & in viri congreffu doleat, ita ut aliquid incumbere videatur, & pondus aliquod in ventre infit, venter prominet &c. quæ cum in patiente noftra apparuerint, menfium utique fuppreffionem abfceffus iftius caufam fuiffe videtur; quod autem ex fuppreffione menfium redundaverit fanguis, ex quo poftea abfceffus ortus eft, inde videtur colligi poffe, quia nihil obfervatum fuit, quod materiam, quam natura alias fingulis menfibus evacuare confuevit, confumferit, non enim fecit hoc labor affiduus, non inedia aut vigiliæ diuturnæ, crebræ & largæ fanguinis vacuationes, curæ, luctus vel mœror, neque erat gravida, neque etiam chronicus morbus eam confumfit materiam; unde fanguis ille alias evacuari fuetus, neceffario fuit accumulatus, ex qua collectione abfceffus fenfim fieri facile potuerunt. Dum enim fanguis (quem quidem non purum intelligo) in venis abundans naturam follicitabat, inde emiffus abfcedebat ad inguina ceu locum inferiorem & fentinam corporis, ubi natura, quantum per materiam licuit, opus difpofuit, & materiam effufam in commodiorem formam, rotundam nimirum redegit, materia tamen fuperior femper extitit, unde tandem fymptomaticus hic productus eft abfceffus.

QUÆSTIO VII.

Qualis fuerit materia hujus Abfceffus?

Notabilis eft varietas materiæ in abfceffibus, cum ratione continentis, tum illius quod in ipforum cavitatibus continetur. Ipfum continens conftat ex materia vel membranofa, multis intertexta fibris, vel carnofa, quæ aut mollis eft, aut oftracofa duritie firmata, vel etiam glandulofa. In ipfis autem cavitatibus tam varia inveniuntur, ut nulla fere

fere ſpurcitiei ſpecies ſit, quæ his veluti ſtagnis & matricibus concreta non offendatur: ibi enim obſervabis, modo humores, modo corpora ſolida, imo etiam animalia, unde videnda tibi veniunt in abſceſſibus, pus, ſanguis, ſanies variis notata coloribus, item materia mellea, pultacea, adipoſa, mox amurca, vini fæces, materia urinæ ſimilis, ut obſervat *Tagault.* & *Guido de Cauliaco.* Porro ex ſolidis offeruntur tibi pili, ungues notante *Ingraſſia*, materia inſtar cryſtalli lucida, qualem *Fallopius* invenit in corpore, carnes hebetes, calx, carbones teſte *Severin. Tract. de Abſceſſ. l.* 3. *c.* 11. p. 109. Oſſa, glandulæ, teſtæ, tophi, lapides variæ figuræ vid. eund. *Severin. l. c.* p. 259. Arenæ ap. *Ingraſſ.* ramenta quaſi ſulphuris, ap. *Aetium*, ramenta ligni, lutum, cœnum, raſæ cartilagines, ovum, creta, limacum cochleæ, ovorum teſtulæ molliores, materia partim carnea, partim mucida, ut in muco carneis apparet. Animalcula inſuper in abſceſſuum cavitatibus deprehendes, prope omnibus, quæ ex putredine generationem habent, ſimillima, quippe in iis ſunt muſcæ, culices, vermes, quos ex propria αὐτοψίᾳ teſtatus eſt *Fallop. Tom.* 1. *de Tum præter nat. p.* 623. *lin.* 29. *Cabrol. in Obſerv. Anat.* 27. Noſtri abſceſſus qualis fuerit obſervata materia, in hiſtorica jam indicavimus relatione, cingebat abſceſſum membrana, ſeu folliculus, quo aperto, ſe offerebat materia ſolida, ex variis ut videbatur compoſita, erat enim mucida, carnem referebat & ſevum, per hanc diſſeminabantur abſceſſus multi, ſinguli folliculo ſuo inveſtiti, quorum varia erant contenta, ſinguli tamen concretam inſtar gelatinæ emittebant materiam, horum maximi materia referebat albumen ovi, alius melleam reconditam habebat materiam, alius pultaceam, alius vini fæces imitabatur, alius albus erat, citrinus alius, alius ſubflavus, imo ſinguli abſceſſus novam offerebant materiam.

QUÆSTIO VIII.

Unde tot & tam diverſæ materiæ ſuam traxerint originem?

Materia ex qua tumores producuntur varia exiſtit, a pituita enim ducit originem œdema; ab atra bile cancer: ab humore aquoſo hydatides: a ſanguine eryſipelas, variolæ; a mixtis humoribus, ſcabies, eryſipelas ſpurium; præterea a dictis humoribus, (ſed qui, ut Excellentiſſ. *Dn. D. Joh. Albertus Sebizius* Præceptor ætate venerandus *in Diſput. de Tumoribus p. n. th.* 75. notavit, in materiam ab humoribus diverſam ſunt mutati,) ortum trahunt, meliceriдes, atheromata, nodi, ganglia. *Felix Platerus in prax. med. tract.* 3. *c.* 3. *th. de cauſis p. m.* 235. peculiarem fovens ſententiam, ſcribit cauſam abſceſſuum eſſe ſuccum nutrientem vel quantitate, vel qualitate peccantem, & hunc vel eſſe ſolum, vel cum aliis mixtum, unde tot abſceſſuum diverſitates:

quod

quod vero hic fuccus caufa fit, probat exinde, quia ungues, offa & alia in abfceffibus inveniuntur; Succus enim nutriens, inquit, partis laborantis, dum attrahit fuccum partium vicinarum earum, quæ craf-fiore fucco nutriuntur, fit quod dein cartilagines, offa &c. in abfceffi-bus deprehendantur. In atheromate vero & meliceride fcribit, fuccum carneum non in pus, fed in humorem tenacem excoctum fuiffe, qui, fi ulterius coquatur & terreus magis fiat, carbones & calculos referat; fi enim, pergit, pituitofum aut melancholicum excrementum abfceffuum caufæ effent, hi putredini magis effent obnoxii. Hæc autem opinio non arridet *Sennerto*, unde *l.* 5. *p.* 1. *c.* 35. eam refutat. Nos in fub-jecto noftro obfervavimus fuccum lentum, tenacem & mucofum, (qua-lis fere e mucilaginofis ftirpium feminibus & aliis elicitur,) ex variis humoribus fed mutatis procul dubio, collectum, qui, cum aptiffimus fuit abfceffibus producendis (quippe quem naturam, cum is in legiti-mam corporis partem abire non poterat; in eam formam, quantum licuit, deduxiffe, quæ fc. maxime ipfi conveniebat, & adjutam a calore partium, in formas nobiliores; rotundas nimirum, traxiffe credimus) potiffimam utique caufam eum judico variorum abfceffuum, quos ob-fervavimus, quod ipfum contentorum vifciditas quoque confirmat, non excludo tamen alios humores imprimis pituitam copiofam, quæ fibrofæ materiæ, tefte *Severin. de tumor. l.* 4. *cap.* 2. tum etiam meliceridum & atheromatum caufa fuit. Diverfitatis autem materiæ in folliculis con-tentæ, dum alia melleam, alia pultaceam, alia tenuiorem, alia craffio-rem &c. fubftantiam habebat, potiffima caufa videtur concoctio. Eft nobis exemplo pituitofus humor, qui, tefte *Sennert. l.* 5. *part.* 1. *c.* 35. lente, temporis progreffu in materiam, nunc melli, nunc pulti, nunc fevo fimilem mutatur, unde cum *Sennerto* etiam *Ingraffias de Tumor. tract.* 1. *c.* 1. *p. m.* 85. Pituitam atheromatum, meliceridum & ftea-tomatum caufam determinavit. vid. & *Aëtium* & *Avicennam*.

QUÆSTIO IX.

Qua ratione fuerint generati folliculi abfceffus inveftientes?

Membranæ alias tegmentum folent effe rerum utilium & maxime ne-ceffarium, uti videmus in oculis fingulos humores propriis includi tu-nicis: hic autem in abfceffibus noftris utiles & neceffariæ res nullæ, potius abjectæ & abominabiles exiftunt; fed exiltimo; propter hoc ipfum, quia funt tam malæ notæ, facultas formatrix nunquam in corpore otiofa, quoties aptam habet materiam operandi, fuis terminis abfceffus hofce conclufit, & ne propter malam naturam fuam, partibus vicinis & cir-cumjacentibus noxam afferrent, membrana feu folliculo obduxit, quem folliculum vel de lenta tenacique materiæ fuppofitæ portione, vi fpiritus

fufflan-

fufflantis, modo opificis vitriarii exhibuit, uti *Hipp. l. de carnib. p. m.* 30. *lin.* 12. docuit, vel, quod *Hieron. Fabricio* placuit, non exordio, nec plane funditus id rei creavit, fed cum adverfam illam fubftantiam fentiret, continuo de membraneis nexibus tunicam extendit, vide *Fal-lop. de Tumor. Tom. 2. p. 276. lin. 50. it. Severin. l. de tum. 3. c. 13.*

QUÆSTIO X.

Quomodo venæ, per quas abfceffus nutriebantur & augmentum fumebant, fuerint productæ?

Venis abfceffuum nutriculis, eft, uti Marc. Aurel. *Severin. l. 3. de Tumor. c. 4.* tanquam quid fingulare notat, ortus & fcaturigo ex una, quæ feu radix, feu matrix eft. Dubitat de his idem *Sever.* & hæret, an non æquivoca tantum vafa fint hæ venæ, ejusdemque conditionis cum venis illis, quæ in oculi tunica cornea interdum valde turgidæ apparent, Arabibus *Sebel* five *Schebel* aut *Scebel* &c. *it. Altheben* dictæ, quæ ab hepate non procedunt, tefte *Abenzoar* & *Averrh.* imo uti *Ingraff. de Tum. tract. 1. c. 1. p. m.* 291. declarat non nifi nudæ venarum funt fpecies. Scribit enim *l. c.* Si venæ ibi exiftentes naturales mirum in modum craffiore fanguine replentur, dein ex refudante paulatim e vafis glutinofo fanguine, imprimis juxta illas venas, & arterias, quædam exterius lineæ, ac tanquam novæ venæ & arteriæ depinguntur, non quidem quod venæ aut arteriæ fint, fed cum rubeæ lineæ fupra venas jam arteriasque exterius emineant, illarum penitus vel gyros vel rectitudinem confervantes earum quoque effigiem minus exquifite intuentibus repræfentant. Verum enim vero venæ abfceffus noftri, cum his venis Zebel dictis conferri non poffunt, noftræ enim, (licet largiamur eas non omnes perfectas fuiffe venas, tamen) neque nudæ lineæ rubræ erant, fed canales nutrimentum vehentes, & licet raro novæ producantur venæ *Galenus* tamen, cum *l. 1. de femine c.* 17. (in quo uti & in 16. & 18. valde occupatus eft, ut demonftret venas regenerari poffe) & *l. 14. meth. med. cap.* 17. vidit venas fatis memorabiles in ulceribus abfumptas poft ea fenfibiliter reftitutas, cur non etiam de novo producerentur. *Modum autem generationis* hoc modo defcribit, antea memor. *Severin. l. c. cap.* 13. Suboriuntur ex eructato primum fanguine, quem natura nil utile abjiciens, & omnia meliorem in formam trahens, & fua etiam adoptata cuftodiens, vi fpiritus (potius facultatis πλαςικῆς) in vafculi formam educit, ut educatum fuum fœtabulum in vita manere queat, & a cæteris partibus difcludatur. Natæ etiam ex nutrimentitiis propriis membri liquoribus originem ducunt, eorum-

que a quibus proveniunt liquoribus similitudinem recipiunt, ut inde sequatur aliquas esse cartilaginosas, aliquas carnosas, & nonnullas ligamentosas aut aliis membris similes, ut ossibus & articulis.

QUÆSTIO XI.

Unde insignes illæ in abdomine venæ?

Varices non solum in cruribus, uti *Marcellus Vergilius* somniavit, (testante *Ingrassia*) proveniunt, qualem quidem notabilem, crassitie brachium ad carpum adæquantem curavit *Guilh. Fabricius*, ipso scribente *Cent.* 4. *Obs.* 85. sed etiam in aliis partibus observantur, nempe in ima ventris parte sub umbilico, docente *Ingrassia de Tumor. tract.* 1. *c.* 1. *p. m.* 244. & *Celso l.* 7. *medicinæ cap.* 17. quo in loco *Severino* visæ sunt varices mirum in modum implicitæ atque distentæ, ita ut venter quidem appareret Medusæ caput: item in inguinibus observantur, docente itidem *Celso. l.* 7. *c.* 18. Notabiles etiam fuerunt, in infimo ventre demortuæ nostræ, quæ cernebantur, quæ ex suppressis mensibus ortum traxisse videntur, si enim alias varices multoties, ut *Ingrassias l. c. p.* 246. docet, excitantur ex splene duro, materia nimirum, quam splen alias allicere solebat, cedente ad venas vel crurum vel aliarum partium, easque implente, cur non & hic dicere liceret, sanguinem alias per menstruam vacuationem evacuari suetum, secessisse ad venas epigastricas vel his vicinas, & sic has varices produxisse.

QUÆSTIO XII.

Unde nostra facta sit hydropica?

Fœminam nostram hydropicam fuisse, in ipsa jam indicavimus historia, & confirmant hoc hydropis signa in illa observata: intumuerat enim ipsi abdomen, hinc & pedes, superiores vero partes marcescebant, ægra de latere in latus conversa fluctuationem & murmur sentiebat, dispnœam imo orthopnœam patiebatur ob insignem aquæ & flatuum copiam, sitis quoque vehementer eam, potissimum primis a lapsu diebus, fatigabat. Causæ autem Hydropis possunt esse variæ, quas omnes examinare, dum breves esse volumus, prohibemur. In nostra demortua videtur hujus affectus causam fuisse suppressionem mensium; mensium enim uti & hæmorrhoidum suppressa vacuatio hydropem facile inducere potest: quod ipse docet *Hipp. l.* 6. *aph.* 12. Diuturnas curanti hæmorrhoidas, nisi una quæpiam servetur, periculum aquæ intercutis vel tabis impendet, hepar enim, annotante *Galeno ad l. c.* per hos modos evacuat

cuat abundantem ſanguinem fæculentum, ſi quis igitur ei hoc interclu-dat iter, ſimul duritiem in hepate facit, ſimul multitudine gravans ac craſſitie, calorem in ipſo extinguit nativum, cum tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna ſuperingeſta ſuffocant ignem atque extinguunt, ſi igitur a nativo calore generatur ſanguis, perſpicuum eſt, quod ipſo extincto non generabitur amplius. Aqua vero inter cutem fit, cum ſanguinis generatio fruſtratur, *hactenus Galen. Sennertus* etiam dum prolixe, ſed elegantiſſime de hydropis generatione diſcurrit, perbelle etiam oſtendit, qua ratione ex ſuppreſſis menſibus oriatur, in his enim, ſcribit, pag. 756. una ſeroſi humores cumulantur, unde hepatis & lienis (quæ viſcera aquam ex primis viis trahere ſolent) calor nativus obruitur, vel uti p. 716. loquitur, impurus & fæculentus ſanguis tumorem in iis excitat, quæ ſane impediunt hæc viſcera, quo minus aquam hanc ulterius attrahere valeant, aqua vero relicta in primis viis, abit in cavitatem abdominis, eamque replendo, abdomen inſigniter diſtendit, qualis diſtenſio præprimis obſervata fuit in puerulo illo apud *Severin. Tract. de Tumor. l. 4. c. 36.* qui (quod alias inauditum & vix unquam obſervatum) in hanc lucem hydropicus editus eſt, continens magnam aquarum copiam cum in pectore, tum in abdomine, quod expanſum, reliquum corpus magnitudine fere exuperabat, & quod notandum, hepati in hoc ſubjecto nulla erat tabes aut vitium, niſi quod fiſſuræ expers, nulliſque lobis pendulis, erat globoſum.

Cæterum; dum partes inferiores in tantam extenduntur molem, ſuperiores interim contabeſcunt in aſcite, quod in noſtra etiam contigit: Hepar enim alias ſanum etiam, diu ſero imme:ſum corrumpitur, & vis ſanguifica in eo labefactatur, qua læſa laudabilis ſanguis non producitur, & ſic nec diſtribuitur, quo negato, neceſſe eſt partes contabeſcere.

QUÆSTIO XIII.

An non licuerit prægnanti menſes provocare?

In hiſtorica relatione circa initium dictum erat, Medicos non fuiſſe auſos patienti noſtræ menſes provocare, metuentes ne ipſa eſſet gravida, unde hæc exſurgit quæſtio: An igitur non liceat prægnanti menſes non fluentes provocare? ℞. Non licet. Provida enim natura & ſollicita de ſpeciei propagatione, tempore impregnationis ſanguinem ordinarie non emittit, ſed retinet in fœtus nutritionem & augmentum, quod, quia laudabilis eſt naturæ operatio, nullo modo eſt movendum & immutandum; & licet quibusdam gravidis & nutricibus, menſes ordinarie fluxerint, cum ſanguis fuerit copioſior, hoc ad imitationem nos invitare minime debet, rara enim hæc ſunt, & *Hipp. l. 5. aph. 6.* monet, ſi prægnanti

nanti purgationes menſtruæ curſum ſuum teneant, bene valere fœtum eſt impoſſibile. Et licet natura interdum talia tentet, ipſa etiam novit, ſi quid abundet, quantum & quando excernere debeat, quæ nos ſane latent, & licet medici certis in caſibus, ſed admodum caute permittant prægnantibus venæ ſectionem, menſium tamen provocationem non concedent.

QUÆSTIO XIV.

Quid circa hydatides, ſeu veſicas ſero repletas, quæ frequentes in cadavere apparebant, venerit notandum?

Notandum hoc, quod in hydropicis aqua interdum non in abdominis cavitate, ſed veſicis quibusdam includatur; cujus rei *Sennert. l. 3. part. 6. Cap. de Aſcite p.* 709. recenſet exemplum ex *Mauritio Cordæo.* Fuiſſe nimirum mulierem, in cujus eviſcerato cadavere nulla fuit capacitas, in qua non veſica pendebat, non enim hæ ſolum in utero, in veſica urinaria & renibus, ſed etiam in ventriculo, pericardio, imo ipſo corde inveniebantur. In noſtro ſubjecto aqua quidem copioſa abdomen replebat, ſed inſuper etiam multæ partes ejusmodi veſicis erant obſitæ, ita ut ipſum quoque cor ab iis non fuerit liberum; facile autem in ſubjecto noſtro hæ produci potuerunt, lenta enim & tenax exiſtebat in corpore materia, quæ in folliculum, humorem aqueum includentem, facile abire potuit.

QUÆSTIO XV.

Occupata eſt circa partes quasdam internas, in quibus ſingularia ſunt obſervata?

Peritonæum alias membrana tenuis, craſſitie cutem æquabat fere, quæ quidem craſſities aucta eſt, dum idem extenſum antea, poſtea in ſe relaxabatur.

Omentum, in aliis multa perfuſum adipe, multisque intertextum glandulis, hic pene totum erat conſumptum, nec mirum ſerum enim acre, cui diu immerſum erat, hoc ita corroſit.

Ventriculus bene ſe habebat, omnem tamen reſpuebat cibum primis a lapſu diebus, forſan quia vehementi lapſu ita fuit turbatus, vel quia aqua & flatibus valde premebatur.

Inteſtina erant livida, diu enim cum jam hac ſentina jacebant ſepulta, propter calorem ſuum debilem, quo ſe contra externas injurias diu munire

munire non valent, putrefcere incipiebant. Inflata autem erant, propter adftrictam alvum exitus non patebat; imprimis autem tumebat colon, ceu quod ob cellulas flatus optime valet includere & retinere, talia inteftina obfervavit etiam *Marc. Aurel. Severin.* in *Marcello Sacchetto* vid. *Sever. de Tum. p.* 271.

Hepar & *pulmones* in latere proximis parietibus valide annectebantur, procul dubio ope glutinofæ illius materiæ, cujus aliquoties facta eft mentio, ex qua natura membranas efformavit. Hepatis præterea membrana externa fponte fere a parenchymate abfcedebat, quia hepar diu maceratum in fero quadantenus confumebatur extrinfecus, uti alias aceto immerfum confumi ipfius parenchyma folet. Pulmones vero licet raræ fint fubftantiæ & mollis, noxam non patiebantur, nondum enim diu ferum in pectus penetraverat.

Renum finifter ad duplam magnitudinem erat extenfus, qualem etiam Londini Anno 1637. vidit *Edwardus May. Cabrol.* finiftrum obfervavit pondere 14. libr. pendentem, fed purulenta materia plenum, vid. *Cabrol. obf.* 28.

Cordis ventriculus dexter, præter quam ufus ejus expofcit, flaccidus erat, & marfupii pellicei modo in fe recidebat, cujus fubfiftentiæ totum cor invenit *Severin.* in dicto *Marcell. Sacchet.*

In *Pericardio* (de cujus aqua, an in viventibus inveniatur, an vero poft mortem colligatur demum, multum difputat *Jul. Jafolinus in quæftionibus fuis Anatom. quæft.* 3.) fanguinolenta quoque, uti in pectore, continebatur aqua.

Pancreas cui multum in procreandis morbis tribuit *Severin.* p. 273. *l. c.* erat fcirrhofum, quali etiam laborabat *Marcellus Sacchetti*: Et fane, fi Severino l. c. credimus, hoc ipfum non levis fuit, tum abfceffus tum Hydropis caufa.

QUÆSTIO XVI.

An abfceffus nofter potuerit curari?

Ob paginæ anguftiam breviffime refpondemus, non potuiffe curari. Feliciter enim curaturum non debet latere fpecies affectus, nofter vero abfceffus nunquam fuit cognitus; imo exploratus etiam auferri minime potuiffet, ampliffimum enim vulnus fecando fuiffet infligendum, per quod cum fanguine & fpiritu copiofiffimo, citius vitam quam abfceffum, tantæ magnitudinis, minimeque fluxilem, fed folidum & undique annexum extraxiffes.

Hæ noſtræ ſunt, Lector benevole, in re tam intricata & difficili opiniones & conjecturæ, quas ſupprimere quam luci dare ſatius forſan fuiſſet. Verum cum materia pro cathedra defendenda conſcribenda fuerit, his Tibi auſam ſaltem doctiora meditandi dare voluimus, quæ ſi meliora erunt; meliora ſequemur.

Laus ſit Altiſſimo.

CXXVIII.

J. HULDR. PEYER IMHOFF,

OVARIUM HYDROPICUM IN VIRGINE REPERTUM.

Basil. 28. Febr. 1718.

PRÆFAMEN.

Nemo sane de partis in corpore humano alicujus usu sive officio quid recte determinaverit, nisi ejus in pluribus animalibus fabricam, situm, annexa, vasa, aliaque accidentia accuratius lustraverit, secumque diligenter pensitaverit. Quem in finem medicis, præprimis junioribus, maxime confert, cadavera hominum morbis denatorum oculis intueri lynceis, eorumque viscera studiose perlustrare, ne & ipsis, sicuti mulo-medicis & agyrtis sæpiuscule accidit, in profligandis morbis andabatarum more sit pugnandum; experientia enim omnium rerum magistra, hac methodo docebit morborum omnium & originem veram & causas genuinas. Interdum tamen, imo sæpe difficultas occurrit circa apertionem cadaveris, dum hæredes & cognati, nescio cujus superstitionis instinctu religioni sibi ducunt eandem permittere. Quin optandum foret, ut homines ad unum omnes, cum virgine quadam minus perterrita ejusdem essent sententiæ, quæ in vivis adhuc sæpius monuit, ac moribunda quoque anxie desideravit, si ex usu superstitum mortalium fore judicarent medici, ut cadaver suum aperiretur, quo vera corporis interior facies & constitutio, de qua hactenus tot diversæ, & dubio procul pleræque vanæ, fuerint conceptæ ac prolatæ cogitationes, conjecturæ & opiniones, tandem ad oculum pateret; dixitque adeo se ultro consentire, ut corporis sui exuviæ, in victimam cultro anatomico medicorum illorum, qui morbi sui curam satis diu & magna cum sollicitudine gessissent, concedantur, & qua fieri posset exactitudine in morbum ejusque causas ac circumstantias inquiratur. Et certe nullam video rationem quare defunctorum superstites medicis non perlustrandum id concedant, quod tamen nequeant negare vermibus. Heic proin casura sisto virginis, quæ ultra spatium quatuor annorum insignem & stupendam abdominis molem circumgessit; ita ut hi quidem suspicarentur, illam monstrosi quid in proprio alere corpore, alii vero arte magica illam fascinatam esse somniarent, alii aliud quid de illa augurarentur; ut ergo qualis proprie tumor ille fuerit palam fieret, & curiositati multorum satisfacerem, observationem, quemadmodum propria αὐτοψία suggessit, dissertatione hac medico-anatomica inaugurali exponere, meaque de phænomeni tam insoliti generatione, de qua paucos hucusque scripsisse deprehendi, cogitata in apricum proferre sustinui, spe fretus, candidum lectorem æqui bonique consulturum, si quid a me in tam difficili materia forsan vel omissum, vel minus accurate expositum fuerit; quin potius eundem hinc occasionem credo sumturum, materiæ dignitatem diligentius enucleandi, atque politiore lima accurandi. Deus autem, fons omnis boni, dirigat mentem, quo tum hæc, tum reliqua nostra conamina ad divini nominis sui gloriam, & proximi, nostramque salutem feliciter cedant!

CASUS.

Barbara Müller, virgo agri Basileensis, 50. plus annos nata, statura mediocri, habitu corporis macilento, colore faciei ex flavo subfusco, viribus & valetudine infirma donata, insuper animi passionibus ac præcipue iræ dedita, terroribus subinde etiam afflicta, & ob ærumnas varias sæpius contristata ita ut mœrori plus nimium indulgens fere melancholica evaserit. Ab ineunte ætate, licet sanis prognata parentibus, variis defluxionibus, inprimis autem paronychiis vexata fuit cum carie ossiculorum articulationis digitorum extremæ subsequente, ob quam ossicula illa corrupta in aliquot dextræ quidem manus digitis, in sinistræ autem unico tantum digito exciderunt. Ab hoc dein malo circa pubertatis annos liberata est, unguibus digitorum vel servatis vel regeneratis, atque eorundem ulcusculis post consolidationem nunquam denuo recrudescentibus, quoad vixit. Inordinatum deinceps menstruorum fluxum passa est, & plura alia dubio procul incommoda, tempestatum mutatione experta, quorum exacta tamen notitia ad nos haud pervenit. Cum autem angusta res domi esset, eaque de causa ad ancillæ servitia præstanda mature adhiberetur, modo tunc frigidæ, modo humidæ tempestati exposita, vigiliis præterea nimiis indulgere coacta, sibi consulere, suæque sanitatis rationem pro voto habere vix potuit.

Circa annum ætatis 47. menses paulatim deficere cœperunt; brevi post omnino cessantes; ab hoc tempore abdomen ejus sensim intumescere inchoavit sine dolore, atque insensibiliter quotidie magis extendi perrexit, cum renitentia tantum non sonora. In tali proin statu pallidior & macilentior indies facta, atque insuper nausea vomituque non raro defatigata, ab imprægnationis suspicione libera non mansit insons utcunque. In hoc vero morbi latentis initio quibus usa sit remediis & auxiliis, qualemque ea effectum ediderint, nos latet, utut medicos peritos æque ac agyrtas in consilium adhibuerit. Biennii spatio dein venter per insensibiles gradus ad stupendum tumorem, renitentem illum, subdurum, doloris, si tensivum aliqualem excipias, expertem, accrevit, ut ad ambitum ejus dimetiendum, ubi maxime tumebit, funiculus requisitus fuerit, ulnam unam & fere dimidiam Parisiensem longus; cumque pectus haberet misera emaciatum ac depressum, tumor ventris vehementer prominuit, umbilicus elevatus & expansus, venæ abdominis cutim perreptantes varicosæ & valde conspicuæ redditæ, ut earum aliquæ humani pollicis amplitudinem superarint. Urinæ interea fluebant nonnihil pallidæ, & parcius quam ante morbi insul-

infultum confueverunt: alvus erat ficcior; pedes non tumidi, neque lumborum Regio, nec alia corporis pars: facies decolor, pallida, fqualida: habitus macilentus; appetitus naturalis & fitis: pectus à tuífi liberum, non autem à dyfpnœa; fomnus pacatus; pulfus naturalis; vires fufficientes ad deambulandum extra ædes, quin imo ingreffus vix fenfibiliter impeditus, fi pondus abdominis excipias incommodum ac molestum valde ipfi diutius erecta ftanti. Anno 1715. in Xenodochium, quod Bafileæ exiftit, conducta fuit, ubi ex confilio diverforum medicorum ufa eft medicamentis catharcticis, aperitivis, diureticis, diaphoreticis, antihydropicis, præfertim vinis medicatis purgantibus, infufis martialibus, decoctifque aperitivis, quorum diligenti potu aliquamdiu continuato venter detumuit fextam circiter partem, alvo referata & urinis provocatis copiofius. ut quotidie melius ipfa ægrota habere videretur. Sed diu non duravit hæc fecuturæ incolumitatis fpes, quin recidiva poft exiguum temporis intervallum fuccedente, venter priftinam tumoris recuperavit molem, ufque adeo ut tandem defperata omni medela curationis negotium foli naturæ fuerit relictum; affectu dein ad quadriennium adhuc durante, quo fane tempore non defit abdomen crefcere ulterius, venæque fubcutaneæ in abdomine quoad truncos & furculos magis confpicuæ reddi. Refpiratio facta difficilior; urinæ parcæ, craffæ, rubicundæ, habitus corporis colliquefcens, oculi collapfi, ad poftremum etiam pedes œdematofo tumore affecti funt, nunc accedente illo, nunc recedente, & cum appetitus imminui tum magnopere pergeret, ad tabem fenfim virgo converti videbatur. Quinquennio poft morbi infultum afthma, debilitas virium, anxietates circa præcordia & anorexia in tantum invaluere ut perpetim in lecto fe continere cogeretur, ubi erecto corporis trunco pedibus de lecto pendulis & ad terram demiffis, inter anxietates & infomnia mifere dies noctefque degebat. Acceffit quoque vomitus pertinax circa mediam æftatem An. 1718. cum alvi conftipatione; alimenta & medicamenta quævis brevi poft affumptionem ἄγω reddidit, ita ut in agone fuiffe videretur, fed referata alvo per fuppofitoria & lenientia, vomitus requievit, vires paulatim aliquantillum reftitutæ cum appetitu: Pedes autem maxime tumidi & œdematofi evafere, tandemque dextra pedis fura erofa fuit & exulcerata, cum limpide acrifque lymphæ copiofiffima exftillatione, à qua non folum hujus, fed & oppofiti pedis, imo ipfius abdominis tumor paulatim fubfedit, non fine anxietatis imminutione: & quamvis pes finifter per erofionem nullibi fauciatus fuerit, detumuit tamen protinus. Gangræna in pede dextro erofo imminens epithematibus plantarum aromatico-amararum in vino decoctarum præcavebatur. De pedis ejufdem in circuitu paulatim excoriati pruritu & ardore graviffimo fæpius conquefta eft ægra, qui neque unguentis demulcentibus nec emplaftris mitigari potuit, fedatus autem pulveribus exficcantibus, & traumati-

cis aliquo modo : in hoc ftatu magis magifque confumebatur, debilior quotidie reddita, nullis vel quam pauciffimis alimentis affumptis, ad autumnum ufque ejufdem anni vitam miferrimam infelix duxit, donec viribus plane exhaufta, facie apparente hippocratica, cum fumma orthopnoea, quafi in deliquio, matutinis horis diei 23. Septembr. 1718. placide exfpiravit. Deinceps horis pomeridianis in præfentia diverforum medicinæ Studioforum, Doctorum, Profefforum, atque etiam nonnullorum Chirurgiæ cultorum, fectionem cadaveris inftituit *nobiliff. atque in fubtiliori anatome exercitatiff. D. Joh. Rud. Mieg, Bafil. med. Doct.*

Quo in opere nobis primo quidem intuitu abdomen extus inæqualiter tumidum comparuit, venæ antea vivente adhuc ægra varicofæ, non amplius confpicuæ fuerunt, funiculus abdomini circumjectus ulnam parifinam longitudine fuperabat; prominentia ejus exiftente antrorfum à fterno ufque ad pudenda, quæ omnia præfagiebant extraordinarii quid in abdomine latitare; caput, pectus & extremitates marcidæ, tabidæ, & exfuccæ fuerant, dextri pedis extremum tumidum, fura ejus excoriata. Aperto tunc vel diffecto per cruciformem incifionem, ceu omnium aptiffimam, abdomine, integumenta ejus univerfalia valde extenuata fefe præbebant, peritonæum autem craffius; quibus caute remotis occurrebat ftatim faccus membranaceus, albicans, fubrotundus, figuram cucurbitæ majoris repræfentans, ftupendæ molis, utpote universum ventris inferioris cavum undiquaque violenter extenfum adimplens, inteftinis incumbens, omento fuperficietenus undique fubjacens & connatum, imo etiam antrorfum peritonæo, nec non colo & ventriculo hinc inde firmiter adhærens. Hic faccus ftupendus ad originem exploratus, confpiciebatur effe ovarium dextrum, quod ejus cohæfio manifefta cum tuba fallopiana & mediante hac cum ipfo utero indicavit; venæ & arteriæ fpermaticæ in hanc molem definentes ampliores, quam naturæ curfu ordinario exiftunt, repertæ fuere : exemptum ac excifum hoc ovarii monftrofi corpus, & ftatera ponderatum fuperavit 42. librarum pondus, poftquam jam una vel altera liquoris menfura emanavit, ab extus illud involucro membranaceo, uniformi, albicante, craffo gaudebat, intus plurima loculamenta diverfæ amplitudinis complectens, in quorum cavitatibus hærebat materia fluida, craffa, aquofa majorem partem; hinc inde tamen etiam mucofa, gelatinofa, cafeofa, fœda non fœtida, terebinthinæ inftar fluida, verficolor, nunc albicans, nunc in aliis cellulis fubfufca, inftar aquæ per longum temporis intervallum corruptæ ac depravatæ, ufque adeo ut tot materiæ quoad confiftentiam ac colorem diverfitates confpicerentur, quot quidem cellulæ diffectæ fuere.

Omentum erat corruptum, plane nulla in cavo abdominis lympha apparente extravafata: ventriculus valde parvus, contractus, inanis, inteftina

inteſtina quaſi omnia jejuna & vacua, ad dorſum à mole ovarii compreſſa, tenerrima & rubentia; nullo flatu diſtenta: Inteſtinum rectum paucas fœcum reliquias continebat. Reliqua viſcera à ſano non adludebant ſtatu; uterus perexiguus cavitatem anguſtiſſimam arctiſſime constrictus monſtrans: tuba fallopiana dextra longior majorque, naturaliter conſtituta ſiniſtra: diaphragmate ſurſum in pectus fornicato, thoracis cavitas valde anguſta erat reddita, nulla ibidem, uti nec in pericardio lympha deprehenſa; pulmo leviter utrinque adnatus pleuræ, cujus lobus ſiniſter parte ſua inferiori parum lividus & ad nigredinem vergens erat. Cor præter modum flaccidum & molle, naturalis magnitudinis: auriculæ ejus tumidæ, præcipue dextra, polypo magno nullas radices in cordis thalamum ſpargente, per cavam autem venam tam ſuperiorem quam inferiorem longiſſime propagato inſtructa: ſiniſtra auricula ſanguine grumoſo repleta, ſub quo polypus latitabat per venæ pulmonalis ramos protenſus. Dura meninx mollis, tenuis & flaccidiſſima, cerebrum valde molle, tenerum quaſi ſemiputridum, ſanguis in arteriis & venis nigricans, non coagulatus, tandem muſculi omnes pallidi, flaccidiſſimi comparuerunt.

THESIS I.

Modica adhuc fuit hæc quantitas humoris in ovario virginis illius contenta, ſi cum exemplis conferamus, quæ ab *ampliſſ.* D. D. Joh. Jacobo Wepfero, *diverſorum S. R. J. Principum & Reipubl. Scaphuſ. Archiatro excellentiſſ.* (piæ memoriæ) ſuo tempore annotata fuere, duarum nempe *fœminarum* quæ affectu hoc mortuæ ultra libras CXX. ſeri ſuis in ovariis monſtroſe expanſis exhibuerunt: & *vetulæ* cujuſdam ſexagenaria majoris, quæ tumorem in ovario, mole & contentorum copia his majorem, ultra XX. annos geſtavit, nec tamen ab hoc, ſed à pleuritide, male tractata, animam exſpiravit. Imo idem *Vir celeberr.* dum in vivis eſſet; aliquot adhuc *Matronas* notas habuit, tales in ventre tumores foventes, capite virili majores, qui pilæ magnæ inſtar hinc inde manus impulſu trudi potuerunt, dubio procul etiam in ovariis exiſtentes.

THESIS II.

Aliam *Hydropis ovarii* hiſtoriam a ſupra laudato D. D. Wepfero obſervatam, ac itidem notatu digniſſimam recenſere operæ pretium duxi, quæ à ſuperioribus propter contentorum diverſitatem diſcrepat; illa autem ipſiſſimis *excellentiſſ. Authoris* verbis ita habet. Fœminæ cuidam ruſticæ ex lochiorum ſuppreſſione ſenſim primum hypogaſtrium intumuit, ut gravida crederetur etiam poſt obitum mariti peſte 1629. oc-

cumbentis : indies augebatur moles ut monſtrum alere Agricolæ puta- rent : vixit utcunque ſatis commode, ac ruſticis operibus præter fidem ſtrenue vacavit : menſes ſtato tempore, quantitate debita, bene colo- rati ad annum ætatis 50. rite fluxerunt : a frigore aliquoties paſſa eſt ſymptomata hyſterica : aliquando ichor fœtidus ex ſinu pudoris emana- vit, quod uteri procidentiæ tribuit ; nam adultior nihil horum amplius animadvertit. Anno 1660. ſub finem Sept. correpta fuit pleuritide, morbum neglexit, à vino in principio non abſtinuit, omnia medica- menta reſpuit : d. 17. Octobr. mortua eſt : ac poſtridie aperto abdo- mine molis ingentis tumor in hypogaſtrio & altius occurrit, accrevit omento & aliquot in locis peritonæo : ambabus manibus attractus facile ſequebatur, nam nec peritonæo nec omento valide adnatus fuerat : illo ſiniſtrorſum declinato uterus parvus, uti in vetulis eſſe ſolet, appa- ruit, ovarium dextrum prorſus naturaliter cum omnibus ad illud perti- nentibus ſe habebat : tumorem à ligamento lato ſiniſtro craſſiſſimo pen- dentem abſcidi, in ligamento nullum veſtigium ovarii inveni, nec in tumore : tuba fallopiana accubuit illi amplior. Tumor foris æqualis fere fuit & lævis, albicans, rubebat palmi amplitudine, ubi peritonæo in ſiniſtro latere incubuit, ſauciatus cultello, effudit aquam turbidam, ſubpallidam, ſimilem ſero caprino, aut cereviſiæ albæ, fœtore viru- lento, inſtar ſeminis aut atriplicis fœtidæ præditum. Quantitatem ſeri copiam aquæ nequivi metiri ob menſurarum defectum in tugurio ruſti- co, ex vaſe tamen ligneo quo excipiebatur, credebatur menſuras 10. ſeu lib. 30. multum ſuperaſſe ; dum aqua ex vulnere emanavit, ſimul eruperunt globuli ſubflavi, ſylveſtris Cerafi magnitudine, pauci majo- res, nulli minores, friabiles inſtar vitelli ovorum ad duritiem cocti, ex lamellis ſimilis conſtitutionis compoſiti, intus continentes nucleum quoque friabilem, leves erant & aquæ innatabant, facile flammam con- cipiebant : ſpatulæ inſtar emplaſtri mollioris linteo induci potuerunt, adulti fœtorem ſpirabant ſimilem illi, quem oleum ovorum fortius ad- uſtum edere ſolet, ponderabant gr. v. plerumque vii, pauciſſimi X. Inveni quoque duas pilas piloſas, quarum una ex meris pilis compo- ſita erat, foris laxius, in centro denſiſſime complicatis : exſiccata qua- drangula fere evaſit, cum antea rotunda eſſet, ponderabat ℥i℞ cum ali- quot granis : altera æque rotunda, mediocris ovi magnitudine, mi- nus in ſuperficie piloſa : inter pilorum interſtitia hæſit ſubſtantia glo- bulorum ſimilis, ponderoſior prima, ſiccata ſuam rotunditatem reti- nuit : in ſuperficie tumoris interna, ſinulos aliquot inveni, ac hinc inde accreta corpuſcula, figura, colore & magnitudine ſem. Milii ſimi- lia, quaſi ſemina globulorum futura. Tumoris tunica ſimilis ventri- culo humano mediocriter diſtento, ſiccata quavis veſica bubula craſ- ſior manſit.

THESIS III.

Similem affectum in *Ephemeridibus nat. Curiof. Decur. II. Anni IX. Obfervat. CXXXVI. pag.* 234. *& feqq.* ab *Excellentiff.* atque *Experientiff.* D. D. Theod. Zuingero, *Philof. & Med. Doctore, in Univerfitate Bafileenfi P. P. Primar. & Reipubl. Archiatro, Praeceptore & Studiorum meorum Promotore ad cineres ufque colendo*, annotatum invenimus fequenti modo: Mulier annos nata 42. ab ineunte ancillans, nupfit anno ætatis 20. viro robufto operario, cui curta fuerat domi fuppellex, ita ut victu non nifi exiguo & craffo uti cogeretur. Cum peftis heic Anno 1766. graffaretur, fecundo matrimonii anno tali Lue quoque correpta, fed inde iterum liberata, paulo poft fenfit crus dextrum a pede extremo ad Ifchium ufque intumefcere: neglexit tumorem, quamvis ad ftupendam paulatim molem excrefceret, quod nullam ex eo infignem moleftiam perciperet: abdomen quoque fenfim increvit, fine tamen magno incommodo, viginti annorum fpatio tres, fed mortuos in hanc lucem enixa eft fœtus, ab ultimo partu femper fuit valetudinaria. Menfes ordinate & naturaliter fatis apparuerunt, ufque ad aufpicia Anni 1685. quo tempore retardari cœperunt, fœminæque ipfi ingravidationis fufpicionem movere: fed paulo poft menfes recurrerunt, ac poftea iterum fubftiterunt; inter hæc abdomen increfcere, appetitus imminui, refpiratio nonnihil offendi cœperunt; ut fibi hinc mifera firmiter perfuaderet, fœtum in utero latere, eoque id magis, quod fentiret quendam in abdomine motum, haud abfimilem Embryonis motui, qui tamen non nifi fluctuatio fuit aquarum, alia quoque manifefta Hydropis indicia adfuerunt. Quapropter tum varia antihydropica ordinata, quorum nulla alia vifa eft efficacia, nifi quod ferum e pede dextro licet non ulcerato copiofiffime emanarit, & ægræ levamen per aliquot hebdomadas attulerit: venter enim poftea quotidie magis intumuit, refpirandi difficultas femper aucta, ufque dum viribus plane exhauftis longitudine mali die 20. Aprilis anni 1687. mane ante folis ortum placide exfpiraverit. Aperto tunc abdomine, adftantibus aliquot Æfculapii filiis, integumenta tam communia, quam propria, quæ fingula tenuia fatis, valide expanfa, emaciata, ac fine ullo intercutaneo fero extiterunt, à fe invicem dividebantur: quo caute peracto, moles jam ingens in confpectum venit, non dura illa, fed ad tactum mollis, livida, utrem aqua repletum referens: in Hypochondrio hoc malum ingens extitit, faccus videlicet ampliffimus, quem non ex utero, naturalem magnitudinem atque figuram habente fed ex tefticulo dextro enatum, perfpicue, imo clariffime confpeximus: finifter enim tefticulus five ovarium cum fua tuba quoad magnitudinem, figuram atque foliditatem recte fe habebat: loco dextri ovarii faccus ille five uter

exiftebat,

existebat, quem accuratius examinando duplici ac utraque crassa & tenaci membrana undique donatum notavimus, quibus adapertis tunicis serum flavidiusculum gustu acre, & 60. libras pondere superans, effluxit. In fundo autem hujus utris corpus reperimus magis solidum, matricem versus situm, quod magnitudinem & crassitiem humanæ fecundinæ propemodum sua mole exæquabat, figura testiculi præditum, neque, adcuratius considerando & inspiciendo aliud quid esse comperimus, quam dextrum ovarium in miram magnitudinem excretum, cujus tunicæ superficiales à cumulatione lymphæ extravasatæ insigniter expansæ utrem illum stupendum formabant. Substantia hujus corrupti & intumefacti ovarii interior variis præterea coloribus apparuit; in superficie plures conspeximus protuberantias, ceu ovorum sublatentium vestigia, aliquibus in locis ulcuscula notavimus aperta, & in facci cavitatem hiantia, plura vero in ovario latentia, post ejus dissectionem reperimus quæ non erant nisi loculi ovorum corruptorum, saniem continentia heic lividam, illic albam, alibi flavescentem &c. eamque modo viscidam, modo limpidam & tenuem, nullibi autem fœtentem. Sed & plurima simul ovula deteximus, magnitudine differentia, quorum maximum exæquabat nucis avellanæ magnitudinem, singula liquamen continuerunt, quod coctum albuminis instar concrescebat: tuba hujus ovarii monstrosi plane fuit obliterata. Intestina versus diaphragma erant protrusa, vacua & sana; omentum omni pinguedine erat destitutum. In mesenterio autem glandulæ extiterunt nonnihil humidæ & induratæ; ventriculus vacuus, valde compressus, cætera viscera nulla labe inquinata. In cavo abdominis ne guttula quidem seri extravasati observata, sic & in thoracis cavitate ac visceribus nullam prorsus labem deprehendere licuit.

THESIS IV.

Non admodum dissimilem casum, sub *hydropis testiculorum mulierium* titulo, produxit *celeberr.* Casp. Bauhinus in *Addit. ad Francisc. Rousseti Tractatum de Fœtus vivi exsectione Hist. VII. pag.* 359. *& seqq.* ubi ex testiculo dextro prodiisse tumorem ingentem refert, qui copiosum serum continebat, atque ex tunica crassa constabat, cui alius adhærebat, & circum circa parvi multi tumores sive hydatides.

THESIS V.

Sed & *Nobiliss. D. Doctor* Mieg *Basileensis inter Fautores non infimus*, historiam ovarii hydropici mecum communicavit, quam ipsemet Argentinæ, suis operam studiis navans, observavit, mihique sequenti modo narravit. Fœmina 45. circiter annorum, obesula, per plures annos

nos viduæ vitam ducens, atque ob egeftatem diætæ inordinatæ dedita, præprimis autem frigidæ fæpius aquæ, artus immiferat; lotricis quippe munus exercens, pedesque continue aqua humectatos habens, antea fatis robufta, poft fuppreffos aliquamdiu menfes, haud abfque fummis lumborum cruciatibus fenfit ventrem paulatim intumefcere, ita tamen ut, quantum illius tumor increfcebat, tantum ipfe dolor remitteret: abfque remediorum ufu fic muneribus fuis quamvis infirma per longum fat tempus defungebatur, tandem autem accedente febri lenta cum fymptomatibus confuetis pedes atque pudenda tumorem etiam conceperunt, quotidie increfcentem, ita ut poft interjectos aliquot menfes, refpiratione difficillima reddita cum accedente fimul palpitatione cordis vehementi, diem obierit fupremum: Venter hinc in luftratione cadaveris fic fatis amplus erat, à naturali cutis colore haud multum abludens, pedes & pudenda tumida, rubicunda: in abdomine ultra menfuram aquæ virefcentis non reperiebatur: peritonæum aliquot hydatidibus aqua limpida repletis obfeffum; uterus erat exiguus rubicundus, veficis extus aliquot donatus; vefica vacua; ovarium dextrum valde tumidum, craffa membrana obtectum, intus plures in cellulas diftinctum, liquore aquofo-gelatinofo repletum: Hepar fcirrhofum; lien & reliqua abdominis vifcera fana: pulmones non adnati pleuræ: In auricula cordis læva polypus pollicem craffitie fuperans per ramos pneumonicæ venæ propagines fpargens reperiebatur.

THESIS VI.

Quam plurima adhuc exempla in medium proferre poffem, fi inftituti ratio & limites differtationis id permitterent: unde benevolum Lectorem ablegatum velim ad *Acta tom Parifina*, quam *Hafnienfia*, ad *Ephemerides* item *Nat. Curiof.* ad *Boneti- Sepulchretum Anat*: aliofque auctores, in quibus curiofus diverfas & ftupendas Hydropis fpecies inveniet, ita ut fecundum effatum Parifienfis cujufdam Doctoris vere affirmare poffim: vix inter medicos practicos aliquem hoc tempore reperiri, cui non contigerit, hydropica diligenter cadavera evifcerando, talem quoque *Ovarii hydropem* obfervare.

THESIS VII.

Præmiffis quibufdam *Hydropicorum ovariorum* hiftoriis, difpicienda nunc erit nobis, atque exponenda talium partium naturalis ftructura. *Ovarium* veteribus fub alio nomine, videlicet tefticuli venit, analogia petita à partibus corporis mafculini, quorum tamen maxima quoad fitum, figuram, integumenta, confiftentiam & ufum eft diverfitas, quemadmodum id hodie plures indefeffi naturæ Scrutatores cum per-

ſpicaciſſimis Stenonio & Graafio demonſtrarunt, & pro antiquo *teſtium* nomine, aliud magis proprium & convenientius vocabulum ſubſtituerunt. Cum enim viri modo laudati, in omni fœmineo animalium genere, *Ovula*, vel hiſce quid analogum cernerent, in ipſo quoque ſexu ſequiori hominum *veſiculas* deprehenderunt *teſticulis* incluſas, ovorum proprietatibus, haud deſtitutas, eas *Ovulorum*, horumque promptuaria *Ovariorum* nomine donarunt: licet autem hæc appellatio primis ſui auſpiciis, non omnium palato accommodata eſſet, attamen tractu temporis per plura eaque ſatis clara experimenta, hiſque ſuperſtructa ratiocinia, non ſecus ac per frequentes eruditorum obſervationes eadem ſenſim majorem acquiſivit applauſum, ut ſic priſtinum *ovaria* ſplendorem, quo per plurima ſecula deſtituta erant, merito recuperarent.

Thesis VIII.

Ovarium itaque congeries eſt multarum veſicularum, humorem ex limpido-candicantem includentium, qui vi caloris admoti inſtar albuminis Ovi indureſcit, eundemque cum illo colorem ſaporem & conſiſtentiam acquirit.

Thesis IX.

Situm habent ovaria non externum, ſed in interiori abdominis cavo collocantur, utrinque duobus digitis tranſverſis ab uteri fundo, cujus lateribus annectuntur partim valido quodam ligamento, quod à quibusdam anatomicis Vas deferens appellatur, partim aliquatenus per tubas fallopianas latumque uteri ligamentum ideo à natura datum, ut Ovaria utero proprius adſtarent, & tanto melius, promptius atque facilius id, ad quod nata ſint, efficerent. Duo Ovaria eo forte ſubſidio naturæ fabrefacta ſunt, ut deficiente vel depravato uno, alterum nihilominus officio ſuo fungeretur. Circa regionem oſſis Ilii committuntur peritonæo mediantibus vaſis ſpermaticis, membraniſque vaſa ſpermatica involventibus, ita ut ab utraque parte affixa Ovaria, quaſi ſuſpenſa, eandem fere altitudinem cum uteri fundo in non gravidis obtineant.

Thesis X.

Figura teſtium fœmininarum non ita rotunda eſt ac virilium, ſed utrinque depreſſa, in antica nempe & poſtica ſui parte, ſuperficies quoque eorum magis inæqualis, quam in maſculinis exiſtit, quatenus propter contenta hinc inde inæqualiter protuberant, & diverſis

quandoque in locis ab involucro retracto exiguas quasdam fiſſuras repræſentat.

Thesis XI.

Si *magnitudinem* ſpectas, pro ratione ætatis illa ſemper variat, ac dimidia fere parte cedit teſtibus virilibus: In ætatis enim flore conſtitutis plerumque ſeſquidrachmam pendere, & ſucci pleniores eſſe, in provectioribus vero ac decrepitis minores, duriores & magis emarceſcere, nunquam tamen evaneſcere, atque minimos vetularum teſticulos adhuc ℈j. in infantibus demum ac recens natis a granis V. ad ℈ß. ponderaſſe, notat Regnerus de Graaf, *de Mulier. organis Cap. XII.* Ut profecto mirum ſit, quod in tantam molem Hydropicam in ſtatu præternaturali & morboſo excreſcere poſſint, uti in obſervationibus ſuperius enarratis factum fuiſſe perhibetur.

Thesis XII.

Cinguntur teſticuli ſive ovaria integumento duplici, alio communi, & à peritonæo producto, alio proprio, quamvis nonnulli unicum illud eſſe malint, cum ægre à ſe invicem ſecedant. Ablato hocce involucro, ſubſtantia interior apparet ſubalbida, atque ex multis membranulis ac fibrillis ovula efformantibus, laxe ſibi invicem junctis, compoſita, quam arteriæ, venæ, nervi, vaſcula lymphatica ac ſæpenumero Hydatides copioſe perreptant. Confundere autem ovula cum Hydatidibus non debemus, quæ humorem aqueum magis intra ſeſe continent, nec ita facile ut ovula ignis admotione ſive coctione indureſcunt. Præterea etiam tunicarum, quibus Ovula & Hydatides conſtant, ſtrictior vel laxior connexio notam addit diſtinctoriam; ovulorum enim tunicæ operoſe, hydatidum vero faciliime disjunguntur, confirmantibus id ipſum experimentis in hunc finem aliquoties inſtitutis, ut plura ſigna non afferam, quæ toto eadem cœlo differre oſtendunt.

Thesis XIII.

Forſan nemo erit qui hoc tempore adhuc de certitudine *Ovariorum* in omnium animalium genere dubitabit, ſiquidem ea non tantum in avibus & piſcibus tam oviparis quam viviparis, ſed etiam in quadrupedibus ac Homine ipſo evidentiſſime conſpiciantur. *Celeberrimus* Redi, *curioſus* ille *Italus* in *obſervationibus ſuis circa animalia viventia*, memorat; ſe in exenteratione Leænarum, Urſarum, Vaccarum, Fœminarum, Aſinarum, Damarum, Cervarum, aliorumque Animalium quadrupedum ſemper illa inveniſſe. Regnerus de Graaf in omnibus quo-

que animantibus à se diffectis illa invenit. Vidimus & nos dum Scaffhufiis in patria, fub manuductione *Nobiliff.* atque *Clariff.* D. Burgaueri, *med. Doct.* Zootomiæ operam navaremus, ex gr. in Avibus, Pifcibus, Leporibus, Cuniculis, Canibus, Felibus, Vaccis, Ovibus, Scrophis, Pica, Vulpe, Marte faxorum, Noctua, Falcone, Corvis, Fœminis humanis, prout pluribus demonftrare poffemus, fi inftituti & temporis ratio id permitteret.

Thesis XIV.

Maximam autem effe diverfitatem *Ovariorum & Ovorum* pro animantium genere nemo non credet, obfervantur enim ea in Cuniculis ac Leporibus rapæ feminium quantitate vix excedere, in porcis ac ovibus ad pifi magnitudinem plerumque accedere, in vaccis cerafi amplitudinem aliquando fuperare. Notandum tamen hisce in animantibus præter majora ova, quoque tam parva reperiri, ut vifum fere effugiant. Maximam vero iis mutationem adfert ætas & coitus, in junioribus namque animalibus minima funt, & in provectioribus majora evadunt. In mulieribus *Ovula* pifi molem vix excedere folent; indicat nobis tamen exemplum Drelincurtius *de Fœm. Ovis p. mihi 68.* patefactum fibi fuiffe teftem dextrum, glandulis refertum novem decemve, (quafi anferum aut Struthiocamelorum potius ova uni ineffent membranæ) fingulaque talia corpora glandulofa humore ovorum albo non abfimili, aut paulo craffiore repleta extitiffe.

Thesis XV.

Interdum præternaturales res in fœminarum teftibus obfervantur v. gr. *Hydatides* & magna liquoris quantitas, *Pilæ pilofæ* (uti fuperius vidimus) *Lapilli*, *Steatomata*, *Pili*, *Vermiculi*, aliaque, ficuti in *Obfervationibus* paffim oftenditur. Ita Steph. Blanc. in *Anatomia fua Pract. Ration. Obfervat. XXVII. p.* 240. recenfet hiftoriam *Hydropis Ovarii*, in quo pili reperti fuere his verbis: Mulieris venter poft puerperium in tantam excrevit magnitudinem, ut circumferentia, ducto per medium umbilici filo, pedes geometricos quinque contineret; mifere per aliquod tempus vixit, tandem triduo ante obitum rupto umbilico, ultra menfuras octodecim aquæ effluxerunt. Aperto cadavere iterum aquæ ultra menfuras viginti emanarunt, præterea ovarium dextrum ad ovi anferini magnitudinem adauctum, pilis materiæ cuidam purulentæ & oleaginofæ commixtis, infarcitum fuit; major autem pars pilorum, quafi confufe in globum acta, prædictæ materiæ immixta extitit: multi quoque interiori membranæ tenaciter adhærebant: ratio genefeos & fiendi modus horum pilorum, quibusdam admodum obfcura videbitur,

præfertim

præfertim illis, qui omnia occulta ad occultas qualitates vel fafcinationes ablegant. Quamvis autem res fit explicatu ardua, hoc tamen cum Blancardo dicere aufim, pilos hofce nil aliud fuiffe quam vafcula minima obftructa, quæ varie fibi invicem intorta, atque à functione defiftentia, pilorum ejufmodi fpeciem præbuerunt. Notum eft, venam & arterias umbilicales poft partum coalefcere, & ligamenti φάσιν acquirere; cur non & hæc minufcula vafcula fimiliter formam tenuium ligamentorum acquirere, hincque ob teneritudinem pilorum genus referre poffent; pili proin revera non funt, fed folummodo vafcula minima concreta.

THESIS XVI.

Infuper *Nobiliff.* Redi antea citato *Libello p.* 270. mentionem facit pifcis, qui in Ovario vermiculos alebat, inquiens: eft quidam cancer marinus, italis *Grancevola* nominatus, qui *Pagurus fœmina venetorum* ab Ulyffe Aldrovando nuncupatur, in hoc pifce obfervavi, quod eo loco, ubi ovaria in unum corpus coalefcunt, (quæ coalitio ovarii naturalis eft horum pifcium) veficula nucem magnitudine exæquans ipfi ovariorum corpori tenaciter hærebat, inque ea veficula materiam inveni colore aureo tinctam, vifcofam, & intra quam latebant fexdecim Vermiculi vivi, aurei quoque coloris, fat lati, & plani ad inftar feminum fubrubrorum cucumeris, nifi quod illi Vermiculi in latiori fua extremitate falcati effent, uti in dicto libello icone expreffi funt.

THESIS XVII.

Plura in præfentiarum de *Ovario*, ejufque fabrica naturali fcribere non eft noftri fcopi, fi curiofus lector ampliorem defiderat defcriptionem, adeat *Graafium*, ubi fatis claram & diftinctam ejusdem inveniet adumbrationem: Nobis interim magis ad propofitum noftrum & aliqualem refolutionem præmiffi cafus eft properandum. De *Etymologica* origine *Hydropis*, ceu nemini non nota, non eft quod multa verba faciam. *Ovarii* autem *hydropem* fic definio, *quod fit tumor vel excrefcentia ejus præternaturalis, orta à fero acri & copiofo plus minus fluido, Ovula cum Ovario corrumpente, effufo, ac inter membranas hujus partis collecto.*

THESIS XVIII.

Generis loco *tumor* vel *Excrefcentia* conftituitur, quem tumorem, ceu morbum in magnitudine aucta, ovarium communem habet cum aliis hydropibus, five univerfalibus, ac totum corpus occupantibus, five

particularibus, hanc vel illam corporis duntaxat partem invàdentibus; nullus enim absque tumore datur Hydrops, ad quamcunque etiam speciem illum referas, qui modo major modo minor apparet, pro seri effusi copia aucta vel imminuta. Diversas esse Hydropis species in liquido est, quæ secundum partes affectas, diversa sortiuntur nomina: quarum præcipuæ & medico Practico magis considerabiles sunt sequentes: v. gr. *Hydrocephalus* seu *Hydrops capitis*, dum lympha extravasata colligitur in capite, estque hæc vel supra vel infra cranium. *Hydrops Pectoris*, *Thoracis* vel *Pulmonis* est, in quo serum aliquod in cavitate pectoris, aut Hydatides in vesiculosa pulmonis substantia colliguntur. Si flatus in abdomine sero junguntur, indeque abdomen dolorifice distenditur *Hydrops tympanites* audit. *Hydrops anasarca* sive *leucophlegmatia* vocatur, dum cutis peripheria in universo corpore œdematose est distenta. Ubi venter infimus solus aut una cum pedibus intumescit *Hydrops ascites* vel *saccatus* nominatur. *Hydrocordia* est, si justo major liquoris serosi quantitas in pericardio existit. Aqua similiter in umbilico *Hydromphalon*, in scroto collecta *Hydrocelen* constituit. *Hydrops Mesenterii* nominatur, ubi loco glandularum, copiosæ & magnæ hydatides, aqua repletæ, abdomen valide distentes intra Mesenterii tunicas existunt. *Hydrops ad matulam* nil aliud est, quam *Diabetes* sive justo copiosior urinæ excretio, cum paulatina hominis consumptione. Si denique magna quantitas seri aquosi in cavitate matricis collecta est, nomine *Hydropis uteri* venit. Sin vero in una vel altera tuba fallopiana humoris quantitas habitat, *Hydrops tubi uterini* appellari potest.

Thesis XIX.

Ad Hydropis ovarii *caussarum* explicationem & fiendi modum orsumve me nunc accingo, qua in re utut à doctioribus edoceri mallem, potiores tamen caussas mihi plausibiles adducere lubet, quamvis plures accusari possent. *Caussa efficiens præcipua* & *immediata* fuisse videtur vasorum lymphaticorum, ad ovarium excurrentium, magna dilatatio, disruptio, atque hinc lymphæ extravasatio, & cum ulterior progressus non concederetur, coacervatio, (ad quam recipiendam vasorum teneritas est promptissima:) ea tunc ovarium repletum in molem hydropicam plus minus grandem assurgit. Uti enim pectoris hydrops jam dudum Hippocrati etiam *Lib.* de *int. Affect.* ex tuberculis aquam continentibus in pulmone sæpe oriri dictus fuit, quæ tubercula, recentioribus *hydatides* vocata, nihil aliud esse quam lymphaticorum vasorum varicosas dilatationes, à lymphæ in corpore restagnantis copia productas, Jacob. Sponius in *Aphor. novis Hipp. Sect.* 2. *Aphor.* 43. commentatur, ex quibus nempe disruptis lympha dein in cavum pectoris effluit: ita & hunc nostrum tumorem ex ejusmodi hydatide vel disruptione

ruptione canaliculorum lymphaticorum primum habuisse fundamentum existimo. Valetudinaria enim cum nostra ægra fuisset, & suppressionem mensium passa, sanguis in utero, aut vase aliquo tubæ uterinæ facile stagnare, illudque vas mole sua dilatare potuit. Vel alia quædam interna aut externa causa ovarii vascula quædam aquosa comprimere apta est, unde reliqua à tergo adveniens lympha ab ulteriori progressu impedita, atque continuo affluxu coacervata, canaliculorum cavitatem dilatat valde, tandemque disrumpit: lympha enim per disruptas hasce apertasque cavitates penetrans, in membranis ovarii fulcimento inservientibus plura sic tubercula efformavit, quæ dein à sensim sensimque advenientis novæ lymphæ copia magis extensa fuerunt, succo videlicet ab arteriolis minimis sanguinem vitalem & nutritium ordinaria naturæ lege lymphaticis advehentibus recepto. Non enim unico quasi ictu Hydropem ovarii generari credendum, cum canaliculorum serosorum ibidem observata exilitas illud non concederet, utpote qui susceptam foraminulis suis lympham e proximo vulnere brevi rursus dimittunt, id quod exempla superius allata confirmant, in quibus animadversum est, ovarium post plures demum menses imo annos 4, 5, 17, 20. ad stupendam excrevisse magnitudinem, omnemque etiam huic malo eradicando adhibitam curam irritam facere debuisse, exitu hoc semper demonstrante.

Thesis XX.

Inter *Causas procatarcticas* præprimis numeranda est seri sanguinei minus laudabilis & depravata constitutio, quantitate peccans, vel qualitate. 1. *Quantitate*, dum glandulis utplurimum in corpore affectis, & ab officio suo desistentibus, dictum serum in sanguine retinetur, & major deinde copia ad ovarium defertur, quam ut reforberi commode possit, atque sic lymphatica vasa obruuntur, disrumpuntur, & facilis ad Hydropem sternitur via. 2. *Qualitate* peccat serum, quando ex prægressis morbis chronicis, maxime illis, qui latissimo hystericorum & cachecticorum, sive intemperiei serosæ pituitosæ (qua nostra misera semper laboravit) nomine vulgo veniunt, viscidítate illud nimia irretitur, vel acrimonia quacunque afficitur, unde hæc quidem erosionum, illa obstructionum mater est frequentissima, & quasi injusta noverca. Si vero conspirent istæ qualitates ac vi unita agant, longe facilius malum accelerare possunt: quod ipsum dum contingit, ovulorum liquor pervertitur corrumpitur & destruitur. Nec minus culpanda hic est ipsius Ovarii conformatio vitiosa ac textura debilior, sive nativa fuerit ista, sive adventitia, unde quæ ibi sanguinis & lymphæ in vasa sua secretio

fieri

fieri debebat, non rite peragitur, & compages iſtius infirma, levi accedente adjumento morboſo facilius dirimitur & depravatur.

Thesis XXI.

Quæſtio hic moveri poſſet, num talis excreſcentia vel tumor ovarii, non à corruptis ovulis natales ſuos traxerit? Probabile autem hoc vel ideo non eſt, quia materia in noſtro ovario contenta, uti jam ſupra in Caſu monitum, nullum nec odorem nec fœtorem de ſe ſpargebat, id quod maxime admirati ſumus; qualem autem materia illa ſaporem habuerit, non auſim dicere, quia nullus adſtantium eam deguſtavit: a corruptis interim rebus odor ſatis ingratus expirat, qui ad papillas nervoſas narium accedens, modo admodum ingrato moleſtove eas ferit, id quod in exenteratione hujus cadaveris neutiquam factum erat.

Thesis XXII.

A cauſis externis maxima nocumenta in ovarium ſæpenumero redundant; quales ſunt omnes abdominis contuſiones; fortiores conſtrictiones, onerum ponderoſorum geſtationes frequentiores; caſus ab alto, motus omnes exceſſivi ac alia ejuſmodi, quæ, qui volet, huc quoque referre poterit, quamvis enim ab his ſolum exteriores partes noxam ſentire vel accipere videantur; facile tamen hæc ad interiores quoque partes propagatur. Huc tamen pertinent ſex res non naturales, quæ varias in noſtra miſera excitarunt turbas: Quotus quiſque enim neſcit, quales incommoditates ab aere nimis gelido & humido in corporibus hominum excitentur, cui tempeſtati ægra ancillans ſemper fuit expoſita. Cibi & potus tam quantitate peccare poſſunt ad morbos producendos ſecundum *Cl. D. D.* Boerhaave in *Inſtitut.* §. 754. quam qualitate. In quantitate autem non credo miſeram errores commiſiſſe ullos, utpote Ciborum multitudine carentem, bene tamen in qualitate, dum enim ipſi res fuerat anguſta domi cibos aſſumſit crudiores & minus rite præparatos, ac potum ſimul minus laudabilem bibendum habuit, quæ alimenta minime potuerunt in chylum ſatis bonum converti; *Qualis* enim *cibus, talis chylus, qualis chylus, talis ſanguis, qualis ſanguis, talis lympha, talis ſanitas.* Nimio ſomno non peccavit, nec nimia quiete; infelix enim cum ancillæ ſervitia præſtaret, vigiliis & motu nimio ſemper indulgere coacta; quales autem effectus ab hiſce oriantur, clare expoſuerunt tum antea laudatus D. Boerhaave, tum *Cl. D. D.* Waldtſchmidt in *Inſtitut.* quod enim, ſecundum tritum illud proverbium, *caret alterna requie durabile non eſt.* Si excernenda detinentur, aut retinenda

tinenda excernuntur, non poſſunt non variæ inde excitari in œconomia animali turbæ, de poſteriore miſera nunquam conqueſta eſt, ſolummodo de priore : nam ſi conſuetæ evacuationes ſupprimuntur graviſſimis morbis laxatur janua, quales ſunt hydrops, apoplexia, ſcabies, icterus, febres inflammatoriæ &c. Alvum ſcilicet ſæpius habuit adſtrictam, ac menſium ſtillicidium, vel plane ſuppreſſionem paſſa eſt; quid autem ex hiſce accidat, fuſius legi poterit in *Celeberr.* Bonneti *Sepulch. anatom.* ut & in *Clariſſ.* Freind *Emmenologia*, aliiſque, brevitatis enim amore, plura heic apponere ſuperſedemus. Paſſiones tandem animi quod attinet, triſtitiam, mœrorem & iram, quibus miſera noſtra præprimis fuit dedita; quotus quiſque medicorum eſt, qui neſcit, quamnam in œconomia corporis humani malorum lernam excitent; ſanguis enim hinc incraſſeſcit, lympha redditur viſcoſa, omnia fluida, quaſi in vappam & acorem abeunt, appetitus perit, chylificatio fatiſcit, languent digeſtiones, melancholiæ, cardialgiæ, tumoribus variis; imo ipſi tandem gangrenæ & ſphacelo fores aperiuntur. Interdum in ira exoritur brutalis furor, & fertur equis auriga nec currus audit habenas, de quibus ſi placet conſule practicorum experientiam. Accedunt his in fœminis gravidis præcipue laborioſi ab obſtetricum temeritate vel imperitia intempeſtive injuncti parturiendi niſus : in his enim diaphragma ſubjectas partes uterumque arctius premendo, adjuvantibus muſculis abdominis undique incumbentibus, premit ſimul tenella utrinque ad latera matricis ſita ovaria, quæ proin hinc variis modis diſtorquentur, lacerantur, labemque poſtmodum hydropicam non raro ſuſcipiunt. Hiſce omnibus ſubjungendi ſunt adhuc alii in diæta, nec non in catameniorum & lochiorum fluxu commiſſi errores, quos cum cætera in corpore viſcera, tum ſuo damno ovaria quoque luunt.

THESIS XXIII.

In caſu poſuimus, molem illam abdominis ſtupendam craſſo gaudere involucro, ejuſque muſculos fuiſſe flaccidiſſimos, tenuiſſimos; hæc tenuitas & flacciditas non aliunde provenit, niſi quod per tranſpirationem inſenſibilem & ſudorem major quantitas particularum in auras externas avolarit, quam per nutritionem iterum reſtituta & agglutinata fuerit, ob molem illam maxime diſtendentem cutim, & hinc compreſſas arteriolas minimas ſuccum nutritium advehentes, ut eo minor portio potuerit loco perditarum apponi : præternaturalis autem illa incraſſatio involucri, & interdum naturalem craſſitiem triplo ſuperans, tantum à pluribus particulis, gelatinoſo - pituitoſis ac balſamicis intra poros ſuæ ſubſtantiæ admiſſis, ortum duxit. Sic antea laudatus *Excellentiſs. D. D.* Zuingerus, in exenteratione mulieris, hydrope ovarii ſiniſtri defunctæ,

non fine admiratione tunicas hujus partis maxime incraffatas confpexit, ac in apertione alius matronæ Cadaveris ubi integumenta abdominis, tympani inftar validiffime extenfa maxime tenuia, & una cum mufculis fumme emaciata, ovarii autem dextri tunicas valde craffas, atque in ftupendam amplitudinem expanfas obfervavit.

Thesis XXIV.

Signa ex quibus medicus diagnofin hydropis ovarii haurit, non carent difficultate, nec nifi plura collecta & inter fe collata de ifto affectu fufficienter teftantur, uti in fuperioribus allatis cafibus videre eft; qua de re pauca hic affignaffe & repetere nobis fufficiat: I. Eft, fi tumor abdominis renitens in alterutro Hypogaftrii ibidemque fiti ovarii latere deprehenditur rotundus cum aliquali tamen inæqualitate, & pedis ejufdem lateris intumefcentia, fic ex gr. fi dextrum ovarium hydropicum fit, crus etiam dextrum, ob prefſuram canalis lymphatici ejufque cruralis rami, & hinc refluxum lymphæ nonnihil impeditum, intumefiet, hocque magis in latere affecto quam in oppofito animadvertetur. II. Si ifte tumor in maritatis, poft difficiliora inprimis puerperia fenfim fenfimque augefcat. III. Si pudenda ut in plerifque fit, œdematofo corripiuntur tumore, ac excretio urinæ pallidæ & parcioris difficilis reddita eft. IV. Si tumor pro vario in alterutram partem decubitu mobilior deprehendatur, & paulatim circumfcriptus. V. Si offi Iliaco accedat, & offi pubis incumbat, cum Dyfuria & difficili inceffu: ægrota infuper fub fcalarum afcenfu impulfum in eas partes fentiat, citra graviditatis figna alia communia. VI. Si in principio & augmento morbi appetitus fatis conftat, neque febris hectica ullas parit moleftias, hinc eft quod talis affectus per plures annos fæpius durare queat.

Thesis XXV.

Inquirendum jam nobis eft, quomodo ope allatorum fignorum affectus nofter ab aliis affectibus hydropicis, ab imprægnatione & mola diftingui debeat; & quidem 1. ab *afcite* differt, in quo totus ubique venter tumidus cum fluctuationis fenfu percipitur, abdominis quoque integumentis molli tumore plerunque afflictis, fuccedente tandem febri, à fero in abdomine ftagnante & vifceribus fimulque d in fanguini labem febrilem fortius imprimente, cum e contrario in hydrope ovarii effufum ferum folliculo includatur, neque febris ita facile concitetur. 2. A *tympanite* diftinguitur, in quo totum abdomen dolorifice tenfum eft ac renitens, inftar tympani fonum à percuffione edens. 3. Ab *hydrope uteri*, in quo diftenfio abdominis eft æqualis, & magis antrorfum prominens ubi fimul adeft fuppreffio menfium, nullumque crus ab

initio

initio tumidum apparet, in *ovarii* autem *hydrope* tumor magis ad latus alterutrum & inæqualis exiſtit ac menſtruum tributum ſanguineum ordinarie, præſertim ab initio morbi perſolvitur. 4. A *tubarum hydrope*, figuræ diverſitate, quam ſemicircularem notavit Brechtfeld in *Act. Hafn. An.* 72. *pag.* 195. Blancardus autem in *Anatom. Pract. rationali Obſervat. XCVIII. pag.* 298. meminit alicujus *hydropis tubi uterini* ubi abdomen æqualiter & in ſtupendam molem excrevit. 5. A *ſcirrho Meſenterii* in quo major durities, ac varia obſervantur tubercula, cum manifeſta, utut paulatina corporis conſumtione. 6. A *Meſenterii apoſtemate*, quod mollitiem habet, neque manifeſte quoad tumorem augetur; cujusque vel comes vel ſoboles fluxus eſt cœliacus; celerque commutatio vel tranſitus ad tabem. 7. A *liene monſtroſo*; qui haud obſcure in hypochondrio ſiniſtro tangi trudique hinc inde manu poteſt, raro enim contingit, ut deſcendat in locum hypogaſtrii inferiorem; quod ſemel obſervavit Pariſiis ſupra laudatus Drelinc. in muliere, quæ perperam utero ſe geſtare cum medicis crediderat. 8. Ab *imprægnatione vera*, quam non raro mentitur; in qua tumoris circa umbilicum fit eminentia aliqualis, præterea ſymptomata nauſea; vomitiones, anorexia aliaque imprægnationis ſigna vehementius adſunt; qualia non obſervantur in hydrope ovarii; in quo ſymptomata cum tumore paulatim augentur & ingraveſcunt, cum e contrario minuantur in vera imprægnatione, mammæ molles in hydrope ſunt vel molliter tumidæ; ſi gravida eſt autem fœmina duriuſculæ magis evadunt & grandiores. Præterea in hydrope nullum e mammis lac emulgeri poteſt, ſecus in conceptu vero, menſtruus quoque ſanguis plerumque profluit in hydrope, contrarium autem videmus in gravidis, ſecundum Coi noſtri effatum *Aphor.* 51. *Sect. V.* Quæ in utero gerunt harum os uteri clauſum eſt. Ut de infantis motu blando ac manifeſto, quem matres in utero percipiunt ac aliis ſignis jam nihil ulterius dicamus. 9. A *mola* tandem, quæ ponderis inſtar inutilis, ab uno latere in oppoſitum hypogaſtrii devolvitur; in hydrope fœminæ ſenſim decreſcunt & macilentæ evadunt, in mola autem tale quid vel plane non vel rariſſime contingit. Diſtinguitur porro mola ab hydrope per pallorem totius corporis; urinæ emiſſæ paucitatem, abdominis tumorem molliorem, pedum quoque intumeſcentiam, artuum ſuperiorum tabem quæ in hydrope obſervantur, contrarium autem in mola. Egregiam obſervationem harum molarum *Excellentiſſ. D. D.* Peyetus *Scaphuſienſis beat. memor.* in *Parergis ſuis Anatom.* ubi legenda extat; annotavit

THESIS XXVI.

Tradita diagnoſi, ſequitur nunc ordine *Prognoſis*, quæ eventum morbi reſpicit, ubi ſtatim dicendum, quod is ſit periculoſus valde imo

incurabilis, vel certe diuturnus maxime, tardeque admodum fœmi-nas ad mortem ducens, nisi eam forte perversa medendi methodo agyr-tarum & medicastrorum lethifera consilia infausto omine sequentes accelerent: Etenim mulierculæ talem affectum per plures, imo ad viginti annos citra magnum incommodum circumferre, tandemque aliis morbis mori possunt, quemadmodum ex historiis supra allatis patet. Et sane si cadavera inspiciamus ovarium in se foventia hydropicum, in his cæterorum simul viscerum morbosa constitutio deprehendi solet, ut mors non præcise ab illo, sed aliunde deduci possit ac debeat: In alios proin degenerare morbos facile potest, v. gr. in *ascitem*, quando ad tantam plenitudinem & extensionem attollitur ovarium ut medium crepet, atque tunc aqua in cavum abdominis effluat: talis meminit casus nunquam satis laudatus *D. D.* Wepferus in fœmina quadam post vomitum enormem hydropica facta, in qua invenerat ovarium mole majus mireque disruptum, ex quo aquas in ventrem effluxisse verosimiliter colligit. Malum insuper istud sterilitatem minitatur, interdum plenariam, si utrumque ovarium affici cœperit, morbum si non curabilem, saltem tolerabilem.

THESIS XXVII.

Enucleatis hucusque *Causis* & traditis *signis* quibus malum istud ab aliis dignosci ac discerni queat; ad *curationem* pergo, quam vel ideo brevem reddere cogor, quoniam nemo hucusque gloriari potuit se hydropem ovarii curasse, utcunque medendi rationem secundum indicationes & indicata instituerit, iisque satisfacere studuerit discutientibus ac resolventibus remediis e triplici fonte, *pharmaceutico* nimirum, *diætetico* & *chirurgico* petitis; quorum alia quidem seri in corpore imminutionem, alia vero correctionem, alia vitalium spirituum hincque virium conservationem, alia denique liquidi in ovario habitantis evacuationem producent.

THESIS XXVIII.

E *Fonte pharmaceutico* desumi possunt *evacuantia* & *alterantia* v. gr. *leniora purgantia* qualia sunt *Rad. Rhabarb. electi*, *Mechoacannæ albæ*, *Jalappæ*, *Fol. Sennæ Alexand. bene elect. Flor. Acaciarum*, *Persicorum*: *Resina* vel *Magisterium Jalap. Agaricus trochiscatus*, *Manna*; *Cassia*, *Succus tamarind. Extract. Panchymag. Crollii*, aliaque plura, quæ ad liquidum in corpore superfluum detrahendum, ac ulterius morbi augmentum impediendum absque magna sanguinis fusione in usum vocantur, hæc enim si concitetur, magna quidem copia seri excerni-

tur

tur, non exigua tamen ex illa maſſæ ſanguineæ ſolutione ovario denuo ſuffunditur.

THESIS XXIX.

Diaphoretica hoc in caſu quoque ſuam conferunt ſymbolam, & ſi omnia reliqua medicamenta incaſſum fuerint adhibita; *Sudorifera* tamen mitiora, nam fortiora nocent, aliqualem effectum edunt, uti hoc mihi retulit *Excell. atque Experientiſſ. D. D* Emanuel König *P. Med. Theoret. p. t. Facultatis Decanus ſpectatiſſ.* qui ſequenti diaphoretico. v. gr.

℞. Roob Samb.
Junip. aa. ℥j. cum ʒij.
⊖is ✱ci.
Ciner. clavellat. aa. ʒß.
Ol. ♂ti Bacc. Junip. ℈ß.
⌒us ⊖is ✱ci ſuccin. ʒß.
⌒us Bacc. Junip. per digeſt. parat. ℥jß.
MRæ ſimpl. D. L. ʒijß. M. d. ad V.

de quo omni mane in lecto adhuc conſtituta cochl. tria ſumſit & copioſiſſime ſudavit: quo tantum in noſtra miſera effecit, ut tumor ille ventris ſtupendus ſenſibiliter detumuerit, brevi autem tempore poſtea iterum priſtinæ extenſioni reſtitutus: *Fortiora Sudorifera* & *Decocta* v. gr. *Lignorum Guajaci*, *Juniperini*, *Corticis Capparum* & ejuſmodi alia *Excell. D. D.* Wepferus in ovarii hydrope minus convenientia exiſtimavit: A *fortioribus* autem *ſudoriferis* exhibitis tam inſignis æſtus in corpore miſeræ fuit excitatus ut materia in locellis iſtius tumoris contenta, conſiſtentiam *mellis* vel *terebinthinæ*, vel *gelatinæ* cujusdam aſſumpſerit, evaporatis nempe ſubtilioribus particulis aquoſis.

THESIS XXX.

Remedia *diuretica* quoque heic non poſtremum occupant locum, quippe lympham blande per vias deſtinatas eliminantia: qualia ſunt *Rad. Aſparag. Apii*, *Allii*, *Ceparum*, *Capparum*, *Chelid. maj. Eryngii*, *Fœnic. Ononidis*, *Pimpin. Raphanorum qualiumcunque Ruſci*, *Ebuli*, *Vincetoxici*: *Herbæ* & *Folia Petroſelini*, *Trifol. fibrin. Virgæ* ☉*eæ*, *Urticæ. Sem. Fœniculi*, *Geniſtæ*, *Mil.* ☉*is*, *Petroſel. Bacc. Juniperi*, *Alkekengi*; ⊖ *vol. Succini*; ⌒ *us formic.* ⌒ *us* ⊖*is* ♀*ri* ⊕ *lat.* ⊖ *Polychreſt. vel. Anglic. Infuſ. Millep. in vino albo veteri generoſo*, *Roob Ebuli*, *Juniperi*, *Sambuci*, aliaque quamplurima, quorum apud practicos tanta farrago, ut eam hic apponere minus neceſſe exiſtimem.

THESIS XXXI.

☞ Inter auxilia e *fonte chirurgico* petita primo occurrit *paracentheſis* ſive *acu punctura*, conſuetum alias aſciticorum remedium, ſi legitime abſente

 viſce-

vifcerum corruptela inftituatur, cum alioquin poft ipfius ufum occumbere ægri fæpe foleant: curatio tamen ifta etiam anceps hic eft, quamvis enim ferum hoc pacto eliciatur, brevi tamen rurfus fuccrefcit, & operationem eludit. Si vero tunicæ ab extracta aqua collabuntur, putredinem facile concipiunt vicinis partibus exitium minitantem; etiamfi hæc operatio in mifera inftituta fuiffet, neutiquam tamen credo quod guttula feri effluxiffet, ob confiftentiam quam habebat gelatinofam vel terebinthinæ inftar.

THESIS XXXII.

Quæftio hic moveri poffet, annon, fi omnia reliqua adhibita remedia erronea & fruftranea fuerunt, ftupenda hæc ovarii moles per excifionem potuiffet curari? Cui quæftioni obviam imus dicendo, quod in principio ftatim ubi moles fuit à medicis animadverfa, fymptomata fere talia illam comitata fint, quæ alias prægnantibus funt communia, idcirco medici tunc temporis illam tractantes, ancipites hæferunt, nefcii quid ex hocce abdominis tumore & præfentibus fymptomatibus facere vellent; tractu autem temporis, & cum fpatium gravidis deftinatum effluxiffet, moles illa nimis magna facta, ut fine crudelitate & maximo cum vitæ periculo non amplius potuit extirpari per fectionem, totum enim abdomen fuiffet diffecandum, & maxima apertura facienda, ubi tunc, ob nimium aeris in abdomen ingreffum vifcera ftatim gangrænam fibimet ipfis acquifiviffent & ægræ neceffario paucis diebus fuiffet moriendum: qua de re melius & tutius eft hofce morbos folummodo palliare, *Ven. Sect. Scarificat. Fonticulis* quibus aliquam feri imminutionem utcunque adipifcimur.

THESIS XXXIII.

Supereft *indicatio vitalis* cum *fonte diætetico*. Vires in hoc affectu omni nifu funt confervandæ, & enervatæ quantum poffibile refarciendæ: obtinemus iftud per *analeptica omnia*, item *cardiaca medicamenta*; quæ recenfere opus non eft, ne tot *aquas cardiacas*, *electuaria*; *tragemata* nominando tædiofus fiam.

Diætam quod attinet, fit ea accuratiffima, & attendendum eft ftudiofe ad fex res non naturales ne peccetur, vel in exceffu earundem, vel in defectu: τὸ μέτριον τῇ Φύσει Φίλον hic: *aer* fit temperatus; *cibis* utantur boni fucci & pauci excrementi, vitent craffos, acidos, falitos &c. quibus tamen mulierculæ interdum delectari folent; *potus* non fit gelidus, fed fere ad teporem inclinans, ac parcior, ne feri quantitas augeatur: *excreta* refpondeant, & quæ præter naturam retinentur, ad ea follicitetur natura: præftat *motus* blandus nimia *quiete*; *animi* etiam pathemata; *ira*, vel *mœror* & *follicitudo* abfint. Atque hæc funto, quæ pro ingenii tenuitate de hoc affectu brevibus delibare in animum induxi, interim plura ac meliora monftraturo, libenter manus dabo, atque fidem haud difficilem adhibebo. Deo jam tri-uno, pro conceffa mihi hactenus, ftudiifque meis gratia, fit Laus! Honor! & Gloria in æternum!

FINIS.

ABRAHA-

CXXIX.

ABRAHAMI VATER

ET

PAULI GOTTLOB BERGER,

GRAVIDITAS APPARENS

EX TUMORE OVARII DEXTRI ENORMI ORTA PER TRES ANNOS CUM DIMIDIO DURANS TANDEMQUE IN ASCITEM TERMINATA.

Wittemb. 4 Aug. 1722.

Q. D. B. V.

P R Æ F A T I O.

GEnerationis in animalibus negotium, uti abſtruſiſſimum, & ab humanorum acie occulorum remotiſſimum eſt, ita ab omni tempore naturæ miraculum merito reputatum fuit, in quo plenarie detegendo ſagaciſſimi naturæ venatores, adhibita licet omni induſtria, fruſtra ſe tandem laboraſſe, ſenſerunt. Mirum propterea neminem habere debet, illos in hoc delineando tantopere titubare, ac in tam varias circa conceptionem, fetus formationem, atque partum, ſententias abire. Conceptionem quidem alii in ovario, alii vero in utero fieri, diſputant, quidam eam ab animalculo, quidam a ſpirituoſa ſeminis maſculini aura peragi, contendunt. Formationem corporis alii animæ, aut principio cuidam plaſtico, adſcribunt, alii e contrario a ſtaminum, in ovulo præexiſtentium, extenſione atque explicatione derivant. Partum ipſum quidam defectui nutrimenti, quidam ſpatii anguſtiæ, quidam aëris liberioris denegationi, alii legi naturæ adjudicant, ob quas cauſas fetus diutius in ergaſtulo ſuo contineri nequit, ſed exitum ſibi parat. Tempus quoque pariendi, in homine quibuſdam videtur incertum; quod alii in hoc, æque ac in brutorum familia, certiſſimum eſſe, demonſtrant. Præcipue vero graviditatem veram, a ſpuria & apparente dijudicare, difficillimum deprehenditur opus, quamobrem de ſignis certis ac infallibilibus cogitare coacti ſunt medici, quibus illa ab hac diſtingui poſſit, & debeat. At nec talia ſufficientia ſemper adeſſe, docent caſus ſingulares & rariores, ubi fæminæ, præcipuis licet ingravidationis ſignis apparentibus, partum tamen nullum ediderunt. Exemplum hujus rei ſat curioſum, nobis ante duos annos, hic loci videre contigit in muliere, quæ, ob ſigna quædam impprægnationis apparentia, gravida ſibi aliiſque viſa eſt. Tempore autem partui deſtinato præterlabente, ac tumore abdominis in nimiam molem accreſcente, ſpes tandem omnis partus futuri evanuit. Fæmina nihiloſecius conſtanter in ea opinione permanſit, ſe vere gravidam fuiſſe, fœtumque in utero mortuum aut corruptum, aut induratum in corpore adhuc latere. Ea de cauſa ipſa a nobis, repetitis precibus, efflagitavit, ut corpus ejus poſt mortem, ſibi imminentem, aperiremus. Fæmina proinde, elapſis ab imprægnatione imaginata, tribus annis cum dimidio, fatis defuncta, hunc laborem tanto lubentius in nos ſuſcepimus, quanto major ſpes nobis affulſit, fore, ut notatu digna quædam obſervatio oculis noſtris ſe exhiberet, in quo nequaquam nos fefellimus. Aperto enim cadavere, ovarium dextrum, in inſignem tumorem expanſum, invenimus, qui

graviditatis hujus apparentis, ac afcitis fubfecuti caufa extitit. Operæ igitur pretium facturos nos effe duximus, fi cafum iftum, haudquaquam vulgarem, in præfenti, loco fpeciminis inauguralis exhiberemus, ejufque occafione de graviditate falfa commentaremur. Quod ut Deus Ter optimus maximus, ad fui gloriam, ægrorumque falutem dirigat, optamus, piifque precibus efflagitamus.

HISTORIA.

Mulier, quadraginta & aliquot annos nata, poftquam, partu perquam difficili, gemellos procreaffet, de novo imprægnationis figna percipere fibi videtur. Retinentur in ea menfes, ad hoc ufque tempus fluentes, abdomen fenfim incipit intumefcere, lacti fimilis liquor in mammis turgefcit, motus quoque, fœtum mentientes, in abdomine ab ipfa fentiuntur. Conftanter enim illa affirmavit, fe artus embryonis, abdomen percutientes, manu eidem applicata, tactu judicare potuiffe, in quo quidem maximopere fe fefellit. Superveniente vero, uti ipfa referebat, lapfu graviori, motus hi ceffant, tempus partui præfcriptum tranfit, tumore nihilofecius ventris, diutiori quidem, fed primum non adeo ponderofo, ac molefto, permanente. Quid itaque mirum eft, quod illa fibi perfuaferit, fœtum in utero extinctum permanfiffe, præcipue, quoniam illa primum, præter tumorem iftum, nil quicquam mali fenfit. Succeffu tamen temporis, omnia in pejus abire ceperunt, intumefcentia abdominis nimium quantum crevit, refpiratio difficilior reddita, ingreffus moleftior factus: donec, abdomine ad rupturam ufque aucto, expletis tribus annis, cum dimidio, mifera tandem fatis fuccumberet. Defiderio fœminæ demortuæ, ac mariti non minus, quam curiofitate rei excitati, ad fectionem corporis ftatim acceffimus. Abdomine autem duriffimo incifo, ultra 30 menfuræ aquæ flavefcentis fœtidiffimæ effluebant, naribus fpectatorum non parum moleftæ. Liquore exhaufto, in confpectum prodiit tumor infignis, caput humanum magnitudine fuperans, figuræ ovalis, quem omnes ftatim uterum, monftri quidpiam alentem, augurabant. Eodem vero inferius ab angufto fuo principio refecto, ac tranfverfim incifo, nullam in eo cavitatem, uterinæ cavernæ fimilem, detegere licuit, fed totus ex capfulis rotundis, diverfæ magnitudinis, liquido mufco atque purulento repletis, coagmentatus videbatur. Sedem itaque uteri naturalem, cavitatem pelvim vocatam, ulterius perluftrantes, nil uteri fimile apparuit, ufque dum in vaginæ prolapfum inquifituri, manum in offis pubis hiatum intruderemus, quo ipfo uterum, intra pudendum egreffum, ad interiora retraximus. Tum demum igitur clarum redditum eft, tumorem iftum prægrandem non uterum, fed ovarium dextrum, in hanc molem excretum, effe. Vifcera abdominis reliqua nil omnino labis monftrarunt, præterquam, quod ab aquis pu-

putridis, tamdiu ibi stagnantibus, corruptio ingruens in superficie se manifestaret. Renes tamen flaccidi, & ureteres, inprimis dexter, ob tumoris ad illud latus inclinationem, ampli, ac urina repleti, observabantur, ita, ut dexter ad digiti crassitiem accederet; ac, in suo e rene egressu, saccum, nucis juglandis capacitate, exhiberet, vesica non minus urinaria exigua & contracta, ac omnino vacua reperiebatur.

THESIS I.

Priusquam ad exempli præsentis, graviditatis falsæ, contemplationem nos accingamus, non inutile fore, existimamus, conceptionem atque ingravidationem veram, ejusque signa examinare. Mittimus autem, & consulto negligimus ea, quæ de animæ humanæ ortu, de corporis ab anima fabricatione, de generatione animalium ex animalculis, in semine masculino fluctuantibus, perhibentur, ac disputantur. Ea enim omnia, utpote altioris indaginis argumenta, controversias inanes & superfluas, nullo quidem pacto terminandas, generant, multisque erroribus, cum religione & ratione pugnantibus, præbent occasionem. Etenim quis tanto gaudet ingenii acumine, ut idoneis rationibus demonstret, quomodo anima nostra a parentibus procreetur, quandoquidem religioni repugnat, animas omnes primitus jam tum una & semel a Deo creatas esse, aut adhuc hodie singulis generationum actibus ab Eo creari. Corporum quidem animalium rudimenta in primorum viventium ovariis, ac humanorum sigillatim in Evæ ovario jam tum creata fuisse, & præextitisse, rectius cum *Swammerdammio*, *Malpighio*, & Celeberrimo *Bergero*, *de nat. human. l. 2. c. 1.* statuendum erit, quoniam hoc nec religioni, nec rationi contrariatur. Quamvis enim hoc intellectu comprehendere, ac sensibus assequi nullatenus licet, ex eo tamen sequi videtur, quoniam singula ovula cicatricibus suis donari, per experimenta, in ovis gallinarum instituta, constat, quæ propterea nuda tantum evolutione & extensione opus habent. Quamobrem nulla videtur adesse necessitas, ut animæ rationali corporis fabricationem adscribamus, eamque architecti munere in exstruendo corpore fungi, existimemus, quia, ipsam rerum, in eodem actarum, parum consciam esse, experientia docet. Multo minus *Leuwenhoeckii* sententia, de generatione animalium ex animalculis vivis, semini virili innatantibus, talis est, quæ nobis probari potest, quoniam hoc pacto ex multis millibus animalculorum vivorum, cum semine una vice emissorum, unicum tantum, aut certe pauciora, cohærent, & fœtum humanum constituunt. Quid autem de reliquis fiat, non patet; quæ tamen, quoniam vita jam tum gaudent, animam humanam certe, ante conceptionem, possidere deberent. Ita

vero embryo a patre unice dependeret, cui mater nil, præter nidum ac nutrimentum præberet: id quod ſane difficultates inſuperabiles creat.

THES. II.

Poſt habitis itaque ſententiis iſtis, parum probabilibus, ad eorum potius caſtra tranſimus, qui conceptionis rationem in eo collocant, quando in conjunctione maris cum fœmina, pars ſeminis ſpirituoſa, ovulum ingreſſa, in ſtaminibus, in hoc præexiſtentibus, ac ſigillatim in puncto, uti in ovis incubatis vocatur, ſaliente, ſeu rudimento cordis, motum vitalem expanſivum excitat: quo ipſo in homine anima, modo incomprehenſibili, producitur, ac generatur. Hæc quippe ſententia, de ſtaminum corporis in ovulo præexiſtentia, neque ſacris literis fidem derogat, neque potentiam divinam infringit, potius eandem clariſſime, non ſine ſingulari ſummæ admirationis incitamento, declarat: uti pluribus hoc demonſtratum a *B. Brendelio*, *diſſertat. de embryone, in ovulo ante conceptionem præexiſtente.* Quando itaque ſemen maſculinum, apta utriuſque ſexus organorum genitalium combinatione, in arvum muliebre injicitur, aura ejus ſubtilior per tubam fallopiam, eo tempore ovario, mediantibus fimbriis expanſis, applicatam, intra ovulum, ibidem latens, penetrat, atque illud fœcundat. Non quidem ignoramus, medicorum celebrium quamplures, conceptionem in ovario, ovulique fœcundati per anguſtum tubæ canalem deſcenſum, difficilem judicantes, in ea hærere ſententia, ova ante conceptionem ad uterum deſcendere, ibique demum a ſemine maſculino fœcundari. Alii e contrario novum aliquod ovarium, in orificio uteri interno, ſtabilire voluerunt, expeditiorem ita viam cenſentes, qua ſemen proliferum facilius in ovula, ibidem collocata, penetrare poſſit, quam ſi per tubam, cum ovario non cohærentem, ſed libere in abdomine fluctuantem, ad ovaria hactenus nota tranſire opus habeat. Utriſque autem contradicunt fœtuum, in tuba repertorum, exempla non tantum, ſed etiam Celeberrimi Ruyſchii obſervationes curioſiſſimæ, qui non ſolum ſemen in tubis Fallopianis fœminarum, a paucis diebus gravidarum, ſed etiam ovula fœcundata, turgida in ovariis earum aliquoties reperit. *vid. Theſ. Anat. VI. Tab. IV. fig.* 1. *& Adverſar. Anat. Dec. I. Tab. I. fig.* 2. *& Tab. II. fig.* 3. quo loco etiam ad Epiſtolam Clariſſimi Etmulleri, de ovario novo reſpondet, pluribuſque ſolidiſſimis argumentis illud deſtruit.

THES. III.

Ovulum fœcundatum, oborta intrinſecus turgeſcentia, & motu expanſivo in ſtaminibus, ac concitato propterea largiori affluxu ſuccorum, ſucceſſive e clauſtris, quibus firmiter antea cohærebat, prorumpit, ac, rupta

rupta exteriori ovarii membrana, vel dilatatis potius foraminulis, aut osculis, in hac, post fœcundationem, a *Verheyen* in brutis observatis, *Anat. Tr. II. c.* 24. ad extra tendit, atque a tubæ parte ampliori exceptum, versus uterum descendit. Quamprimum ad uterum accessit ovulum, brevi post, explicatis magis in exteriori ejus tunica fibris, iisque intra substantiam uteri insinuatis, cum hoc tandem cohæret. Asservamus nos, inter rariora, ovulum humanum, nucis avellanæ magnitudine, in cujus cavitate fetus, muscam referens, a funiculo umbilicali pendet. Hujus facies externa, ex parte fibrosa, penicilli instar, apparet, reliqua superficies levis atque compacta, qualia ovula nondum aperta, exhibet laudatus *Ruyschius*, *l. c. Tab. I. fig.* 2. 3. Locus iste pilosus atque fibrosus haud dubie est, ubi ovum cum utero connectitur, atque in quo placenta tandem generatur. Quoniam vero harum fibrarum, & totius ovi expansio, a succorum ipsius fetus motione, ac circulatione pendet, hinc manifestum est, per easdem fibras, cum vasis uterinis connexas, nutrimentum a matre ad fœtum derivari. Per hanc itaque viam embryo tenerrimus, intercedente funiculo umbilicali, succum nutritium omnem primis mensibus haurit, donec tandem, eodem magis perfecto, idem quoque liquorem amnii circumfusum, mediante ore, capere ac deglutire possit: quorum succorum beneficio, fetus ad plenariam sui perfectionem, & magnitudinem perducitur.

Thes. IV.

Circumdatur fetus membrana duplici, quarum externa chorion, in qua vasa sanguifera copiosissima, ex umbilico protensa, & placentam videre licet; interior vero amnion, quod succum alimentitium, & fœtum ipsum continet, appellatur. His accedit tertia, a figura, quam in brutis habet, farciminalis, seu allantois vocata, quæ succum excrementitium urinalem, in vesica embryonis collectum, ac per urachum, in umbilico transeuntem, transmissum, recipere debet. Quemadmodum vero origo liquoris amnii admodum obscura est, ita, ut auctores nondum inter se consentiant, utrum eundem ex vasis umbilicalibus, vel ex umbilico ipso, vel ex placenta, vel ex mammis fetus derivare velint: ita non minor inter eosdem occurrit dissensus, circa tertiam membranam, allantoidem dictam. Hæc quidem membrana, in brutis gravidis dissectis, lotio plena manifeste apparet; eam tamen in humanis corporibus, ob excrementorum defectum, raro invenire licet. Ea de causa, multi ex recentioribus ipsius in homine existentiam plane negant, ejusque nullam esse necessitatem contendunt, inprimis, quoniam anatomici exercitatissimi, urachum in fetu plerumque clausum esse, observarunt. Alii e contrario necessitatem hujus membranæ, in homine non tantum propugnant, sed etiam, eandem aliquoties se reperisse, perhibent, eam-

que inter amnion & chorion collocant; ita; ut illa æque, ac hæc, totum foetum involvat, quos inter inprimis *Needham*, *de Graaf*, *atque Bidloo* eminent. Totam vero controverfiam, uti nobis quidem videtur; terminare poterit obfervatio elegans *D. Hale*, *in Tranfact. Anglic. n.* 271. *p.* 833. *Ann.* 1698. confignata, qui allantoidem in duplici fubjecto non modo obfervavit, fed etiam flatu diftentam confervavit. Ea tamen foetum nullatenus, ficut nec in brutis, ambit, fed amnio accumbit, & cum hoc commune aliquod latus conftituit: uti ex icone, *loc. cit.* addita, omnium optime perfpici poteft. Urachi vero perforationem, præter aliorum obfervationes, confirmat illa, quam Yongius, quondam in puero fex annorum vidit, qui omnem fere urinam, a primo ortu, per umbilicum reddidit: quod ipfum pariter confignatum videre eft in *Tranfact. n.* 323. *p.* 423. Quale etiam exemplum ex Hiftoria Regiæ Scientiarum Academiæ, a Domino Littre, in viro 30 annorum obfervatum; recenfet Clariffimus *Verdries*, *in Ephem. Germ. Cent. VI. obf.* 14. ubi pariter experimentum curiofum Celeberrimi *Ridley*, ad detegendam urachi cavitatem, inftitutum, ad imitandum proponit.

THES. V.

Ita ergo fetus, membranis fuis involutus, ac in fucco amnii innatans, in domicilio fuo tamdiu retinetur, donec idem auctus ac perfectus, partus tempore appropinquante, non tam, ob fpatii anguftiam, aut nutrimenti defectum, quam ob turgefcentiam fuccorum propriorum fortiorem, ac aëris liberioris appetitum, exitum parat. Idem quippe, anxietate præcordiorum coactus, variis motionibus atque jectigationibus circumactus, tandem verfus orificium uteri internum inclinat, illudque capite premendo, ac pedibus verfus uteri fundum calcitrando, hunc ad fui expulfionem concitat. Hoc tamen non, nifi termino partus conftituto, in hominibus æque, ac brutis, certo, per naturam fieri folet; expletis nimirum novem in utero menfibus. Quamvis enim quidam, partus terminum in hominibus incertum effe, exiftiment, partumque perfectum non folum citius, menfibus nimirum fexto, feptimo, atque octavo, fed etiam tardius, decimo, undecimo, atque duodecimo fieri poffe, fibi perfuadeant; eundem tamen certiffimum, ac per naturam immutabilem effe, rationes graviffimæ quamplures evincunt. Apparet fane pariendi tempus quandoque vagum; atque fallax, cum fæminæ ipfæ, ob conceptionis principium ignoratum, non raro fallantur; probe tamen inftructæ, & quæ fe norunt, non diem, fed horam, & vel momentum inftantis partus fibi prædicere poffunt: uti auctor nobis eft *Schellhammerus*, *Analect. Anatom. Phyfiolog. Exerc. XII. fect.* 3. *thef.* 17. Idem hoc loco illuftre hujus rei exemplum adducit, Sereniffimæ Ducis Jenenfis

Jenenfis Bernhardi uxoris, regia ftirpe, e domo Tremullia, ortæ, quæ partus inftantis momentum exacte prædixit, nec unquam in calculo erravit.

Thes. VI.

Quemadmodum vero, ante finem noni menfis, nullus partus naturalis, ac ex omni parte perfectus editur: ita nec fetus, per naturam diutius, poft illud tempus, in utero materno remanere poteft. Aliter tamen fe res habet, ubi fetus, ab exitu totaliter, ob varias caufas, interclufus ac impeditus, in utero emoritur, atque, nifi removeri queat, putredine confumptus, matrem ipfam jugulat. Dantur tamen cafus rariffimi, quibus embryones, in utero retenti & mortui, ac poftmodum indurati, per plures annos incorrupti, confervati fuerunt. Inter ea exempla, fingulare, ac plane inauditum eft illud recentiffimum, in pago fuevico, prope Gemundam, Leinzell appellato, contingens, ubi ex fæmina, 94 annorum fetus talis offificatus, aut potius exficcatus, fecundinis fuis, globum offeum referentibus, adhuc inclufus, poft mortem exfectus eft, qui per 46 annos in utero materno hæfit, uti hoc, defcriptum & delineatum, videre licet *in differt. de fœtu 46 annorum, Tubingæ, fub Præfidio Clariffimi Camerarii habita.* Singulariffimum & notatu digniffimum penitus in hoc cafu eft, omnemque fere fidem fuperat, quod fæmina, fetu ifto extincto, ac, præfentibus licet omnibus partus indiciis, in utero, aut in tuba, uti videtur, permanente, ab illo tempore tamen, adhuc bis fetus vivos, & adhuc viventes, ediderit. Inde etiam factum eft, ut mifera illa, quando conftanter affirmavit, fe fœtum illum adhuc utero gerere, fidem haud invenerit, potius ludibrio ab ipfis medicis habita fit, ufque dum, poft tantum temporis intervallum, exitus veritatem rei comprobaret.

Thes. VII.

Fœtum autem mortuum, licet non offificatum, ad aliquod tempus, fine corruptione, in utero contineri poffe, alio quodam exemplo, ex familia brutorum defumpto, comprobandi, nobis in præfenti fe offert occafio. Dum enim hæc fcribimus, offertur nobis a lanione hujus civitatis uterus ovilis, fetu repletus, ex ove, ab anno tumore infigni lateris finiftri affecta, exfectus, quæ pro gravida quidem habita, partum tamen nec anno fuperiori, nec præfenti edidit. Re ifta fingulari permotus lanio, ovem per annum nutriens, fine fpe fobolis ab ea acquirendæ, tandem confilium cepit ovem mactandi, uterumque refectum nobis obtulit. Erat autem hic arctiffime circa fœtum contractus: quo, cum membranis, hunc involventibus, aperto, aliquot unciæ liquoris ærugi-

nofi,

nosi, coloris crocei, omni tamen foetore destituti, effluebant. Tunc autem in conspectum prodibat fetus, omni ex parte perfectus & maturus, sed mortuus, & obtorto capite jacens. Inciso embryonis corpore, interiora ejus nitida atque incorrupta; carni recenter mactatæ similia, sine ullo odore foetido ac putredine, invenimus; omnia tamen viscera interna flaccida, exsucca, & exsanguia deprehendimus. Canalis alimentorum contractus, ac ab excrementis, ibi contentis, flavescente & nigricante colore tinctus, sine ulla tamen corruptione, ita, ut inflationes ac injectiones violentas, mediante siphone, ad intestina, in totum fere conglutinata, expandenda, factas, sine ruptura sustineret. Ex corde ac canalibus majoribus sectis, nil, præter pauxillum liquoris, loturæ carnis similis, effluebat, in toto vero corpore ne guttula quidem sanguinis, aut purulentæ materiæ apparebat. Fetus hic perfectus ac maturus, & quoad internas & externas partes sanus, ac optime constitutus, quamobrem in lucem non fuerit editus, nullam aliam reperire potuimus causam, præterquam, quod ille sinistra coxendice connatus, ac conglutinatus cute lanata cum secundinis, ac utero ipso, ad palmæ latitudinem tam firmiter cohæreat, ut, sine membranarum ac uteri dilaceratione, separari nequeat: uti id ipsum in fetu, a nobis conservato, unicuique monstrare integrum est. Interim tamen embryo iste, si non ab anno præterito, quod certo affirmare non possumus, a quatuor tamen minimum mensibus, post mortem sine corruptione, in utero materno integer conservatus est, nullumque est dubium, quin idem, diuturnitate temporis magis exsiccatus & induratus, adhuc diutius ibidem contineri potuisset.

Thes. VIII.

Perpensis itaque ingravidationis conditionibus, nunc, ut propius ad impraegnationem spuriam explicandam accedamus, veniendum nobis est ad signa ingravidationis veræ. Quamprimum mulier in utero concepit, eadem, ob influxum succorum, versus uterum largius concitatum, ac circuitum propterea sanguinis vitalem vehementer alteratum, genusque nervosum inprimis graviter affectum, varias, easque insignes in corpore communiter experitur mutationes. Ita enim de eo *Hippocrates*, *de principiis*: *mulier, cum in ventre concepit, statim horret, & calor, & dentium stridor consequitur, & convulsio occupat tum articulos, tum totum corpus, & uterum segnities, ac torpor.* At longe plura impraegnationis indicia paulo post sequi solent, quorum tantus est numerus, ut vix omnia recenseri queant, quæ in mulierculis observantur, collegit tamen ea *Pechlinus*; *in observat. phys. med. l. 1. obs. 45.* *Sunt*, inquit, *alacres, & vegetæ, quæ, simul ac contagio seminali sunt infectæ, velut ad nocentis auræ halitum, aliam induunt naturam, corporisque & animi dotes lente amit-*

amittunt. Statim enim vultum solitus destituit rubor, oculorum orbitæ excavantur, & livescunt, caputque & lumbi doloribus, artus omnes lassitudine perfunduntur, appetitus non tantum nullus, sed & degener, & ad inepta præpostera persuasione productus, consuetorum alimentorum etiam memoria gravis, aspectus sæpe intolerabilis, usus diris symptomatibus, inde & vomitu vindicatus; insuetorum contra incredibilis appetentia, & si, cum petuntur, deficiunt, major, quam a præsentibus noxa; coctio ventriculi, alvus & pleraque inde functiones depravatæ. Et hæc quidem non omnibus, nec simul & semel; sed aliis initio, aliis toto tempore, aliis proxime ante partum eveniunt. Hæc tamen indicia graviditatis, quamvis in quamplurimis obferventur; ea tamen, uti ipsi auctores fatentur, ac quotidiana experientia docet, nullatenus universalia ac perpetua; sed ad accidentalia potius sunt referenda. Non raro enim evenire solet, imo utplurimum fit, ut virgines morbosæ & pallescentes, post conceptionem, vividiores, vegetiores, meliusque valentes evadant. Multo minus ex his, cum *Scheibammero loc. cit.* §. 27. 28. concludere licet, conceptionem peragi, mediante circulo sanguinis; cujus beneficio aura seminalis a venis ex utero ad sanguinem, & per hanc ad ovarium penetret; quia hæ mutationes, uti ipse judicat, nisi sanguine infecto, fieri nequeant. Quemadmodum enim nos nullum videmus impedimentum, quare semen spirituosum non per eandem viam; per quam ovulum fœcundatum ad uterum regreditur, accedere queat: ita alterationes istæ, per uteri; propter vasa sanguifera & nervosa copiosissima; cum toto corpore consensum; explicari possunt.

THES. IX.

Alia tamen, eaque magis essentialia, & quæ per naturam graviditatis necessario sequuntur, indicia temporis successu in fœminis observari solent. Cessat nimirum regulariter, statim post conceptionem, fluxus sanguinis menstruus; percipitur a gravidis tensio abdominis, qua primum insensibiliter, post medium vero gestationis tempus manifesto abdomen intumescit, ac magis elevatur. Eo ipso quoque in mammis, præcipue in papillis, pruritus atque punctorii dolores percipiuntur, ac lac quoque pedetentim in iisdem colligitur, fetusque ipse, tandem adultior factus, motibus fortioribus sui præsentiam notam reddit. Hæc quidem ita sunt comparata, ut, ubi conjunctim ac perfecte adsunt, graviditatem præ aliis indicare soleant; nihilo tamen secius ista quoque signa, si separatim considerentur, aut imperfectiora sint, fœminis ipsis, multoque magis aliis imponere possunt. Quem enim latet, ex quot causis purgatio menstrua, etiam sine impraegnatione, turbari, aut plane cohiberi possit, cum e contrario gravidæ interdum, quamvis rarius, ad dimidium gestationis tempus, imo ad partum usque eandem experiantur.

Ex ſuppreſſione vero menſium, viſcerum obſtructionibus, atque tumoribus aliis, oritur ſubinde intumeſcentia abdominis, non tantum flatulenta ac mutabilis, ſed etiam durior & continua, qua deceptæ mulierculæ, gravidæ ſibi videntur. Accedunt ſæpiſſime motus flatulenti, atque ſpaſmodici, motibus fetus quodammodo analogi, qui, niſi accurate judicentur, ac a veris embryonis motibus diſtinguantur, tanto magis fœminis imponere ſolent. Lac quoque, vel liquor huic ſimilis, in mammis cachecticarum, & menſium obſtructione laborantium, ſæpiſſime reperitur. Imo, quod omnium maximum eſt, ſigna iſta non ſeparatim, ſed conjunctim quoque occurrunt, adeoque facilius fallunt, niſi, iiſdem exquiſite examinatis, ac cum aliis circumſtantiis concurrentibus collatis, aut ipſo tandem exitu contrarium docente, fallacia detegatur. Lepidus admodum caſus a *D. Hoyero*, *in Ephem. Germ. Cent. VI. obſ.* 74. narratur de muliere 73. annorum in duobus matrimoniis fœcunda, in tertio vero per 18. annos ſterili. Hæc de novo menſes cum titillatione prorumpere ſentiens, ac viro cohabitans, non tantum abdominis tumorem, ſed etiam mammas turgidas, lac fundentes, monſtravit. Tempore vero partus conſueto accedente, molam loco fetus edidit.

THES. X.

Varia quidem ſunt vitia, in corpore latentia, quæ graviditatis ſpeciem quandam præ ſe ferunt; ea tamen, ſi intentis oculis accurate conſiderentur, ac cum ægrarum diſpoſitione, aliiſque in corpore obſervatis conditionibus, conferantur, a prudentioribus omnino dijudicari poſſunt. Hydrops quidem abdominis atque tympanites, quamvis ſæpiſſime ingravidationis ſuſpicionem efficiunt, pluribus ſpecialibus accidentibus ab hac diſtinguuntur. Quemadmodum enim inflatio abdominis in tympanitide non continua eſt, ſed varias viciſſitudines habet: ita ipſa aqua, in hydrope abdomen inundans, fluctuatione ſua, pro varia corporis inclinatione, ſe ſatis ſuperque prodit, niſi aqua iſta in viſceribus, aut veſiculis includatur; qui hydrops ſaccatus medicis audit. Attendendum tamen & hic, hydropem atque tympanitidem cum vera impragnatione interdum conjungi, adeoque hujus ſigna obſcuriora, & cognitu admodum difficilia efficere, ut vere gravidæ tales non æſtimentur. Singulare hujus rei exemplum in *Ephemer. German. Dec. II. A. VIII. obſ.* 165. recenſet D. Albrechti fæminæ hydropicæ 45. annorum, quæ, hydropis cauſa, incaſſum uſurpatis fortiſſimis hydragogis, filium tandem enixa eſt. Imo *Platerus l.* 3. *obſ.* 620. mentionem facit fæminæ, quæ quoties uterum ferebat, toties quoque aſcite laboravit. Cautos igitur & circumſpectos hoc ipſum reddere debet medicos, ne perſonis inprimis ſuſpectis, apparentibus licet ſignis quibuſdam cachexiæ, fortiora ſtatim emmenagoga, ac fœtum expellentia exhibeant medicamenta. Neque tamen ex ſola abdominis intumeſ-

tumefcentia, uti a vulgo fieri folet, impraegnatio judicanda, ne innocentibus injuria fiat: qualia exempla toto die occurrunt. Ita *Sennertus Pr. l.* 3. *Part. VI. fect.* 2. *c.* 3. ex Joanne Henzio refert de ancilla, eam ex diætæ erroribus, in menfium primum fuppreffionem, ac in ventris tumorem incidiffe, &, quoniam ea de caufa ipfa male audiret, fectionem corporis poft mortem, pro innocentiæ teftimonio petiiffe. Fato infecuto, ac corpore aperto, tumor utriufque ovarii, capitis recens nati infantis magnitudine, lividus atque fungofus, plurimifque veficulis aquofis, in ulcera degenerantibus, repletus, inventus fuit.

Thes. XI.

Præ aliis, tumores & concreta varia, in, aut circa uterum hærentia, graviditatem mentiuntur, ita, ut vix, ac ne vix quidem, a vera difcerni queant. Eo pertinet molarum generatio, quæ, quoniam in ipfo utero hærent, eodem modo, ac fetus crefcunt, ipfumque uterum, cum quo cohærent, ac ex quo nutrimentum capiunt, æqualiter afficiunt, omnia fere graviditatis veræ figna præbent. Notæ fufficienter funt fabulæ, quæ a vulgo de molis circumferuntur, eafdem effe animalia monftrofa, ac viva, ex imaginationis errore, aut congreffu illicito, in corpore formata: quæ omnia hic recenfere, operæ pretium non effe, exiftimamus. Unicum tamen prætermittere hic non poffumus, quod nobis contigit haud ita pridem, ubi vir quidam offerebat nobis molam, ab uxore fua abortiente in lucem emiffam, oblongam, anterius craffiorem, & incifura, inftar oris, notatam, pofterius vero in acumen abeuntem, quæ pifcis figuram quodammodo monftrabat. Hanc, vir ifte, non tantum vixiffe, quia, aquæ injecta, fluctuaverat, fed etiam ab obftetrice, mediante fabula futoria (erat enim vir ifte futor) occidendi animo perforatam, fonum, vel clamorem ediddiffe, affirmabat; quam tamen nil aliud effe, quam maffam carnofam informem, cognovimus, commovit hæc vulgi perfuafio laudatiffimum *Ruyfchium*, ut, convocatis aliquando omnibus, quot quot Amftelodami fuerunt, obftetricibus, quarum numerus haud fuit exiguus, eafdem examinaret, & percontaretur, quid circa molas obfervaffent. Nulla tamen ex illis quicquam aliud de his revelare potuit, quam, quod corpora carnofa & dura fæpius deprehenderint, nunquam vero talia viventia ab ipfis reperta fuiffe: ut idem narrat *in obferv. anat. Chirurg. LVIII.*

Thes. XII.

Molarum ipfarum origo, atque generatio, admodum fufpenfos reddidit medicos, quid de ea fentiendum fit. Communiter quidem tales, ex relicta in utero, ac huic cohærente particula placentæ, ortum trahunt,

 quan-

quando hæc, cum vafis uterinis adhuc conjuncta, nutrimentum capit, ac in tantam molem, fœminis moleltam, augetur: unde nomen accepiffe, patet. At enim vero hujufcemodi molæ, non tantum a fœminis maritatis, aliquo jam partu antegreffo, fed etiam, antequam pepererunt, excluduntur: ubi fane injuria foret, omnes accufare, eafdem, ante matrimonium contractum, jam partum, aut abortum paffas effe. Huic tamen dubio optime occurrere poffumus, fi concreta ifta, ex utero exclufa, cum fæpius celebrato *Ruyfchio* diftinguamus. Hic enim, *in obfervat. chirurg. obf.* 28. & 29. docet, probe difcernendas effe molas veras, ex particula placentæ fetus maturi, in lucem emiffi, abrupta, & in utero retenta, a pfeudomolis, a placentula integra fetus duorum, trium, quatuorve menfium, in matre extincti, vel abortu expulfi, quæ compreffione uteri induratæ, rotundam, aut oblongam, interdum quoque animalium figuram exhibent. His aliud adhuc pfeudomolarum genus *idem* addit, maffam nimirum cruoris, aut fanguinis coagulati, & uteri compreffione indurati, quæ pariter molæ fpeciem præ fe ferre folet. In harum ab illis dignotione refpiciendum effe, docet, ad duo illa momenta, an funiculi abrupti veftigium adfit, & an vafis fanguiferis gaudeant, fine quibus non poffint vocari placentulæ retentæ. Pariter etiam alia concreta, extra uterum reperiunda, cum molis nullatenus confundenda funt: id, quod Marquardus fecit, qui duas molas extra matricem, unam huic fortiffime adhærentem, alteram in latere finiftro, circa vafa feminaria, in quantitate capitis, in muliere Viennenfi repertas, refert, *Pract. Theoret. & Empyric. cap.* 5. *de Mola*, quarum originem quoque idem inde deducit, quod fæmina illa venerea, viro feni impotenti nupta, cafte & honefte vixerit.

THES. XIII.

Præter molas, in utero generatas, ingravidationem quoque mentiuntur alia concreta præternaturalia, in matrice ipfa, aut extra eandem reperiunda. Sic graviditatem fpuriam, ex utero ulcerofo, carnem fpongiofam & putridam continentem, habet *Hildanus*, *Cent. II. obf.* 55. ex maffa pultiformi, in utero contenta, *Arculanus Comment. ad cap. de Mola lib.* 9. *Almanfor.* ex calculis, in utero contentis, in comitiffa a Gleichen, *Mæb. Fundam. Med. Phyfiolog. cap.* 20. ex veficæ abfceffu, *Helwigius*, *obf.* 124. ex ovario dextro, ad magnitudinem ovi gallinacei aucto, *Marchettis*, *anat. cap.* 7. Quæ exempla, cum pluribus aliis, aliorum auctorum obfervationibus, videre licet apud *Bonett. Anat. Pract. L. III. fect.* 37. *obf.* 1. Quo propius igitur tumores, vel alia concreta præternaturalia, uteri regioni adjacent, aut in ipfa matrice conduntur, tanto magis graviditatis fpeciem præ fe ferunt, nifi per alia figna ab hac difcerni queant. Circumfpectione igitur, hac in re judicanda, maxima eft opus, ut omnes circumftantiæ rite perpendantur, utrum nimirum tumor abdominis, fimili, ac tem-

tempore impraegnationis, modo, primum lente, fed fucceffive fenfibilius incrementum capiat, an vero idem fubito crefcat, vel tandem nimis augeatur, vel potius in eodem ftatu fubfiftat, aut alia cachexiæ, vel alius ftatus præternaturalis figna concurrant? Quoniam tamen hæc non exacte a mulierculis obfervantur, fe ipfas, aliofque non raro fallunt. *Crucius*, *de quæfitis*, *cent.* 1. *p.* 21. refert, Imperatricem Auguftam omnia figna veræ geftationis, tribus fere annis ante obitum, habuiffe, ut omnes doctiffimos medicos & expertiffimas mulieres deceperit, ufque ad nonum menfem. In hujus defunctæ corpore aperto, præter vifcerum plerorumque vitia, abdomen humore ichorofo, flavo plenum, uterus magnus, plenus humore albo craffiffimo, ac, circa ejus latera, & corpus, quinque tumores fat magni, ejus fubftantiæ adhærentes, inventi fuerunt.

Thes. XIV.

Ad hunc ergo graviditatis falfæ ordinem pertinet quoque nofter cafus, in præfenti expofitus, qui quidem primo tempore a vera vix dignofci potuit. Fæmina enim confiftentis ætatis, haud ita pridem gemellis procreatis, omnia fere ingravidationis figna percipere, fibi perfuaferat. Fluxus nimirum menftruus ad hoc ufque tempus durans, ceffavit, hypogaftrium a tumore illo ovarii fucceffive intumuit, lacti analogus liquor in mammis apparuit. Accedentibus præterea motibus in abdomine, flatulentis quidem ac fpafmodicis, non tamen, nifi accurata obfervatione, a veris fetus motionibus dijudicandis, rationes fufficientes habere, fibi vifa eft, quamobrem, fe gravidam effe, crediderat. Tempore vero partus præterlabente, ac abdomine in nimiam molem crefcente, fpes quidem ifta evanuit, inhæfit nihilofecius animo opinio, fœtum in utero extinctum, adhuc in corpore latere; quod tamen fectio, poft obitum inftituta, refutavit.

Thes. XV.

Ex hactenus itaque allatis exemplis, & ex præfenti quoque noftro cafu, fatis conftare, judicamus, figna inpraegnationis adeo certa, infallibilia, ac univerfalia non dari, quæ omnibus fœminis competant, nec unquam deficiant, quoniam optima, ac per naturam in plerifque graviditatem indicantia, interdum deficere & fallere vidimus. Occurrunt tamen exempla rariora fæminarum, quæ, conceptione facta, indicia fingularia, ac ipfis propria, eaque infueta penitus, ac extraordinaria, imo paradoxa experiuntur, e quibus, fe gravidas effe, certo cognofcunt. Notatu digniffimum eft, quod *D. Hoyer in Ephem. German. Cent. VI. obf.* 75. de matrona generofa retulit, eam virginitatis annis fluxum menfium regularem expertam effe, poft matrimonium vero contractum, extra impraegnationis ftatum, nil quicquam hujus percepiffe. In hac, aliquoties gravida facta,

tanquam certiſſimum imprægnationis inchoatæ ſignum, menſes apparuerunt; ac per totum geſtationis tempus, uſque ad partum, debitis intervallis ſe monſtrarunt, ſed, partu edito, ac lactatione peracta, ſine ullo ſanitatis diſpendio, iterum ceſſarunt. Non minus curioſum eſt, quod ab *Ettmullero*, *loc. cit. cent.* 1. *obſ.* 45. de fæmina perhibetur, quæ, quotieſcunque concepit, & antequam alia ſigna ingravidationis ſentiret, ſanguinem ex bregmate ſiniſtro extillare, percepit. Plura quoque talia, in ſcholio addito, enumerantur exempla, ex Panarolo, Fernelio, aliiſque, ubi epilepſia, vena, in femoris interno latere, prope genu apparens, cephalalgia, & id generis ſingularia ſymptomata, imprægnationem factam eſſe, certo annunciarunt. Præ aliis autem memorabilis eſt caſus, qui in *Dec. I. A. II. obſ.* 215. *a Reiſelio* relatus habetur, quo maritus, pro uxore gravida, vomitu ac pica laborans, ſiſtitur, cujus quoque filius poſtea, contracto matrimonio, eadem ſymptomata paſſus eſt. Æquum omnino, noſtra ſententia, fuiſſet, ut viri iſti, more in Guayana, Americæ regione, recepto, partu ab uxoribus edito, lectum occupaſſent, ac, puerperio cubantes, ſervitia ab uxoribus, in grati animi teſſeram ipſis præſtanda, expectaſſent.

THES. XVI.

Sed progrediendum nobis nunc eſt, ad ſpecialem caſus noſtri conſiderationem, in quo ante omnia nobis ob oculos ponitur, tumor iſte ovarii inſignis, ingravidationis hujus ſpuriæ, & aſcitis ſubſecuti unica cauſa. Conſtabat idem ex folliculis membranoſis, inter ſe cohærentibus, ac externa ovarii tunica validiſſima comprehenſis, muco lento atque viſcido turgidis, admiſta quoque hinc inde materia purulenta. Capſulæ ipſæ, cum externa tunica, craſſiſſimæ, ac vaſorum ſanguiferorum quoque perreptantium, canales inſigniter diſtenti erant, ita, ut quidam eorum ad calami ſcriptorii capacitatem accederent. Fuerunt omnino folliculi iſti nihil aliud, quam hydatides, a ſero viſcido atque mucoſo, extremitates vaſorum ſucceſſive diſtendente, ortæ, quarum numero & magnitudine creſcente, ovarium totum tandem in hydatides degeneravit. Tales, ovulis veris interjectæ, ſæpiſſime in ovariis mulierum reperiuntur, &, cenſente laudato *Brendelio*, *diſp. de hydrope ovariorum*; *Theſ. IV.* neque ovulis priores, neque æquales exiſtunt, ſed in illis demum, quæ aliquoties pepererunt, & varias injurias in partibus genitalibus perpeſſæ ſunt; iſtæ enim frequentius in fœminis, quæ partum ediderunt, rarius, vel nunquam in virginibus ſanis reperiuntur: uti videre eſt *in Ephem. Germ. Dec. II. A.* 5. *obſ.* 207. & *A.* 6. *obſ.* 164. Propterea tamen, ob hydatides ſæpe in ovario occurrentes, illud veſiculare aut glanduloſum dici non poteſt, quoniam, docente Clariſſimo *Heiſtero*, *Compend. Anatom. Adenolog.* §. 367. veſiculare & glanduloſum diſtingui debent, veſiculæ autem aliæ per naturam in ovario,

præ-

præter ovula, non occurrunt, nec glandulæ in ftatu naturali in eodem demonftrari poffunt. Evicit quoque *Ruyfchius*, *Thef. Anat. VI. Explic. Tab. V. fig.* 3. 4. 5. 6. vaforum fanguiferorum extremitates hydatidum naturam variis locis induere: idque exemplis placentæ uterinæ, in hydatides mutatæ, confirmavit, quam tamen pariter, ac alia corporis noftri vifcera, nil glandulofi continere, exquifitiffima fua arte præparandi, clarum reddidit.

Thes. XVII.

Quod fi nunc de caufa folliciti fimus, tam copiofi hydatidum proventus, atque expanfionis ovarii infignis, eam certe nullam aliam, quam humorum, in fuo circulo impeditorum, ftagnationem, atque in nodofis, extremitatum vaforum anfractibus, collectionem fuiffe, patet. Hanc fi non unice produxit, occafionem certe eidem dedit, binorum ovorum foecundatio, ac, ab horum feparatione, gravior ovarii læfio, in procreatione gemellorum antecedente, facta. Ex antea dictis enim conftat, hydatides frequentius in fæminarum, aliquot jam partus expertarum, quam in virginum ovariis ab auctoribus obfervatas effe: quod docet, ovarium a conceptione, atque ovulorum foecundatorum eruptione, non parum affici. Confirmat hoc uberius tumor infignis, ab ovuli feparatione in ovario relictus, tantæ magnitudinis, ut dimidium interdum totius ovarii conficiat, qui rubedine primum perfufus, ac quafi inflammatus, fucceffu vero temporis fugillatus, atque lividus apparet. Corpus hoc luteum, &, uti vocatur, glandulofum, ex cujus finu prodiit ovulum, fæpe diutius poft conceptionem remanet, ita, ut non raro poft partum, adhuc turgidum inventum fuerit: quemadmodum in fæmina, Torgæ, ob infanticidium commiffum, aquis fuffocata, obfervatum, legi poteft, in *Phyfiol. Experim. Sect. VI. cap.* 11. *Thef.* 4. Quæ forte caufa eft, quare in non gravidis quoque, a *Malpighio* illud repertum fit, unde enata eft fufpicio, idem ante conceptionem in ovario exiftere, quod tamen antecedenti potius conceptioni, & partui adfcribendum erit. Evincit tumor ifte rubens, lividufque, tamdiu permanens, ovulum foecundatum non, nifi vi, atque conatu, & turgefcentia intrinfeca, excitato humorum affluxu uberrimo, fractis repagulis, prorumpere, atque fic intumefcentiæ huic occafionem dare. Tanto majorem læfionem in ovario fieri, a duplici ovulo, una vice erumpente, credendum eft, quia eo ipfo turgefcentia fortior, largior humorum affluxus, & gravior fibrarum irritatio neceffario concitatur. Id quoque probat obfervatio *Swammerdammii*, qui, referente *Brendelio*, *loc. cit.* in ovario finiftro fæminæ, fex menfibus gravidæ, &, editis abortu duobus gemellis, extinctæ, vidit inflammationem, & infignem cicatricem, qua incifa corpus flavum & fibrofum, gemina fovea, e qua ova gemella prodierunt, infculptum apparuit. Quamobrem non fine ratione judicamus, gemellorum procreationem antecedentem, in noftra tumori ovarii anfam dediffe.

Thes. XVIII.

THES. XVIII.

Cognita igitur atque perfpecta caufa, tumoris hujus in ovario, præcipua, facile eft, judicare de hydrope afcite, tandem accedente. Aucto quippe isto tumore, & cavitatem replente, non tantum ureteres, fed etiam vifcerum reliquorum, circumjacentium, ipfiufque uteri vafa, cum ovario communia, a pondere incumbente graviter compreffa fuerunt: quo ipfo, motu fanguinis impedito, ac fecretionibus turbatis, ferum tandem in cavitatem non potuit non exftillare. Confirmat hoc ureterum vehemens expanfio, ac renum ipforum flaccities, atque veficæ urinariæ compreffio: quæ omnia, urinæ fecretionem valde imminutam, arguunt. Reftat igitur tantum, ut de prolapfu uteri, in hoc fubjecto obfervato, paucis adhuc agamus. Hic enim in fectione, a vagina prolapfa, adeo extra pubem protractus, inventus eft, ut nullum ejus veftigium in pelvi apparuerit. Imo nullus dubitandi locus datur, eundem adhuc longius elabi potuiffe, nifi tumor ovarii prægrandis, in fundo ipfi alligatus, obftaculo fuiffet. Experientia enim docuit, fæminas, prolapfu uteri, aut vaginæ laborantes, facta conceptione, & uteri cavitate a fetu crefcente dilatata, levamen percepiffe. Tale exemplum *Pechlinus loc. fupr. cit. obf.* 20. in fæmina, Lugduni Batavorum ab ipfo obfervatum, recenfet, quæ, præter alia incommoda, vehementi & vafta vaginæ uteri procidentia afflicta fuit: fingulis nihilofecius annis domum filio auxit, ac præterea fæpius abortiit. Illa enim, quamvis laboriofiffime & decretorie pareret, non aliud tamen procidentiæ remedium quæfivit, quam graviditatem, utpote qua tumor lente retractus fuit intra corpus; idem vero, partu edito, iterum apparuit.

F I N I S.

J. EHREN-

Figuræ Explicatio.

AB.CD. *Ovarium dextrum insigniter expansum, ac totum in hydatides muco plenas degeneratum figuram et magnitudinem uteri prægnantis exhibens.*

a. *Apertura per medium facta, per quam hydatides numerosissimæ b. variæ magnitudinis prodibant.*

b. *Hydatides, apertione tumoris denudatæ.*

c. *Hydatides, tunica externa ovarii adhuc tectæ.*



E.F.G. *Fundus uteri apertus.*

d. *Incisio in eo facta.*

e. *Tuba fallopiana sinistra.*

f. *Ovarium sinistrum.*

g. *Ligamenta uteri tertia.*

h. *Ligamenta uteri lata, alæ vespertilionum dicta.*

i. *Collum uteri.*

k. *Orificium uteri internum, valde tumidum, ob tensionem a prolapsu et tractione vaginæ.*

l. *Tubæ fallopianæ dextræ vestigium.*

CXXX.

J. EHRENFRIED SCHLENCKER, DE SINGULARI OVARII SINISRI MORBO.

Leid. 30. Octobr. 1722.

PROOEMIUM.

MUlti sub humani corporis integumentis latitaverunt morbi, quorum causæ pel plane incognitæ, vel quasi per nebulam saltem perspectæ erant veteribus, teste Mercuriali in arte gymnastica; nullis vero aliis ex rationibus, quam ex cadaverum eruditæ sectionis defectu, partiumque neglecta perscrutatione sat accurata: ita ut,

Quando pergamidis sectamur dogmata Galeni,

advertamus, quod suis jamjam temporibus claros alias accusaverit anatomicos. Inquit nimirum: Dioclem, Praxagoram, Philotimum ac reliquos fere omnes veteres, sicut pleraque alia, ita hoc quoque in corpore nostro (agit videlicet de Dissect. vulvæ) ignorasse, mirum non est, quippe qui rudem quandam, non exactam dissectionis cognitionem habuerunt. Ovariorum quoque morbi clare hoc testantur, cum nemo antiquorum nostri systematis incunabula, ubi Jovis omnia plena, rite ac legitime delineaverit. Nimirum, quis illis temporibus absque ovariorum exquisitissima cognitione tam arduum certe generationis negotium, & humani generis propagationis impedimenta satis perspicue & pro rei dignitate perpendere potuit? Nemo sane. Rebus itaque sic constitutis, si paulo accuratius hoc perpendamus, jure meritoque beatiores nos deprædicare possumus hodierna tempestate. Quis enim Cl. Johan. van Horne, Regnero de Graaf, atque Swammerdamio, inventionis palmam, restitutionis ac descriptionis elegantissimæ gloriam dubiam reddet unquam atque denegabit. Verum cum in novis insulis detectis semper aliquid consideratione dignum restat; sic etiam hac in re terminus erit nunquam. Quotidie nimirum novis firmantur inventis, experimentis atque anatomicorum observationibus medicinæ fulcra. Lipsiæ haut ita pridem studiis academicis colophonem addendum mente revolventi mihi etiam forte se obtulit singularis admodum Ovarii finistri affectio. Inveni nempe in aperto cadavere Ovarium finistrum totum lapideum, quo viso, statim in animum induxi, pauca quædam de eo ejusdemque generatione commentari, non tamen cæco aliquo aliquid in medium proferendi pruritu ac impetu; sed quoniam summos in arte medica honores ambienti mihi legibus academicis omnino obtemperandum fuit. Effigiem pariter hujus tumoris admodum monstrosi æri incidi curavi, ut ejus externa ac interna facies, rem in pertractatione non sat claram tibi visam, clariorem reddere possit. Dextere nunc tibi L. B. historiam hujus morbi exhibeo, & quomodo in vivis; quomodo post mortem constituta fuerit nostra nunc pie defuncta, oculis tuis sisto: Lipsiæ in Suburbio auf dem Berge, uti vulgo vocant, vidua, dum viveret quatuor liberorum mater, vitæ plus planctu quam

plaufu attigit annum quadragefimum, quo etiam ultimum edidit fobolem, & quidem robultiffimum, brevi vero poft partum in finiftro latere perfenfit dolorem, valde obtufum; ibidemque, ut referebat, nullo modo cedens propullulans tuberculum; de die in diem incrementum fuum capiens, ufque dum præter omnem omnium fpem & opinionem e fede fua decidit, graviori tamen cafu in pelvim ruit, quem confeftim graviffima fubfecuta funt fymptomata: capitis videlicet dolores coacervati, cordis palpitationes auctæ, pulfus valde diminutus, refpiratio difficilis, appetitus plane proftratus, paffio hyfterica, pedis finiftri tumor œdematofus, uteri defcenfus, urinæ fuppreffio atque alvi pertinaciffima obftructio. In tam miferabili vitæ genere mifere egit vitæ annum quinquagefimum, cum cujufdam medici Lipfiæ degentis feliciffimi exoravit confilium; placido autem antequam citatus medicus morbum expellere potuit remediis, *Creatori* O. M. animam reddidit 1720. Aperto deinde cadavere, admiratione fumma obfervavimus ventriculum fatis magnum, vacuum tamen & abfque partium dilaceratione, piloro ad os pubis ufque perpendiculari linea pertingentem, mefenterium indurațis glandulis hinc & inde præditum, inteftina flatibus diftenta, in pelvi vero jacentia, & denique ovarium finiftrum contra naturam induratum, lapideum, magnum, ponderofum, ita ut medicinalis ponderis octo unciarum pondus fuperarit; oculis perluftrantibus nobis ovarium hocce totum apparuit inæquale, tuberofum, uteri fundo incumbens, ut etiam, tumore remoto, fatis magna minitantis carcinomatis in confpectum veniret macula, & vefica urinaria urina maxime impleta. Cetera quia infimi ventris vifcera, ut & reliquæ uteri partes fanæ erant, perluftravimus deinde etiam thoracem, ubi non fine admiratione omnium; ingens gelatinæ tenaciffimæ, adipis inftar, albicantis quantitas in pericardio totam cordis peripheriam ambiens a nobis inventa fuit. *Hæc funt L. B. quæ tecum communicare volui, debui, & de quibus in feqq. pagellis verba facere animus eft. Non tamen velim credas, eo me unquam adductum iri, ut exiftimem ac fi in omnibus hic loci difcutiendis rem acu tetigerim, ad umbilicum ufque perduxerim, & fic nihil in hoc morbi genere pofteritati amplius difpiciendum reliquerim; nequaquam, certiffimus autem efto, me in unoquoque in medium mox producendo imbecillitatis meæ probe confcium effe. Antequam vero ea pro virium modulo percurram, obfervata & detecta ordine exponam, Deum T. O. M. devotis exoro precibus, ut, qui veritas ipfa eft, veritatem me indagaturum adjuvet; omniaque ad fui fanctiffimi Nominis gloriam, Patriæ honorem, proximique emolumentum vergere concedat.*

§. I.

§. I.

TUmores varios varii generis ac indolis corpus infeftare humanum, iifdemque ex rationibus variis etiam pro rei qualitate & loco natali in chirurgorum fcholis infigniri nominibus ac titulis, neminem medicorum, vix ac ne vix quidem

Artis Apollineæ ftantes in limine primo

latere poterit; ea propter ne dapibus platonicis toties jam coctam crambem apponere videar, catalogum eorum ultro lubenfque prætergredior. Quum vero horum unufquifque, fignis ac characteribus notabiliter fatis difcrepantibus, ab aliis ejufdem generis facili fane negotio fe diftinguat, vix erat, cur amplius dubius hærerem, ad quodnam genus tumor nofter ovarii finiftri, totum generationis negotium impediens, fit referendus. *Singularem* quidem hunc in rubris Differtationis meæ mihi nominare placuit, non quod novi quid, vel inauditi videri velim produxiffe; fed quod in demortuis meis Præceptoribus, (codices fic liceat dicere practicos & obfervationes) parum faltem, vel minoris momenti obfervare licuit fententias: accedit, quod plane, quod ad locum natalem, veteribus fuerit incognitus. *Horatium* fequi cupientes *in art. Poët.* v. 311. fcribentem:

Verbaque provifam rem non invita fequentur,

& tumoris noftri indolem ac naturam paulo accuratius examinantes, invenimus eundem (licet non idem quoad locum natalem) in *Arabia* jamdum fuiffe cognitum. Sic perantiquiffimus apud Arabes *Cel. Avicenna* illi *Sephiros* nomen dedit; & dum ex hifce fabulofis regionibus ars noftra *Græcorum* tranfierat provincias a Σκιῤῥόω induro, τȣ̃ Σκίῤῥȣ καὶ Σκιῤῥόματος, quod marmoris fragmentum aliudve durum corpus denotat, titulum accepit, id quod etiam in *Latio* degentibus alubuit medicis, unde *fcirrhus* ab illis five *fcirrus*, minus vero recte a *Mefue* & *Valefco de Taranta fcliroma* & *fclirofis* nuncupatur. Quam ob rem de *fcirrho in genere* confiderato pauca quædam præmittere vifum eft, ut fequentia eo melius intelligi queant.

§. II.

Uti antiquioris feculi medicinæ reftauratores in morborum definitione parum a fe invicem difcrepant; fic etiam in hujus *fcirrhi* defcriptione uno fere ore confentiunt, cum fentiunt: quod fit tumor durus, melancholicus, totaliter indolens, infenfibilis, quietus, coloris plumbei

aut cineritii, quod fit affectio, quæ tactui non cedit, inæqualiter tumet & fine dolore plerumque exiltit. Sic *Victor Trincavellus Lib. de rat. curand. h. c. affect. p. m.* 272. inquit: *Scirrhus est tumor durus, in quo nullus est dolor, nullusque sensus, vel etiam si lapide aut fuste percutiatur, & ille est exquisitus.* Sciendum igitur eft, quod veteribus *scirrhum* in *exquisitum* & *non exquisitum*, vel in *purum* & *impurum*, vel in *consummatum* & *non consummatum*, vel in *legitimum* & *illegitimum* dividere placuerit, uti videre eft in fcriptis a *Galeno*, *Avicenna*, *Valesco de Taranta*, *Fallopio*, *Trincavello*, *a Cruce* & aliis pofteritati relictis. Verum enim vero licet recentiores medicinæ proceres hafce diftinctiones non rejiciant, attamen illas e chirurgorum foro exulare jubent, confentiente *Dolæo in Encycloped. Chir. p. m.* 1127. fufficere faltem putantes: *quod sit tumor durus, indolens, absque inflammatione, partibus ut plurimum glandulosis inhærens, partes tam externas, quam internas invadens, & pro diversitate loci natalis & materiæ peccantis copia magnus, colore livido vel albicanti apparens.* Et in hoc, meo quidem judicio, haud incongrue fentiunt, quin potius veritatis tramiti curatius infiftunt ætatis noftræ medici; nam *scirrhus*, quem *minus exquisitum* vel *impurum* falutant veteres, fcirrhi denominationem nullatenus meretur, quippe qui tantummodo naturam *tumoris mollis* vel *apostematis cancrosi* induit, quorum varios in corpore noftro profilire conftat: cum e contrario *scirrhus stricte sic dictus* vi vocis folummodo *tumorem durum, lapideum atque indolentem* denotat.

§. III.

Ex præmiffis hifce præmittendis haud inepte concludimus, tumorem noftrum ovarii, *scirrhi* denominationem non temere fibi vendicare, quam etiam ob caufam ipfi in fequentibus imponere nullus dubito. Ut autem propius ad rem accedamus, meum nunc eft, mentem advertere in *subjectum*, in quo produci vel excitari folitus eft hic morbus. Ex §. II. præced. patet, quod certus ac determinatus eidem vix adfcribi poffit locus; nam experientia fultus hoc confirmat *Antonius Maria Venustus*, qui in canto oculi finiftri prope lachrymalem ductum obfervavit fcirrhum, vide ejus *Consilia p. m.* 54. Confirmat & hoc *Jul. Cæs. Arantius in observat. p. m.* 159. ubi fcirrhum in labiis vidiffe fe profitetur; fic *Blegny Zodiac. Med. Gallic. A.* 1. *p.* 110. *Observ.* 4. in regione umbilici; *Gerardus Blasius in Observ. p. m.* 8. circa popliteum mufculum, *p.* 33. circa pancreas; *Hildanus Observ.* 80. *cap.* II. in mammis & utero; *Trincavellus Consil. Lib.* III. *p. m.* 372. in mefenterio; *Valeriola lib.* I. *observ.* II. *Amatus Lusitanus cap.* 3. *Zacutus Lusitanus de P. P. H. lib.* II. *p. m.* 371. *Capivaccius p. m.* 137. & 140. in jecore & liene; *Petermannus in Observ. decad.* I. *p. m.* 12. in glandula

dula thymi; *Harderus in Apiario Observ.* LXII. *p. m.* 249. in pyloro; *Scultetus Armament. Chir. Part.* II. *p. m.* 30. circa musculum deltoideum; *Poterius p. m.* 61. in gena dextra; *Paulus de Sorbait p. m.* 626. in inguine atque sub axillis; *Johann. Ehrenfr. Thebesius* avunculus meus, nomine mihi facro, in fronte; *Heisterus in Chirurgia p.* 541. describit scirrhum in lingua; *Adam. Christian. Thebesius* fautor atque matruelis multis nominibus colendus, in orificio uteri interiori gravidæ fœminæ, cujus uteri fundus adeo evaserat tenuis, ut embryo illum perrumperet, & propter denegatum exitum inter intestina ante partum procideret; & denique *Schurigius in spermatologia p.* 35. in virorum testibus. Cum vero de *ovariorum muliebrium scirrho* tanquam objecto meo agendi animus sit, sufficientem horum historiam naturalem pace tua L. B. ut eo felicius progredi possim, in medium nunc proferam.

§. IV.

Ovaria apud veteres tanta caligine cincta, etiam hodierna tempestate a nonnullis oblivioni sane tradita, nisi virorum auctoritate, firmis profecto argumentis ut & adjutorio fulcita fuissent. Nimirum alias in anatomiæ studio versatissimus *Cl. Nabothus*, *medicinæ practicus Lipsiæ nunc pie defunctus*, cum circa præparationes anatomicas in cadavere fœmineo, a *Doctiss. Schambergio Lipsiæ anat. P. P. præstantissimo* sibi traditas, occupatus erat, invenit glandulas seu vesiculas circa uteri internum orificium liquore turgidas; quas, uti videre est in *Blegny Zodiac. med. gall. A.* 3. *pag.* 20. *seqq.* tunc temporis tantummodo sibi vendicavit, & sub noviter inventi ovarii titulo in *Dissert. publ. de mulierum sterilitate Lips.* 1707. *habita*, proclamavit. Cum vero longe alium illis; quem exserunt, usum adscribunt anatomici, & virorum celeb. observationes plane nobis exhibent contrariam, jure meritoque cum *Doctiss. Ettmullero in Dissert. problemat. ad* omnium anatomicorum arte & ætate facile principem *Celeb. Ruyschium* data, cum *Doctiss. Petermanno in Observ. decad.* II. *p.* 39. *Obs.* 9. cum *Doctiss. Schurigio in Spermatologia p.* 181. & cum aliis de vesicularum illarum in conceptione atque sobolis propagatione præstantia valde dubito. De ovariis vero, uti hodie salutantur, non solum nos certiores reddunt tota structura, externa ac interna fabrica, ut & vasa adjacentia ita constructa, ut nihil pulchrius, nihil magnificentius ex quibus *Creatoris* omnipotentia cognosci valuisset. Si plura desideras, licet non quotidie inveniantur, attamen ovariorum usum prope uterum jacentium demonstrant atque exhibent, sunt fœtus, ovula in tubis, quæ a *Vesalio*, *Fallopio*, *Graafio*, *Tilingio* & *Cypriano* fuerunt cultro felicissimo inventa, sperma non solum in utero, sed & in tubis ipsis, tubæ ornamentique foliacii amplexum ardentissimum oculo non armato vidit, ut de aliis taceam, *acutissimus Ruyschius*. Sic etiam

etiam inclaruit, quod mulieres viros fuos paffæ, non levem per aliquot poft congreffum dies ab ovario ad uterum ufque perfentiant dolorem, ex quo haud inepte concludere convenit, eo quidem tempore ovulum jamjam impraegnatum, & ex cuftodia liberatum, per fallopianam tubam defcendere, fioque mulieri doloris ideam communicare. Sed ne diutius extra oleas vagari videar, in defcribendo generationis humanæ proceffu, inque delineando ovarii Nabothiani ufu, vela contraho, meque ad verum hujus, quem ego explanaturus, morbi fubjectum converto.

§. V.

Vera vero ovaria & pro veris hucufque agnita, cum aliam figuram atque fabricam poffideant, etiam atque etiam aliam merentur contemplationem. Obfervamus nimirum, quod fint corpora glandulofa, magnitudine, quam virorum longe minores, pendent nimirum, tefte *Regnero de Graaf*, in pubefcentibus & corpore fano fefqui drachmam; in provectioribus vero & fenectute convectis, etiam fecundum ætatis temporum feriem exficcantur, nequaquam vero, uti voluit *Hofmannus* evanefcunt, in inferiori parte namque femilunaria, in fuperna vero ubi inferuntur vafa, plana & quodammodo figura funt depreffa, utero alligantur quam firmiffime, non folum ligamento lato, quod veteribus vas deferens nominare placuit, fed & tubarum ope, quæ ab inventore *Fallopio* fic appellatæ fuerunt, etiam annectuntur. Mediantibus vero vafis fanguiferis ac membranis, quibus vafa involvuntur fpermatica, illa ilii offis regionem attingunt, ita, ut ab utraque parte affixa & fufpenfa in non gravidis uteri altitudinem fere obtineant, in gravidis vero quoniam fummopere afcendit uteri fundus, fummopere ab illo diftant. Deinde etiam illarum fuperficies a mafculorum teftibus differt, nimirum cum inæqualiter protuberat, & diverfimode refpectu horum monticulorum, ut ita loquar, valles videlicet feu fiffuræ in conſpectum veniunt, licet admodum exiguæ. Amiciuntur tunica a peritonæo orta, quæ cum arteriis ac venis ad vulvam five uterum provectis, uti *Galenus* inquit, teftibus committitur, hæc vero, licet a nonnullis non conceffa fuerit, attamen haud difficulter cultro feparatur ab altera a *Galeno* Δάρτος nuncupata tunica, quæ etiam juxta inventoris relationem hifce ex rationibus tali titulo infignita fuit, quoniam eft excoriabilis feu feparabilis ab altera, quæ inferius in Fig. II. a me exhibita. Interna autem illorum fabrica iterum a virorum teftibus toto cœlo differt, componuntur nimirum ovaria, tam ex membranis, quam ex fibrillis laxe inter fe invicem unitis, in quorum intercapedine noftri fyftematis incunabula jucundiffimo fpectaculo inveniuntur, quæ poft copiofam arteriolarum divaricationem ab illarum extremitatibus nutriuntur, & non ultra modum liquido implentur, nec quantitate nimis di-

ftendun-

ftenduntur, quia approbante *Graafio* folummodo in impraegnatis in confpectum veniunt, licet alias etiam confpiciantur, unde illis utique certus ac determinatus numerus vix adfcribi poteft. Quare autem in corpore lateant, fatis clare patet ex illorum fcriptis, qui circa generationis negotium fuerunt occupati. Nullatenus vero, exiftimante *Plazzono lib. de part. genital. p. m.* 137. in corpore occultantur, propter unicam, qua circumcinguntur, tunicam; cum fuperius jamjam duas exhibui tunicas. Verum enim vero, cum illorum fitus eo modo conftitutus fit, ut quodammodo fint erecta tubis, tubae volubiles eo faciliori negotio ad uterum ovula etiam deferre, & fic ex fententia *Doctiff. de Graaf de mulier. Organis p. m.* 224. tanto melius atque felicius id, ad quod nata funt, efficere poffunt.

§. VI.

Corpora vero haec, quoniam, uti videre eft tam in ipfa ovariorum perfcrutatione, quam ex *Galeni*, *Graafii* atque *Diemerbrœckii* relatione, glandulis conftituuntur, te non pigebit L. B. brevem, fufficientem tamen mecum pervolvere glandularum hiftoriam. A penitioribus corporis humani perfcrutatoribus in humano corpore corpora hinc & inde pofita inveniuntur, quae glandulae nomen acceperunt, & hifce temporibus variis titulis variifque defcriptionibus veniunt; & quidem non abfque ratione, nam illarum facies unam ab altera primo etiam intuitu diftinguit, unde quamplurimis *glandulas* dividere placuit in *conglobatas* & *conglomeratas*, vel in *conglutinatas* & *congregatas*, vel in *fimplices* & *compofitas*. Haec vero divifio quoniam folummodo externam exhibet fabricam; etiam nonnulli circa glandularum expofitionem occupati non defuerunt, qui in *vafculofas* & *veficulares* illas dividunt: legi de hifce merentur *Warthonii* atque *Nuckii adenographiae* feu glandularum defcriptiones atque *Cl. Boerhaavii elegans cedroque digna epiftola nuperrime ad Cel. Ruyfchium data de fabrica glandularum in corpore humano.* Supervacaneum itaque foret omnium in corpore humano glandularum generationem, loca, infignia, inventorum nomina & de illarum interna fabrica adhuc difputantium catalogum magno verborum farragine in medium producere, tanta enim virorum celeberrimorum diligentia, ac in rerum minutiffimarum exquifitiffima exponendi confervandique arte ftudium me laborantem fublevavit. Interim tamen cum neceffitas atque differtationis ordo aliqualem tantum requirat glandularum confiderationem, neceffe eft, ut concipiamus, conglobatam glandulam nihil aliud effe, quam variae magnitudinis corpufculum, ex duabus tunicis conflatum, quae deinde, fi confideremus glandulas in ovario, embryonis, chorion & amnion conftituunt. Tunicae vero hae, & quidem prima fibris circularibus munitur, quae arteriarum fines excipit, ufque dum

& nostrum etiam aufugiunt aspectum. Altera vero tunica est crassior; quæ vasorum ingredientium fines, egredientium principia atque nervos tegit, & juxta *Cl. Boerhaave*, qui magnus mihi erit Apollo, *in Instit.* §. 242. *p.* 109. fibris omni fere versu ordinatis, vasculorumque textura intricata efficitur. Ex hisce corpusculis exeunt, uti *Hippocrates* jamjam testatus est *lib. de glandulis p. m.* 414. venæ, si vero dissecas illas, sanguis largus erumpit, specie albus, & velut pituita, quæ venæ hodierna tempestate vasa nominantur lymphatica, ex glandulis illis singularem a sanguine secretum, contentum, fotum & mutatum humorem per emissaria deducentia, qui humor deinde lymphatici liquoris nomen sibi vendicat. Harum vero glandularum congeries, recubans sub tegmine trito, sub conglomeratarum glandularum nomine deinde venit. Glandulæ vero hæ inter se invicem sunt unitæ, & singulæ earum emittunt vasculum excretorium,

Quod telis simile est, quas nectit aranea cura,

quodque in se continet liquidum

Quod fluit ac refluit semper, variumque saporem

Accipit.

Vasa vero hæc singulis ex glandulis orta viribus unitis liquidum, liquido nerveo imbutum in notabilem aliqualem cavitatem trahunt atque evomunt.

§. VII.

Glandulæ hæ, quæ ovarium constituunt & haud incongrue *conglobatæ* dici possunt, in statu naturali a me ita consideratæ, ne in illis salutare generationis opus irritum reddatur, nullis debent esse obnoxia morbis; siquidem experientia edoctus H. G. *Heerfeld* inquit *de Orig. Morb.* §. 22. *Ovarium debet ita esse præparatum, ut idoneum sit maturum virile semen accipiendo, fovendo ac nutriendo.* Verum illorum statum præternaturalem seu morbosum, quam sæpissime deprehendimus longe a felici sive naturali decedentem: nam sicuti naturæ lege a sanguine arterioso liquidum secernunt limpidissimum, id quod per vasa deferentia, sic dicta vascula lymphatica; uti superius monui, aliis humani corporis partibus communicant; ita etiam peccanti liquido implentur, tubercula fiunt, & strumæ resultant, & elevantur ac inflammantur, sunt verba *Hippocratis l. c.* Sane si evolvamus *Nuckium in Adenogr. curios. p. m.* 84. *& seqq.* *Muys in praxi med. chir. rat. p. m.* 362. *Pechlinum observ.* 19. *Blasium p. m.* 69. *Drelincurtium de feminarum ovis p. m.* 94. *Harderum in apiario observ. p. m.* 325. *Hofmannum in Disquis. c. h. Anat. Pathol. Specim.* IX. *Marchettum in anatom. cap.* 7.

Brendelium

Brendelium differt. de ovar. muliebr. hydrope Vitembergæ 1701. *habita*, *Nabothum in Differt. de ſterilit. mulier.* *Ubelmannum in Differt. de hydrope uteri* §. 15. profecto aquam hic hærere percipiemus, dum hydrope maxime diſtenduntur ovaria. Sic corrupta atque putrida obſervavit ovaria *Blegny in Zodiac. Med. Gall. A°.* 1. *p.* 102. Cancroſa *Arantius Obſerv. p. m.* 251. Lapillis onerata *Graafius de Mulier. Org. p. m.* 228. Dentem & quidem molarem vidit in ovariorum ſubſtantia hærentem *pereximius Ruyſchius in Theſaur. Anat.* 1. *p.* 29. Albo fluore afflicta exhibuit *Warthonus in Adenogr. p. m.* 199. Pure taboque impleta ac convecta vidit *incomparabilis Morgagni in Adverſ. I. p. m.* 41. ut & oſſeſcentia. Totum vero ovarium in tenuem & latam quaſi membranam mutatum, deſcribit *Connor in Differt. med. phyſ. de immani uteri ſarcomate p. m.* 44. Induratum ac ſcirrhoſum *nunquam otioſa Naturæ Curioſorum curioſa Societas* exhibuit. Sic *doctiſſ. Bonetus in Sepulchreto*, *Schenckius in Obſerv. lib. IV. p. m.* 556. *Mauriceau in lib. de mulier. prægn. partur. puer. morbis p. m.* 8. *Schraderus in obſerv. anat. med. p. m.* 201. *Rodericus a Caſtro P.* 11. *de mulier. morb. p. m.* 34. *Nabothus in alleg. differt.* §. 11. & denique *Cl. P. P. Schacherus anat. P. P. apud Lipſienſes famigeratiſſimus*, qui in ſolenni cadaveris diſſectione 1721. celebrata, totum ovarium lapideum ſeu ſcirrhoſum pilis mirifice intertextis conſitum atque turgidum publico exhibuit ſpectaculo. Et ſic etiam ego in præſentiarum tibi L. B. exhibeo totum *ovarium ſiniſtrum ſcirrhoticum ſive lapideum* quod in ſeqq. §. §. rimandum ac mirandum erit.

§. VIII.

Ex humano corpore nunc humato deſumtum, ab utero, tuba atque vaſis ad & deferentibus liberatum ovarium, quia fortaſſis nimis tædioſum fuiſſet, totam multoties jamjam delineatam generationis officinam hic adponere, tibi L. B. nunc ſiſto. Antequam vero ad Figurarum explicationem me converto, te paucis monitum velim, ut repetas ea, quæ in antecedentibus paſſim inſerui, ex quibus non niſi ſcirrhi noſtri externæ faciei vera ac clara tibi exſurget cognitio. Verte oculos ad Figuram I. & vides, exhibere tibi Literam

A. Ovarium ſiniſtrum peritonæo adhuc circumdatum, ſecundum longitudinem & latitudinem.

B. Tunicam ovarii propriam, quam facillimo negotio ſeparabilem, totam vero cartilagineam a *Galeno* Δάρτος nominatam.

C. Peritonæi portionem ſeparatam.

D. Vas veterum deferens, ultra modum & naturæ leges induratum atque magnum, in cujus fuperficie avulfæ uterum cingentis tunicæ præmia apparent.

E. Glandulas induratas, protuberantes, tuberofum referentes fcirrhum.

Durus & lapideus hic tumor, & fi fufte etiam percuteretur nullo modo cedens, cedens tamen cultro ac malleo, in tantum ab ovario decedit fano, in quantum fibræ ac membranæ laxe alias inter fe invicem unitæ nunc rigidæ funt, in fano videlicet laxæ apparent, hic autem fetarum inftar rigidæ ac induratæ in confpectum veniunt; in fano inter fibrarum intercapedine quiefcunt ovula, hic autem nil nifi mortuum corpus apparet, folummodo adhuc reftant arteriarum ac venarum mirabiles divaricationes, quæ vafa, a me transverfim cultro trajecta, fingula contenti depluebant guttulam cruoris. Verte igitur oculos, fi lubet, in Figuram II. ubi exhibet.

A. A. A. Ovarii longitudinem & latitudinem, fibras ac membranulas rigidas ac induratas, mox acutos, mox obliquos efformantes angulos, ut & vaforum fanguiferorum transverfim trajectorum ofcula; quæ venæ & arteriolæ, uti *Galenus de Diffect. Vulvæ p.* 329. inquit, inter fe connexæ cincinni in modum, non fecus, atque in maribus, implicantur: ut fi revolutionem hanc præfecueris, una incifione multa ora efficiat: non quod multa vafa, fed quod unum & idem femel multis locis fuerit præfectum.

B. Vas veterum deferens expanfum, recentiorum ligamentum latum *a Regnero de Graaf de mulier. organis p. m.* 221. *Tab. XII. Lit. X.* delineatum.

C. Rudimenta aperturæ fibris marginalibus adhuc inftructæ, materia autem peccante & lapidea impletæ, quæ tam vivide atque eleganter oculis fe exhibuit noftris, ut vix aviditati aliquid in medium producendi obtemperare potuerim; quoniam vero *Vefalio*, *Highmoro*, *Warthono* & aliis, clari noftri feculi anatomici contradicunt, & quod hocce vas fit pervium tanta pertinacia negant atque pernegant, propter experientiæ penuriam, diffectionumque defectum lubentius filentio prætercam, quam luxuriofe loquar, ufque dum tempore & occafione data meliora ac certiora edoctus fuero.

§. IX.

§. IX.

Arteriolæ antequam ovariorum emetiuntur glandulas, infinitis anaſtomoſibus, poſituris variis angulos efficiunt innumerabiles, attamen inter ſe communicant, & illarum ultimi fines evomunt humorem ex craſſa & rubicunda ſanguinis maſſa ſecretum, qui autem ſæpiſſime totus mutatus ab illo, quam ordinarie glandulæ illæ accipiunt. Variis particulis imbutus glandulas ſummopere diſtendit, vaſculorumque egredientium oſcula comprimit, ut leviſſimo caloris gradu excitato, notabilem ſatis adquirat conſiſtentiam. Quoniam vero etiam partium jure meritoque conſideranda eſt conſtitutio, a qua receptionis, retentionis atque ejaculationis functio dependet, partis recipientis læſam functionem, cum *Arantio in Obſerv. p. m.* 251. & cum *Fallopio de tumorib. præternat. p. m.* 256. qui recipientis partis laxitatem & aptitudinem ad recipiendum ratione ſitus vel imbecillitatis deſcripſerunt, nunc ſub conſiderationis incudem vocabimus.

§. X.

Uterus licet non ut furibundum animal in animali, quomodo a veteribus, præſertim vero a *Platone in timæo*, uti videre eſt in *Galeno de loc. affect. Lib. VI. Cap.* 5. credebatur, circumvagetur; attamen geſtationis tempore & inſtantibus partus conatibus, uterum ſeſe ſummopere movere, movent *Cel. Ruyſchius in Obſerv. obſ.* 88. & 93. *Deventer in Operat. Chir. p. m.* 36. & *Langius in Diſſert. de hyſter. paſſ.* Et ſane mirum non eſt, nec a veritatis tramite aberrem, ſi adfirmem, quod in noſtra etiam demortua uterus ob robuſtiſſimi fœtus, quem edidit, calcitrationem, nimiamque uteri expanſionem ſiniſtro incubuerit ovario, tonum totius ovarii læſerit, & ſic liquido lymphatico curſum liberum interdixerit, ita ut, liquidi lymphatici impedita ſequeſtratione, prima ſcirrhi rudimenta fuerint poſita. Verum cum cordis ac vaſorum vis ad ſecretionem deſtinatam, minus vero aptam materiam in illas relaxatas glandulas propellit; ad regreſſum vero plane ineptam, ſtagnat exinde ac in altum ſic attollit domicilium, domicilia rumpuntur, interſtitia membranæ ac fibrarum, quæ antea laxe inter ſe invicem unitæ erant, nunc materia adimplentur, ita ut in unum deſtructum ac emortuum mutetur corpus totum ovarium. Non ſtatim autem in tam ſpiſſam atque duram abit extravaſatus & fotus ibidem liquor ſubſtantiam, aliqualem ſolummodo adquirit viſciditatem. Sed teſtante *Nuckio p. m.* 21. ſi particulæ terreſtres prævaleant, tumores generantur, quos ſcirrhos vocant, & *p.* 38. conſpexit glandularum interſtitia materia tartarea ſabuloſaque repleta & obſtructa, & *p.* 39. glandulas calculoſas extra-

xit, quales etiam *Cl. Kerckringius p. m.* 64. *in Obſerv. anat.* in glandulis aſperæ arteriæ vidit. Et ita a materia tam viſcida involvuntur particulæ terreſtriores, quæ, liquidioribus diſperſis, evaporatis, compactiores, duriores & ſic ponderoſiores evadunt, cujus rei *Galeni de ſimplic. medic. Lib. V. Cap.* 7. *fol. m.* 33. *Pauli Æginetæ p. m.* 225. *Valeſci de Taranta Lib. V. Praxeos fol. m.* 122. *Piſonis de cognoſc. & curand. morb. p. m.* 412. & *Helmontii*, qui tartarum peregrinum pro cauſa incuſat; non parum lucis meæ fœneratur ſententiæ ſententia.

§. XI.

Succinctam ſic ſucci hujus depravati glandularum habes L. B. hiſtoriam. Non agam hic, quomodo in partibus externis ex attritu valido, contuſione notabili atque compreſſione ſenſibili in corporis noſtri partibus exſurgant ſcirrhi: Solummodo ex ſex rebus non naturalibus, licet alias omnino naturales ſint, quædam adducemus; quoniam hiſce denegatis ad ſeram vivendo non pertingeremus poſteritatem. De aere dicam, quæ *Averröe* affirmat, quod aer de fortioribus ſit corpus noſtrum alterantibus; dicam quæ *Galenus* probat, quod corpora noſtra a calore innato & ambiente reſolvantur, & a nimia frigiditate condenſante, & a caliditate reſolvente indurentur; dicam quæ *Fallopius* refert, quod illi Piſi degentes ſæpiſſime ſcirrhis corripiantur, propter aerem & aquam; & denique quæ *Saporta in Tract. de tumorib. lib. IV. p. m.* 509. perhibet, adnectam, dum inquit: *ſcirrhi cauſæ efficientes ſunt aer & aqua*, quippe quæ notabiliter ſatis humores noſtros afficiunt atque perturbant. De alimentis; ſi aſpicio *Hippocratem* atque *Galenum*, illi etiam in his ſingulare quid quærunt, & quidem non ſine ratione. Nimirum etiam inter carnes intercedit magna differentia. Carnes admodum duras atque molliores incuſat *Galenus in expoſit. aphoriſm. lib. II.* quoniam tardius & paulatim nutriunt, & quod non omnibus conveniant Δύςπεπτα; in confeſſo eſt. De fructibus admodum aquoſis, mucilaginoſis ac terreſtrioribus in quibus tales abundant particulæ, & qui vehementer humores inficiunt, quam optime diſſeruit, eorumque catalogum exhibuit *Doctiſſ. Behrenſius in Select. diætet. p. m.* 128. Evolve etiam L. B. ſi lubet ſublimioris illum ingenii virum *Helmontium*, ubi alimenta tartaro inſontia producit *p. m.* 231. ubi plura lectuque digna invenies. Et denique profecto ſingularem, hunceve locum, meamve ſententiam luculentiorem reddentem communicavit hiſtoriam *Doctiſſ. Sibbaldus in ſcotia illuſtrata Part. I. p. m.* 53. Refert. nimirum cit. Auctor lectu ſane dignam, *Scotis* ſuetam agriculturam: *Teſqua enim*, inquit, *ericeta, & ſimilia, quæ antea in paſcua cedebant, nunc calcis conſpergun-tur cumulis, ſicque conſperſa aratro proſcindutnur, ut ſane producant fruges,*

fruges, quæ soli calcisque naturam resipiant, calidaque magis viscera inflammant, novamque morborum supellectilem quotidie producant. Abeas mecum L. B. ad montium juga *Silesiæ* (in aliis etiam regionibus id accidere nullus dubito) ibidemque scotiæ agriculturam cum calce peragendam, etiam meis conterraneis notam, aspice. Nonne particulæ calcis, vel etiam aliæ particulæ terrestres, quarum vestigia me terrent, alimentis immixtæ, una cum laudabilibus promiscue ingurgitantur, & sic in humani corporis partibus obstructiones excitant?

§. XII.

De potulentis, quæ cum alimentis pari passu ambulant, licet supra cit. *Helmontius* contra *Paracelsum* longe aliam tueatur sententiam vel opinionem, quippe qui nullum in potu, uti testatur, particulas invenit; clare tamen terrestrium patent particularum vestigia, latet enim anguis sub herba, & si consideramus aquas fontanas, etiam absque microscopiorum ope conspiciuntur. Aquæ ignis torturæ commissæ mirum profecto in modum aliquid deponunt, quod in chemicorum laboratoriis capitis mortui locum sibi vendicat. Ejus rei etiam fidem comprobatam reddidit nunquam satis nominandus atque *perexinius Robertus Boyle*, qui analysi chemica in certa aquæ pluvialis quantitate dimidiam pondere partem capitis mortui loco invenit. Et quid mirum, si tota aquæ quantitas sensim in terram ignis ope mutari possit. Quid dicam de stagnantibus aquis, quæ tamen sine discrimine, & priusquam coctione depurantur, a laboribus pertæsis ruricolis & a commatis majoris avide ingurgitantur hominibus. Quomodo autem pro hac vice in ovario sinistro tam irresolubilem & lapideum procreare scirrhum aptæ fuerint, experiuntur illi, quibus natale solum est *Saxonia*, ubi aquæ plus, quam in aliis regionibus, scatent particulis terrestribus. Sic etiam *Helvetii*, uti testantur scriptores, hujus farinæ morbi, & quidem ex aquæ haustibus acquisiti collo deportant portentosa sane testimonia. Rem totam sequentibus versibus elegantissime complexus est *Palingenius in Zodiaco vitæ p. m. 133. v. 779. seq.*

Noxius est aer: est noxius humor aquai
Corporibus, quando vitium contraxit uterque.
Hinc pestes subeunt, hinc viscera discruciantur,
Communisque lues dat plurima corpora morti.

§. XIII.

Quidquid itaque ex modo enarratis, liquidum in glandulis coagulare & sic inspissare, sanguinem cachecticum producere, & exinde in

tam

tam perexiguis humani corporis vaſculis obſtructiones, profilientes tumores & ſcirrhos excitare poteſt, jure meritoque incuſatur. Sic etiam vel in defectu, vel in exceſſu peccantes motus, quies, ſomnus & vigiliæ ſcirrhi fomitem ſuppeditant. Sane ſi tantummodo ex hiſce unicum conſideramus motum, concludere facile poſſumus, in quantum corpus noſtrum aucto vel deficiente motu deſtruatur. Nemo certe negabit, quod motus ſit cauſa caloris & calor infallibile vitæ noſtræ ſignum. Si autem, uti in confeſſo eſt, in æquali caloris gradu conſiſtit ſanitas & vita noſtra; motus etiam nec admodum concitatus, nec interceptus, nec a vita ſedentaria ſufflaminatus eſſe debet, juxta illud Poetæ:

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus;
Ut capiant vitium, ni moveantur aquæ.

Aquæ videlicet, quotidiana experientia teſte, quæ carceribus ſuis incluſæ abſque commotione littoribus inhærent; facile vitioſæ evadunt; ac ad putredinem inclinant. Quid ergo impedit, quo minus a majori ad minus concludamus, ſtatuentes, rivulos corporis noſtri ſive humores motu & agitatione expertes ſtagnare; ſtagnando multa in ſcenam producere mala atque calamitates; quas tandem mors ipſa excipit; nam

- - - - - - - - *Aſpice ferrum:*
Pulchrius eſt uſu, ceſſans rubigine ſordet.

E contrario humores noſtri, moderata non admodum concitata commotione, crebro quamvis repetita, eo citius ſecernuntur; diſtribuuntur atque functiones ſuas felicius ſubeunt.

§. XIV.

Nec ſilentii peplo hic involvenda ſunt triſtitia, terror, ira, labor, aliaque animi pathemata. In quantum ab hiſce ventriculi concoctio humorumque circulatio turbetur, & ita totum corpus labefactetur ipſe L. B. etiam me haud monente judicabis. In triſtitia:

-- -- *Stomachus crudeſcit, viſus hebeſcit,*
Et pallor venit & macies & acerba ſenectus;
- - - - - - - - *nam macerat artus*
Deformatque ipſum corpus, canoſque capillos
Ante diem reddit. Contra præcordia læta
Ætatem efficiunt viridem robuſtaque membra.

In terrore, quid in bonam partem cedit, retrocedente ſpiritu? qualis ſperanda

ſperanda conſtantia & exſecutio in concoctionis atque digeſtionis negotio, ſi membra tremiſcunt? Quanta caloris proportio, ſi ſanguinis ſpirituumque motus augetur in ira, ita ut quaſi candeſcant candida mente præditi? Certe chymus antequam in ſuccum atque ſanguinem convertatur, crudus meſenterii glandulas occupat, cujus conſtitutionis veſtigia partim ex *Martini* opuſculo *de morb. meſent.* partim ex *Boneti Medic. Septentr. T. I. Cap. IV. p. m.* 650. partim ex ipſa noſtra nunc pie defuncta obſervandi mihi copia facta. Et hæc ut melius intelligantur, in mentem tibi revoco verba, quibus uſus fui in enarratione obſervationis meæ afferens: *quod vidua hæc plus planctu quam plauſu vitæ ſuæ tranſegerit annos.* Notiſſimum omnibus erit adagium, quod veteribus jamjam allubuit: qualis chylus, talis ſanguis, & qualis ſanguis, talis etiam lympha aliique humores ſecreti; ſi autem chylus crudus adhuc, ſanguis heterogeneis admodum particulis ſcatet, ex ſanguine lympha infelici ab origine producta, humoribuſque aliis hoc idem contigit, mirum non eſt, ſi cachexiæ vitium in noſtro corpore producatur. Videmus nimirum, quod ex vaſorum relaxationibus decantatiſſimum cachexiæ vitium oriatur, relatis enim nervorum viis, ſpirituum fluxus ac refluxus prohibeatur, unde etiam ſummopere in glandulis humoris intercipitur motus. Id quod ſua tempeſtate *Cl. Loſſius in Diſſert. de languore lymphat.* 1673. *Vitemb.* habita hiſce annititur verbis affirmare: *Quod autem glanduloſum genus propter animalium ſpirituum defectum, vel craſſiorem lympham facile tumeſcat, mirum non eſt, quia lymphæ motus prohibetur, & quidem id accidere ſolet ſubjectis cachecticis, in quibus neceſſario ſtagnari cogitur lympha, quæ deinceps facile inſpiſſatur & in ſcirrhum convertitur.* Et ſic certus ſum, generationem lapidei noſtri tumoris ovarii ſiniſtri non aliter accidiſſe, & ex enarratis cauſis in hiſce ovarii glandulis incrementum ſuum cepiſſe, licet & aliæ adhuc reſtent cauſæ, quæ autem ex enarratis ſponte fluunt: videlicet, quomodo ex conſueto catameniorum fluxu impedito, hæmorrhoidali curſu intercepto, & ex infelicibus ovulis natus, gypſeam profecto atque lapidoſam adipiſcatur conſiſtentiam ſcirrhus. Quomodo ex ulceribus nimis præmature clauſis originem trahat, illumque ad majorem perducant perfectionis gradum remediis medici æque ac chirurgi, teſtantur *P. Ægineta de re medica p. m.* 225. *a Cruce de Tumor. præternat. p. m.* 510. *Saporta de humani corporis tumoribus p. m.* 510. & *Cl. Boerhaave in aphoriſm. de cognoſc. & curand. morb.* §. 485. Quoniam vero non unius foret hominis nec momenti omnes hujus morbi cauſas producere ac examinare, cumque brevitati ſtudeo, quæ a me oblivioni fuerunt tradita, illis relinquo, qui felicioribus avibus in medicina verſantur.

§. XV.

Signa, quæ luculenter fatis ex hiſtoria hujus morbi in præfamine enarrati elucefcunt, cum fcirrhi aliis in locis generati fignis æquiparanda funt. Quoniam vero etiam fimulati tumores a *Sylvatico in Inſtit. de iis qui morb. ſimulant deprehendendis p. m.* 187. erudite defcribuntur, figna illorum hic non enarrabimus, fed L. B. ad cit. Auctorem decenter dimittimus. Tranfeant itaque hæc, & cum *Fieno in tract. de ſignis med. p. m.* 83. Tactu obfervamus tumorem in latere finiſtro, ibidemque affectum locum percipimus. Videlicet mulieres ovariorum fcirrho laborantes perfentiunt tumorem durum atque nullo modo cedentem, mox in dextro. mox in finiſtro latere propullulantem, prout materia peccans inibi confidet, partemque glandulofam occupat & diſtendit. Molem perfentiunt in inguine pendentem, indolentem, nifi per confenfum partium nervofarum, quia fcirrhus, ut in definitione jamjam a me dictum fuit, abfque dolore eſt. Tantam vero integumentorum mufculorumque infimi ventris elevationem five prominentiam non deprehendunt hydrope vel uteri, vel tubæ fallopianæ, vel ovarii ipſius laborantes, quia digitorum veſtigia nequaquam confpiciuntur in fcirrho, ideoque fcirrhus duritie, mollitie hydrops cognofcitur. Nec attactus refonat, ut in tympanitide vel tumore flatuofo, uti veteres voluere. Nec dolet fcirrhus, ut in cancro, quia in tam lapideo ovario vafa fanguinem vehentia nec dilacerantur, nec notabiliter fatis comprimuntur, uti ex Fig. II. innotefcit, ubi vafcula fanguinea poſt mirabilem divaricationem diffecta, miro fane fpectaculo contentum cruorem depluebant: e contrario autem latera vaforum, lapidea hacce materia circumdata difruptionis nobis detraxerunt periculum. Non inflammatur fcirrhus, nec fplendet, nec dolet: ergo a tumore, quem dixere medici Eryfipelas haud difficile difcernitur, quippe qui femper inflammatus, rubicundus, fummopere fplendens & dolorificus apparet. Senfum quidem fcirrho laborantes perfentiunt, obfcurum tamen & obtufum, quoniam folummodo a ponderofitate ejus oritur. Invenies etiam præter exoſtofin nunquam duriores tumores, a quo, ut & a callo fcirrhum folo loco natali diſtinguere poteris. Effectus quod attinet, locum invenimus in *Galeno ad Glauconem Lib. II.* ubi inquit, quod hydropis femper fit prodromus, fcirrhus. Sic mole fua adjacentes partes comprimit, functiones lædit, inflammationes, fuppurationes, gangrænas, paralyfes, atrophias, fphacelos, fterilitatem, partum difficilem, volvulum, alvi obſtructionem, aliaque, quæ mox fequuntur, fola compreffione, obſtructione, tenfione efficere poteſt.

§. XVI.

§. XVI.

Nullam calamitatem folam effe, fummopere percipiunt morbo concertantes. Intelligunt id imprimis etiam mulieres, quæ in ovariis fcirrhofo laborant tumore. Sunt vero hujus morbi fymptomata tanta caligine cincta, ut, quoniam pauca in auctoribus invenire potui, ego ea tantummodo, quæ oculis auribufque meis ipfemet in hac muliere ufurpavi, quæve ex jufto rationis dictamine inde conclufi, hic in medium producere mecum conftituerim; nam

Ardua res certe, tamen hanc audacter adibo;

eo tamen fimul animo, ut, fi meliora adfint, meam, quam hac de re fovi fententiam miffam de integro faciam. Sifto ergo tibi L. B. thoracem patefactum aliofque ventres apertos. Ventriculus concoctionis ac digeftionis officina ultra modum propter ingeftorum qualitatem atque quantitatem expanfus, quomodo e fede fua fuerit detrufus, fane difficulter demonftrationem fubit

Sed, ne quis fortaffe putet me fingere nugas;

Exempla fuppeditat *Cel. Ruyfchius in centuria Obfervat. med. chir.* ubi lienem in pelvim prolapfum, omentum enormiter coarctatum, venam portam offeam, uteri in alterutrum latus retractionem, aliaque fane monftrofa producit obfervata. Sic mihi non opus eft, ut verborum pondere, & petitis ex longinquo rationibus atque argumentis, hancce quæftionem firmem; pro me enim militant hujus cel. Viri obfervationes & in fubfequentibus demonftrandi ratio. Uteri nimirum moles, arctis abdominis cancellis vifcera inclufa premit, comprimit, mutat & fæpiffime e carcere propellit, fummopere vero fœtus calcitrationes, & deinde ipfi ærumnofi mulierculaarum conatus hancce vifcerum mutationem excitant. Omnes ergo agitationes violentæ hæ, tam in diaphragmatis, quam in abdominis impenduntur mufculos, hinc aeris infpirati, retenti atque rarefacti ope, omnia fane abdominis hinc & inde, mox antrorfum, mox retrorfum, mox furfum, mox deorfum deprimuntur. Quis itaque non fentiet, in quantum & quam facile, iterata conquaffatione, propter nimiam uteri expanfionem, mufculorum vis elaftica debilitetur, ita ut motus illi diaphragmatis amiffam refiftentiam plane fuperent. Nonne facile etiam hic concludere convenit, quod a tanto molimine diaphragmatis hujus ventriculi dislocationis caufa dependeat, quæ illud ipfum in noftra efficere potuit demortua. Addam adhuc, quod uteri defcenfus multum fane ad inteftinorum contribuerit in pelvim fugam. Poftquam ita tecum L. B. perpendimus perpendicularem

 lineam

lineam ventriculi, per ſe non ſolum dolorum capitis, reſpirationis difficilis, ſed & appetitus proſtrati proſtat hiſtoria atque cauſa.

§. XVII.

A tam præternaturali ſtatu ventriculi, nunc ad induratum me converto ovarium, ſatis a me jamjam deſcriptum. Te non pigebit L. B. quia fortaſſis ſæpe repetita placebunt, breviter nervos in illud excurrentes mecum perluſtrare. Nervi ſeu minutiſſimorum tubulorum faſciculi, tunica circumcincta propria, partim ex medulla oblongata, partim ex ſpinali derivantur, qui ab anatomicis in paria diſtribui fuerunt. Differunt autem Cl. iſti Viri in enarratione catalogi ipſorum quam maxime a ſe invicem, & quoniam parum huc refert, haud invitus opiniones eorum reticeo. Perreptant nervi omnes humani corporis partes, partemque nullam, imo neque glandulas, neque illorum involucrum in ovariis omittunt illi, qui ex oſſe ſacro ac lumbari regione emergunt. Et hiſce nervis totum corpus perreptantibus, ſingulari *Creatoris* providentia, liquidum ineſſe ſubtiliſſimum, concedunt medici. Experientia anatomicorum atque ratiocinationis uſu inde concluſum fuit, quod nempe, ſi comprimantur, vel diſtendantur, vel titillentur leniter, vel ſi afficiantur fortiter, ut corroſione, diſtenſione, compreſſione & dilaceratione, vel lætitiæ, vel triſtitiæ ſive doloris enaſcatur idea; ita ut illi rem ſane acu tangant, acu ſi tanguntur, & ſi plura deſideras exempla, exempli tibi loco erit *Doctiſſ. Synapius in doloris remedio p. m.* 4. Tanta profecto materia impletum ovarium neceſſario etiam diſtendit, comprimit ac dilacerat tenues admodum nervorum canales. Liquidum itaque, ut liquide patet, motu videlicet inordinato, per nervorum ſubſtantiam errans, inordinatum influxum in cor, cordiſque exinde etiam palpitationes (de aliis nil dicam cauſis) excitavit in noſtro ſubjecto; id quod ex illis innoteſcit, dum tam anxie, ut medicum miſerabilis conſtitutionis certiorem reddat, brachium, qui perſentiat inordinatum ac mox evaneſcentem pulſum, porrexit.

§. XVIII.

Cordis cum conſideravimus palpitationes, conſideranda nunc venit hujus partis præternaturaliter commotæ motus ſublatio, ubi totum hic pericardium materia tenaci impletum in conſpectum venit. Id quod etiam *D. Martelli de Montealbano in actis Philoſoph. Anglic.* 1670. *menſ. April. p. m.* 88. ſe inveniſſe gloriatur. Veniret hac occaſione quidem nunc examinanda pericardii naturalis fabrica atque liquidi in illo ad peculiarem uſum deſtinati fons & origo, medio autem tutiſſimus ibo, ſi abſque diſputationum enarratione adfirmem, quod peculiaria vaſa a *Creatore*

pericar-

pericardio eum in finem ſint concefſa, ut ad cordis motum facilitandum liquidum effundant, atque iterum abſorbeant. Coacervati vero hujus laticis lymphatici collectio ſive quantitas cordis latera ſummopere compreſſit, inundavit & ſic cordis motum retardavit. Tale quid accidere ſolet & obſervatur in hydrope pericardii, quæ cordis noſtri flammulam protinus extinguit, atque ſupprimit. Nimirum cordis latera ab imcumbente aqua comprimuntur, unde pro excipiendo ſanguine ſatis dilatari non poſſunt: pulſus exinde diminuitur, unde ſyncope inundante aqua & mors ipſa ſubſequitur ſubitanea referente *Doctiſſ. Lowero in Opuſc. de corde Cap. II. p. m.* 3. Perhibent quidem non ſolum *Veſalius in fabrica corp. hum. Lib. V. Cap.* 15. *Riolanus Anthropographiæ Lib. II. p. m.* 179. *Schenckius Lib. IV. Obſerv. p. m.* 556. *Bonetus in Sepulchreto Tom. II. p. m.* 708. *Lanciſius de Subitan. mortib. p. m.* 38. mortis ſubitaneæ cauſam, qui in humano corpore præter ovariorum tumores nil niſi bene obſervarunt. Altiorem itaque deberet requirere perveſtigationem; verum enim vero, cum, uti ſuperius dixi, tanta lymphatici liquoris, admodum vero inſpiſſati, in membranoſo illo tegmine inventa fuit copia, illorum ſuperſedeo opinionibus, dum ſufficere arbitror, quod ex cordis motu intercepto, omniumque humorum circulatione depravata, mors ſecuta fuerit ſubitanea.

§. XIX.

Sufficiant hæc, ne in vitæ & necis expendenda ratione ultra limites progrediar, & cum ex antecedentibus ſatis clare patet, quomodo ex cordis compreſſione, humidique ibidem ſtagnantis coagulatione in olla fuerit mors, lubentius nunc me converto ad uteri deſcenſum ſatis ſatiſque incommodum. Præſupponendum autem ante omnia, quod hic in noſtro caſu nervi ligamentis quatuor uteri immixti, compreſſi atque relaxati fuerint. Nec enim in hac fœmina infelici obſtetricis manu, aliiſve violentis cauſis fuit detruſus uterus, ſed ſatis ſenſibiliter, præterque omnem ſpem & opinionem e ſede ſua decidit; hinc concludimus, quia etiam ovarium uteri fundo incubuit, quod ſola ligamentorum relaxatio ſit accuſanda. Nervi videlicet compreſſi ab incumbente pondere, ſpiritibus, ſuis ut incolis, ſummopere privantur. Hic autem nullo modo vulgi vaginæ prolapſum intelligo, ſed verum, quem *Excell. Ruyſchius in Obſervat. Obſerv. VII. & IX.* annotavit; uteri prolapſum puto. Uterus a ligamentis ſuis ita relaxatus ſive dimiſſus, ſua compreſſione non ſolum urinæ ſuppreſſionem, ſed & alvi obſtructionem cauſatur. Cauſa per ſe patet: veſicam enim urinariam & ſphincterem comprimit, ut ne guttulam quidem ejaculare vel emittere poſſint, nam parili ſic ratione etiam inteſtinum rectum in tali caſu ſtringitur.

gitur. Unde obſervante *Roderico a Caſtro* non ſolum fœces, ſed & flatus colliguntur, quæ nauſeam, ructus, vomitus & ſexcenta alia poſt ſe trahunt affectiones.

§. XX.

Preſſo deinde ſequitur pede pedis ſiniſtri tumor œdematoſus, qui nullo alio generatur negotio, quam uti gravidis nonnunquam accidere ſolet. Hæ ſcil. vitam ſæpenumero colentes ſedentariam, molem uteri impraegnati femoribus inclinant, ſicque rivulos lymphaticos tam graciles & a partibus inferioribus oriundos comprimunt; in ovario vero male affecto poros illorum materia terreſtris deobſtruit, unde inſigniter tument. Miſſis autem hiſce, nunc deſcendo ad hiſtoriam paſſionis hyſtericæ. Paſſionem autem hyſtericam illam, non illam a multis jamjam in uſum receptam v. g. a flatibus in inteſtinis ortam, ortam intelligo, nam vera omnino ab utero originem trahit, referente *Marggrafio in Prodromo med. pract. Sect. III. p. m. 165.* obſervante C. J. *Langio in Diſſert.* 64. §. 22. quippe qui uterum paſſionis ejuſmodi hyſtericæ prorſus expertem eſſe negant atque pernegant. Nam luce meridiana proſtat, dari a ſtagnatione ſanguinis aliorumve humorum, qui totam uteri emetiuntur ſubſtantiam, veras hyſtericas paſſiones. Credibile igitur eſt, quod hujus ovarii ſiniſtri tumor, violenta atque præternaturali ſua preſſione, uterum omnino affecerit. Luculentius autem, uti arbitror, apparebit, ſi conſideremus maculam in uteri fundo ex rubro ad nigredinem vergentem, quæ neceſſario futuro ſphacelo præbuit fundamentum. Unde non mirum, ſi mulieres nec ſuffumigiis, nec aliis contra vulgarem paſſionem experientia probatis excitantur remediis. Et ſi conceptionis ac generationis adſpiciamus negotium, plane evadunt ſteriles, quoniam nimirum ex tanta ovulorum petrificatione, ut ita loquar, totiusque ovarii deſtructione auræ ſeminali Viri, vel animalculo a *Leeuwenhœckio* invento plane interdicitur ingreſſus, prima ſyſtematis noſtri rudimenta corripiuntur, ſalientia punctula dejiciuntur, vaſorumque obſtruuntur aperturæ. Qualis igitur in tam male conſtituto ovario eſt ſperanda conceptio? Nulla profecto, niſi alterum adhuc in felici ſtatu conſtitutum ſit ovarium.

§. XXI.

Exhibui itaque tibi L. B. totam hujus morbi hiſtoriam pro virium modulo, inauguralis thematis loco, more recepto conſcriptam. Ratione ductus ſecutus ſum, & quæ tam obſervavi, quam exinde concluſi, ingenue tibi communicavi, quæ ex auctoribus fide dignis ac experientia edoctis obſervavi, allegare volui, debui, quia profecto nihil eſt dictum,

Tab. XX.

Fig. 1.





Fig. 2.



Disput. Medico-Pract. Tom. IV. pag. 439.
SCHLENKER DE OVARII MORBO.

dictum, quod antea non fuerit dictum, ut inquit *Terentius*. Curam hujus fcirrhi variis ex rationibus & non fine prævia deliberatione prætermitto, quia tam cito & fane præter fpem & opinionem ex hac miferiarum valle ad perfectiffimam abfque remediorum adhibitione deducta fuit fanitatem. Animus quidem olim erat, breviffimis eam fuperaddere verbis, verum quia veteres æque ac recentiores parum adferunt folatii in Chirurgia confummatiffimi, autumantes nullis eum exftirpari poffe remediis, ita & ego rem intactam relinquo. Nam fuis jamjam temporibus præclarus *Galenus*, *Oribafius* & *Avicenna* tanquam incurabilem, & cui non effet fanatio proclamarunt. Et quis mortalium (nemo profecto!) in tam abfconditis locis tam lapideum corpus curavit & curare poterit? Igitur nec ego peculiarem exftirpandi modum nec arcana feu fpecifica ultra modum jam excedentibus plagulis exhibeo. Quifque medicorum, cui fanitas & falus proximi curæ cordique eft, omnes intendet nervos, ut obftet principiis, nec fero medicinam parare infelicemque eventum expectare cogatur. Ægrotantes vero, ne Nubem pro Junone arripiant, & admodum mature urentem herbam perfentiant, non flocci regulas pendere, fed pretio habere, neceffum habent. An vero, uti *Athæneus* putat, per incifionem extrahi poffint ovaria prudentibus dijudicandum relinquo. Te denique L. B. precibus, quibus par eft, humillimis exoratum velim, ut fi quæ, eaque meliora, quam quæ in hifce pagellis exhibui, poffideas, ut inquam, ea omni dexteritate ac fide mecum communices, meamque in hoc argumento notitiam adaugeas, & erroribus, fi qui fuerint ex imbecillitate ingenii immixti, condonando exoptatum Differtationis meæ promoveas

F I N E M.

NICO

CXXXI.

NICOLAUS WILLI,

STUPENDUS ABDOMINIS TUMOR.

Basileæ, 10. *Jul.* 1731.

THESIS I.

NEminem exiſtimo inficias ire, quod Medicus is ſit & habeatur, qui ſanitatem corporis humani tueri atque morbos eandem labefactantes emendare ac propulſare novit, quatenus hunc ſcopum attingit iis remediis, quæ ex naturæ penu depromta multiplici experientia eodem effectu ſeſe commendavere. Atque adeo claret maxime, nonniſi eum Medici nomen & dignitatem tueri & exornare, quo commodis Ægrotantium inſervire, eorumque votis ſpeique ſatisfacere, animumque aliorum utilitati promovendæ exſatiare queat, niſi ea cognitione & facultate ſit inſtructus, qua ſatisfaciat quidem paucis hiſce, quibus medicina ad ἀκμὴν perducitur, quæ ipſa vero a rerum peritis ardua adeo deprehenſa fuere, ut nonniſi inſtitutione, uſu & aſſidua opera ad eam ſcientiam perveniri celebriores in Arte noſtra Magiſtri tradiderint; ad proſperam enim valetudinem tuendam, & adverſam reſtituendam non promiſcue omnes aptos eſſe, quotidie edocemur. Quamvis autem paucis hiſce ſed primariis operam dare medicum oportet, ſi authoritatem & dignitatem ſuam tueri velit, difficilia tamen Artis etiam magiſtris obſervata fuere, cum & ſani corporis natura atque morborum indoles multis involvantur difficultatibus, imo cauſæ morbificæ ſæpius evolvi & enodari nequeant, inſuper etiam medicaminum vires ſatis perſpectæ & comprobatæ non ſint, quorum tamen omnium gnarum peritumque eſſe oportet eum, qui ſalutarem Artem cum ſperato ſucceſſu excolere conatur, uti rei ipſius exploratio docet, & unanimi omnes conſenſu perhibent. Multas vero contentiones agitaverunt medici, utrum rationi an experientiæ plus in medicina ad eam perficiendam competat; alii proin unice fideli obſervationum collectione Artem procedere animadverterunt, & evidentia, uſu, neceſſitate non fallacia Artis auxilia eſſe deprehenderunt; alii vero, prout proclive eſt humanum ingenium ad errores ex præcipiti judicio oriundos, cauſas experimentorum ratione inquiſivere, hanc vero methodum, Artis principia confirmandi dubiam, mutationi obnoxiam imo temerariam uſus docet. Ea enim humani ingenii eſt ad curioſitatem proclivitas, ut ab incunabulis rerum cauſas a priori indagare & cognoſcere velit, unde uberrimorum errorum ſeges. Plerumque enim phænomena certa illegitimis conſequentiis onerata fuere, & eadem re alio ponderata & expenſa modo, in innumeras diſcrepantes abrepti fuere ſententias. Pronum enim ingenium humanum eſt, ut ideam unam alteri citius nectat, quam convenientiam earum evidenter perſpexerit, & hinc nata fuere illa Sectarum tam in Arte medendi quam aliis diſciplinis ſtudia.

I I.

Præclari in medicina Viri probe femper animadverterunt, rationem æque ac experientiam connubio fideli ita fociatas effe oportere, ut utrumque horum per fe languens alterius opera perficiatur, & tum quidem cum fructu medendi Artem exerceri omnes jufti rerum Phyfico-medicarum Scrutatores fatentur. Cujus veritas manifefto liquet, fi incrementum & fata medicinæ perpendere velimus & phænomenorum medicorum caufas non vano & procaci ratiocinandi impetu & novaturiendi pruritu, fed jufto ratiocinio perquifiverimus, poftquam quælibet corporis proprietates accurate perfpectæ funt. In medicinæ enim incunabulis, cum rationis ufu auxilia adverfus morborum cruciatus inveftigari non potuerunt, fortuitus implorandus vel expectandus erat cafus.

Cafum experientia fecit, exemplo monftrante viam. Ante jacta enim falutaris Artis fundamenta homines vel externis injuriis laceffiti vel internis doloribus excitati qualitercunque fibi auxilium ferre ftuduerunt, & nunc juvantia, nunc noxia tentantes, effectuum obfervatione demum quid ufu probatum fuerit, annotavere. Id quod indicat Cel. Batavorum medicus Bœrhaave in Orat. de ftudio Hippocr. *Ægri ante nata medicinæ primordia, morborum cruciatibus impulfi ad certos dolores incerta tentaverunt Remedia, quorum ubi nonnulla fortuna magis quam Arte falutaria comperiffent, eorum annotatione prima jecerunt Artis fundamenta.* Poftea vero fucceffus morborum & remediorum Tabulis infcriptos in Templo fufpendendo incrementum Arti accefferat.

I I I.

Quum vero rudis obfervationum & experimentorum copia follicite quidem collecta & ordine digefta neque morborum indolem fatis declaraverit, neque ad curationem ægritudinum fpecie fimilitudinis fæpius decipientium fufficere deprehenfa fuerat, Ratiocinii vim experti Philofophi, quam cum remediorum experimentis conjungendo lumen allaturam credidere, rationis enim ufum ad morborum cognitionem atque curam præcipue neceffarium obfervarunt, quum fola rationis vi multæ circumftantiæ enodatæ & difcretæ fint, ficque adeo ejus perfpicacia medentis animum illuftrari, nemo inficias ire queat. Diverfa enim morborum genera, fymptomata diverfa in iisdem morbis occurrentia, corporis ægri indoles varia, morborum complicatorum concurfus, tempus remedia opportune adhibendi, mutandi eadem vel ab iisdem abftinendi, & morbi fimilitudine fymptomatum incautos decipientes diverfa tamen remedia requirentes, caufæ tandem morborum, quæ fæpius ad felicem mali eradicationem neceffario erui debent : (*eum vero recte curaturum, quem prima origo caufæ non fefellerit.* Hipp. & Celfus monent) hæc profecto fi,

fi æquo & jufto ratiocinio ponderentur & expendantur, evincunt experientiam non fufficere ad perficiendam Artem, eamque in incunabilis latere, fi cœcus hic Dux viam tantum fternat. Experimenta quidem prima dedere Arti fundamenta, dum dolores ad tentanda varia homines nullius vel doctrinæ vel experientiæ fulcro nixos excitarunt & coëgerunt, fed parum incrementi acceffit eo tempore Arti falutari. Quamvis autem ratio cum experientia conjuncta medendi Artem, quantum in humana pofitum eft poteftate, perficiat, poftquam tamen fubtilitatibus potius quam experimentis & phænomenis rite colligendis & jufto ratiocinio reputandis operam dederunt, pruritu potius effreni hypothefes condendi & ratiocinandi procacitate acti quam naturæ humanæ vias fedulo notantes multum detrimenti paffa eft Ars, dum Hypothefes in Cerebro fuo confictas naturæ applicabant, & phænomenorum rationem expedivere, qualia natura fingere debuiffet, hinc, quæ majores magno cum ftudio & utiliter collegerunt, neglexerunt, fictamque & commentitiam fœdisque confpurcatam erroribus Artem reddiderunt. Hypothefes enim non debent confingi & naturæ archetypo applicari, fed ex notatis fedulo corporum proprietatibus & probe comparatis inveniendæ funt & condendæ. Quando enim neglectis humanæ naturæ proprietatibus, pofthabito experientiæ ftudio confinguntur & excogitantur hypothefes, fpeculationibus tantum innixæ, verifimilitudinis fpecie multis verborum lenociniis adumbrata & ingeniofe conficta incautis imponitur; imaginationi eæ placent, ut applaufum alliciant, judicii tamen maturioris vi elucefcente vanas & inanes effe claret, Ægrisque maxime damnofas. Hypothefes enim, nifi phænomenis & proprietatibus probe perpenfis & luftratis fuperftruantur, utplurimum in rebus medicis & phyficis erroneæ.

IV.

Manifefto patebunt TH. III. recenfita, fi naturam humanam paulo penitius infpicere, & æqua lance æftimare velimus, & procacem pro arbitrio fingendi licentiam coërceamus, fedulo enim fi fanitatis æque ac morborum effectus fcrutemur, pendent ii a determinatis & varie conjunctis feu concurrentibus conditionibus, quæ omnes junctæ invicem effectui producendo pares funt. Conditiones enim, quibus pofitis res aliqua ponitur, ejus rei caufæ appellantur. Itaque ut evidenti fimplicitate tam fanitatis quam Ægritudinum caufæ demonftrentur, neceffe eft cognofcere omnes conditiones, proprietates atque vires tam folidarum quam fluidarum C. H. partium feorfim, poftea vero fedulo invicem comparatis novas inde productas detegere, ita ut conditiones tam, quibus fanitas perfiftit & confervatur, quam quibus labefactatur, & labefactata in integrum reftituitur, accurate cognitas & perfpectas habeat, qui Arti medendi fefe applicat, atque adeo conditiones viresque fanita-

 tis

tis conſervare, morborum vero tollere, i. e. cauſas ſanitatis conſervare, morborum auferre queat, modumque promte, jucunde ac tuto hoc facere noverit. Quando autem intellectus noſter conditiones haſce nonniſi per effectus ſuos cognoſcit, qui ſenſibus deprehenduntur, & obvii ſunt (neque enim fictitiis cerebri commentis veritas erui ſolet) evidens eſt, omnes cauſas atque proprietates tam ſtatus ſani quam ægri exacte rimandas, indagandas & inveniendas eſſe, his vero cognitis ad ea ratiocinio pergendum, quibus hæ tolli, illæ vero conſervari queant. Et heic quidem, ne a veritate aberret, cavere ſibi medicus debet, niſi enim veras ſani & morboſi ſtatus cauſas perſpexerit, nunquam ad certam & tutam medendi methodum ratiocinando aſſurget, nec certi quid de ſecunda valetudine ſtatuet, quando enim falſa pro veris, ficta pro certis habentur, maximi in medicina errores committuntur. Qui enim ſani ſtatus conditiones veras non ſedulo inquiſivit & cognovit, alias omnino quam quæ ad ſanitatem requiruntur, efficere & formare nititur, quippe ægritudinem ex certis ejus ſignis non dignoſcit, vel remedia etiam ipſi corrigendæ & extirpandæ apta putat, quæ contrariis vel ſaltem nullis adverſus morbi vim facultatibus gaudent, & profecto vel noxia propinat, emolumenta vero & fructus Æger fruſtra expectat, vel morbo vires concedit, ut moram trahat; cum prodeſſe itaque deberet medicus vel non prodeſt vel nocet, niſi caſu forte in id incidat, quod utile & fructuoſum; neminem vero tam ſtolidum judicamus, qui fortuito quam Arte curari malit, periculoſum hinc tali ſe credere, qui cauſas & effectus non attente ſatis ſcrutatus fuerit circa morborum phænomena.

V.

Cognitionem vero ſani æque ac morboſi ſtatus in quolibet ſingulari non acquiret medicus ex univerſali corporis cognitione, verum ex accurata combinatione ſingularium & propriarum cujusvis conditionum, quæ nonniſi ſenſuum miniſterio deprehenduntur, & a peculiaribus circumſtantiis determinantur, quibus proin univerſales corporum leges lucem afferre non valent tantam, ut rei liquidiſſime perſpiciendæ ſufficiant; peculiares enim corporis alicujus dotes & proprietates atque vires ſi negligantur, nunquam propria ejus natura dignoſcetur; & procax maximopere hypotheſes confictas condendi pruritus in veritatum medicarum inventione a contemplatione conditionum ſingularis rei coërceri debet; quantum enim damnum in Rempublicam medicam ex illa fingendi, philoſophandi & hypotheſes condendi cacoëthe redundarit, monumenta præcipue tam veterum quam neotericorum teſtantur, quando multi traduntur qui ſemel confictæ hypotheſi omnia naturæ phænomena adaptare conati ſpecioſas condidere ſectas. Non enim naturæ rerum notatio & animad-

animadverfio arti horum incrementum dedit, fed ingeniofa cerebri commenta, hypothefes fictas, quibus vix veftigia in naturæ finu affignare queas, pro veris Artis principiis venditavere, hisque morborum theoria fuperftructa fi fuerit, nemo mirabitur, quod medendi methodus huic innixa & medicorum expectationem & Ægrorum fpem fæpiffime deludat: vago enim ratiocinandi pruritu vix probabiles morborum cauſæ excogitantur & vera fic medicandi ratio demum in Democriti puteo abfcondita latitat. Hypothefes quidem iftæ imaginationi applaudentes, ratiunculis quibusdam innixæ, artificio fpeciofo coordinatæ animum quidem levem & incautum in affenfum facile trahunt, & fafcino quafi alliciunt, ut blandiffimo quafi phantafmate ingenia incantentur, verum fi judicii vim exquifiti adhibeas, naturæ fictitiæ fucos & pigmenta deprehendes, imo experieris hypothefibus his elegantiffimis neque dolorem ægrotantium leniri, neque morbi vim pelli. Magna autem morborum eft difcrepantia atque diverfitas, in eodem morbo pro fubjectorum & Symptomatum varietate tam multa medico funt animadvertenda, tam diverfis medendi viis eft infiftendum, ut vix ab uno homine addifci poffe fperares. Sed lucubrationes eruditorum in hac re Virorum facilem reddidere Artem valde difficilem, quando morborum hiftorias & accurate tradidere, & eadem fimplicitate, qua fenfibus noftris patent, obfervata expofuere. Sola enim fidelis obfervatorum collectio antiquiffimis & noftris temporibus certa pofuit Artis fundamenta, pyxis hæc eft nautica, ad quam omnes medicorum cogitationes dirigi debent. Selegi eum in finem ftupendi Tumoris Abdominis hiftoriam, ut eidem perfcrutandæ operam darem. Eft prout in nofodochio, dum Ægra degerat, fuit recenfita a Medico eo tempore Ægrotantium curam agente Viro Clariff. Joh. Rud. Mieg Anat. & Bot. Prof. Præceptore meo Honoratiffimo, qui fato defunctam quoque cultro anatomico fubjecerat, quamque vivam contueri mihi licuerat, demortuæ quoque vifcera fcrutatus fueram.

Catharina Herzog, Matthiæ Vœgtlin, fartoris conjux, ftaturæ procerioris, habitus corporis mediocris, fanis parentibus prognata, a teneris Annis fanitate illibata utebatur, faciei color erat vividus in adulta ætate, cum ætate dein pallidior evaferat, vires erant integræ, aliquot Liberorum mater facta & paupertatis ærumnis oppreffa victum labore quæfivit & vigiliis, probe femper Catameniis purgata ad 50. usque ætatis Annum. Ultimo puerperio Anno ætatis 43. facto terrore & mœrore conflictata, parciora fubito fenfit Lochia, & ftatim dolores in infima ventris regione acerbos & fcindentes tulit, qui nullo remedii genere adhibito paulatim mitigati fuere & fere evanuere. Cum vero angufta res domi eandem premeret, & mariti morofi atque vinolenti mores infulfi multum moleftiæ faceffebant, variis fervitii generibus rei familiari confulere coacta eft, nunc fartorio munere, & ægrotantium cura, vigiliis adeo nimiis fibi fuisque profpexit; fanitatis vero rationem habere raro potuit. Circa

50.

50. ætatis annum menftrua paulatim deficere cœperunt, confueto Naturæ ordine, ad annum dein 53. fana fatis & incolumis vixit, quo abdomen paulatim tumidum fieri cœpit fine dolore, fine gravativo pondere, absque duritie & fenfim fenfimque majorem expanfionem nactum eft cum renitentia aliquali fonora, viribus interea integris, appetitu falvo, habitu corporis nec cachectico neque confumto. Urina & naturali copia, colore & confiftentia reddita, poft mariti obitum ab aliquibus fufpicione impraegnationis preffa infontem fe Medicorum teftimoniis liberavit, manu enim frigida abdomini admota nullus latitantis fœtus motus deprehenfus fuerat. In hoc morbi initio nullis ufa eft remediis & auxiliis, cum enim utcunque labores fuos perficere potuerit, & res angufta domi fumtus non pateretur, patienter mali initia toleravit. Quinque annorum fpatio abdomen per infenfibiles gradus majorem in molem accrevit, idque erat fubdurum, renitens, in inceffu parum moleftiæ creans, fi dolorem aliqualem tenfivum & gravativum exceperis ac refpirationem paulo laboriofam, vefpertinis quoque horis affligentem laffitudinem. Tumor Abdominis autem non æqualis fuerat, in dextro latere magis prominuit, dum in lecto recubuit, & in latus nunc dextrum nunc finiftrum corpus reclinando, nulla fluctuatio fenfibilis erat, neque Abdominis figura præter majorem molem ullam paffa mutationem. Urinæ interea naturales & copia & colore & confiftentia. Aliquot dein Annorum fpatio ingentem in molem accrevit abdomen, ut ad ambitum ejus, qua parte maxime prominuit, funiculo opus erat Ulnam unam Parifienfem & duas tertias longo, ftupenda enim ratione prominuit, quamvis autem procerioris paulo fuerit ftaturæ, ad fpithamæ tamen longitudinem ultra genua protuberaverat, quando in lecto paulo erecta recubuit, quem fitum femper habuit, & Umbilicus tum diftentus & expanfus fuerat; Venæ cutim abdominis perreptantes non folum valde confpicuæ factæ, nodis varicofis diftinctæ & capaciffimæ, pollicis enim craffitiem plures fuperarunt. Alvus erat ficca; pedes a tumore liberi, Lumbi non tumidi; facies paulo decolor & emaciata. Appetitus naturalis, fitis levis nonnifi matutinis horis molefta. Nulla ægram vexavit tuffis, fed refpirandi difficultas paulatim ingravefcebat, ut quotidie erecta magis fomnum ceperit, fupina enim graviffimam dyfpnœam experiebatur, pulfus non erat febrilis, fomnus pacatus, vires extremitatum inferiorum vacillabant, pedibus quippe diu infiftere nequivit ob moleftiffimum abdominis deorfum propendentis pondus. Et tum quidem Medici auxilium implorare cœpit, qui mali magnitudinem & durationem, reique familiaris inopiam probe perpendens defperata omni medela negotium foli naturæ relinquendum judicavit: Affectu dein ad duodecimum usque Annum perfiftente abdomen majorem in molem evolutum eft, venæ abdominis ulterius diftendi cœperunt, Dyfpnœa gravior, urinæ parciores magis tinctæ, habitus corporis fuperioris emaciabatur, facies pallida, & colligue-

liquefcens, oculi collapfi, pedes œdemate paulatim correpti funt, quod magis magisque incrementum fumfit, & tandem cute eorum erofa & exulcerata lympha magna quantitate extillante gangræna paulatim & Sphacelus non fine ingentibus cruciatibus eos occupavere, abdomine interea parum detumefcente. Appetitus paulatim languere cœpit & anxietates præcordiorum viriumque debilitas ita invaluere, ut mifera continuo lecto affixa fuerit, & in hoc ftatu penitus fuperiores partes atrophia confumebantur, debilitates quotidie ingravefcebant & anorexia magis magisque invaluit, donec tandem Annum 68. ingreffa viribus exhaufta, facie hippocratica die 25. Julii Anni 1728. mente tamen integra quafi in deliquio horis matutinis placide diem functa fit fupremum. Cumque aëris calor urgebat, Nofodochii Medicus eo tempore ordinarius fupra dictus *Vir Clariff.* Joh. Rud. Mieg horis antemeridianis cadaveris fectionem inftituit, præfentibus *Viris Excell.* Joh. Rud. Zuingero *Med. Pract. Prof. Celeb.* Samuele Battierio *M. D. & Græc. Lingu. Prof. Meritiff.* nec non *Viro Clariff.* Emanuele Kœnig *Medic. Doct. Exper.* pluribusque Medicinæ Studiofis & Chirurgis.

Et in hoc quidem negotio abdomen maxime tumidum anteriore fui parte hæmifphærii ad inftar prominens apparuit, venæ varicofæ, dum ægra vivebat, maxime diftentæ confpicuæ quidem erant fed minus turgidæ, in utroque pede ad furas cutis excoriata, nigra corrupta & fœtida. Diffectis tunc caute abdominis integumentis tam communibus quam propriis apparuit peritonæo arctiffime adhærere molem illam abdominis, quem in finem fub Cartilagine enfiformi ceu fuprema abdominis regione cavitas ventris diffecto peritoneo aperta fuit, atque caute poftea tam digitis quam fpatula moles a peritoneo feparata, quo facto confpeximus primum quidem peritoneum craffius & denfius, dein vero faccum ampliffimum, albicantem, rotundum, Cucurbitam ftupendæ molis referentem utpote totum abdominis cavum undique replentem, vifcera ejus omnia obtegentem, ut nullum in confpectum veniret, quo ad latus reclinato apparuit levis hinc & inde adhæfio cum omento & inteftino colo, mefenterio autem arctius concretus fuerat: fublatis his impedimentis ad originem exploratus ovarium deprehendebatur dextrum, uterus enim naturali duplo longior, recurvus & ad finiftrum latus oblique protrufus apparuit, ut fundus ejus cum cervice infignem angulum formarit, ovarium lævum ordinariæ magnitudinis ficut etiam tuba illuc protenfa; dextra vero tuba longior & latior fupra ingentem faccum protenfa tandem obfcurum finem obtinens. Venæ & arteriæ fpermaticæ verfus hanc molem protenfæ duodecuplo ampliores quam curfu naturæ ordinario obfervatæ fuerunt. Monftrofum hoc ovarium e fede fua exemtum & cum utero refciffum ftatera ponderatum 100. libras cum dimidia æquaverat: poftmodum vero examini fubjectum, membrana exterior apparuit alba, craffa, ex fibris tenacibus conflata, intus vero unica cavitas deprehenfa, in qua contine-

batur liquor fubfufcus decocto granorum coffe faturato fimilis, vifcidiufculus, ingenti copia: poftquam igni expofitus fuit gelatinæ coagulum induit, ea vero parte, quia tubæ fallopianæ extremum confpiciebatur, craffior erat membrana pollicem æquans, in plurima loculamenta exigua divifa, quæ replebantur veficulis pellucidis, tenera membrana obductis, lymphaque vifcidiufcula albumini ovorum fimili repletis.

In abdominis cavitate nullum deprehendebatur ferum extravafatum, omentum erat corruptum, cartilago enfiformis multum recurva, extrorfum & furfum reflexa, ventriculus peranguftus contractus & inanis, inteftina omnia vacua collapfa, flatu nullo diftenta, ad dorfum ab ovarii mole coacta, levi inflammatione rubentia, hepar perexiguum, fed nulla confpicua labe affectum, diaphragma furfum in pectus fornicatum ad fecundam usque coftam, thoracis hinc dextra cavitas anguftiffima, lobus quoque pulmonum dexter perparvus, finifter lobus pulmonum major quidem dextro, fed ad naturale volumen minime accedens, nulla nec in thoracis cavo nec in pericardio lympha extravafata, cor flaccidum & molle, polypi in cavitatibus ejus nulli, fed fanguis tantum coagulatus.

V I.

Hiftoria ægritudinis atque diffecti poftea cadaveris docet ovarium hydropicum in ftupendam adeo molem excreviffe, & fœminæ tandem lethum intuliffe; quanquam autem multi hoc morbi genus & obfervavérint, fcripto confignarint & verbofe fatis id expofuerint, fruftraneus fere labor videretur juveniles meos conatus iis fuperaddere; *verum quanquam multum egerint*, fi *Senecæ* verba noftra facere liceat, *qui ante nos fuere, non tamen peregerunt, multum adhuc reftat operæ, multumque reftabit, neque ulli nato poft plura fecula præcludetur occafio aliquid adhuc adjiciendi*; apparuit enim haud difficulter multa fuiffe & circa mali generationem, morbi cum aliis fimilitudinem & medendi rationem neglecta vel negligentius faltem expofita, quæ tamen notatu digna & ufu non carebunt fuo, accedit infuper Virginis alicujus Bafileenfis morbus, qui dum abdomen ftupendam in molem diftentum fuerat, fortuito feu propitia fortuna difparuit, & virginem vegetam reliquit, ut quædam de tumore ventris commentaturus eandem hiftoriam filentio præterire noluerim; quum Artis auxilia languida fuerant, fortuitus fuccurrit cafus, en B. L. hujus fingularis cafus narrationem. Monftrofus hic abdominis tumor virginis Bafil. adhuc fuperftitis, qui per 14. Annos fubftitit & cafu tandem paulatim evanuit, adeo fingularis fuit indolis, & propitia fortuna feu fato fuit profligatus, ut, cum fimilem inter obfervationum medicarum fcriptores cafum reperire nobis nondum licuerit, hiftoriæ hujus memoriam defcribendo haud vanám cenfuerim operam.

Anna

Anna Margaretha Schärerin cognominata Philibert brevis a nativitate ſtaturæ, habitus gracilis, corpus & macilentum ſed vegetum habuit, ſanitate a teneris Annis illibata vitam egit, temperiei eſt cholericæ, parco aſſueta victui, ſed eupeptis alimentis aſſueta, a durioribus enim & tenacibus dolorem & gravitatis ſenſum circa præcordia experta, interim muliebribus laboribus ſæpe exercitata, præprimis agilis, cum adultam ætatem nacta catameniis & conſueto tempore & debita copia expurgari cœpit, aquam ſolam pro potu ordinario uſurpaverat, a vino abhorrens, frigidioris tamen hauſtum quædam præcordiorum oppreſſio excipiebat, Annum nata 22. dum æſtivo tempore, poſtquam corpus exercitio ſolisque radiis incaluiſſet extra tempus menſtruæ purgationis aquam putealem valde frigidam affatim hauſiſſet, ſtatim ſentire cœpit dolores in abdomine & frigus admodum moleſtum circa regionem hypogaſtrii ſiniſtram, ac ſi lapidem frigidum ſeu glaciei fruſtum in ventre foveret, inde paulatim abdominis ſecutus eſt tumor in pelvi ſiniſtra primum apparens, a tenui principio autem ſenſim ac ſenſim in majorem molem ex omni parte fere æqualem aſſurgens cum dolore tenſivo nunc magis nunc minus moleſto; nonniſi paulatim autem intumeſcentia hæc abdominis incrementum cœpit, quinto enim demum Anno gravidarum in morem abdomen prominuit; in lecto ſupina ſi jacuit, abdominis; tamen tumor æqualis, nec laxus, quemadmodum in aſciticis, quibus abdomen in eo latere protuberare ſolet, cui incumbere ſolent; quum vero viribus adhuc integris obambulare potuit & munia domeſtica obire, ſenſit vehementiore corporis exercitatione ſeu curſu fluctuantem aquæ copiam, perinde ac lagena vitrea aqua ſemiplena concuteretur, & ſtrepitum hunc etiam adſtantes exaudivere. Interdum vomitus & Colica hyſterica, ſubinde etiam convulſiones hyſtericæ acceſſerunt. Menſtrua non ſuppreſſa, ſed ſingulis tribus ſeptimanis recurrentia, quæ prius menſtruo intervallo magis reſpondebant, vix tamen parciora neque etiam uberiora quam ſuperiori tempore. Alvus manſit libera, urina autem parcius excerni viſa eſt, quam alias pro conſuetudine ſolebat, præcipue autem poſt uſum alimentorum tenaciorum, dyſpeptorum urinæ copia multum fuit imminuta, ingentesque ſenſit anxietates circa præcordia, gravitatem & dolorem circa ventriculi regionem, a quibus ſymptomatibus liberabatur vomitu ſpontaneo, quo nonſolum viſcidum excrevit mucum, ſed & limpidæ aquæ plures libras. Adhibita ex conſilio Medici præter rationem victus convenientem medicamenta aperientia, antihyſterica, purgantia, diuretica, ſed exiguo cum levamine; Abdominis enim tumor longo temporis ſpatio pedetentim in omnem dimenſionem magis accrevit, ut inſignem molem hydropicorum inſtar æquaret, pedibus hactenus a tumore liberis, dextro lateri incumbens vehemente ſtatim oppreſſa fuit reſpirationis difficultate, ab uſu alimentorum dyſpeptorum nec non excandeſcentia menſtruorum aliquando ſuppreſſionem paſſa, tumorem ſenſit pe-

 dum,

dum, difparuit vero, poftquam aquæ meliffæ hauftibus aliquot menfium recuperavit fluxum. Poftquam octo Annos hunc circumgeftavit abdominis tumorem, jufculis ufa fuit millepedibus alteratis & balneo domeftico, tuncque ad dimidium tumor fuit imminutus, fed mox iterum ad priftinum volumen rediit, & ad fcrobiculum usque cordis protuberavit, pedibus hucusque ab œdemate liberis: eo tempore curiofitatis gratia lance pondus fui corporis tanta mole adaucti exploravit, pondusque inventum erat 205. librarum, cum alias in ftatu fano vix ultra 100. libras ponderaverit. Abdomen vero durum tympani inftar erat tenfum, in lumbis quoque prominens, coftæ inferiores cum enfiformi cartilagine valdopere extrorfum & furfum coactæ, & quamvis alias corpus obtinuerit gracile, filum tamen feu fafcia abdominis prominentiori parti in lumbis circumdata ad ejus dimenfionem longa erat ulnam Parifienfem cum duabus tertiis. Interea ter quotannis V. S. admifit & ex ejus neglectu varia fymptomata præcipue autem pedum gravitatem & œdema fuit paffa. Per 14. autem Annos maximam fic ventris protuberantis molem geffit, non fine fluctuationis quodam fenfu, cum promtius ex uno latere in alterum corpus verfabat, aut fubfultando vel onera geftando promtius agitabat, nunquam tamen lecto affixa fed pedibus fatis libere & cum agilitate quadam incedens, negotiis domefticis utcunque operam dans, nifi cum per intervalla pathematibus hyftericis, vomitu aut convulfionibus afflicta fuit. Refpiratio, appetentia, ceteræque actiones plerumque falvæ erant, fed reliqui corporis fubftantia valde extenuata. Urina utplurimum erat coloris naturalis, fæpe etiam albefcens & turbida, quandoque rubra cum fedimento vifcidiufculo, poft hyftericum paroxifmum pallida. Virium autem detrimentum macie extenuato corpore reliquo paffa fuit. Demum Anno 1725. menfe Septembris domo egreffa & per vallum inter fuburbium D. Johannis & mœnia Urbis feftinato gradu incedens, in plano forte humi in ventrem prolapfa, ut alias fæpe ipfi accidit, percepit hac vice in regione finiftra epigaftrica fonitum quendam, quafi tympanum quoddam ruptum fuiffet absque dolore notabili, mox ope comitis, qui eundem fragorem exaudivit, relevata domum pedibus fe recepit, nullius vel debilitatis vel doloris memor, paulifper adhuc obambulans, fex horis poftea præviis doloribus tenfivis cœpit micturire & præter expectationem plures libras aquæ tenuis, limpidæ, inodoræ, inftar aquæ fontanæ per urethram excernere, dolores autem lancinantes ac urentes in pluribus abdominis partibus præcipue circa fcrobiculum cordis ægram lecto affigebant; recurrente dein fæpius mingendi tenefmo, plures fimilis Urinæ feu aquæ menfuras reddidit, mole abdominis evidenter decrefcente, ita ut intra novem dierum fpatium per ftupendam aquarum evacuationem abdomen penitus non fine Medici & adftantium fumma admiratione fubfideret, licet hoc tempore nihil præter victum tenuem, abftinentiam, quietem &

externa

externa fomenta ex Baccis Juniperi contufis vino incoctis adhibitum fuerit. Aquas autem has dum excrevit, fingulis femihoriis ftimulum mingendi percepit, & largam ejus copiam quavis vice excrevit, hæcque ipfa aqua non præter voluntatem profluxerat, fanæ enim inftat ejus profluvium continere potuit, & præter voluntatem coacta eandem diutius retinere, atroces paffa eft cruciatus; a potu interea frigido penitus abftinuit, graves vero debilitates ut & animi deliquia experta, fomnum tamen per horam unam vel alteram capere potuit, quo mire refocillabatur. Exactis novem dierum fpatio aquis venter quidem a tumore liberatus, integumenta mire flaccida, rugis inæqualia & collapfa fuerunt, coftæ inferiores ultra collapfi abdominis expanfionem ad duorum palmorum altitudinem prominuere, dolor autem vehemens in lumbis ægram excruciabat, fafciis integer tum venter fuit ligatus, & urina poftmodum naturalis coloris & quantitatis reddita, interea pejus habuit, & debilitatis caufa ad plures hebdomadas lecto affixa hæfit, victu femper utens tenuiffimo, quum ex carnis pauciffimæ efu gravitatem & dolorem circa ventriculi regionem experta fit. Aliquot demum a lapfu hebdomadis cum urina excrevit fubftantiam membranaceam albicantem partitis vicibus absque ullo cruciatu, præter lenem mingendi ftimulum & difficultatem. Quo tempore excrevit aquas ventris fui monftrofi nihil urinæ coloratæ feorfim reddidit, easdem aquas continere & reddere cum voluntate potuit, quemadmodum fupra diximus, ut per urinam neque alia via quam urinaria prodiiffe extra controverfiam pofitum fit, per alvum nihil aquarum excrevit, nec ex utero profluxiffe eas ægra tefta-tur & retinendi facultas indicat. Tandem poft fex fere hebdomadas appetitum recuperavit, viresque recipere incepit, & meliore valetudine frui, ficque indies in melius converti, tandemque Deo clementer afpirante & juvante feliciter ex voto & animi fententia præter omnium fpem & opinionem convalefcere. In hunc usque diem nullus tumor rediit, menftrua pergunt modica, minus tamen regularia, & valetudine fatis profpera utitur, nifi quod a potu frigido lædatur, & interdum hyftericæ affectionis aut ephemeræ febreos infultus patiatur.

VII.

Hydropis ovarii plura exempla corradere ex aliis non judicavi neceffe, tot enim a diverfis traditæ fuerunt ejus hiftoriæ, ut volumini fere fufficerent, pauci enim funt, qui cadaverum fectioni diligenter operam dederunt, qui hanc hydropis fpeciem non offenderint & defcripferint, animum potius adjiciemus genefi hujus morbi, diagnofi, & tentabimus fimul vires exponendo, cur traditæ hactenus curandi methodi morbo pellendo impares fuerint, fimulque explorabimus, quid de mirabili Virginis affectione fortuito profligata fentire debeamus. Cum rectum pro-

verbis dicatur norma obliqui, & naturalis status facem præbeat morbosi dilucidationi, quædam de structura ovarii præmittemus, quæ huic rei lumen allatura existimamus. Etymologiam, Definitionem, Situm, Figuram, Magnitudinem & connexionem studio prætermittimus, qui hæc desiderat, adeat authores Anatomicos & ipsi protinus satisfiet, angusti enim Dissertationis Academicæ cancelli hæc silentio præterire incitant, Præter exteriorem a Peritoneo productam ovarii tunicam substantiæ arctius adhærentem interius adesse videtur involucrum solidius magisque elasticum muscularibus fibris instructum, quod, quamvis in sano statu visus aciem subterfugiat, haud obscure tamen conspicitur, cum pars hæc tumore affecta dextra manu dissecatur, & in conceptu fœcundo Ovuli in hac parte incrementum ejusque in tubam Fallopii propulsio, luteæque glandulæ succrescentis habitus satis verosimilem reddunt sententiam. In ovariis sanatum violenta morte extinctarum vesiculæ pellucidæ apparent sphæroideæ, calice crassiusculo adhærentes propriæ ovarii substantiæ, membranula propria cinctæ, humor contentus leni igne albuminis ovorum adinstar coagulum induit, quo magis vereris exercitiis indulgent, eo vesiculæ magis in conspectum prodeunt, post fœcundum autem congressum tument magis, membrana fit densior, tunica ovarii expanditur in tumorem elevatur, & tandem papillæ in morem hiat, soluta ejus continuitate, vesicula perforat seu pertundit hiatum, prominet, calice sustinetur, eoque rupto separatur, tubæ fibris muscularibus apprehenditur, substantia vero ovarii rupta cavum exhibet, quod liquore primum subluteo repletur, hocque sensim dissipato membranis concrescentibus cicatrix occurrit; in morboso statu præcipue autem si tumore ovarium fuit affectum, vesiculæ hæ innumerabili fere copia diversæ consistentiæ & coloris occurrunt, peculiares in cellulas divisæ, quemadmodum in nostra quoque historia retulimus, & Figuræ adjectæ icon demonstrat, in quibusdam enim fœminis sebi, in aliis terebinthinæ adinstar coagulatas vidi, Morgagnius etiam Adv. Anat. Part. I. paragr. 30. alteram ossescentem, alteram osseam vidisse memorat. Et vesiculæ hæ pellucidæ maturitatem nactæ luteo circumdantur corpore, quo nutrimentum uberius affluit, & ad pertundendam ovarii membranam aptæ redduntur, pluresque hinc Anatomici glandulosam substantiam appellavere ob similitudinem in vaccarum ovariis occurrentem, de qua prolixe egit Malpighius. Has vesiculas ovula vera esse, quæ oviductu excepta & in fœcundum genitale arvum delata in vivum tandem cum membranis fœtum mutentur, multifaria docent experimenta tam in oviparis quam in viviparis instituta, reiteratæ sectiones, spurii conceptus, observationes, mutationes in ovario humano post fœcundum congressum observatæ, fœtus in cavo abdominis & fallopiana tuba fœcundati; cicatrices in ovario post partum deprehensæ. Qui modum agendi a naturæ Authore stabilitum penitius cognoverunt, Analogiam generationis universalem hoc-

systema

fyftema veritati maxime confentaneum reddere judicant, plantæ enim ex ovulis generantur, femina enim vera funt fcrutatorum naturæ fententia ovula, mutato faltem nomine; Animalia ovipara conftante naturæ obfervatione ex ovulis prognafcuntur in fœmellæ corpore genitis & inde exclufis, ita ut maxima verifimilitudinis fpecie afferere liceat, nullam inter ovipara & vivipara difcrepantiam occurrere, quam quod hæc fcil. vivipara fœminei fexus ovula intra corpus foverint, incubuerint & excluferint, donec maturus fœtus vivus in lucem proferatur. Et ovarium a Nabotho in cervice uteri ftabilitum confictum effe eadem analogia, mutatio ovarii veri poft conceptum, cicatrices ejusdem, obfervationes circa tubam fallopianam factæ, fœtus in tuba geniti docent, ut pluribus refellere non fit neceffe, maximopere cum in vetulis fæpe veficulas eas cervici uterinæ inhærentes viderim, ovarium autem verum diminutum, exfuccum & emarcidum apparuerit.

VIII.

Ovarii fuperficies in Virginibus æqualis confpicitur, in fœminis vero, quæ fæpius peperere, inæqualis & cicatricibus afpera occurrit. Vafa arteriofa tam a fpermaticis quam hypogaftricis multis reticularibus plexibus conjuncta varieque anaftomofibus unita omnem ovarii fubltantiam perreptant, & gyris feu circumvolutionibus multis funt intorta, venæque comites eadem ratione diftribuuntur, quibus numerofa accedunt lymphatica, membranis internis ita intertexta, ut difficile omnino fit ftructuram accuratius expedire, nifi morbofi affectus, dum partes magis evolvuntur, eandem declararent: & heic quidem ovarium occurrit duplici membrana manifefto præditum exteriore a peritoneo ejusdem cum eo texturæ mollis, facile dilatabilis, interiore propria paulo firmiore, albente & ex interna fuperficie multas propagines emittente, quæ varie conjunctæ cellulas efformant, in quibus ovula hofpitantur & continentur, irrigantur quidem membranæ hæ vafis fanguivehis, fed, quemadmodum in aliis partibus folenne eft, arteriæ quoque prodeunt lymphaticæ, nutritium humorem & advehentes, & ad ovula ipfa protenfæ; poftquam hæ officio fuo functæ in venas abeunt ferofas, quarum ingens numerus in brutis vivis diffectis vel ftatim poft mortem apertis occurrunt; nec in cadaveribus humanis oculos lynceorum anatomicorum fubterfugere; memini etiam hydropicæ cadaver ante triennium exenteranti mihi plura occurriffe lymphatica eaque fatis ampla, ovaria hæc pubertatis annis increfcunt, in maritatis ampliora occurrunt, circa fenectutis vero annos paulatim marcefcunt. Propriam itaque texturam ovarii fi intueamur, membranaceus eft contextus in cellulas innumeras divifus, peritoneo involutus: cellulæ autem hæ fibi invicem accumbentes, non autem mutuo communicantes, veficulas continent, quæ continuæ cum

fubftan-

ſubſtantia ovarii apparent, niſi vel fœcundo conjug'o vel morboſa ovariorum conſtitutione, evolutis partibus, luteo glanduloſo corpore conſpicuo reddito poſt fœcundationem disjungantur, & membranarum tumore, uberioris liquidi appulſu ſeparentur. Membranas has irrigant vaſa arterioſa, quæ dictas quidem cellulas ubique attingunt, in capillares vero extremitates deſinentia eorum quædam continuo ductu in venas rubras minimas mutantur, alia terminantur in vaſcula lateralia exiliſſima, quæ arteriæ dicuntur lymphaticæ, humorem ab arteriis rubris allatum ibique ſecretum ſub ſeri ſpecie diſtribuunt, & nutrimentum tam membranis impendunt quam ovulorum incremento profpiciunt; poſt fœcundum vero congreſſum uberius evolvuntur arteriæ lymphaticæ expanſæ & liquido diſtentæ racemulos vaſculorum referunt, membranæ celluloſæ interſtitia replentur, ovulum a membranis propriis applicitis ſeparatur. Separato vero ovulo nonſolum cicatricem in tunica ovarii apparere ſed papilla ſua hiantem & ſinu cavam repetitæ medicorum obſervationes confirmant; accedit dein, quamvis ovarii membrana impervia & nullis pertuſa foraminibus in Virginibus conſpiciatur, poſt partum tamen conſtanti naturæ ordine cicatrices occurrant, & in iis quidem, quæ ſæpius pepererunt, plures.

I X.

His præmiſſis antequam hydropici ovarii cauſas indagemus & generationis modum explanemus, diagnoſis exponenda, quæ quidem ex deſcriptione morbi ſponte deduci poteſt, ſed ſigna tamen non omni difficultate carere, nec certi quid indicare niſi plura collecta & inter ſe probe comparata fuerint, tumores abdominis alii in praxi occurrentes aliisque ſenſui manifeſtis ſymptomatibus affligentes teſtantur, magnique nominis viros fuiſſe deceptos jamdudum in praxi ſolertes medici annotarunt; ut phænomena enim & ſymptomata ægritudinum recte expendi & animadverti a medico poſſint, præcipue requiritur cognitio morbi ex arte accurata, non fictitiis & ſpecioſis commentis adornata aut ineptis deſcriptionibus conſpurcata, ſicut novaturiendi æſtu perciti multa ſe animadvertiſſe gloriantur. Unicum bona cum venia liceat exemplum producere, quo dictis robur addam. Deſcribit Celeberr. Littrius in Comment. A. R. Sc. Par. Ann. 1707. Hiſtoriam mulieris 43. annorum, cujus venter aliquot annorum ſpatio intumuit, faciei colore perſiſtente florido, appetitu integro, urina naturali copia profluente, menſtruis non ſuppreſſis, nulloque incommodo, ſi pondus abdominis excipias, inde nato: Operatione Paracentheſeos ſæpius adminiſtrata liquorem eductum eſſe coloris primum punicei, poſtea vero ad ſerum lactis accedentis; Febri & doloribus ſupervenientibus ægram extinctam. In cadavere ſaccum memorat peritonei

peritonei divisi deprehensum & tubæ fallopianæ sinistræ firmiter adhærentem, hincque peculiarem peritonei hydropem constituit, quamvis singulis probe expensis circumstantiis ovarium lævum hydropicum haud difficulter dignoscere liceat; hincque adeo juveni maturo judicio non pollenti, quid circa morbi hujus diagnosin definiendum sit, expeditum non videtur; si tamen in re hac difficili eruenda, cuique pro dignitate rei evolvendæ impares videntur conatus juveniles, hallucinatus fuero, dabit B. L. veniam, cum vix meæ satisfacere possim expectationi, nedum aliorum, in perscrutandis morbi hujus phænomenis hominem me cogitet ad errorem proclivem. Hic morbus vero quamvis non admodum frequens, ut signa ejus exponam, fœminis raro molestus esse solet, dum menstrua fluunt; crebrius invadit circa tempus, quo menstrua paulatim cessant, vel omnino evanuere, in juvenili ætate hactenus, quantum legisse memini, rarissime fuit observatus. Ab initio morbi, quod paulatim progreditur, in laterali hypogastrica regione tumorem ægra animadvertit, abdomen nonnisi aliquot annorum spatio majorem acquirit molem & protuberat, appetitus satis constat, neque corporis consumtio molestiam excitat, proin mulieres utplurimum hunc affectum ab initio negligunt, imo per plures Annos molem abdominis circumgestant, antequam molesta experiantur symptomata: abdomen æqualiter tumet, quamvis situs corporis mutetur, nec quemadmodum in hydrope ascite de latere in latus corpore reclinato aquæ ventris figuram mutant, & fluctuantia integumenta urgent. Umbilicus extrorsum urgetur, pedes & pudenda nonnisi morbo jam diu persistente œdemate afficiuntur, digito percussum abdomen nec fluctuat nec tympanum sonat; ab initio morbi tumor abdominis non æqualis apparet, sed limitibus circumscribitur, ut nonnisi in inferiore abdominis regione & in latere affecto occurrat, postmodum vero mole abdominis accrescente æqualiter undiquaque tumet venter, costæ inferiores extrorsum urgentur. Nulla ab initio morbi urgent symptomata molesta, si gravitatis incommoda excipias, respiratio illæsa, pulsus naturalis, urina nec quantitate nec qualitate peccat, appetitus integer, abdomen tensum, nec molli tumore afflictum: corpus non extenuatur, nisi vel aquæ diu admodum stagnarint, vel stupendam in molem hic adauctus fuerit hydrops. Nulli præcedunt dolores circa umbilicum & lumbos, qui neque medicamentis neque ullo alio modo solvuntur, nullæ ventriculi & intestinorum inflationes, quibus hydropem siccum seu tympanitem succedere Hippocrates animadvertit. Imo in principio ne lassitudo quidem urget, nulla tussis; in progressu abdomen deorsum pendulum est, circa lumbos quoque distentum, supra dorsum facilius decumbunt, in latus affecti ovarii decubitus non admodum molestus, sed in oppositum latus gravativo dolore stipatus. Ingravescente autem morbo lassitudo, dolor tensivus, corporis extenuatio, anorexia, respirandi difficultas, alvi constipatio, tumor pedum œdematosus,

matofus, gangræna, pudendorum quoque tumor. Ab uteri hydrope proin diftinguitur, quatenus in hydrope ovarii in affecto hypogaftrii latere ovarii crefcentis tumor primum apparet, decubitus in latus fanum moleftus, in matricis hydrope autem circa medium abdominis tumor hæret, & circa incrementum æqualis ejus diftenfio occurrit, decubitus in utrumque latus fere indifferens, menftrua vel colore vel ordine peccant, cachexia vel præceffit vel conjuncta eft, abortus prægreffus fuit, vel partus etiam naturalis & à partu abdominis tumor vel relictus vel incepit, dolor tenfivus vehementior cruciat, de pondere & gravitate multum conqueritur ægra. Ab intumefcentia abdominis poft partum difcrepat, quod partus præcefferit, frigori poft exantlatos partus dolores infefto ægra fefe expofuerit & neglecta fit ventris fafciarum minifterio compreffio. Hydrops tandem ovarii chronicus valde eft affectus & per plures annos ægras mulctat, ftupendam in molem venter quamvis excreverit, non ftatim moriuntur, longo enim tempore fpiritum trahunt, quamdiu febris hectica vires non confumit, quamdiu alimentis corpus reficere queunt. At vero anorexia urgente non eodem modo vitæ filum abrumpitur, aliquæ marafmo confectæ exfpirant; utplurimum refpirandi difficultas, gangræna pedum & præcordiorum anxietates, anorexia mortis prodromi effe folent.

X.

Hæc quidem in vivis obfervantur & deprehenduntur autopfia confirmante & ex ægrotantium renunciatione. Pauca fuperfunt adnectenda, quæ in defunctis cultri ope detecta funt, nec non fi operatio paracenthefeos inftituatur. Hac peracta, fi humor in ovario effufus unicam occupaverit cavitatem, omnis humor effluere folet, nifi vifcofitate peccet; fi vero multas in cellulas difcretus fit liquor, parum effluit; per cannulam immiffam ftylus longior intrufus ante humoris effluxum per omnem abdominis dimenfionem trudi nequit, nec deprehenduntur vifcerum prominentiæ. In demortuis autem deteguntur primum, fi cavum ovarii refpicias, non eodem modo in diverfis cavitates fe habere; crebro enim unica tantum occurrit cavitas, in qua humor latitat, quale exemplum Cel. *Littrius* refert, *Wepferus Th. Zwingerus* aliique. Sæpius etiam in plura loculamenta diverfæ amplitudinis dividitur: fi vero humorem refpicias aliquando punicei coloris reperitur, fluidus & vifcidiufculus qui igni expofitus in gelatinam mutatur, aliquando aquofus; nonnunquam mucum gelatinofum vel cafeofum, terebinthinæ inftar fluidum nunc albicantem nunc diverficolorem refert, nonnunquam turbidus occurrit fœtore virulento præditus, quale exemplum Wepferus refert. In cellulas fi divifum fit ovarium, utplurimum loculamentorum contenta tam ratione confiftentiæ quam coloris difcrepant, ut

diverfa

diverfa adeo confpiciantur, quot aperiuntur loculamenta. Quod quantitatem demum attinet humoris effufi, varia à variis obfervata fuit, aliquando 30. 40. imo etiam 100. & ultra deprehenfæ fuere libræ. Quomodo vifcera reliqua poft mortem fint conftituta ex hiftoria fectionis fupra recenfita, colligere B. L. poterit. Et heic filentio præterire non poffumus, cum exempla non defint ftupendam molem abdominis tumores quandoque adeptos effe, & per plurium annorum decurfum hæfiffe, anum illam fraudulentam, quæ ventre præter modum tumido ficto plufquam triginta annis per plateas vicinæ urbis oberravit, quamque plures non fine admiratione pariter & commiferatione intuiti funt; ea cujusvis conditionis hominibus artibus fuis malis impofuit, medicorum vero confilium nunquam imploraverat, ut tutius dolos fuos & fraudem occultare poffet. Cum multi fide digni certo afleverarint, 30. & plures annos ante mortem clandeftinæ impraegnationis caufa fufpectam fuiffe, rugæ quoque in abdomine poft mortem occurrentes conjecturam admodum, verofimilem fecerint, dubio procul ad evitandam pœnam maligno hoc ftratagemate ufa eft; & in obfcuro latibulo hærens nemini permifit vel ventris fictitii attingere molem vel lecto affixam invifere, fraudis proin fufpicionem paucis moverit. Obiit tandem Februario menfe Ann. 1728. & fufpenfi expectatione animi, quid monftri aluerit, retecta fraude liberati funt, cum fictitius venter ad lectum pofitus omnium in fe moviffet oculos, farrago quippe erat detritorum linteaminum novendecim & ultra libras pendens. Rumor hic non folum per vicinas urbes fed & longiffime remotas fparfus, maligni vero obtrectatores famam medicorum non folum laceffere conati, verum etiam putidiffima mendacia fimul afpergere aufi funt, imo multa circumferri in vicinia & in diffita loca diftrahi typis expreffa curavere, quæ mendaciis, calumniis & iniquiffimis convitiis in medicos ejus loci clariffimos fcatebant. Ex obtrectationibus iftis præcipuas faltem commemorare volumus; omnem profecto verecundiam fepofuiffe detrectatores certum eft, dum afferebant, medicos conjunctis confiliis de malo ejufque caufa invicem deliberaffe, hanc prorfus monftrofam judicaffe, tum & eofdem commiferatione permotos menftruam ei penfionem affignaffe & folviffe. Omnis tum culpa fraudis non detectæ in medicos conjiciebatur, fed cum viris artem medicam exercentibus nec conveniat femper fœmineum fexum pudore alias munitum vifitandi, & verfipellis illa mulier novas technas agitans non tantum pudorem prætexerit naturalem, fed & votum fanctiffime nuncupatum manus mafculas fe non admiffuras corpori, fingularis & fupererogatoriæ caftitatis velo malitiam obtegens callide medicorum examini fefe fubduxit, itaque cum medicorum monumenta multas promant hiftorias de abdominis tumoribus ftupendis, ex hoc capite in dubium vocari non potuit, nec dolus detegi, cum impoftrix illa nec verbis nec muneribus adigi potuerit, ut ventris fuppofititii adtactum admitteret,

 haud

haud ignara artis caput esse malos tegere dolos, graviſſimaſque ex revelatione fraudis expectandas esse pœnas; haud absimilis ulceri illi maligno, de quo vere affirmatur, noli me tangere. Neque enim medici officium erat, sollicitum se præstare, ut vi cogeretur, medentes enim nonnisi vocati consiliis succurrunt; si recte rem reputare velimus, inclyti Magistratus officium fuerat pro summa, quæ concessa est, auctoritate & facultate medicis vel potius obstetricibus examen versipellis hujus & fraudulentæ mulieris imperare; imo vel infimæ sortis muliercula, quæ alba gerit præcordia, technas illas detegere potuisset, si ventrem vel ictu inspiciendi copia fuisset concessa. Neque examen hoc eo tempore fuisset à Magistratu negligendum, quo impraegnationis ab illicita & clandestina venere suspecta in carcerem fuisset conjicienda, imo ut honesti probe recordantur viri, dum ergastulo inclusa fuit; medicorum enim non est officium, fraudem illicito modo impraegnatarum perquirere, sed judicis competentis. Ex his constat, quam putida mendacia dispersa ab obtrectatoribus medicorum fuerint; finem huic recensioni facimus versiculis aliquot.

Quod, quæ mille alios turpi deceperat astu,
    Hæc pariter Medicum falleret ipsa Chorum.
Id minime mirum; nec enim plus Juris habebat,
    Huicque nefas, nudum visere corpus, erat.
Subdola perpetuam tegeret quo fœmina fraudem,
    Lex data, quotquot erant, omnibus una fuit.
Propterea falsis Medicos hoc nomine sannis
    Qui lacerat, sannis dignior omnis erit.

XI.

His præmiſſis ordo postulat: ut morbi hujus ortum & generationis modum investigemus; & rei cardo in eo versari videtur, ut fontem indigitemus, unde humor ille serosus in ovarium effusus & collectus scaturiat, quæ causæ ejus effusionem post se trahant, & cur diu extravasatus raro admodum virulentiam contrahat & putrescat. Non defuere medici, qui, cum attente perpenderent, sanguinis ad ovarii advecti partem in vasa lymphatica derivari, non improbabile censuerunt, serum e vasculis lymphaticis per ovarium currentibus & disruptis extravasari & coacervari, eo tunc ovarium repletum in molem hydropicam assurgere. At vero tantorum Virorum pace genesis morbi hujus nimis est generalis & ea posita nondum ponitur ovarii hydrops, mirum esset, cur in asciten degeneraret, vel crebro admodum post fœcundum conceptum & ovuli ab ovario divulsionem infestaret, quia absque vasculorum ruptura fieri ea nequeat. Cum ovarium liberum quoad maximam partem in abdomine fluctuet, canales omnes in adulta ætate

solidiores

solidiores & firmiores fiant, vasa uteri atque ovarii teneriora sint, ut fibræ vasorum expansioni sanguinis majori impetu & copia affluentis parum resistere queant, humor vero effusus non de sanguinis natura participet, quippe qui effusus extra vasa vel promte coagulum induit vel in pus mutatur, quando humor quidem crassior in lymphaticas ovarii arterias derivatur, isque proin per ultimos earum ramulos propelli & urgeri nequit, obstructio nascitur, qua facta jactum est morbi hujus gravis fundamentum. Lympha enim circuitus lege ex arteriarum rubrarum osculis continuo affluit, arteriæ lymphaticæ teneriores distenduntur, simulque totius ovarii, quippe nullis fultum est musculis aut membranis solidis, moles membranis ejus obsequentibus intumescit, membranæ ovarii flexiles & evolutæ affluente uberiore succo nutritio ex vasis teneris & facile pressioni sanguinis obsequentibus paulatim crassiores & densiores evadunt, lymphaque effusa vasa laxat, ut pressioni facile cedant, eaque ob hanc rationem tam quoad diametrum quam longitudinem augescunt; lamellæ vero membraneæ paulatim ab invicem disjunguntur, quæ prius ovulis continendis inservientes propius invicem unitæ hærebant. Accidit hinc, ut affluxu lymphæ continuo tandem rupta arteria lymphatica fuerit, & serum in cavum cellulæ ovarii effusum, quod neque à vasis resorbentibus exceptum, neque per ovarii tunicas transudans, sed in cavitate cellulæ colligitur, majorique sensim copia coacervatur, cum per dilatata & flexilia vasa uberior & sanguinis & seri copia affluat, membranæ quoque ovarii molles dilatationem serique proin effusionem facile admittant. Ad mensuram vero humoris effusi strata membranarum sejunguntur, vasa secundum longitudinem explicantur, & paulatim diameter eorum adaugetur, quo proin membranæ magis distenduntur, major fit humorum affluxus, & uberior seri in loculamentum distentum effusio. Portio autem serosi hujus liquidi effusi & extra vasa emissi resorbentibus venis excepta circuitui pristino restituitur, novaque lymphæ pars extillat, continuoque humoris affluxu & refluxu corruptio & putredo impeditur; non desunt quidem exempla fœtidissimum humorem in ovario fuisse observatum, qualem historiam ex observatione *Cel. Scheidii*, *Prof. Med. Arg.* refert *Experientiss. Boeclerus*, *in Literis de ficto monstroso ventre*, cujus quidem causam præcipuam existimamus sanguivehorum vasorum rupturam, hincque natam sanguinis cum sero mixtionem, & pendentem hinc utriusque corruptionem. Cum vero neminem in medicina leviter versatum lateat lympham e vasculis effusam & à frigore gelatinæ instar coagulari, & leni igni expositam in gelatinam mutari, hanc lymphæ in ovario effusionem nonnisi ex lymphaticis canaliculis derivare licet.

XII.

Præterea non abfurde cenfere licet, obftructione in pluribus locu-lamentis nata ovarii cellulas quasvis tum diftendi, neque unicam tunc apparere cavitatem, humoremque variæ confiftentiæ & coloris tum de-prehendi, reforpta vero aquofa parte, craffioribus relictis tenax reddi cellularum contentum. Tanto autem eft probabilius, quod hac ratione hydrops generetur ovarii, quando certius eft, quod in aliis partibus fe-rum fæpe coacervetur & in cellulofam membranam diffundatur, fola vaforum laxitate & fanguinis indole ferofa, in hac vero noftra hydro-pis fpecie ea accufare nequeamus. Prout vero aquofæ partes uberius re-forbentur, eo etiam fpiffior relinquitur & tenacior humor. Quemad-modum vero pro indole fanguinis & corporis calore mutatur color fe-ri, ita ut plurimum punicei coloris decocto granorum Coffe faturato fimilis humor reperitur, unicam cavitatem fi efformarit. Seri autem à fanguine faciem feparationem evincit tam fani quam morbidi ftatus confideratio, Urina vid. faliva, Lacrymæ, Sudor, Catharri, Arthritis & fixa & vaga, diarrhoeæ ferofæ, diabetes. Caufam itaque effufionis lymphæ in ovario contingentis quærimus præcipue in obftructione arte-riarum lymphaticarum, quando paulatim ceffante menfium fluxu vafa vaginæ & uteri magis cum ætate confirmantur, malis anaftomofibus ar-teriæ venæque ovarii cum uterinis conjunguntur, plethora perfiftente ori-ficia rubrarum arteriarum lateralia impetu & copia fanguinis dilatantur, majorifque diametri moleculas admittunt; quam ut per extremitates lymphaticarum arteriarum protrudi & urgeri queant. Cito autem ma-lum graves inducit noxas, quando feri acrimonia peccat, neque portio per reforbentes venas reducitur, putrefcit enim & corrumpitur, vafa erodit atque membranas, putridi vero parte poftmodum refluente caco-chymia purulenta & confumtio corporis celerrima invadit. Quamvis autem exiftimemus obftructionem arteriarum ferofarum fundum calami-tatis præbere, non tamen omnino excludimus vitia feroforum canalium circa extremitates nimia peccantium anguftia. Anguftia enim ea vel naturalem agnofcit pro caufa conformationem, vel etiam à tumoribus fcirrhofis feu morbofis concretionibus producitur. Inter hæc præcipue commemoranda funt incaute adhibita remedia adftringentia, quia om-nibus in praxi verfatis innotuit, fi ad fiftendum fluxum album impro-vide propinata fuerint, quam facile obftructio, inflammatio, fcirrhi, ulcera vel partium pudendarum vel proxime adjacentium fuccedant, & febres agyrtarum more adftringentibus fuppreffas fequi hydropem mul-tiplici experientia confirmatum eft. Verum e diverticulo in viam redi-mus difpicientes, cur vafa fanguiveha relaxata in arterias lymphaticas dimittant craffiores moleculas; ut rem brevibus expediamus, vitium & hæret

hæret in ſanguine & in vaſis. Quod vitium ſanguinis attinet, præcipuas partes ſibi vendicat lentor ejus ſeu viſcoſitas, nata ex plethora & imminuto paulatim menſium fluxu; plethoram enim lentorem habere comitem ſatis demonſtravere moderni medici, inter quos præcipue commemorandus *Freind in Emmenolog.* In noſtra ægrota & alimenta viſcida, debilitas ex vigiliis nimiis, triſtitia, excandeſcentia frequens ei vaſorum conditioni & ſanguinis aliquali lentori anſam ſuppeditavit. Vigiliæ enim vires exhauriunt, ut hinc lymphæ motus retardetur, vaſaque debilitentur, & facile proin grandiores ſanguinis partes in lateralia emiſſaria deriventur. Quanta vero ex animi pathematibus & quam gravia ſymptomata oriantur; quotidiana docet experientia. In remotioribus vero hujus morbi cauſis recenſendis non diu morabimur, quæ de temperie ad obſtructiones prona, de alimentis, potu inſalubri, aere nebuloſo, quiete &c. enarranda ſunt, in pathologia medicorum traduntur.

XIII.

Ordinis ratio jam me deducit, ut morbi & curationis rationem monſtroſi abdominis, quo virgo ſuperius recenſita laboravit, fortuitoque caſu liberata fuit, exponam, in quo negotio expediendo fateor, ſatis perſpicere me non poſſe partem ipſam affectam, ovarii hydropem ex hiſtoria cum hydrope iſto admodum analoga conjecturaſſem, ſed percellit mentem illa membranarum diſſipato morbo evacuatio per urinæ vias, quæ quomodo ab ovario ad renes vel veſicam delatæ fuerint, non aſſequor; quamvis enim haud paucæ à natura ſubinde deprehendantur viæ, quæ medicis non ſatis perſpectæ, quemadmodum evacuatio puris & congrumati ſanguinis per urinarias vias nec non per alvum multiplici practicorum obſervatione confirmata eſt, quamvis vel in cerebro vel in pectoris cavo antea humores illi p. n. effuſi fuerint, ſic retulit ſupra memoratus *Vir. Clar. J. R. Mieg* in prælectionibus privatis, ſe ante aliquot annos curam habuiſſe cum *Exper. Stæhelin Phyſ. Prof.* fœminæ alicujus 60. circiter annorum, quæ poſt gravem in Caput lapſum ſenſuum abolitionem motuumque animalium impotentiam gravi febre ſtipatam paſſa decimo, undecimo & duodecimo poſt ictum exceptum die per urinas purulentam copioſe excrevit materiam, per nares vero tam pus quam congrumatum ſanguinem repetitis vicibus, præcedente ſpontanea ſternutatione emunxit, eo cum ſucceſſu, ut ſenſus in integrum reſtituerentur motuſque. Sed viarum renalium anguſtia nos impedit, quo minus credamus membranas iſtas venis exceptas & circuitus lege ad renes propulſas fuiſſe; neque veſicæ rupturam heic accuſare licet, eam quippe lethalem eſſe in fundo, medicorum ſententia docet, neque fieri potuiſſet abſque gravi dolore ſtatim concomitante. Itaque in re paululum obſcura anceps hæreo, neque enim ſimilis ab alio jam obſervati morbi de-

ſcriptio

fcriptio reconditam mali indolem patefacit, ignoti igitur morbi rationem & latebras excutere tentabimus. Verofimile nobis videtur frigidam calente corpore hauftam in vicinis ventriculi partibus conftrictionem p. n. concitaffe, ferum atque fanguinem fuiffe condenfatum & in ureteris finiftri membrana vafculis rubris & ferofis intertexta obftructionem natam; ex qua ille frigoris latentis fenfus natus. Quando autem verofimile eft vel glandulofos quosdam acinos, vel vaforum confirmationem ad glandulæ habitum non accedente in ureteribus hærere, ut minifterio hujus lubricæ fegregatio fiat humoris ad lubricandum canalem & ab acrimonia obfcœni liquoris defendendum, facta femel in hac parte obftructione affluxu lymphæ continuo diftentas fuiffe & feparatas ureteris fibras & membranulas, hincque contigiffe, ut alii quidem lymphatici canales rupti fuerint, alii vero integri membranas inter ureteris contentum ferum exprefferint. Et hac ratione facile quidem comprehendere licet, lympham in vafis alias circulantem in circuitu cohibitam inter membranas ureteris obhæfiffe & ftagnaffe, cavum paulatim fibrarum paulatina feparatione fuiffe efformatum; eo majori autem huc confluxit lympha quantitate, quo major in parte erat obftructio tam à coagulo ob frigidæ hauftum nato, quam divulfione membranarum femel facta. Liquor autem hic extravafatus membranas ureteris inter disjecit fibrarum feu lamellarum potius connexionem mole fua: jugi tandem feri affluxu id incrementum cepit affecta pars, ut monftrofam omnino in molem venter protuberaverit. Cafum proin cum experta fuerit virgo cum fragoris ceu rupti tympani fenfu, conjecturamus ruptam fuiffe membranam in ureteris cavum, accedente dein mufculorum abdominis & membranarum affectæ partis conftrictione, ferum extravafatum in ureteris cavum derivatum & per viam qua natura exitum patefecit, e corpore eliminatum. Tenui vero victu & quiete internarum partium corruptionem in collapfu partium diftentarum alias frequentem præpediri potuiffe credimus. Illa aquarum novendii fpatio evacuatio, cum limpidæ formam habuerint, fatis manifefte docet, aquas fuiffe ventris tumidi. Lapfu autem cum non omnino ruptæ membranæ fuerint, in ureterum cavum, fed perexigua lamella integra relicta, non ftatim prodire & evacuari cœperunt, fed præviis doloribus tenfivis membrana tenuior preffione circumjacentium membranarum & mufculorum minus quippe ob tenuitatem refiftens omnino difrupta. Membranæ, quæ aliquot à lapfu hebdomadis partitis prodiere vicibus, interiorem cavernæ aquam continentis fuperficiem efformabant, & concidente ventre, cavitate collapfa feparatæ partium conftructione in ureterem propulfæ funt & poftea excretæ. Hæc breviter de abftrufo hoc morbo & penitus abdito in chartam conjeci juvenis, mihi non tribuo annofa & acri in indaganda morborum indole deftituto, ut exiftimem me omnem fufceptæ rei rationem expediviffe, fateor potius me ne mihi quidem ipfi nedum aliis penitus fatisfeciffe. Nihilominus alacriori animo fufcipiendum judicavi laborem, ut meliora olim edoctus certius quid in medicorum phœnomenorum

norum caufis perveftigandis ftatuere me velle demonftrem, clarifque in medicina viris qui magis naturam quam opinionem ducem fequuntur, anfam præbeam meletematibus fuis abfconditam mali hujus indolem clarius perfpiciendi. Tam multiplex enim, varia & intricata fæpe eft ægritudinum indoles, ut medicorum diverfis feculis florentium diligentia nondum in apricum eam protulerit, accidit proin, ut nec artis præceptis nec acri medentis judicio omnes removeri poffint quandoque difficultates, fi novus occurrat & obfcurus morbus.

XIV.

Symptomatum rationem brevibus jam reddemus, venæ abdominis cutim perreptantes varicofæ fiunt, ab epigaftricis quippe ortæ cum fint, quæ iliacis poftea implantantur, hæ vero à tumente ovario compreffæ fanguinis reditum facilem præpedivere, accidit proin, ut copia fanguinis in venis iftis accumulata tunicarum refiftentiam fuperarit, paulatim diftentæ proin fuerint, & ad valvulas nodis quoque varicofis prominuerint. Morbo vel inveterato vel multum adaucto pedum fuccedit œdema, compreffione enim lymphaticarum venarum ex pedibus progredientium & ad latus iliacarum venarum ad conglobatas glandulas canalemque thoracicum protenfarum liber refluxus impeditur, tument hinc primum lymphatica, poftmodum vero fero per laxam vaforum fubftantiam tranfudante ipfa cellulofa membrana repletur, diftenditur & in mirum quandoque tumorem attollitur. Refpirandi difficultas & præcordiorum anxietates, quæ incommoda molefta afcitici ab initio morbi patiuntur, in ovarii hydrope vero tarde invadunt, pendent a diaphragmatis principis in refpirandi negotio mufculi impedito motu; feptum enim hoc tranfverfum eo momento, quo coftæ elevantur & extrorfum urgentur, fornice fuo in planum magis refilire debet & convexitatem cum planitie immutare, ut magna vi deorfum & extrorfum vifcera abdominis urgeantur, cavumque pectoris longius fiat. Moles autem illa ovarii feptum hoc furfum in cavitatem fcilicet pectoris trudit, & impedit, quominus infpirationis tempore ex gibbo in planum refiliat, unde infpiratio aeris iis maxime laboriofa: Cum vehementius moles ovarii & thoracis & abdominis vifcera premat, liberque humorum per vafa circuitus fufflaminatur, caufa anxietatum non abfurde ei adfcribitur compreffioni. Abdomen tenfum quidem neque tamen percuffum tympani inftar refonat, quia inteftina aere rarefacto non diftenta ad rupturam ufque, ut percuffa tremorem concipiant fonorum, ficut in hydrope ficco fieri confuevit; urina nec copia nec colore in initio & progreffu fere mutatur, quamvis enim feri portio in ovarium confluat & circuitu priftino deftituta coacervetur, tamen parca adeo quantitate quotidie fecedit, ut defectus hic quoad urinæ fecretæ copiam animadverti non queat, nec peccat in re-

nibus conformatio vaforum, neque feri lentor impedimentum fecretioni affert. Dolor tenfivus & gravativus fine dubio non alias agnofcit caufas quam diftenfionem ingentem mufculorum abdominis, & preffionem vifcerum in eodem contentorum. Decubitum in latus fanum cum dolore conjunctum à mole ingenti atque pondere nervos, membranas vafaque nimis diftrahente oriri in aprico eft, præprimis fi ægra molli decumbat in lecto, & moles abdominis magis ad oppofitum latus propendeat. Invalefcit autem dolor, dum diutius hunc fitum ægra occupat, quod etiam fit, cum tuffis molefta affligit, & vifcera infimi ventris valide concutiuntur. Atrophia tandem fuccedit, quando ob compreffionem ventriculi & tenuium inteftinorum alimentorum & affumtio & refolutio in fuccum fanguini reficiendo idoneum, hujufque etiam per lactea Mefenterii vafa liber fluxus paulatim minuuntur, abolentur, deftruuntur.

X V.

Quando homo ægritudine afficitur, quæ vehementior eft quam medicinæ inftrumenta, ne fperare quidem oportet, ut à medicina fuperetur; monet Hippocrates L. de arte. Convenit profecto hoc dictum medicorum medicorum fententia in morbum à nobis traditum, principia enim ejus infenfibilia, & poftquam invaluit, vix fperare licet inftrumentis medicinæ morbi magnitudinem vinci & profligari poffe, quum inveteratam folvere obftructionem, colluviem ferofam in ovario collectam evacuare, novæque generationem præcavere difficillimum fit; gravis itaque, diuturnus & paulatim tantum ad mortem ægras ducens affectus curationem difficillime fufcipit; maxima autem difficultas in eo hærere videtur, quod effufus humor idoneis artis auxiliis evacuari vix poffit, imo difficillimum eft, novum materiæ ferofæ affluxum cohibere, quo morbus non folum fovetur, fed quotidie deterior redditur. Et quamvis exempla fide dignorum medicorum curati hujus hydropis defint, non tamen ægri funt deferendi, vel prognoftico tradendi & derelinquendi, potius medicus, qui morbum hunc tractat, requiefcere fugiat, fummaque ope eniti debet, donec rationem pellendi & fuperandi morbi clare perfpexerit, non tamen cingarorum, agyrtarum & carnificum more noxia medicamina infaufto fucceffu propinantium fata accelerabit, hi enim purgantibus drafticis feu, fi genuina voce uti licet, venenis ægras vehementiffime excruciant, doloribus & morte prœmatura mulctant. Affectus hic per plures Annos ad 15. videlicet, 20. & ultra fubfiftit, & nonnifi abdominis gravitate & molis pondere moleftus eft, nifi alius fupervenerit morbus, aut cafu ovarium ruptum afciten producat, cujus exemplum *Wepferus* refert Fœminæ fcil. poft violentos vomitus afciticæ factæ, cujus vifcera poft obitum ejus fcrutatus ovarium deprehendit

hendit valde tumidum & difruptum, unde conjecerat aquas in cavum abdominis fuiffe effufas. Non omnem vero fpem curationis medicis ef-fe præcidendam neque animum defpondendum fuadent graves morbi à medentibus pro defperatis habiti, à quibus tamen ægri feliciter liberati fuerunt, morbi medelam raro vel plane non admittentes, antequam chemiæ lux medentibus affulferit, hiftoria Virginis fupra recenfitæ fortuito cafu fanitatem recuperatæ, inventa demum plura neotericorum medicorum, quorum induftria falutari arti incrementum acceffit, vulnera abdominis graviffima feliciter, ficut monumenta chirurgorum æque ac medicorum docent, quandoque fanata.

X V I.

Præmiffis iis, quæ ad cognitionem, hiftoriam, caufas & prognofin affectus, quem pertractandum fufcepi, pertinent, ad medelam feu præcipuum artis falutaris fcopum progredior, in quo negotio pauca faltem annotabo, quæ ad finem affequendum pertinere videntur, ubi tantum mihi non tribuo, ut exiftimem me omnem fufcepti negotii menfuram impleviffe, neque etiam ullus medentum hactenus gloriari potuit, fe in hydrope hoc ovarii multa pollicitum fidem adimpleviffe, ficut de comitiali morbo unanimis eft medicorum confenfus therapejam arduam maxime & difficilem, nulli enim modernorum adeo felici effe contigit, ut cum Menecrate, cujus mentionem facit Athenæus Libr. 7. Dipnofoph. multis ftipatus epilepticis Deorum habitu veftitis per plateas obambulare & prodire potuerit. In cura autem potiffimum eo cogitationes omnes dirigi debent, ut primum colluvies feri in ovario congefta quocunque modo eliminetur, fecundo omni ftudio & opera præcaveatur, ne nova rurfus generetur, qui fcopus obtinetur, dum vitium obftructionis tollitur, & falutaris artis præfidiis expanfio ovarii nova avertitur, diftentæque partes ac feparatæ conjunguntur. Fateor autem arduum effe hoc præftare. Si hydrops enim hic ovarii omnes occupaverit cellulas, humor contentus fit craffus, tenax, muci vifcidi vel terebinthinæ inftar fluidus aut lactis coagulo fimilis, nulla fpes fupereft, fed in hoc cardo rei vertitur, ut diagnoftica traderentur figna, quibus difcerni poffit, hydropicæ ne aquæ unico inclufæ fint cavo, an vero e contra in plures cellulas & loculamenta difperfæ hæreant? neque enim vifum mihi fuit ex hiftoriis ægrotantium à medicis defcriptis certi quid circa hanc rem colligi poffe; folum poft paracenthefin adminiftratam res in aprico ponitur, quando vel nullus ob vifciditatem vel paucus admodum humor extillat. Antequam ulterius progrediamur, quæftionem excutiemus, an ovarium hoc extirpari queat, ut radix mali & caufa fimul removeantur, gravia enim & permagna abdominis vulnera fanata fuiffe experientia docet, imo operationem Cæfaream paffas falvas eva-

fiſſe, atque hinc non admodum eſſe metuendam curationem exciſione ovarii inſtituendam facile quis ſuſpicari poſſet. Verum quæſtionis hujus facilis deciſio videtur, à principio enim morbi tumor ovarii & ab ægris & à medicis vix animadvertitur, aut quando ægra ad conceptum habilis eſt, ab impregnatione difficulter diſtinguitur, cum tumor abdominis gravidis communis ſit, neque ulla ſubinde ſymptomata graviditatis alia ſeſe manifeſtent, medicus itaque anceps hæreat, quid de hoc abdominis tumore ſtatuendum ſit; poſtquam vero plures menſes præterfluxerunt, quibus graviditatis terminus definitur, moles quidem ovarii multis ſymptomatibus moleſtis non ſtipatur, crudeli adeo operationi ægra ſeſe nunquam ſubmitteret, neque medicus rationalis eam ſuaderet, quia diu ſupereſſe ægra hac ægritudine affecta poteſt, operatio vero ipſa maximis conjuncta cruciatibus ægram in vitæ conjiceret diſcrimen. Quo tempore vero in maximam excrevit ovarium molem, peritoneo arcte adhæret, ut difficulter in vivo homine & circumſpecte ſeparandum ab eo eſſet, vulnus per omnem abdominis dimenſionem infligi deberet, quod abſque præſentaneo vitæ periculo fieri non poſſet, tum ob dolores enormes, hæmorrhagiam largiſſimam, aeris in abdomen ingreſſum nimium, hincque pendentem viſcerum corruptionem. Quamvis autem *Celſus* moneat, *melius eſſe anceps uſurpare remedium quam nullum*, facile tamen quivis mecum ſentiet melius etiam eſſe hominem ſinere mori quam occidere, neque enim munus hoc Dei artem ſcil. medendi, præſidem ſalutis humanæ ſcientiam mortem atrocem inferre debere judicamus.

X V I I.

Priuſquam ad abdominis paracentheſin confugiamus, tentanda ſunt mitiora remedia, quæ ſupra dictis indicationibus ſatisfaciunt. Tres enim heic evacuandi rationes obviæ ſunt, quarum miniſterio lymphæ in ovarium effuſæ via paratur, ut exitum invenire poſſit, etenim vel vaſis reſorbentibus excipi deberet, humorum circuitui reſtitui & ad excretoria organa propulſa eliminari, obſtructione reſoluta, vel inanita & evacuata vaſa lymphatica ingredi debet, ſicque in priſtinum orbem ducta per renum vel cutis aliasve vias e corporis vaſis demum expelli, vel lympha rarefacta in halitus reſolvi debet, ut per ovarii tunicas tranſpiret, & veſicæ poris excepta poſtmodum urinæ admiſceatur, & qua via exitum natura patefecit, ejiciatur, aut per abdominis integumenta tranſpiret; vel evacuatio aquarum fieri debet paracentheſeos operatione per ovarii apertionem. Quamvis autem in aſcite per uſum purgantium hydragogorum aliquoties repetitum lymphatica vaſa evacuentur, ſerumque ſic locum inveniat, ut canaliculis excipiatur, non videtur tamen; uti triſtes medicaſtrorum conatus & noxia eorum moli-

mina

mina docent, hoc in caſu crebrum eorum uſum ſalutarem eſſe; quem in finem ſuademus potius mitiora reſolventia ſingulis octiduis repetenda ſicut Maſſ. Pil. hydrop. Bont. vel. pilulæ Terra fol. Schrœd. cum Mercurio dulci & ſtimuli loco reſina jalappæ, vel ſal polychreſtum, vel epſonienſe angl. aut egeranum; vel aquæ ſalſulæ purgantes, quales in rhætia ſcaturiunt, per octiduum ad libras 3. vel 4. mane potandæ ſunt, ſingulis poſtmodum octiduis earum doſin repetendo: intermedio tempore in uſum vocentur diuretica, quæ urinæ ſecretionem promovent uberiorem, non negligendo ſimul obſtructionem referantia, huc pertinent juſcula millepedibus alterata, ſaponacea non volatilia; ſi urinæ ſint aquoſæ, lixivia eximie conducunt ex cineribus juniperi, ſarmentorum vitis &c. parata; decocta rad. ononid. pimpin. apii, helen. Fl. geniſt. ſem. apii, dauci; petroſel. geniſt. HB. Abſinthii rom. cum aqua parata ad urinas pellendas inſignis quoque ſunt uſus, ſimulque vaſa obſtructa referant. Huc faciunt etiam gummi ammoniacum, galban. Extracta amararum plantarum, ſuccinum aliaque. His vero aliiſque pro circumſtantiarum ratione uti licet, ſi ſitis nulla urgeat, febriſque nulla comes conjuncta ſit, quo in caſu recte cenſemus ab amaris & acrioribus, niſi febris foret intermittens, abſtinendum eſſe. Neque autem quisquam exiſtimet rem hic cum impetu perfici poſſe, moderatus potius & continuatus uſus requiritur, interponi debent & præmitti laxantia, ut tutus ſit diureticorum uſus; nunquam enim tuto in uſum vocari poſſunt remedia per urinæ vias pellentia ad hydropicorum fere quorumvis aquas evacuandas, niſi craſſiores & tenaciores humorum partes per alvum ductæ fuerint, humoresque ſic craſſioribus recrementis purgati & quaſi à fœcibus liberati, ne calorem corporis intendant, & in renibus obſtructiones generentur. Suademus autem Balnei alicujus mineralis reſolventis uſum, quale eſt illud Hapſpurgicum ſeu Schinzenacenſe in Helvetia, vel domeſticum etiam cum incoctis plantis v. gr. Abſynthio, Marrubio, Abrotano, Matric. Puleg. Floribus Sambuci, Chamom. & Juniperi Baccis, Semine Dauci. Balnei autem uſus quotidie per menſem unum vel alterum continuari deberet, excepto purgationis die, per bihorium vero quavis vice immoretur, ac e balneo lectum ægra petat, & faſcia demum lata fumo ſuccini imbuta abdomen blande conſtringat. Si expoſitis hiſce remediis ſeri peccantis & extravaſati evacuatio obtineri potuit, eo præcipue cura converti debet, ut obſtructio, quantum fieri poteſt, omnino referetur, quem in finem juxta medendi rationem ſupra præſcriptam extracta commendamus abſynth. C. B. cent. min. helenii, radicem curcumæ, arcanum dupl. vel tart. vitriolat. purgantia cum mercurio dulci mixta, qui ad lentorem ſeri corrigendum & ortas hinc obſtructiones aliis medicamentis palmam vel dubiam reddit vel præripit. Formulas non adjeci judicans non eſſe neceſſarium multas compilare medicaminum formulas.

XVIII.

Sudorifera si quis in usum vocare velit, eorum selectum pro indole ægrotantium instituet, simul sudore provocato in laconico; non enim omni caret verisimilitudine ex voto rem succedere posse, testantur enim *scriptores historiæ morb. Wratisl.* Tumorem ingentem, qui post partum in abdomine remanserat, hydropi uteri vel peritonei admodum similem copiosissimis sudoribus in laconico feliciter discussum fuisse. Quemadmodum autem in aliis morbis haud raro contingit, ut probatissimis pharmacis malum non cedat, ita etiam in ovarii hydrope factum semper fuisse observationes docent medicorum, si proin superius enarrata medendi methodo felix & optatus successus obtineri non potuit, tentanda est paracenthesis, cujus quidem dubium eventum Medicus seu Chirurgus prædicat, ne labem existimationi inferat, incertum enim est, neque hactenus ex symptomatibus ægrarum satis dilucidari potuit, num in unica cavitate serum ovarii fuerit effusum, vel in plura vel omnia ejus loculamenta distributum. Perforatum acu si fuerit ovarium eo in latere, quo tumor ejus sese primum manifestavit, repetitis vicibus educendæ ovarii aquæ, non simul & semel, ne ægra animi patiatur deliquium, & ligatura dein cum fascia lata injici debet, tam ad restituendum musculorum abdominis tonum à distensione deperditum quam ad ovarii constrictionem adjuvandam. Cannula acus relinqui in vulnere debet, & postquam aquæ omnes evacuatæ decocta vulneraria & detergentia & putredini resistentia injiciantur, & quotidie fasciæ arctius applicentur; interea ægra tenuissimo utatur victu, summam observet quietem, à frigore æque ac calore intenso muniatur, potus loco infusum plantarum vulnerariarum melle edulcoratum tepide vel calidiuscule usurpetur, vitando vinum & cerevisiam, animi pathematibus vehementioribus excitandis ansa omnis surripiatur. Post quindecim dierum spatium cannula ex vulnere extrahatur, & fascia diu adhuc abdomen constringatur, ut dilatatus ovarii saccus invicem coalescat. Quando autem accidit, ut nullum plane serum post Operationem vel paucum affluat, extrahenda statim cannula & relinquenda prognostico ægra, donec alicui fortuna adspiraverit, ut panaceam quandam universalem, aurum scil. quoddam potabile seu potius putabile invenerit, cujus ministerio omnes corporis affectus morbosos etiam incurabiles cito, tuto & jucunde profligare & radicitus extirpare possit, quemadmodum peculiarium Encheiresium Jactatores inanis gloriæ aucupes sesquipedalibus verbis & ampullis gloriantur, qui mendaciis suis nonnisi stulto imponunt popello.

Sed

Sed heic finem impono, B. lectorem rogans, velit primos hos impetus Academicos æqui bonique consulere.

FIGURA I.

Exhibet monstrosum ovarium, quemadmodum cum utero exsectum asservavit supra citatus *CLARISS. ANAT. PROF. in Acad. Basiliensi.* Uterus ipse cum ovario lævo & tuba Fallopiana sinistra naturali exhibentur magnitudine, ovarium vero dextrum hydropicum cum tuba Fallopii sextuplo minus repræsentatur, quam naturalis ejus est magnitudo;

A. Saccus est ovarii hydropici dextri.
B. Tuba Fallopii dextra admodum longa & lata.
C. Uteri dissecti secundum longitudinem Labia ad latera reflexa.
a. Orificium Tubæ sinistræ in Uterum.
D. Cervicis uteri dissecti labia, ad latus reflexa, ut prominentiæ & inæqualitates ejus appareant.
E. Tuba Fallopii sinistra, cujus vasa arteriosa Mercurio distenta.
F. Ovarium lævum, utero propius quam in statu naturali.
G. Expansio foliacea tubæ sinistræ.
H. Arteriæ ramus, cui immissus fuit tubulus ad Hydrargyri injectionem.
I. Ligamentum rotundum lævum.
K. Idem sed dextri lateris.
L. Vaginæ pars resecta à reliqua Pudendorum portione.
M. Pars ovarii distenti crassior, in loculamenta distincta & vesiculis pluribus turgida.
N. Ligamenti lati portio in dextro latere.
O. Ligamentum latum sinistrum.

FIGURA II.

Demonstrat crassius illud corpus in ovarii membrana deprehensum ad finem Tubæ multis cellulis distinctum, in quibus vesiculæ variæ magnitudinis pellucidæ.

FIGURA III.

Ostendit uterum Virginis præterita hyeme in Theatro anatomico demonstratum, in cujus cervice vesiculæ sæpius occurrentes à *Nabotho* pro

pro ovulis habitæ deprehensæ delineantur, inæqualitates etiam ejus admodum regulares visæ conspici possunt. A. Exhibet tubarum orificia.

ADNEXA DE OBSTETRICANDI ARTE.

I.

UTerum gravidarum cum incremento fœtus, secundinæ uteri fundo adhærentis, & humorum quibus innatat, ad terminum usque ordinarium ipsis à natura sic constitutum, finem videlicet noni vel initium decimi ab imprægnatione mensis, absque diminutione substantiæ vel pristinæ crassitiei mirifice extendi & dilatari pro certo affirmari potest, etenim crassities etiam aliquale incrementum capit.

II.

Signa imprægnationis, certa & infallibilia semper obtineri nequeunt. Quum igitur medici æque ac chirurgi, ubi graviditatis suspicio subest, sæpius jussu Magistratus morti addictas examini subjicere necesse habeant, probe sibi cavere debent, ne signis æquivocis nimium fidei tribuendo à via aberrent, quoniam alias fœtum innocentem & in ergastulo suo adhuc latitantem una cum matre sua mortem cum vita commutare oporteret, insuperque in morbis variis imprægnationis notitia sit necessaria. Ad omnem errorem hac in re præcavendum, Chirurgus alterutrius manus indicem & medium digitum oleo vel butyro prius inunctos vaginæ immittat, orificiumque uteri rite exploret, tum denique si prædictum orificium complanatum, attenuatum, mollescens, molemque in utero sese moventem digitis perceperit, audacter asserere poterit imprægnationem factam fuisse, præterea frigidam manum abdomini applicet, & manifesto fœtus sese moventis motum percipiet, si per quinque menses pluresve jam in utero hospitetur, nisi mortuus fuerit. Hæcque certissima & infallibilia imprægnationis signa eo magis sese manifestant, quo parturiendi tempus magis appropinquat.

III.

Si membranæ tenuissimam secundinæ partem constituentes, fætumque una involventes, opportuno tempore, orificio nimirum uteri sufficienter ad partum enitendum dilatato, non rumpantur, partusque inde retardetur, requiritur, ut obstetricans sine mora easdem unguibus disrumpat, vel si hoc non succedit, paululum Salis communis pollice & indice prehendat sicque membranas modo dictas fricando divellat. Quo peracto





Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

peracto humores effluentes orificium uteri magis adhuc aperientes, viamque fimul humidam atque lubricam efficientes, infanti viam faciliorem reddent.

IV.

Nonnunquam etiam contingit ut fecundinæ ab utero divulfæ orificium ejus obftruant, infantique viam penitus intercludant: quo in cafu femper profluvium fanguinis præfens eft & fæpius adeo ingravefcit, ut nifi cito manus operi admoveatur, Mater æque ac infans in fummo vitæ periculo verfentur, quapropter exercitatiffima manus requiritur ad infantis exclufionem citiffime promovendam, & id quidem fequenti ratione. Chirurgus illico manum prius inunctam uteri orificio immittat, placentam ad latus paululum removeat, & dein membranas, fi fefe offerant, digitis dilaceret, vel fi eandem loco dimovere nequit, fupereft ut placentam ipfam digitis diffringat, quo humorum effluxus promoveatur, & e contra fanguinis profluvium minuatur. Hifce peractis infantem, fi prave locatus fuerit, pedibus protrahere, pofteaque reliquias fecundinæ rite educere conetur: fibi vero caveat, ne facile placentam inftrumento quodam acuto perfodiat.

V.

Poftquam infans ex utero materno vivus ac vegetus exceptus, ejusque funiculus umbilicalis filo complicato ad duorum circiter ab umbilico digitorum diftantiam ligatus fuit & ultra ligaturam refectus, obftetricans ftatim & illico dum funiculum altera manu digitis aliquoties obvolutum prehendit, alteram fecundum ejus ductum utero fufficienter pro tempore dilatato immittat, idque non folum eum in finem, ut fecundinis extrahendis operam omnem impendat, fed & fimul exploret utrum unus vel plures adhuc infantes, mola quædam, fruftula fecundinarum vel membranarum, grumi fanguinis aut alia heterogenea in eo latitent, quæ tunc temporis abfque multo negotio, dum fcil. uterus ab infante prægreffo fufficienter adhuc apertus exiftit, auferri inde poterunt: Itaque hinc patet poft fœtum exclufum paulo ante dicta probe femper animadvertenda effe, quoniam os uteri poft infantem editum arcte adeo occluditur, ut nonnifi multo labore, puerperæque maximo incommodo ac dolore dilatari queat, fæpius etiam labor omnis fruftraneus fit, relicta vero in utero placenta vel alia heterogenea putredine corrupta graviffimos excitent morbos.

FINIS.

POLYC.

CXXXII.

POLYC. GOTTLIEB SCHACHER

DE

OVARII TUMORE PILOSO

PROGRAMMA.

Lipsiæ 21 Octob. 1735.

VOmitu non minus, quam dejectione & mictu, pilos excretos, eosdemque in corde vasisque, ac aliis partibus corporis internis, & inprimis in tumoribus cysticis, meliceridis, atheromatis, vel steatomatis nomine designatis, genitos fuisse atque repertos, diligentes rerum medicarum observatores satis superque testantur. Cum vero ovaria muliebria sint ejusmodi tumoribus admodum obnoxia, in iis naturæ aberrantis lusum in producendis pilis identidem animadvertere solemus. *Schenckius* (*a*) in mulieris, subita morte exstinctæ, testiculo tumido copiosos pilos cum materia, sevo simili, observavit. *Tyson* (*b*) in canis fœmellæ ovario, nec non in juvenculæ teste dextro præter substantiam pinguem numerosos pilos intertextos indicavit. *Horstius* (*c*) testiculum hydropicæ dextrum, pilis, materiæ purulentæ & oleaginosæ immixtis, infarctum, describit. *Sennertus* (*d*) ex Joan. Bauhino ovarium pilis repletum commemorat. Atque nosmet ipsi uterum cum binis ovariis, prægrandem molem adeptis, quorum sinistrum in atheroma pilosum est mutatum, in liquore balsamico adhuc adservamus. Quandoquidem mulierem, aliquot liberorum matrem, pro gravida ab ignaris habitam, sed ascite defunctam, quindecim ante annis, & quod excurrit, dissecuimus, e cujus imo ventre aperto non modo immensa aquæ copia effluebat, verum uterus etiam totus ovario, recens nati caput magnitudine æquante, imo superante, coopertus observabatur, ita ut ipsum illud ovarium uterum tumidum mentiri videretur, at eodem reclinato uterus substratus, & pressione superincumbentis molis ad minorem dimensionem redactus, cum altero ovario, ovi anserini magnitudinem nacto, in conspectum prodibat. Omnibus hisce partibus exemtis, initio uterum sumus nonnihil contemplati, cujus orificium tineæ piscis faciem præ se ferebat, ut in iis, quæ jam pepererunt, observari solet. Tuba Fallopiana, ad majus ovarium protensa, & hujus incremento elongata, duplo fere altera erat longior. Præterea ovarium minus, circumspecte dissectum, nullas vesiculas, nec pilos, nec alia insolita, spectanda exhibebat, sed totum ex densis crassisque ac arcte invicem nexis tunicis constabat, indigestam veluti massam membranaceo-carnosam referens. Vasti ovarii tunica externa sextuplo circiter naturali erat crassior, qua rite incisa reclinataque, nullæ vesiculæ, nihilque substantiæ ovarii propriæ in sensus incidebat, sed integumenta, vesicæ in modum expansa, simplicem, eamque amplam, formabant cavitatem, qua multa pinguedo & innumerabiles prorsus pili interspersi continebantur. Atque hi ipsi pili, capillis paulo subtiliores, tortuosoque & flexuoso ductu pinguem substantiam perreptantes,

(*a*) Obs. medic. l. 4. de mulierum vasis spermaticis & testiculis obs. 2. p. 556.
(*b*) Collect. Philos. Anglic. N°. II. p. 11. seqq.
(*c*) L. 4. de morbis infimi ventris obs. 53. p. 249.
(*d*) L. 4. P. 1. sect. 2. c. 20. de morbis testiculorum in fœminis p. 511.

non nisi glomum pilofo pinguem mirabilis magnitudinis fingebant. Neque vero hi pili breves, fed e pinguedine protracti extricatique octo pollices erant longi. Infuper iidem non ex pinguedine, verum ex interna tunicæ incrassatæ fuperficie prodibant, & tunc demum fe in pinguedinem immergebant. Certe fi fimili quodam hoc atheroma pilofum illuftrare velim, a veritatis tramite me non deflexurum confido, fi internam ovarii tunicam cum externa capitis cute capillata, pinguedinem vero cum tinea comparem. Uti namque ex cutis capillatæ porulis capilli, penicilli velut in modum difpofiti, egrediuntur, ita idem in ovarii tunicæ fuperficie interna cernere licet. Et ficuti capilli, tinea implicati, nodum inenodabilem formant; ita herculeum quoque ejufcemodi nodum pili intricati ac pinguedine obvoluti componunt, hoc tantummodo difcrimine intercedente, quod tinea dura fit atque tenuis, pinguedo contra mollis craffaque. Præterea pili, ex ovario exemti & combufti, more crinium accenforum, fœtorem de fe fpargebant. Denique fimplex pilus, oculo microfcopio armato luftratus, minimas fibrulas, feu minimos pilos, ad longitudinalem tractum exporrectos, confpiciendos fiftebat. Imo craffiorem pili extremitatem, in fubtiliffimum apicem definentem, quadantenus cavam comparuiffe, oculorum fide, fi qua fides iifdem danda, conftabat. Vaginulam feu radicem pili, in tunica ovarii abfconditam, haud exploravimus, præcipue cum teneritudo fumma prohiberet, quo minus integrum pilum cum bulbo e tunica evellere potuerimus. Fortaffis in adjecta icone, ftructuram harum partium adumbrante, quævis diftinctius paulo patebunt. Profecto uti infolitorum hujufmodi phænomenorum ratio explicatu fumme ardua eft atque difficilis; ita in eadem declaranda eruditi parum concordes atque unanimes deprehenduntur. *Quid de miris hifce tumoribus*, inquit *Paulini* (e), *fentiant curiofi*, *fcire velim*, *mihi fatius eft*, *difcere*, *quam dicere*. *Davus quippe fum*, *non œdipus.* Tantam omnino in abftrufiffimis ejufmodi rebus explicandis vel eruditiffimi fentiunt difficultatem, ut nihil prorfus dicere malint, atque ab aliis lubentius erudiri cupiant. Qui autem infuetarum rerum, in tumoribus cyfticis repertarum, productionem accuratius paulo explicare laborant, ex iis haud pauci, eam naturæ vires tranfcendere, arbitrantur, eamque ob rationem ipfam a diabolo derivare haud verentur, fortaffis non reputantes, modum effecta generandi infolita hoc pacto non dilucidari, fed obfcurari. Nefcitur namque, quomodo diabolus pilos, carbones & alia peregrina in hac vel illa parte producat. Itaque nihil lucrantur, qui opus naturæ diabolo attribuunt. Imo perniciofum effe ignorantiæ afylum, exiftimat *Mufitanus* (f), omnia in diabolum referre, quæ nonnullorum caput cucurbitinum non capit. Alii, diabo'i potentiæ in corpora humana limites ponentes, arbitrantur, id non nifi Dei permiffu a diabolo præftari, imo rect us fortaffe afferi, Deum ex fingulari directione permittere, ut natura in pœnam malitiæ

(e) Ephemer. N. C. Dec. I. Ann. 8. p. 183.

(f) Trutina chirurg. p. 27.

ftiæ hominum, nec non peccatorum terrorem, modo plane extraordinario, peregrina ejufcemodi concreta progignat. Quandoquidem præftaret in talibus etiam Deo, quam diabolo, honorem habere. Nos in præfenti de atheromate pilofo, fupra defcripto, tantummodo acturi, vix habemus, cur in eodem declarando ad fupra naturales caufas confugiamus. Etenim quamdiu phænomenis enodandis vires naturæ fufficiunt, iis indagandis eruendifve operam omnem phyfici cordati impendunt, fummi omnium rerum moderatoris omnipotentiam piiffimo cultu fimul venerantes. Sunt itaque, qui peregrinorum corporum generationem a mutatione, quam materia, folliculo comprehenfa, proceffu temporis fubit, deducere folent. Motu namque intrinfeco æque ac extrinfeco fieri opinantur, ut particulæ quædam abigantur, refiduæ vero aliam figuram, aliumque fitum, ac nexum, eumque modo laxiorem, modo ftrictiorem adipifcantur, ita ut nunc pili, nunc alius concreti fpeciem induere videantur. Alii, fortuito veluti atomorum concurfui parum vel nihil fidentes, facultati formatrici, feu animæ vegetativæ, aut quocunque demum nomine infigniendæ, variifque facultatibus præditæ, primas deferunt, atque materiæ, ad fabricandum concretum neceffariæ, aptitudinem itidem fupponunt. *Neque enim,* inquit, *Sennertus* (g), *ad pilorum, unguium, offium & fimilium formationem fufficit materia, fed inprimis facultas formatrix eft neceffaria, quæ in parte carnofa carnem, in membranofa membranam, non offa format, & fua cuique parti peculiaris eft, quæ fi ob materiæ ineptitudinem finem fuum confequi non poffit, fimile quid format, & in parte carnofa carni, in membranofa membranæ quid fimile efficit.* Nolumus pluribus eruditorum fententiis enarrandis in præfenti inhærere, quid de atheromate pilofo, fupra delineato, fentiamus, breviter dicturi. Sane curiofitatis gratia hydropicæ noftræ aquam, ex abdomine èxtractam, evaporationi expofuimus, atque, media circiter portione in vaporem refoluta abactaque, refiduam in fimilem pinguedinem, qua ovarium erat repletum, concreviffe, optime adhuc recordamur. Itaque a fanguine, lentis ejufcemodi ac pinguibus particulis onufto, atque ad ovarium delato, pingues particulas fecretas, inque veficulas & ovula effufas, ibidemque, fortaffis propter tubulorum imbecillitatem, retentas, ac progreffu temporis cumulatas condenfatafque, ac earundem lubricitate & acredine tenerrima ovulorum ftamina confumta, atque hac ratione infignem illam cavitatem, integumentis preffione materiæ contentæ expanfis, formatam fuiffe, veri videtur fimillimum. Neque vero ab alio fonte pilorum, in ovario repertorum, generationem derivare velim. Siquidem vitali fanguinis motu, quem nonnulli haud inepte pro ipfa natura habent, quibuslibet partibus fuccum nutritium adduci, veritati maxime eft confonum. Jam vero fecretionem fucci nutritii aliorumque liquorum pro varia fanguinis natura & motu fæpius haud parum mutari, multiplici omnino edocemur experientia. Quemadmodum itaque pili fucco ter-

restri

(g) L. V. P. I. c. 35. de meliceride p. 156.

reſtri & pingui, quem antiqui excrementum tertiæ concoctionis fuliginoſum nuncupabant, formantur, nutriuntur, foventur, id quod inprimis pilorum combuſtorum fœtor, eorundemque in cineres converſio probat: ita ſanguinis, vitali cordis motu in vaſcula ovarii protruſi, pinguibus & terreſtribus particulis ſummos arteriolarum apices, lymphatici liquoris vectioni alioquin deſtinatos, aliquantiſper ampliatos, itaque adaptatos fuiſſe, ut non modo iidem ſucci, pilis formandis accommodati, ſecretioni faverint, ſed ex iis quoque, veluti ex naturalibus bulbis, tandem pili ipſi prodierint, a ratione minime eſt alienum. Cum enim commemorati pili non in ipſa pinguedine ſint concreti, ſed ex interna ovarii tunicæ ſuperficie enati, atque adeo, ſi a loco duntaxat diſceſſeris, a naturalibus externarum partium pilis vix quicquam diſcrepent, iiſdem recte conſimilem attribui originem, ſponte patere arbitror.

TANTUM.

Fig. 1.

A. Uterus.

B. Orificium uteri internum.

C. Tuba Fallopiana.

DD. Ligamentum uteri latum.

EE. Ligamentum uteri rotundum.

FF. Ovarium in atheroma pilosum mutatum.

G. Ovarium densum crassumque.

hhhh. Pili per pinguedinem dispersi et ex ovario inciso prominentes.

Fig. 2.

I. Ovarii portio artificiose dissecta.

KKKK. Pili ex interna tunicæ ovarii reclinatæ superficie enati extricatique.

Fig. 3.

L. Pilus microscopio examinatus.

Fig. 4.

M. Pilus ex ovario evulsus.

Tab. XXII.



CXXXIII.

J. FRANCISCI FONTAINE

OBSERVATIO RARIOR TUMORIS ABDOMINIS EX SCIRRHO OVARIORUM PRÆSERTIM SINISTRI INSIGNI.

Basileæ 27 Junii 1753.

§. I.

PLurimi ſane ſunt morbi, quorum cauſæ & ſedes adeo ſunt reconditæ, adeo abſtruſæ, ut medici alias lynceis etſi oculis inſtructi, circa horum diagnoſin, prognoſin & curationem non ſolum errare, ſed & cœcutire plane, frequenter ſatis animadvertantur, id quod non tam medicorum, quam artis ipſius imperfectioni ac naturæ talium morborum imputandum videtur.

§. II.

Cardo enim medicinæ præſertim vertitur in diſtincta & accurata cognitione cauſæ morbi proximæ; hincque adæquata indicationum, ſumma cum judicio & prudentia, formatione, auxiliorum, indicationibus ac intentioni medici ſatisfacientium, ex triplici regno, tantaque farragine medicamentorum, exquiſito ſelectu.

§. III.

Non tamen id volo, ſac ſi hoc modo & his adminiculis omnis morbus per artem medicam e medio tolli poſſet, cum experientia & ipſa theoria æque ac Praxis medica ſanæ rationi ſuffultæ contrarium quotidie ad amuſſim ſatis evincant. Saltem ſi non ad curationem, tamen ad prognoſin debitam formandam, vel etiam ſymptomatum mitigationem, cognitio morbi cauſæ proximæ abſolute neceſſaria & medico maxime digna eſt, etiam in morbis deſperatis ac plane inſanabilibus.

§. IV.

Sed quod hunc finem non ſemper aſſequi liceat medicis, plures impediunt rationes, variæque premunt difficultates, in ſummum noſtræ artis, ægrotorumque detrimentum; quod ſcilicet in diverſis plane morbis aliquando urgeant ſymptomata eadem, quæ cum pluribus morbis communia ſint differentiam ſpecificam, ac ſigna propria ſingularis alicujus affectus frequenter obnubilant, ſic ex gr. ſumma emergit difficultas dignoſcendi & diſtinguendi a ſe invicem illos abdominis morbos, quos ejus tumor vel intumeſcentia comitari ſolet. Quot errores circa diagnoſin, prognoſin & curationem talis intumeſcentiæ abdominis ab omni tempore orti fuerint, docent obſervationes medicorum, probarunt diſſectiones & inciſiones cadaverum, in hunc finem inſtitutæ.

§. V.

Quid enim frequentius accidit, quam quod tumor hydropicus pro graviditate, hæc viciffim pro tumore hydropico vel alio qualicunque habitus non folum, fed & medicamentis inconvenientibus aggreffus fuerit. Sic hydrops peritonæi, ovarii, uteri; tympanites, magnitudo lienis præternaturaliter in maximam molem aucta, fcirrhus uteri, ovariorum, vermes præfentes in infantibus vel etiam lumbrici lati in adultis, abdominis talem tumorem efficere poterunt, ficque plures caufæ, admodum diverfæ a fe invicem, eundem producere valent effectum (id eft intumefcentiam abdominis) qui tamen non eodem vel fimili modo tolli poterit, fed pro caufarum diverfitate variabit methodus medendi.

§. V I.

Hinc in fimilibus cafibus, abftrufis, reconditis, & rariffimis, vires ingenii quafi fuperantibus, ad incrementum artis medicæ plurimum conferret incifio cadaverum, (fi, uti oporteret, femper admitteretur a confanguineis,) qua morbi & mortis caufæ in apricum ponerentur non folum, fed & medici certiores fierent judicii vel faltem conjecturæ fuæ de morbo formatæ, ex confideratione & collatione fymptomatum omnium, horumque plurimorum rationes fimul clariffime paterent. Idemque affectus poftmodum obvius vel facilius forte dignofcendus, vel effectus ejus certius prædicendus, vel etiam indicationes curatoriæ aut faltem palliativæ ac vitales, determinatæ & adæquatæ magis, eliciendæ & confiruendæ effent.

§. V I I.

Omnia hæc hujufque prolata me moverunt, ut potius obfervationem aliquam medicam; quam aliud quodcunque thema fpeciminis inauguralis medici loco proferrem, cum omnia jam ita exhaufta & frequenter repetita fint, ut naufeam moveant potius, quam palato arrideant: obfervatio vero quæcunque medica vel anatomica femper aliquid novi, inexfpectati, fingularis ac certi in fe continet, hinc fummopere animum delectat, atque, quod primarium eft, ad incrementum praxeos medicæ plurimum confert. Optaffem equidem, ut hiftoriam morbi & obfervationis hujus prolixiorem ac etiam fecundum omnes circumftantias ac fymptomata ab initio, progreffu, medicamentis omni tempore adhibitis, cum horum effectu, reddere potuiffem, fed deficiunt quam plurima poftulata, defunt vires, in magnis & voluiffe fat eft. En ergo obfervationem minus equidem completam, fed tamen memoratu ac attentione dignam, fimulque raram.

HISTO-

HISTORIA MORBI.

PUella 23 circiter annorum, habitus corporis macilenti, tenerioris, ſtaturæ mediocris, paupercula, netrix vel ſartrix, vitam egit ſedentariam, ſolitariam, cibos frigidos potius, quam calidos, farinaceos & ex lacte paratos in uſu frequenti habuit; menſtruis dein ſuppreſſis ab initio ſtatim dolorem inſignem, lancinantem, tractorium in regione hypogaſtrica ſiniſtra eſt experta, ſeſe extendentem uſque ad femur ejuſdem lateris; demum abdomen paulatim intumeſcere cœpit cum incremento dicti doloris. Hinc ab initio graviditatis ſuſpicionem incurrens, patientia & tempore demum innocentiam ſuam comprobavit. Qualibus vero tunc temporis aliis ſymptomatibus afflicta, vel uſa fuerit medicamentis, id non ſatis conſtat. Seſquianno circiter ante obitum in Noſodochium recepta variis uſa eſt medicamentis & medicis, ſed ſine exoptato cum ſucceſſu; nihilominus tamen gaudebat appetitu integro, niſi quod poſt cibum ſumptum, ventriculi ſenſum gravativum perceperit; ſine incommodo obambulabat, tranquilla ſomnum capiebat, uno verbo ſatis bene valere ſibi videbatur, artemque ſuam diligenter, ſedendo exercebat. Tumor abdominis vero ſucceſſive augebatur, de dolore ſupra ſynchondroſin oſſium pubis conquerebatur, præſertim in erecto corporis ſitu; in dorſo facilius, quam in quovis latere decumbebat; in latus quodcunque procumbenti, abdominis tumor non inclinabat vel prominebat multum; ad attactum abdomen erat durum, tenſum, antrorſum prominens, præſertim ſupra oſſa pubis, in quo loco tactu durities ſentiebatur; octo circiter ſeptimanis ante obitum conqueri cœpit de impotentia ſeu difficultate diutius uni pedi, præſertim ſiniſtro inſiſtendi, hinc corporis ſitum erecta frequenter, imo omni fere momento mutare cogebatur, cujus cauſam vel rationem allegabat dolorem tractorium lancinantem in regione hypogaſtrica ſiniſtra & femore ejuſdem lateris. Febricula præſens augebatur lenta, cum ſiti, pulſu celeri & debili, caloribus vagis, ſudoribus nocturnis partium ſuperiorum, hæmorrhagiis narium frequentibus, nunc largioribus nunc parcioribus, virium diſpendio; alvo uti per totum morbum ita & nunc minus reſpondente; pedibus circa talos leviter œdematoſis exiſtentibus, medicamenta omnia reſpuendo tandem obiit die 13 Decembr. An. 1752. circa meridiem. Medicamenta per morbi decurſum adhibita varia, laxantia, aperientia, diuretica, anthelmintica etiam &c.

RELATIO ANATOMICA.

Nosodochii tunc temporis medicus *Dn. Jo. Henricus Respingerus Med. Doct. Exper.* ex collatis & probe perpensis symptomatibus omnibus, præsertim ex dolore illo tractorio & lancinatorio in regione hypogastrica sinistra, sese extendente etiam ad femur usque sinistrum, suspicatus est vitium aliquod latere in ovario sinistro, qualecunque demum id fuerit, vel hydrops vel scirrhus &c. Ut hinc vel veritatis certior fieret, vel erroris sui se ipsum convinceret (qui scopus esse debet præfixus omni sincero medico in abstrusis & reconditis talibus morbis) præsens in causam morbi ac mortis inquirere voluit, ac sequenti die horis pomeridianis sectionem cadaveris instituit Nosodochii *chirurgus dexterrimus Dn. Casparus Mangoldus*, præsentibus medicinæ *Professoribus celeberrimis*, pluribus *Doctoribus* & *Canditatis nobilissimis*, & *Philiatris* commilitonibus meis *amicissimis*, chirurgiæ etiam studiosis quam plurimis; ac sequentia observavimus.

Abdomen, præsertim in regione umbilicali, multum prominebat, & filum abdomini circumductum longitudine æquabat 2 pedes gallicos, cum septem & dimid. pollicibus. Tumor præterea erat æqualis, sed durus, renitens; vasa autem sanguifera cutanea ampla, cærulea: in regione hypogastrica & epigastrica sinistra cutis maculis ex rubro-lividis suffusa erat quibusdam in locis. Integumentis communibus & peritonæo, sectione cruciata incisis, ex cavo abdominis scaturiebat liquor flavescens, subfœtidus, tenuis, mediocri in quantitate, qualis etiam continebatur in hydatidibus aut vesiculis flavescentibus tenuibus, pellucidis & quasi gelatinosis, dispersis per superficiem internam peritonæi, quod hic loci admodum corruptum erat præcipue circa regionem umbilicalem.

Omentum subrubicundum similiter corruptum ac erosum in regione umbilicali, cujus superficies anterior peritonæo, posterior vero ovario sinistro firmiter accreta erat eodem in loco.

Hepar naturalis occurrebat coloris, substantiæ & magnitudinis.

Intestina tenuia ad latera utrinque a tumore ovarii pressa, coloris cinericei, variis autem in locis maculis rubicundis distincta.

Intestinum cæcum cæteris paribus in situ naturali, magis tamen ad latera & sursum itidem pressum.

Omento sursum flexo & adhæsione ejus cum peritonæo soluta, causa tumidi abdominis visui sese obtulit, ovarium nempe sinistrum, pondere ad minimum decem librarum, magnitudine sua caput humanum superans, hinc magnam abdominis partem replens, subdurum, renitens; a variis protuberantiis, quasi totidem gibbositatibus aut lobis, diversæ mag-

magnitudinis & figuræ, in anteriori præfertim fui fuperficie, inæquale redditum, hoc fefe extendebat ufque ad offa pubis, quibus extremitas ejus inferior dura admodum, valide innitebatur & ab his fulciebatur. Protuberantiæ hæ incifæ & apertæ variam præbebant fubftantiam confiftentem, quæ in plerifque albo inftructa erat colore, quo, æque ac mollitie, ad naturam pinguedinis accedebat: in aliis vero color erat fubflavus magis cum intermixta itidem materia albicante, & effluebat paucus liquor coloris fufci: hæ vero materiæ non contineri videbantur in propriis ac communibus folliculis vel membranis, ut in tumoribus fic dictis cyfticis, vel ampullofis fieri folet; nifi ftatuere velimus cellulas omnes minimas faltem fuiffe peculiari tali materia repletas, uti ex gr. in ftatu naturali tela cellulofa, particulis oleofis &c. Oftia vaforum fanguiferorum diffectorum ampla paffim confpicua erant.

Ad latus finiftrum reclinato & ex abdomine exempto hoc ovario, occurrebat ligamentum uteri latum finiftrum valdopere extenfum, elongatum, cum ipfa etiam tuba fallopiana admodum longa, cujus extremitas foliacea, magna, amplo orificio inftructa erat. Vafa fanguifera in ligamento æque ac tuba fallopiana diftenta, ampla & varicofa, apparebant.

Ovarium dextrum vero itidem præternaturale, pugni magnitudinem æquabat, nullis vero protuberantiis inæquale redditum, albicans, fubdurum: apertum fimilem fere præbebat fubftantiam ac alterum, fed molliorem, fundebatque humorem album, lacti haud abfimilem. In tuba vero fallopiana & ligamento lato hujus lateris nil præternaturale occurrebat, nifi quod magis tenfa fuerint.

Uterus in fitu naturali, tamen finiftrorfum verfus paululum tractus, craffitie pollicis dimidii in fundo, fed ita applanatus, ut a fuis ligamentis latis vix dignofci potuerit, nifi folo fitu.

COROL-

COROLLARIA QUÆDAM.

§. I.

EX confideratione ergo anatomica hujus tumoris clariffime elucefcere mihi videtur, hunc nullo jure referri poffe ad tumores cyfticos, qui dicuntur conftare fimplici ac communi folliculo vel membrana, in cavo fuo continente ac includente materiam ad fenfum homogeneam plus minufve mollem, quibus a diverfitate materiæ collectæ ac contentæ, varia ab auctoribus impofita fuere nomina; fic in *Atheromate* contentum eft ferofum ac quafi cafeofum, albicans, pulticulæ inftar: in *fteatomate* ad febi vel adipis naturam accedit. *Meliceris* vero humorem mellifimilem includit. Equidem fuperficies ovarii finiftri lobis aliquibus inæqualis reddita, mentiri videbatur tales folliculos ab humore quodam intus contento valdopere diftentos, ficque incautis facillime ftatim imponere potuiffet, fed apertis & diffectis hifce lobis fubftantia plus minufve fpongiofa, cellulofa, fibrofa ac duriufcula, nunc albicans, nunc flavefcens, nunc mixta apparebat, nullo folliculo vel membrana peculiari, eandem coërcente circumdata, nifi membranam propriam huic fubftituere velimus, vel cellulas minimas ipfius ovarii pro totidem folliculis ac tumoribus cyfticis habere velimus.

§. II.

An ergo potius dictus tumor ad fcirrhum referri meretur, qui dicitur (*a*) *Tumor durus, indolens, glandulæ*; fed obftare videtur ovariorum ftructura & fubftantia, hinc ab anatomicis glandulis annumerari non folent, *fabrica enim illorum fatis uteri fabricæ fimilis, ftipata, alba, cellulofa, abfque adipe*, funt verba *illuftris de Haller* (*b*). An ergo tumor talis durus ac indolens juxta *Boerhaavium* tantum locum habere poteft in locis glandulofis, & non etiam generari in aliis corporis partibus glandulis deftitutis? Sane quamplurimæ obfervationes hoc probare videntur. Sic ex eryfipelate vehementer adftricto & refrigerato tumorem fcirrhofum in toto femore relictum fuiffe, ac tendines & ligamenta fimili malo affici cenfet *Galenus*. Et hanc litem optime dirimit ac dubium folvit *Cel. van Swieten* (*c*) his verbis: *Negari enim non poteft, etiam in locis aliis corporis, quam in glandulis, tumores præternaturales, duros, indolentes reperi-*

(*a*) Boerh. Aph. 392.
(*b*) Prim. lin. phyfiol. §. 806.
(*c*) Comment. in Aph. Boerh. T. I. pag. 844.

periri; *qui ergo ex generali definitione Galeni ſcirrhi vocari deberent*; *verum cum alium ſæpe exitum habeant hæc mala*, *neque tam facile in cancrum degenerent*, *forte melius tumores ſcirrhoëides vocari poſſent*, *diſtinctionis cauſa.*

§. III.

Quod vero attinet ad cauſas, quibus tumor hic præternaturalis productus eſt, hæ commode diſtribui poterunt in proximam & remotas. Illam conſtituere videtur infarctus cellularum atque obſtructio vaſorum in ipſis ovariis, a materia craſſa, tenaci, viſcida, glutinoſa, immeabili, ſucceſſive magis magiſque accumulata & aucta, præſertim in ovario ſiniſtro, donec in hanc præternaturalem molem ſucceſſive increverit. Cauſarum vero remotarum loco erunt omnia illa, quæ talem diathesin glutinoſam ac viſcidam maſſæ ſanguineæ conciliare & ad loca affecta determinare potuerunt, ſicut prædiſponentis cauſæ vel internæ locum ſupplere poteſt *debilitas vaſorum*, *viſcerum*, *bilis* (*d*). Inter cauſas procatarcticas vel externas attentionem merentur cibi, ex farinaceis, præſertim crudis, & lacticiniis parati ac his conſtantes, frigidi frequentius quam calidi aſſumti, quod etiam de potu valet; tempore hiberno, ob paupertatem corporis, & præſertim pedum refrigeratione, ac vita ſedentaria, die noctuque victum parando, chylificatio, ſanguificatio & excretiones læſæ, imminutæ, circulatio humorum per uterum & ovaria impedita, inæqualis reddita, imo menſtrua plane tandem ſuppreſſa fuerunt. Sicque prima jacta fuiſſe videntur fundamenta ad hunc affectum deſperatum, nulla arte ſanabilem.

§. IV.

Symptomatum rationes, in talibus morbis reconditis & rariſſime obſervandis, difficillime inveſtigari ac explicari poſſe, nemo amplius facile mirabitur, qui obiter tantum medicorum obſervationes debita cum attentione inſpexit, aut praxin medicam ipſe jam per aliquod tempus exercuit, nam ubique *judicium difficile*, ut cum *Hippocrate* loquar, experietur. Quantum vero lumen tenebris hiſce affundant cadaverum inciſio, partium obviarum ſtatus naturalis æque ac præternaturalis examen ac inquiſitio accuratiſſima, ſi præcipue omnia perluſtrentur oculis, ut ita dicam, philoſophicis, id eſt, inquirantur rationes veræ, claræ, evidentes morbi ipſius, ac etiam phænomenorum & ſymptomatum illorum, quorum cauſæ incertæ, dubiæ, imo forte fictitiæ, tempore morbi, in puteo Democriti adhucdum, latuerant. Hoc autem modo omnibus antecedentibus cum præſentibus phænomenis & obſervatis rite collatis & pen-

(*d*) Boerh. Aph. §. 69.

penfis, diftinctam fibi conciliare poterit medicus notitiam morbi ipfius, ejufque fedis, caufarum, fymptomatum, diagnofeos, prognofeos, ac curationis, vel faltem lethalitatis inevitabilis; & tunc femper aliquid ad artis noftræ incrementum conferet.

§. V.

Exigit jam inftituti ratio, ut etiam fymptomatum hujus obfervationis rationes reddam, quæ equidem pleræque ex relatione anatomica fponte fua elucefcere, & §. præcedenti dicta eo ipfo confirmari magis, videntur. Nam menftruorum fuppreffionem fubfecutam fuiffe vitæ genus fedentarium, cibos farinaceos & ex lacte paratos, frigide potius quam calide affumtos, hoc deducendum mihi videtur ab inde inducta glutinofitate, vifciditate, immeabilitate humorum, obftructionibus hinc natis in ovariis, præfertim finiftro, quod ulterius confirmare videtur dolor, hanc menfium fuppreffionem ftatim excipiens, lancinans, infignis in regione hypogaftrica finiftra, fefe extendens ad femur ejufdem lateris. Nullum manet dubium, hunc moleftum dolorem ortum fuiffe a diftenfione fucceffiva ovarii ipfius æque, ac etiam ligamenti uteri lati ac rotundi, diftractione, elongatione majori majorique, pro augmento tumoris, hujufque e fitu fuo propulfione in partem fuperiorem & anteriorem abdominis, unde hujus intumefcentia in fenfus incurrens, fufpicionem imprægnationis induxit. Appetitus quidem, integer fed cibo fumto conquefta eft ægra de dolore ventriculi gravativo, ob hujus compreffionem ac refiftentiam contentorum abdominis.

Dolor fupra fymphyfin vel fynchondrofin offium pubis in erecto maxime, minus in fupino corporis fitu, natus eft, quod moles ovarii hic loci fuffulta offibus pubis, inde compreffa fuerit; imo ita antrorfum fupra illa prominuit, ut, tactu duritiei perceptæ hic loci, fimul etiam pateat ratio. In utrumvis latus corpore inclinato, tumor non fequebatur neque prominebat, uti in afcite fieri folet, nam ejus adhæfiones ad peritonæum ac omentum hoc impediebant. Octo circiter feptimanis ante obitum acceffit difficultas vel impotentia uni pedi, præfertim finiftro diu infiftendi, unde corporis fitum erecta omni fere momento mutare coacta fuit; mobilitatis & inquietudinis hujus, tanquam rationem allegabat, dolorem, vehementem, tractorium, lancinantem in regione hypogaftrica & femore finiftris. An quod innitendo corpus pedi dextro, ligamentum rotundum finiftrum uteri paululum quidem relaxatum, fed e contra latum magis diftractum, reciprocas tales moleftias produxerit? vel etiam partes vicinæ variæ, ac vafa fanguifera a tumore compreffæ moleftiam quandam, atque etiam fanguinis progreffum irregularem ac inæqualem expertæ fuerint.

Febris

Febris lenta vel hectica autem miſeriis ac calamitatibus hujus ægrotæ finem demum impoſuit, uti omnium viſcerum, atque humorum hinc contractæ corruptioni, comes fidelis ad mortem ducere ſolet.

§. VI.

Prognoſeos loco, ratione morbi deſcripti ac inveterati, ſufficiat dixiſſe:

Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger
Interdum docta plus valet arte malum.

Fortaſſe ipſe hic, ſicuti plures alii morbi, ſi ſtatim in ſuis incunabulis dignoſcerentur, facilius præcaveri, quam præſentes & inveterati curari poſſent, vitando omnia illa, quæ ad generationem illorum aliquid conferre poſſe ſuadet ratio; docet experientia.

§. VII.

Ovarii ſcirrhoſi, vel ſaltem indurati & in tantam molem adaucti mentionem apud nullum auctorem reperire mihi licuit, hinc morbis rariſſimis eſſe annumerandum noſtrum affectum, ſponte ſua patet; non dixero vero plane non obſervatum fuiſſe ac deſcriptum, cum omnes pervolvere auctores, neque tempus neque occaſio permiſerint. Frequentiores vero ſunt obſervationes hydropis ovarii, præſertim ſiniſtri, quod morbis magis obnoxium videtur, ſimiliter uti *Cel. Hoffmannus* de rene ſiniſtro pronunciat, tanquam attentione maxime dignum, hunc frequentius calculis ac doloribus nephriticis affligi quam dextrum, cujus rationes ipſe allegat (*e*). Ex obſervationibus, quæ mihi occurrerunt ovarii ſiniſtri hydropici, vel ſaltem morboſi, eſt illa *Kerkringii* (*f*) notanda, etſi pro hydatide ab eodem habitus fuerit morbus, ſic ait: *In puella, quæ 20 ætatis annum longe præterveċta videbatur, hydatidem inveni teſticuli ſiniſtri locum occupantem, is enim aberat, quæ magnitudine ovum anſerinum longe ſuperabat &c.* *Schorkopff* (*g*) in ruſtica 40 annorum ovarii ſiniſtri hydropem aquam ſalſam & fœtentem, limpidiſſimam ad libr. 2. continentem, obſervaſſe *Harderum* refert. *Idem* etiam §. 16. a *Wepfero* animadverſionem communicatam recenſet, *in fæmina a quindecim menſibus in hypogaſtrio ſiniſtro obſervatum fuiſſe tumorem, menſibus nihilominus fluentibus &c. Cum examinaret tumorem* Wepferus *in ſupina, totum hypogaſtrium ſiniſtrum occupavit, intra cavum abdominis contentus, oſſi iliaco accubuit,*

(*e*) Med. Syſt. T. IV. P. I. pag. 465. & P. II. pag. 363.
(*f*) Spicileg. Anat. obſ. 10.
(*g*) Diſſ. de hydrope ovarii Baſil. habit. 1685.

ossi pubis incubuit, ægre mobilis videbatur : in latus decubitæ versus dextrum hypogastrium declinavit, ac mobilior & plane circumscriptus tangebatur ; rotundus cum aliqua inæqualitate, durissimus, magnitudine capitis infantilis. Hæc observatio valde cum mea congruit, sed sectio non fuit instituta, hinc suspendendum est judicium, qualisnam fuerit morbus, an hydrops vel potius tumor scirrhosus? Simul a *Wepfero* communicatum alium similem casum prolixum §. 17. refert ovarii sinistri hydropici. An vero etiam huc referenda historia (*h*). *Annæ Margarethæ Schererinn, dictæ Philibert, quæ ab initio circa regionem hypogastricam sinistram dolores & frigus molestum sentire cœpit, dein tumor abdominis paulatim secutus in pelvi sinistra apparens &c.* Hæc prolapsu in ventrem a malo liberata post fragorem vel sonitum, subsequente liberaliori excretione urinæ. Huc etiam facit observatio *Litrii* (quæ equidem ab auctore suo pro hydrope peritonæi ventilata est) & recte ab *Exper. Willio* in sua *Diss.* pro ovarii sinistri hydrope habetur. Splendidissimum vero olim Academiæ hujus lumen *Theodorus Zwingerus* (*i*) duo profert exempla, sinistri unum, alterum dextri ovarii hydropici. Sic & laudati *Willii* observatio propria, cum figura elegantissima, ovarii est dextri.

§. VIII.

Hæ ergo observationes, ut sese mihi obtulerunt, satis superque probant ovarium sinistrum frequentius morbis, a glutinositate, viscíditate, immeabilitate humorum oriundis, tentari, quam vero dextrum. Quod si id amplius confirmaretur per casus ac observationes mihi nondum cognitas, sane res esset attentione medicorum quam maxime digna, & explicatu haud adeo facilis. An consideratio sequentium aliquid luminis in re tam obscura affundere valeat, aliis dijudicandum relinquam.

1°. Vena spermatica sinistra altius adscendit, hinc aliquanto longior dextra.

2°. Perpendicularis magis videtur ejus adscensus.

3°. Ad angulum fere rectum inseritur parti inferiori venæ emulgentis sinistræ. An ergo longitudo viæ major, situs perpendicularis magis, ac sanguis ex rene sinistro refluus, supra hoc orificium transiens ac resistens, sanguinem spissum viscidum in suo adscensu & exoneratione in venam emulgentem impedire atque sic stagnationes in ovario hoc producere valent.

Vena vero spermatica dextra brevior est, superius leniter introrsum inflexa, ubi arteria spermatica hanc transit, dein in truncum venæ cavæ ad angulum valde auctum inseritur, hinc sanguis ingressus a flumine hujus facile abripitur. An ergo refluxus sanguinis hoc modo ex ovario dextro facilior reddatur, res est altioris indaginis, vires meas tenues admodum superans.

ADNEXA

(*h*) Vid. doctiss. diss. de stupendo abdominis tumore auctore *Nicolao Willio*, med. & chir. D. 1731. Basil. habit.

(*i*) Theatr. Prax. med. pag. 547.

ADNEXA.

§. I.

Oeconomiam animalem aliam plane esse in fetû, quam in nato, extra omnem controversiam positum est. Nam ratio circulationis sanguinis non solum valde diversa est, sed & respiratione omnino destituitur fetus utero adhucdum inclusus, hinc omnes effectus ab hac, tanquam causa, pendentes suspenduntur. Docet prӕterea anatome partes quasdam, vel viscera in fetu, cӕteris paribus, maximas esse, cum annis quasi diminui successive, obliterari vel in totum in senio evanescere, hinc munere suo prӕcipue defungi videntur, quamdiu fetus aquӕ amnii immersus, in utero latens neque respirat, neque circulationis legi tali adhucdum subjectus est, qualem in lucem editus demum observare cogitur. Partes vero tales sunt quamplurimӕ, *arteriӕ & venӕ umbilicales*, *canalis venosus hepatis*, *ductus Botalli*, *foramen ovale*, *glandula thymus*, *renes succenturiati*, an *urachus* huc referendus nondum satis evinctum est.

§. II.

Plerarûmque vero harum partium usus clare admodum a physiologis explicari solent, sed renum succenturiatorum sive capsularum renalium functio, in quonam consistat, id minus certum adhuc est. *Illustris de Haller* de his ita habet: *Insidet reni supremo capsula renalis, glandulosa, conglomerati generis, triquetra, hepati, lieni, & pancreati, septo transverso & reni, totidem hedris adhӕrens, intus cava separabili quasi ventriculo, liquido plena ex flavo rubente, fluido, pene sanguineo, magna in fetu, & rene major, non perinde in adulto crescens arteriӕ capsulӕ multӕ & trium generum sunt, supremӕ a phrenicis, ab aorta mediӕ, imӕ renalibus; venӕ utrinque una magna, dextra ad cavam, sinistra ad renalem. Ea vena ramosa per levissimum ventriculum nuda migrat, in sulco dividente capsulam, utilitas, ignoratur, etsi ad renem, & in fetu quidem pertinere suadeat perpetua in alleo multis animalibus vicinia. Ductum excretorium nullum nacta est, neque succum suum per conspicuos poros in venam refundit.* Hanc descriptionem accuratissimam verbotenus hic apponere lubuit. Quӕritur itaque qualemnam usum renibus prӕstent?

§. III.

Renes in fetu vel plane feriari, vel saltem exiguam in iisdem fieri secretionem probare, videtur defectus respirationis, quӕ sanguinis circulationem per viscera abdominalia multum promovere videtur, deinde urachi cavi atque membranӕ allantoideӕ in homine existentia nondum satis demonstrata, ac vesicӕ urinariӕ parvitas ad continendam tantam urinӕ copiam, toto gestationis tempore secretam, si, uti in natis, munere suo defungerentur. An itaque hӕ capsulӕ renibus vicinӕ sunt

& quælibet arteriam a renali sui lateris accipit, ut hoc modo non omnis sanguis arteriis renalibus impulsus, ad renes perveniat, sed fiat derivatio quædam, quasi in diverticulum quoddam in capsulam ex qua & quidem dextra redux sanguis venæ cavæ, ex sinistra vero venæ renali infundatur, sicque confundatur cum sanguine per renes lato? An conjecturæ huic favet liquidum ex flavo rubens, fluidum pene sanguineum in cavo illorum contentum? An absentia ductus excretorii aliquid probat? An quod renibus majores in fetu, hisce famulantur? Quidnam illud?

§. IV.

An argumentum ab analogia petitum hic aliquid roboris habet, cum circa pulmones simile quid clarissime observetur, portionem nimirum quandam sanguinis in arteriam pulmonalem impulsi, per ductum botalli in aortam derivari, ne omnis per pulmones quiescentes hincque ineptos tantam sanguinis copiam admittendi, transire necesse habeat. In hepate sanguinis per venam umbilicalem allati, & sinui venæ portarum infusi, statim recta per canalem venosum ad venam cavam pergit, cum verisimiliter hepar non omnem capere posset sanguinem, tam per venam umbilicalem, quam venam portarum abdominalem allatum; in re tam ardua atque difficili vero, quæ summorum virorum ingenia jam diu exercuit, consultius mihi videtur meum suspendere judicium, quam proterve aliquid incerti, dubii, pro vero affirmare, præsertim cum sapiens natura iisdem mediis quamplures fines assequi soleat.

§. V. An medicina est ars vel scientia? Utrumque.

§. VI.

An est ars liberalis? & hinc libere ac impune a quolibet exerceri potest? Non.

§. VII.

An Medicastri ex Republica platonica essent proscribendi? Ita.

§. VIII.

An in medicos veros damnum aliquod potius, quam in ægros redundat, ex agyrtarum & histrionum praxi medica? Non.

FINIS.

EXPLICATIO FIGURÆ.

A. Omentum sursum flexum.

B. B. Intestinum colon.

C. C. C. C. Intestina tenuia ad latera pressa.

D. Ovarium dextrum, sicuti in visu] mincurrebat.

E. E. E. E. E. E. Ovarium sinistrum in situ cum suis lobis vel prominentiis in superficie anteriori, cujus extremitas inferior ossibus pubis innitebatur.

F. F. F. F. Integumenta corporis communia cum peritonæo.

G. Femora linteo tecta.

CHRIST.

Tab. XXIII.



Disput. Medico-Pract. Tom. IV. FONTAINE TUMOR ABDOMINIS. *pag. 494.*

CXXXIV.

CHRISTOPHORI CUNRAD

ET

J. FRIDERICI STARCKE;

DE

HYDROPE UTERI.

Regiomont. menſ. Mart. 1701.

QUOD DEUS BENE VERTAT!

PROOEMIUM.

QUemadmodum supremus rerum omnium motor, Deus T. O. Max. ab ipsis mundi incunabulis, omne fluidum quodam instruxit motu, ita & hocce ut conservetur, divina ejus sapientia decrevit, adeo, ut jam ex fluxilis suæ naturæ conditione quiescere nequeat. Non sufficit autem, fluidum gaudere motu; sed ut certis quoque iste circumscriptus sit limitibus, i. e. nec auctus, nec imminutus, exigitur. Hinc flumina ob fluxum eorum, vel per navium, vel saxorum submersionem, vel alium per modum partim auctum; partim impeditum; in circumjacentium ac longe lateque patentium camporum planitiem sæpe exspatiari coguntur; sic aquæ stagnantes non aliam ob causam fœda inquinantur putredine, uberrimamve ranarum, bufonum, variique generis insectorum producunt sobolem, quam ob denegatum ipsis motum. Sed non lubet pluribus chartam perfundere exemplis e macrocosmo depromptis, sufficientia nobis subministrante microcosmo; quales enim non insurgunt malorum procellæ, ipsam machinam vitalem uno sæpe obruentes impetu, imo mortis immergentes tenebris; si fluida ejus rapido nimis volvuntur motu; sed & fluido microcosmico hinc inde motu suo privato, per magnas accelerare morborum cohortes; atrocissimorum haud raro symptomatum caterva stipatas, comperimus; quarum tela quandoque nec prudentissimi medici firmata experientia; nec probatissima pharmaca frangere aut declinare valent. Sicco jam transire pede placet morbos, ex impedito aut aucto nimis spirituum motu propullulantes; exulent a nostro proposito affectus; quos depravatus purpurei laticis fluxus immediate in medium proferre solet; exterminata sint extra nostræ dissertationis terminos, reliqua accidentia omnia, quæ ab alterius fluidi microcosmi motu præternaturali natales suos ducere possunt; saltem; qui ab impedito lymphæ per vasorum suorum mæandros motu producantur cataclysmi, brevi a nobis jam depingendi calamo, nonnisi tamen in genere; cum potissimum cataclysmum uteri; seu hydropem uterinum impræsentiarum animo lustrare; ejusque originem, signa atque curam diligenti excutere examine; decrevimus.

CAPUT PRIMUM.

Hydropis in genere onomatologiam, materiam, definitionem, differentias, ac varia subjecta tradens.

§. I.

Hydrops vocabulum eſt generale, quemlibet in corpore humano ab humoris aquoſi abundantis præternaturali collectione productum tumorem comprehendens; quanquam etiam ab *Hippocrate* variis in locis, pro ipſo ſanguinis ſero, aliiſque aqueis corporis humoribus accipiatur, notantibus *Joh. Henr. Boſſen diſp. inaug. de hydrope aſcite ſub præſidio celeberr. Conring. habita* §. 1. & *Brunone in caſtello renov. ſub. tit. hydrops.* Unde nominis ſui originem trahat, colligi facile poteſt, græco enim vocabulo ὕδρωψ eandem debet, quod aliqui ab ὕδωρ aqua, & ὤψ facies, derivatum volunt, ut ſit hydrops quaſi facies ſeu aſpectus aquoſus, vel habens aquoſum aſpectum; referente *ex Georg. Heniſch. Commentar. in Aret. Boſſen loc. alleg.* Dicitur apud autores etiam ὕδερος, item ὑδερίασις, aqua intercus, Germanis, *die Waſſerſucht*, & tali affectu laborantes, *die Waſſerſüchtige.*

§. II.

Affectus hujus materia quænam ſit, jam aliquatenus indicavimus; eſt nempe humor quidam aquoſus, & quidem lymphaticus; nam quamvis veterum plurimi, nec pauci recentiorum, ſerum accuſaverint, attamen vix nos perſuadere poterunt, quod credamus, ſerum quatenus ſerum proprie materiam hydropi præbere, quoniam particulæ ejus ſalino-aquoſæ, particulis ſalino-ſulphureis ſanguinis arctiſſimo aſſociantur vinculo, ac uno eodemque intra vaſorum alveos volvuntur motu, nec alia ſerum agnoſcit vaſa, niſi ſanguifera. Aſt nulla hydropis ſpecies proprie ex ruptione vaſculi ſanguinei ſuam ducit ſcaturiginem, verum ſi vas quoddam aquoſum vel diſtendatur, vel rumpatur.

§. III.

Urinam, quæ nihil aliud eſt, quam congeries particularum excrementitiarum ſeri a ſanguine in glandulis renalibus ſecretarum, alioſque humores aquoſos, quicunque etiam machinam microcoſmicam perfluant, proprie materiam dicto affectui ſuppeditare, maxime dubitamus, mentis tru-

tina

tina ponderantes, quam minima fit dictorum humorum, eorumque vaforum ad lympham ejusque vasa proportio, ut exinde lympham hydropis materiam essentialiter existere, indubitato concludere liceat; interim non negamus, serosas imo sanguineas particulas nonnunquam lymphæ immisceri, sicque secundario & accidentaliter aliquid ad productionem hydropis conferre.

§. IV.

Ex antedictis itaque innotescit cuilibet, vel primis artis medicæ imbuto principiis, quid hydrops & qualis sit affectus; esse scilicet eum morbum solutæ unitatis, ob distensionem hancque insequentem ruptionem vasis cujusdam lymphatici, & inde ortam profusionem lymphæ, cujus præternaturalis in cavitate quadam collectio tumorem aquosum producit.

§. V.

Est autem morbus hicce non uniusmodi, variæ enim ejus sunt differentiæ, quæ in genere petuntur vel a qualitate materiæ, vel a diversitate loci. Ratione materiæ hydrops dividitur in humidum & siccum; quanquam siccus improprie & καταχρεςικῶς hydropis nomine veniat, (cum alias contradictionem in adjecto involveret,) nisi tympanitem semper cum ascite conjunctum esse, quis cum *Bewerowicio* & *Waldschmidio* statuere vellet. *Vid. illius Schatz der Ungesundheit l.* 3. *c.* 13. *p. m.* 1076. & *hujus notæ ad Prax. Barbett. p. m.* 465. *init.* Præter quam hydropis ratione materiæ distinctionem, alia resultare videtur, ex varia aquarum diversitate, quæ hydropicorum indicatur urinis, nunc per acidum, nunc per alkali, nunc per utraque salia dissolubilibus, & coagulabilibus, nunc ab utrisque intactis remanentibus, jucundo satis spectaculo etiam colores & consistentias mutantibus, *Vid. Le Mort. Chym. Veræ Nobil. & utilit. p. m.* 123. Verum cum essentialis aquarum differentia hæc non sit, sed ea saltem dependeat a diversitate partim locorum, in quibus accumulantur, partim ab admixtorum heterogeneitate, variaque variorum salium textura, distinctionem istam nullius censemus esse momenti.

§. VI.

Ratione loci, hydrops alius est universalis, alius particularis. Universalis adest, omnibus corporis nostri partibus aqua turgescentibus. Particularis vocatur, una vel altera parte solum affecta. Pro ratione vero partium species ejus sunt quamplurimæ, inter quas frequentissima est illa, quæ partes inferiores, abdomen scilicet, genitalia & pedes obsidet, ac à *Willis. Pharmaceut. ratibn. P.* 2. *S.* 2. *c.* 5. *p. m.* 359. Anasarca

particularis ſeu partium inferiorum appellatur, a plurimis vero practicis pro aſcite graviori habetur, cujus notabilem obſervationem B. L. videat *ap. Decker. exercit. practic. cap. 5. p. m. 283. & ſeq.* Abdomen vero ſolum ſi aqua oppletur, ſive ea inter cutem & muſculos, ſive inter muſculos & peritonæum, ſive intra duplicaturam peritonæi, ſive inter peritonæum & omentum, ſive in ipſa cavitate latitet, ſive in veſiculis quibuſdam, vel meſenterium, vel totam abdominis cavitatem, occupantibus contineatur, oritur hydrops dictus proprie aſcites. *Vid. Tulp. obſerv. l. 2. c. 34. & l. 4. c. 44. Stalpart. van der Wiel Centur. Poſter. obſ. 28. Hochſtetter. obſerv. medic. decad. 10. caſ. 7. & in Scholio ad cit. caſ. Gockel. conſil. & obſ. centur. 2. obſ. 41. Hofer. Herc. med. l. 3. c. 2. p. m. 176. Ruyſch. obſ. Anat. Chirurg. 46. Sennert. Prax. l. 3. P. 6. Sect. 2. c. 3. p. m. 709. aliique.*

§. VII.

Infrequentiores hiſce ſpeciebus ſunt cataclyſmi quidam ſpecialiores ac nobiliores corporis partes inundantes. Vix enim ullum viſcus, experientia teſte, ab his immune. Sic, ut a capite, tanquam partium corporis noſtri ſumma, &, ſi rationis habemus reſpectum, facile primaria, exordium faciamus, laudatus modo *Tulp. l. 1. c. 24. & 25.* ſe in puero quinquenni, poſt mortem intra cranium ejus aquæ libras quinque obſervaſſe, it. in aliis binis dimidiatum caput ultra duas liquoris libras continuiſſe, refert. Fidem fere ſuperare videtur hiſtoria illa, quam de puero trienni in duobus anterioribus cerebri ventriculis, aquam cryſtallo clariorem ad libras colonienſes octodecim habente, vir fide Digniſſimus & in Praxi Exercitatiſſimus, *Fabric. Hildanus in obſ. chirurg. ab Uffenbach. edit. obſerv. 10.* annotavit. Plura hydropis capitis ſeu hydrocephali exempla videri queunt *ap. Tym. à Güldenklee caſ. med. l. 5. caſ. 5. Thom. Bartholin. cent. 1. hiſtor. anat. 28. Stalp. van der Wiel cent. 1. obſ. 14. impr. ejus animadv. ad cit. obſ. Ettmüll. coll. pract. P. 2. c. 6 p m. 416. & 417. Decker. exerc. pract. c. 8. p. 682. Henr. Reg. in prax. med. à Joh. Brœn cum animadv. edit. l. 1. Tit. 13. & Pechlin. l. 1. obſ. 61. Conf. Ephem. German. Nat. Cur. Decur. II. An. IX. obſ. 227. & An. X. obſ. 42. it. Decur. III. An. IV. obſ. 115.*

§. VIII.

Pectoris cavum nonnunquam ab humoris aquoſi præternaturali affluxu adimpleri, teſtantur *Grübel. obſerv. 53. & 54. Decur. III. Ephem. cit. An. I. Andr. Löw ibid. Dec. cit. An. I. & VI. obſ. 154. Th. Bartholin. cent. 2. hiſt. An. 7. & 66. Willis. Pharm. Rat. P. 2. S. 1. c. 13. p. m. 268. Sennert. Prax. l. 2. P. 2. c. 20. Tulp. l. 2. c. 16. aliique*, quorum

cata-

catalogum tradit *Stalp. van der Wiel in animad. ad centur. poster. obs.* 28. *p. m.* 288. Qua occasione nec pulmones immunes manent; teste *Sennerto ib. c.* 9. Sed & ipsum cor, aquarum in pericardio contentarum mole ita sæpe obrui, ut cessare tandem a motu suo & æternas agere ferias cogatur, res est practicorum roborata autopsia. *Vid. Fabr. Hild obs chir.* 43. *ap. Uffenb. p. m.* 1102. *Diemerbr. anat. l.* 2. *c.* 5. *p. m.* 261. & *Stalp. v. d. Wiel. loc. ultimo cit.* Consulantur quoque *dissert. inaug. Joh. Henr. Grætzii sub præsidio Excell. Hoffmanni Hallæ-Sax. An.* 1697. *Mens. Jul. de hydrope pericardii habita.*

§. IX.

In ventriculo uti plurima sparguntur morborum semina, fructus tandem perniciosos progerminantia, ita etiam hydrops non tantum primæ originis suæ fundamenta in eo sæpe habet, verum & nonnunquam ipsum dictum viscus infestat, veluti ex eo aperto libras aquarum nonaginta effluxisse *Mæb. fund. med. physiol. c.* 10. *p. m.* 154. *ex Laz. Riverio* recenset.

§. X.

Sunt hæ hydropis species utrique sexui communes, præter quas & dantur aliæ, quæ vel mari vel fæminæ solum familiares, quæve differentia a partibus generationi inservientibus dependet. Sed quemadmodum mulieres alias plures morborum insultus sustinere cogantur, quam mares, ita & hydropi illas magis obnoxias esse, manifestum est, cum, præter penis & testium hydropem, in maribus vix aliam apud practicos annotatam observare licuit hydropis speciem, sequiori e contra sexu sæpius, quoad dictas partes, aqua tumido incedente.

§. XI.

Sic testes muliebres seu ovaria, uti plurimis recentiorum appellantur, aqua tumescere, variorum confirmant testimonia; ovarium sinistrum aqua subsalsa fœtida limpidissima ad libras duas medicas circiter oppletum, & ab Experientiss. *Hardero* notatum, refert *Schorrkopff in dissert. inaug. de hydrope ovar. muliebr. Basil. An.* 1685. *Mens. Febr. habita*, §. 15. insimul plura hujus hydropis exempla a Famigeratiss. *Wepfero* observata in §. seq. tradens, e quibus inprimis notandus duarum fæminarum hydrops, quarum ovaria copia seri libras 120. superantis repleta fuere. Nec negligenda observatio celeberr. Amstelod. Practici, *Abrah. Cypriani*, quam erudito orbi communicavit *Decker. Exerc. Pract. c.* 8. *p. m.* 689. de hydrope ovarii quinque urnas seri copia implente. *Conf. Ephem. Germ,*

Dec. II. An. IX. obs. 136. *Ruysch. obs. an. chir.* 17. *Muys. obs. chirurg. medic. decad.* 10. *obs.* 7. *&* *Nuck. Adenogr. cur. c.* 8.

§. XII.

Ab ovariis procedentes ductus seu tubæ ab inventore fallopianæ dictæ; quandoque itidem tanta gravantur aquarum mole, ut inde facta distensione, & uterus & vesica urinaria aliæve adjacentes partes obtegantur; uti videre est *ap. Tulp. l.* 4. *obs. c.* 45. *& Decker. loc. alleg. conf. Scholion ad obs.* 95. *Dec. II. An. II. Ephem. cit. p.* 233. *Zod. Med. Gall. An. I. Mens. Jun. obs.* 9. *& An. II. Mens. Februar. obs.* 12. Externas quoque genitalium muliebrium partes, quæ alias ab anatomicorum cœtu pudendorum nomine insigniuntur, in gravidis nonnullis seroso tumuisse latice, sistit *observ.* 256. *in cit. Ephem. Dec. I. An. III.*

§. XIII.

Quid tandem mirum, cum plurimæ partes ab aquarum inundatione suam patiantur cladem, uterum nullo gaudere exemptionis privilegio roborante id multorum practicorum experientia. *Vid. Excell. Phil. Jacob. Hartmanni observ.* 67. *&* 68. *in Ephem. Germ. Dec. II. An. V. Hippocr. l.* 4. *de morb. text.* 34. *p. m.* 160. *Vol.* 2. *Edit. lind. mæb. eund. med. physiol. c.* 20. *p. m.* 575. *Zod. med. Gall. An. III. Mens. Octobr. observ.* 8. *Joh. Michaël. prax. clin. P. I. l.* 5. *c.* 22. *ac inprimis Sennert. l.* 4. *Prax. P. I. S.* 2. *c.* 11. apud quos varia hydropum uteri vel cum, vel sine graviditate, cum & absque molis observatorum prostant exempla, inter quæ notabile quam maxime, quod *Sennert. l. c. ex Vesalii l.* 5. *de human. corp. fabrica c.* 9. narrat, hunc nempe Augustæ vindelicorum in utero fœminæ cujusdam invenisse materiæ serosæ copiam sexaginta mensuras Augustanas, quarum singulæ tres capiunt libras, adimplentem cum coalitione orificii uteri interni.

§. XIV.

Haud dissimilem, nec minus stupendum casum, nobis in Illustri Lugdunensium apud Batavos Athenæo degentibus, observare licuit, quem fusiori ab ipsomet *Deckero*, *Prof. ibid. Prax. & Præceptore quondam nostro colendissimo*, conceptum calamo, nobisque benevole communicatum, Benigno Lectori hic exhibemus.

Gertruda Jacobs, in platea vulgo de Belaunsteeg, duodeviginti annos maritata, semel tantum gravida, verum ante sextum impregnationis mensem abortum passa, Anno 1691. *annum jam agens quadragesimum primum, circa*

circa autumnum pluribus febribus tertianis jam simplicibus jam duplicibus, hac in civitate tum grassantibus, tertiana item duplici intermittente graviori corripitur. Verum quia ipsi res angusta domi, non nisi vulgaria & domestica in usum vocavit remedia, rata, brevi se ab eadem liberatum iri, quod lochia, postea & ipsa menstrua, naturaliter plane typum servarent. Ast præ mariti morbo graviori, imo, ut videbatur, lethali, utplurimum & continuo mœsta, ultimo fere mensis Novembr. die, incidit in quartanam, primo simplicem, deinde duplicem, imo tandem triplicem, sed intermittentem, à qua sponte absque adhibitis remediis circa solstitium æstivum liberata, tumorem instar pugni immediate supra pubem, duriorem verum & indolentem, primo observavit, attamen flocci fecit, emmenia quod recte suo tempore pateretur, imo cæterum sana omnia obiret negotia domestica: verum tamen aliquot intra menses nominatus ille indolens tumor ita increvit, ut medici opem implorare fuerit coacta, qui omnia accurate examinans, varia interna aperientia & incidentia, externaque plurima optima licet nota in casum præscripsit, imo quo plura hydropica, eo magis increvit tumor dictus, omnibus functionibus naturalibus licet bene sese habentibus, & ipsis menstruis tempestive ac satis copiose fluentibus, unde tandem Deo & naturæ rem commisit, donec ante biennium in tantam excreverit molem, ut omnes ac singuli hydrope ascite laborare minime dubitarent. Nonnullis vero medicis, in praxi etsi versatissimis hærebat nonnihil aqua, undenam scilicet præternaturalis ille abdominis tumor, & ex qua causa, & inprimis quo in loco, qua in parte delitesceret tanta humoris quantitas. Quare jam hæc jam illa, ac plurima a medicis præscripta, nec non a circumforaneis avide satis miserrima hæc adsumpsit, sed semper oleum & operam perdidit; hinc nonnulli paracenthesin necessariam fore arbitrabantur, quod omnia rite & secundum naturam procedere observarint, alii vero omnino noxiam, vel saltem nullum levamen allaturam suspicabantur; illi intra cavum abdominis serum latitare, hi vero intra duplicaturam omenti, vel mesenterii, vel inter peritonæum & musculos abdominis, judicantes, quod aquarum fluctuationem nullam ex motu corporis observaverit ægra.

Tot inter sententiarum discrimina, tandem me ante sesqui circiter annum vocarunt, omnibus accurate, (una cum Clariss. Dn. Cosson plurimisque viris medicis) examinatis & rite perpensis, paracenthesin non esse instituendam, & curam magis palliativam hic requiri, certissime concludebam; causam enim mali non latere in cavo abdominis, nec partibus jam nominatis, sed vel in ovario alterutro, vel utrisque, vel tuberculis ejus his illis lymphaticis p. n. oppletis, (quorum tuberculorum in pulmonibus aliisque etiam meminit Hippocrat. l. 1. de intern. affection. Sect. XXV. §. 9. quibus disruptis, mox hydropem pectoris vel alius partis necessario oriri, merito Venerandus Senex autumat,) vel in ipso utero certissime putans, inprimis quod supra pubem, de tumore instar pugni, tandemque in tantam molem accrescente conquesta, illæsis tamen cæteris functionibus animalibus, & (quod inauditum pene,)

singu-

singulis mensibus menstrua passa fuerit, imo nunquam de hypochondriorum, nec præcordiorum tumore & anxietate, nisi ultimis vitæ mensibus, (dubio procul præ ingenti & præternaturali abdominis distensione,) nec de ullo pedum crurumque tumore œdematoso matutino nec vespertino tempore conquerebatur; nec de siti majori, vel præternaturali; ob dictas igitur rationes paracenthesin nullius fore utilitatis. Ægra acquiescens, obnixe precabatur, ut post mortem cadaver aperiretur præsentibus amicis.

Tandem 23 Febr. An. 1697. per sex circiter annos tumore illo afflicta, fatis cessit; postridie nonnulli hujus civitatis medici Clarissimi ac medicinæ Tyrones curiosi, nobiscum defunctæ abdomen, in immensam ac pene incredibilem molem, ad mammas usque distensum, ac præ nimia distensione hinc inde disruptionem minans, (non tamen emaciatum cadaver, nec ullum partium reliquarum tumorem œdematosum comitem) viderunt, crassitie duarum cum semisse ulnarum Hollandicarum. Infra umbilicum igitur in abdominis latere dextro, duobus in locis paracenthesis instituta fuit, per quos cannulos lympha nonnihil cruenta, sed lentescens, tenax, & veluti oleosa, pinguis, sapore subsalso effluxit; in latere opposito, sinistro scilicet, itidem apertione facta, ut eo citius major lymphæ copia efflueret, non nisi minor lymphæ, sed magis limpidæ copia, nullo colore tincta, proprioque in sacculo, sive particulari capsula contenta, (ut postmodum clare constitit) profluxit; tandem coacti fuerunt a superiori parte abdomen aperire, lymphamque spissiorem capsula quadam exhaurire, scilicet abdomine supra umbilicum aperto. Ejus musculi aut fibræ eorum carneæ, præ nimia & præternaturali hac distensione vix observabantur, omnia vero intestina illæsa, bene & naturaliter erant constituta, (nullo excepto) præter renes paulo flaccidiores & hepar peritonæo satis arcte accretum. Sed ne guttulam quidem in abdominis cavo, lymphæ hujus lentescentis, sed in propria membrana vel utre contentam viderunt adstantes. Verum hæc membrana hujus utris majoris & præternaturalis exterior ubique in latere dextro plurimis fibris, imo multo arctius quam in sinistro latere peritonæo adhærens visui sese offerebat; e cujus utris cavitate dictæ lymphæ copia ad septem urnas majores aquarum, excepta illa, quæ in terram copiose profluxerat, deprompsimus.

Tandem totam hanc membranam cum annexa vagina uteri ad medium fere exscissa, vel horrendum illud corpus cum vagina e corpore exscissa, sequenti die in ædibus nostris accuratiori & ulteriori examini, coram pluribus medicis & studiosis curiosis subjecimus, & primo vaginam satis mollem, nulla labe infectam, sed prope illam abscissionem, vaginam versus uterum coalitam & cartilagineam invenimus, ita ut nullus, etsi tenuissimus, admitteretur stylus: verum secundo immediate ante vel prope vaginæ coalitum in sinistro ejus latere, foramen exiguum cingulo rotundo instar musculi densioris vel pylori præditum invenimus, per quod tubuli beneficio inflatione facta, protinus omnia vasa sanguinea, plurima & innumerabilia, valvulis quibusdam donata, & per universi hujus corporis circumferentiam & internam substantiam dispersa, nitidissime

diſſime viſui ſeſe offerebant; inprimis tamen in latere hujus corporis ſiniſtro, ubi peritonæo adeo non adhæſerat, firmiter hinc perſuaſi erant omnes Doctores Celeberrimi; menſtrua per hocce foramen cum omnibus vaſis ſanguineis commercium habens, paſſam fuiſſe miſerrime hanc afflictam.

Tertio interior membrana, in qua latex ille cruentus lymphaticus continebatur, glabra, glutinoſo latice ſubflavo referta, conſpiciebatur. Quarto plurimis hydatidibus & condylomatibus minoribus majoribus variæ & diverſæ figuræ & conſiſtentiæ, ſcirrhoſis ſcilicet & inæqualibus, præprimis in latere ſiniſtro, non vero in dextro, quod illis pene carebat, præditam invenimus interiorem illam membranam; hiſce hydatidibus & condylomatibus diſſectis, lympha cruenta, tenuis ſubſtantia glutinis pellucidi jam magis opaci & ſpiſſioris, ex aliis inſtar mellis, jam lardi tenuioris, effluebat, imo ſcatebant interne omnia illa tubercula vaſculis innumeris mire inter ſe contortis; tandem præſertim corpus majus, valde inæquale, tactu ſcirrhoſum, immediate poſt coalitam vaginam, ſupra pubem, uterum referens, imo eo ipſo loco, ubi ante ſex circiter annos de tumore præternaturali inſtar pugni primo fuerit conqueſta, examini quoque ſubjecimus, quod corpus ab oſſe nonnihil compreſſum, in ſuperiori parte phlegmone vel eryſipelate & ſanguine hinc inde nonnihil extravaſato infectum oculis ſeſe obtulit, mox plurimi corpus eſſe uteri ſuſpicabantur, valde ſcirrhoſum, quo exterius variis in locis diſſecto, ſubſtantiam meliceridis veluti, imo ejuſdem coloris cum cæteris tuberculis nominatis internis invenimus: a latere magis ſiniſtro majus quoque tuberculum, plurimis minoribus diverſæ figuræ ac coloris hydatidibus, & p. n. induratis corporibus cohærens, imo ſcatens vidimus, inciſo eo & aperto, itidem mellis dicta quædam ſubſtantia effluxit, attamen tenacior.

§. XV.

Hæc ſunt B. L. quæ in cadavere hoc fœmineo obſervare potuit laudatus ſupra Dn. Deckerus. Ex quo recenſito caſu ſufficienter liquet, quam arduum, quam difficile ſit, atrociſſimum hunc morbum cognoſcere, nedum curare. Sed antequam nos convertamus ad ſigna, quibus cognoſci debeat, & ad curam, placet prius fontes, e quibus ſcaturiginem ſuam hydrops uterinus hauriat, mentis oculis inſpicere. *Medicum enim morborum vires conſiderare oportet, & cauſas, ex quibus morbi fiunt, exquirere*, inquit *Hippocrat. l.* 1. *de morb. mul. text.* 32. *num.* 11. Sit itaque.

CAPUT II.

Caufas hydropis uterini proximas & fecundarias inveftigans.

§. I.

IN determinanda proxima hydropis hujus caufa, autores mutuis fe defatigarunt litibus & altercationibus. Ita alii omnem hydropis cujufcunque, & per confequens, uterini culpam hepatis functioni læfæ adfcribere conati funt, ob præconceptam falfam de primario fanguificationis organo hypothefin, quæ tamen jamdudum, hepate regali hoc officio & primatu exuto, extra veræ medicinæ limites a recentioribus non folum relegata fuit, fed & a medicorum antiquorum quibufdam jam in dubium vocata, propria ipfis innocentiam hepatis demonftrante autopfia. Conf. *Auguftin. de Laurentio difcept. med. decad.* 1. *difcept.* 9. *p. m.* 183. *ac feq.* & *Joh. Bapt. ab Helmont. tr. ignotus hydrops* §. 11. *p. m.* 485. & 486. ubi plurima innocentiæ hepatis in hydropicis fiftuntur exempla; nec admittendus *Vincent. Alfar. a Cruce qui in tr. de quæfitis per Epift. in arte med. Cent.* 1. *Ep.* 2, citante eum *Höfero Herc. med. l.* 3. *c.* 2. *p. m.* 177. hepar in aliis hydropis fpeciebus infons effe, excepta uterina, ac quavis particulari, ftatuit, refutante ejus fententiam plurimorum practicorum experientia, cum noftra hydropis uterini hiftoria.

§. II.

Clariff. Sennerto loc. ult. alleg. tradere placuit, collectionem aquæ in utero vel a ferofa & aquofa humiditate menfibus permifta, ex mala in hepate & liene fanguificatione genita, vel ab uteri debilitate, ex partu laboriofo, abortu frequenti, frigore externo, aut quacunque alia de caufa, quæ uterum refrigerare, ejufque calorem debilitare poteft, contracta, ortum fuum ducere. Verum enimvero, hæc fententia, quanquam non abfolute a veritatis tramite declinet, nihilominus fua laborat infirmitate, nam, ut fanguificationis negotium ab autore hepati ac lieni male adfcriptum, intactum linquamus, datæ iftæ caufæ, cum ex iis non femper, nec nifi fecundario hydrops uteri generetur, ad remotas & accidentales magis videntur referendæ caufas, uti in fequentibus patebit.

§. III.

Aëtium aliofque longam menfium fuppreffionem, imprægnationemque impeditam, tanquam caufam hydropis uterini primariam & unicam agnofcere,

cere; notant *Rod. à Castro l. 2. de morb. mul. c. 19. p. m. 281. & Sennert. l. c. p. m. 68.* Alii vero coalitioni interni uteri orificii assignarunt primam hydropis sæpe dicti causam. Ast horum placitis, tantum absit, ut adsensum nostrum largiamur, quin potius evincamus, ea tanti non esse momenti; quod enim mensium suppressionem attinet, evidens est, eam nec primam, multo minus unicam esse hydropis dicti causam, siquidem ægra nostra per totum temporis spatium, quo atrocissimo isto vexata est morbo, emmenia rite & legitime fluentia habuerit. Imo compertum est, nonnullas mensium suppressione laborantes, longam satis temporis moram confecisse sine sanitatis dispendio. Quanquam in quibusdam aliquid ad productionem istius morbi, non nisi tamen secundario, contulisse videatur. Idem concludere licet de impraegnatione impedita. Coalitionem vero interni orificii uteri quod concernit, non levis adhuc-dum in animo nostro scrupulus residet, an ea primario nominatum sæpius affectum causetur, suspicamur enim, posse talem hydropem produci, nulla præexistente coalitione dicti orificii, cum scilicet lympha intra tunicas uteri effunditur, & in membranaceis quibusdam continetur receptaculis, hydatidum titulo a modernis insignitis; insuper dictam coalitionem variis in casibus contingere posse, quam nec illico, nec successu temporis, ulla humoris aquosi collectio intra uteri angustias insequitur, haud improbabile est. Esse tamen causam maxime concurrentem, ac inter secundarias in nostra ægra non infimam indubitato asserimus.

§ IV.

Insignis *Lower. tr. de corde c. 2. Bibl. An. P. 2. inserto p. 99.* experimenta quædam in canibus instituens, ligando scil. eorum partim venam cavam supra diaphragma, partim venas jugulares, observansque notabilem seri intra abdominis penetralia collecti quantitatem, ac partes capitis omnes, supra ligaturam jugularium, aqua turgidas, concludit, hydropis & generalis & particularis causam proximam esse impeditum sanguinis in venas circuitum: hæc phœnomena suo inniti veritatis fundamento, quanquam minime dubitemus, interim argumentari velle ex his artificialibus phœnomenis, tale quid in corpore etiam humano contingere hydropem inferens, haud fas esse, arbitramur, pensitantes, tanta si resultaret in vasis sanguifluis obstructio, uti in datis experimentis a constrictione mediante ligatura, illico suffocationis periculum & vitæ discrimen im-minere; quemadmodum id, ut aliorum testimonia silentii velo obtegamus, ipsi Loweriani canes testantur, utpote quos brevi moratum progressu extremum profundere spiritum, oportuit; cum e contra hydrops quicunque lento aggrediatur hominem passu. Quid, si diceremus, in citatorum experimentorum primo, vasa quædam lymphatica dilacerata fuisse, sicque in abdomen suum effudisse laticem, non obitante, quod

dictam vasculorum ruptionem laudatus Acutiss. Autor, forte ob horum nimiam exilitatem haud observaverit, speramus, nos vix aberraturos a veritatis via. Sed quicquid sit, impeditam purpurei laticis pericyclosin, tanquam causam efficientem collectionis aquarum primam, inprimis in hydrope uteri absolute agnoscere nequimus, ex hoc potissimum fundamento, quoniam ordinarius mensium fluxus in ægra nostra notabilem sanguinis obstructionem non indicaverit, cum alias typum suum servare haud potuisset. Esse tamen causas inter remotas facile principalem, lubenter largiri possumus & debemus.

§. V.

Reliquas autorum circa causam proximam & primariam opiniones, silentio transmittere lubet, ne variarum opinionum fluctibus submergeremur, aut Charybdin evitare cupientes, incideremus in Scyllam; nostra saltem quid foveat mens circa originem hydropis uterini, detegere jam placet. Autumamus vero causam proximam & quidem immediatam hujus hydropis, uti aliarum specierum omnium, esse unam eandemque, nempe ruptionem vasis cujusdam lymphatici, quæ dupliciter contingere potest, vel ab obstructione, vel a vulnere extrinsecus inflicto, cum tamen posterior ruptionis causa accidentalis sit & rarissima, de priori saltem solliciti erimus.

§. VI.

Unde igitur obstructio illa dictam vasis lymphaticis ruptionem inferens, proveniat, jam paucis expendamus: notum est ex physiologicis, sanguinem e cordis oceano per arteriarum mæandros, tanquam flumina ad omnes corporis deferri partes, & una cum sanguinis parte rubicunda, serum seu laticem quendam aquosum; cum vero natura corpus nostrum quamplurimis in locis, præcipue vero in extremis partium oris, innumerabili fere ditavit glandularum numero, quarum pleræque si non omnes quosdam recipiunt arteriolarum surculos, probabile, imo ipsi veritati consentaneum esse, suspicamur, istas, glandulas nempe, e dictis arteriolarum surculis, ob continuatam sanguinis pressionem, (quam eleganter & fusius demonstratam B. L. *vid. ap. Barthol. de Moor lib.* I. *cogitat. de instaur. medic. p. m.* 41. *& seq.*) seri quandam recipere portionem, reliqua interim tum ad partium nutritionem amandata, tum in venas iterum se effundente; separata ista seri pars itaque limpidior, & a suis heterogeneitatibus liberior, lymphæ nomine venit, & deinceps per vasorum suorum lymphaticorum alveos reflua, partim ipsis venis, partim vero per ductum chyliferum cordis reaffunditur thalamis. Si itaque hæmatosi ob depravatam chylificationem vitiata, massa sanguinea particulis

qui-

quibuſdam peregrinis, præſertim terreſtribus, viſcidis ac pituitoſis abundet, glandulæ quoque ſecretionis officio non rite fungantur, aliud inſequi haud poteſt, quam ut terreſtres illæ ac viſcidæ particulæ cum ſero ad glandulas delatæ, in hiſce ac vaſis inprimis lymphaticis, ob retardatum propter vaſorum anguſtiam earum motum, obſtructionem cauſentur, ſeroſa interim lympha continuo affluente, qua in mole admodum aucta, dicta vaſcula, cum ſimplici eaque tenuiſſima gaudeant tunica, vel in hydatides degenerant, tandem rumpentes, vel ipſamet ob nimiam diſtenſionem ruptionem patiuntur; unde lympha, qua data via, ruit. Ab eadem obſtructione lympham etiam acriorem reddi, & tenellulam dictorum vaſorum texturam corrodere poſſe, haud longa indiget probatione, cum id ratio nobis dictitet, & quotidiana edoceamur autopſia, aquas ſtagnantes peregrinam induere craſin, quidni & humores corporis noſtri? Eſt itaque cauſa proxima mediata hydropis cujuſcunque & noſtri, obſtructio.

§. VII.

Diximus hydropem uterinum ab obſtructione & inde orta ruptione vâſis cujuſdam lymphatici ſuos trahere natales, ſed dubitaret forte quis de exiſtentia lymphaticorum in utero, cum ea anatomica obſervatione in humano nondum roborata, ſicque & noſtram datam cauſam proximam ambiguam, imo falſam proclamaret. Verum, etiamſi confiteri cogamur, vix ab ullo anatomico, quod ſciamus, obſervatos fuiſſe in ipſo humano utero lymphæ ductus, attamen hoſce plane non dari, haud ſtatim aſſerendum, cum multa adhucdum denſis ignorantiæ tenebris involuta latitent, quæ futuro tempore poſterorum, ſi non Modernorum induſtria, forſan detegere, & in lucem producere poterit. Sic nemo mortalium tam lynceis gaudet oculis, ut ductus, quibus potus in diabete laborantibus, immediate ex ventriculo aut inteſtinis ad renes tranſcolatur, ipſi animadvertere hactenus licuerit, quorum tamen exiſtentia & ratione & effectu confirmatur. Quicquid tamen ſit, non veremur aſſertionem lymphæ ductuum uterinorum in mulieribus, a nonnullis fide Digniſſimis & Peritiſſimis Anatomicis jam in vaccis obſervatorum, noſtro quoque excipere adſenſu. *Conſul. Illuſtr. Malpigh. Diſſert. Epiſtolar. ad celeber. Jac. Sponium data, & oper. ſuor. Tom. I. inſerta, ſub init. ut & ejus vitæ oper. Autor. poſthum. præfixa, p. m. 46. it. Rollfinck lib. de part. gener. dicat. fabrica, P. 2. c. 26. & 50. fin. Nuck. Adenograph. Cur. c. 7. p. m. 74. & 75. Philip. Verheyen Anat. tr. 2. c. 27. Munnicks, de re Anatom. p. m. 78. & Regner. de Graaff de mul. organ. gener. inſerv. c. 8. Bibl. Anat. P. I. p. 444.*

§. VIII.

Hæc eſt itaque noſtra de hydropis cujuſvis & conſequenter uterini cauſa proxima ſententia, utpote probabilior cæteris & magis perſpicua, ac a plerisque recentiorum recepta. *Vid. Diemerbr. An. l.* 1. *c.* 12. *p. m.* 66. *Franc. de le Boë Sylv. Prax. med. append. tr.* 6. *th.* 15. & *ſeq. Barbette Prax. l.* 4. *cap.* 4. & *Decker. in not. ad loc. cit. Le Mort. chym. vera nobil.* & *util. p. m.* 122. *fin. Ettmüll. Coll. Pract. P.* 2. *c.* 6. *p. m.* 406. *Gockel. conſ.* & *obſ. cent.* 1. *conſ.* 88. & *cent.* 2. *conſ.* 41. *Frid. Hoffmann. Jun. Fund. Med. Pathol. c.* 6. *th.* 29. *aliique.* Jam ad cauſas remotas ac ſecundarias digreſſum faciamus, quæ ex triplici peti queunt claſſe, vel enim ex rerum naturalium, vel e nonnaturalium, vel præternaturalium numero.

§. IX.

Inter res naturales potiſſimum temperamentum, & humores ſuum conferre ſymbolum ad producendum hydropem videntur; temperamentum quidem quatenus illud humidum nimis & frigidum, generandis cruditatibus ſeroſitatibuſque in M. S. magis aptum; hinc ratio eſt in promptu, cur mulieres gravius & ſæpius hydropico tentantur morbo, cum teſte *Hippocr. de Nat. Pueri text.* 6. *p.* 138. *Vol. I. Ed. Linden.* Corpus muliebre humidius ſit quam virile; humores inter poſt lympham ſanguis primatum facile obtinet, ſi ſcil. vel ejus vitietur hæmatoſis, vel pericycloſis impediatur, ſeroſitateſque nimium in modum in eo adaugeantur.

§. X.

E rerum ſic dictarum nonnaturalium claſſe, commune illud omnium effluviorum receptaculum, aërem, pro varietate ſuæ craſſitiei aut ſubtilitatis, humiditatis aut ſiccitatis, frigiditatis aut caliditatis, quam maxime humorum noſtrorum motum alterare, res eſt nullis niſi naturam aëris ignorantibus ignota. Præprimis tamen aër frigidus, craſſus, humiduſque productionem hydropis promovere videtur, dum nempe particulis ſuis viſcidis meatus cutaneos obſtruendo, inſenſibilem inhibet tranſpirationem, unde exhalationes illæ heterogeneæ & aquoſæ ſanguinis, intra vaſorum limina coërcentur, totamque inquinant maſſam. Quid cibi ac potus conferant, obſcurum haud eſſe autumamus, autopſia ſæpe confirmante, iſtos, qui nimio ſpiritus vini uſui indulgent, aut mero epuliſque omni ſe tempore obruunt, aut in æſtivis menſibus ac febribus ardentibus nimium ſe ad extinguendam ſitim ingurgitant potulentis, utplurimum tandem luxuriei ſuæ ac erroris commiſſi recipere pœnam, hydropem.

Sed

Sed nec in fomno ac vigiliis, motu ac quiete mediocritatis limites tranfgredi licet, nimio enim fomno ac quiete fpirituum animalium & fanguinis motus torpidior, chylificatio debilior, excrementorum fecretio & egeftio tardior, infenfibilis item perfpiratio difficilior redditur, vigiliis vero diuturnis atque motu nimio fpiritus animales penitus diffipantur, fubtiliores fanguinis particulæ extra corpus eliminantur, quin & ipfa chylofis non leviter depravatur, ac cruditatibus tandem M. S. adimpletur. Quibus omnibus ita fe habentibus, ecquis non colligeret, hydropem tandem exoriri poffe? Ad cujus productionem, concurrere quoque excreta & retenta, evidens eft, utpote quæ potiffimum a prioribus dependent. Hinc nimium fanguinis fputum, cruentam alvi dejectionem, crebriores hæmorrhagias, venæ-fectiones largiffime inftitutas, emmenia lochiaque fuppreffa, hydropem cum aliarum partium, tum uteri induxiffe, practicorum obfervata edocent. *Vid. Hippocr. l. 2. Prædict. text.* 11. *p.* 496. *Vol. I. poter. obfer. l.* 3. *c.* 38. *Ephem. Germ. Dec. II. An.* 1. *obf.* 114. *An.* 2. *obferv.* 169. & *An.* 7. *obf.* 188. *aliique.* Excretorum numero placet quoque inferere abortum, quem in noftra ægra caufam hydropis uterini remotam fuiffe, ex ipfo cafu conftat. Sed & ipfa quædam animi pathemata inter caufas dicti affectus remotas referri poffe, quatenus fcil. fpirituum animalium influxum refrænantur, ac chylofin ipfamque hæmatofin aliquatenus impedire queunt, luculentum ægra noftra, ob mariti morbum fummo ac continuo mœrore proftrata, exemplum præbet.

§. XI.

Tertiam caufarum remotarum claffem conftituunt res præternaturales, inter quas principaliffima eft in hydrope uteri hujus orificii interni coalitio, cum tunc temporis aquæ in cavitatem uteri effufæ omnis præcluditur exitus feu effluxus, ficque majorem ab allabenti humore dictum vifcus diftenfionem intumefcentiamque pati cogatur, uti ex recenfito fupra noftro cafu patefcit. Quibufdam animadvertentibus in nonnullis hydropicorum cadaveribus fcirrhofos quofdam tumores partium nobiliorum, hofce etiam remotarum numero accenfere placuit; bene an male, aliis judicandum relinquimus, fufficit, dubium adhucdum effe, an dicti fcirrhi hydropem antecedant, an vero concomitentur. (In noftra hydropica potiffimam uteri fubftantiam fcirrhofam fuiffe, ex cafu manifeftum eft.) Frequenter tamen e rerum præternaturalium claffe, morbi quidam chronici, uti febres quotidianæ, tertianæ, quartanæ, autumnales, aliæve poft fe relinquere hydropem folent; notantibus *Hippocr. de aër. aqu.* & *loc. text.* 26. *p.* 343. *Vol. I. Cornel. Celf. l.* 3. *de medic. c.* 21. *Henr. Reg. Prax. med. l.* 3. *caf.* 18. *Decker. Exercit. Pract. c.* 5. *p.* 285. *Bellin. tr. de urin. pulf. fangu. miff. febrib. &c. p. m.* 386. *Winckler. Dec.* 1.

Ephem.

Ephem. Germ. An. VI. & VII. obs. 52. & *Joh. de Muralto ib. Dec. II. An. VIII. obs.* 4. Confirmante insimul ægra nostra, utpote quæ graves & diutinos dictarum febrium perpessa insultus, in graviorem tandem uteri cataclysmum terminantes. Quibus etiam adjungimus fluorem album, quem hydropem uteri lethalem progenerasse, jam superius citata *obs.* 8. *Zod. Med. Gall. An. III. mens. Octob.* sistit. Et cum nec infrequentes post icterum hydropes, uti legi potest *ap. Anton. de Heyde in Centur. observ. med. Anatom. Mytuli annexa obs.* 9. *Thoner. l.* 3. *observ. p. m.* 154. *Christ. Franc. Paullini observ.* 97. *quæ habetur in append. ad Dec. II. An. V. Eph. cit.* item post renum vitia obstructionesve, tradentibus *Platero Prax. Tom. III. l.* 1. *c.* 3. *p. m.* 238. & 239. *ac Mœb. Fund. Med. Physiol. c.* 17. *circa fin.* ac post luem veneream, perhibente *Tym. à Guldenkl. l.* 3. *Epist.* 15. haud absonum esse putamus, si, dictos affectus etiam nostri hydropis causas remotas esse posse, afferamus. Ast, ne nimium immoraremur in scrutinio causarum, quas sufficienter nos investigasse speramus, lubet jam progredi ad

---

CAPUT III.

Signa diagnostica hydropis uterini & prognosin sistens.

§. I.

Optime *Georg. Baglivi l.* 2. *de Praxi medica ad priscam observandi rationem revocanda cap.* 8. §. 1. *Prima basis curandorum morborum est recta eorundem cognitio, atque debitum unius ab alio discrimen; latent enim velut in alta nocte prima morborum stamina, nec arte magistra in curationem eorundem perveniemus, nisi facem præferat solida diagnosis.* Haud aliud jam retroactis seculis indicasse videtur *Hippocrates*, cum *tr. de medico text.* 12. *Istum solum chirurgiam*, (dicamus & medicinam) *rite aggredi, qui signorum expertus est*; scripsit. Hinc nostrarum quoque censemus esse partium, si vestigia optimorum medicorum premere velimus, perscrutationi signorum, quibus nominatus sæpe affectus dignosci solet, omnem pro viribus impendere operam.

§. II.

Sed cognitionem signorum hujus morbi non parum torquere practicorum ingenia, vel ex nostra innotescit ægra, siquidem medici curam ejus gerentes, obscuritate signorum in diversas distracti fuere sententias; nec mirum: cum pathognomonica & propria præsentiam dicti affectus infallibi-

libiliter indicantia vix ac ne vix dentur, fed omnia videantur & aliis quoque morborum generibus communia. Comprehenduntur vero a Venerando *Cool.* 1. *de morb. mul. text.* 85. *p.* 467. *Vol. II.* fequentibus verbis : *Si hydrops in uteris nafcatur, menfes pauciores & pravi fiunt, & ante tempus deficiunt, & imus venter intumefcit, & mammæ folidæ molles fiunt, & lac nullum, & ex his cognofces, quod aqua intercus fit*; & paulo poft *idem text.* 86. *Si hydrops in uteris fiat, menfes pauciores fiunt & deteriores, & per longius tempus & pauciores, quam oportet.* Præter quæ figna, cum ex iis nondum fufficienter elucefcat, an aqua in ipfa uteri cavitate, an vero intra ejus tunicas in veficas membranaceas feu hydatides diftenfas fluctuetur, haud incongruum erit, inveftigare per manus peritæ cujufdam obftetricis, num internum uteri orificium coalitum aut arcte nimis conftrictum fit, nec ne; coalitio enim fi adfit, de exiftentia humoris in ipfa cavitate minime eft dubitandum, refidere vero intra membranas, dicto interno orificio contrario fe habente modo, indicatur.

§. III.

Ad meliorem tamen morbi cognitionem, lubet fimul in contemplatione fignorum, affectum noftrum ab aliis diftinguentium, mentem habere defixam. Difcernitur vero hydrops uteri (1) ab afcite (α) quod in hoc major quam in illo ventrem tumor occupet; (in ægra noftra differentia hæc locum non habebat, quin nimius & ad mammas ufque protenfus tumor abdominis tandem minitabatur ruptionem;) (β) In hydrope uterino tumor à parte inferiori ordiatur & verfus fuperiora tendat; contrario vero afcites incedat greffu; (γ) Symptomata illius minus acerba fint, nec tam cito ægræ ac ab afcite tabefcant; (non obftante integro fere fexennio, quo afflicta fuit ægra noftra hydropico uteri tumore, emaciata tamen parum erat;) (δ) In illo fitis moleftia minus torqueantur ægræ, quam in afcite; diftinguitur (2) ab inflatione, cum tenfior magis in hac abdominis ambitus fit, & fi percutiatur, fonum quafi edat, in illo vero flaccidior & mollior venter, & fluctuationem quandam aquarum fentiat mulier, in unum vel alterum inclinans latus; (nullam aquarum fluctuationem ex corporis motu obfervavit ægra noftra.) Difcrepat (3) ab imprægnatione; (α) quod gravidæ utplurimum profpera fruantur valetudine, in hydropicis contra fymptomata in dies magis ac magis exacerbentur. (β) In illis mammæ tandem lacte turgefcant ac folidiores fiant, in his verum lacteo humore deftituantur ac flaccefcant. (γ) Tumor ventris in illis durior, in his mollior, & (δ) in illis acuminatus magis pro ratione fitus embryonis, in his vero æqualiter juxta uteri & ventris amplitudinem extenfus fit. (4) Differt & a tumoribus cancrofis & fcirrhofis, ut & ab inflammatione uteri, utpote, qui atroces inducunt dolores, & fæpe fi non femper febrilium ftipati funt fymp-

tomatum fatellitio, cum e contra dictum hydropem dolor non nisi levior, ac febrilia symptomata raro concomitentur. *Vid. Sennert. Prax. l. 4. P. I. Sect. 2. c. 11. p. 69. & 70. Rod. à Castro de morb. mul. l. 2. c. 19. p. m. 282. Zod. Med. Gall. An. V. Mens. Mart. c. 7. p. m. 65.*

§. IV.

Hisce signis omnibus rite collectis & examinatis, dignosci tandem hydropem dictum posse, putamus. Jam, antequam pro ratione ordinis, judicium quoddam de hujus morbi natura & eventu feramus, duo prius nobis occurrunt ventilanda; primo retulit *Hippocrates loc. supra cit.* inter signa sæpius citati morbi, paucitatem, pravitatem ac defectum fluxus menstrui; cujus opinioni inter alios subscribit quoque *Rod. à Castro loc. alleg.* secundo *Sinibald. Geneanthrop. l. 4. tr. 1. c. 9. p. m. 431.* ac *Schorrkopff in disp. supra cit.* §. 22. fluxum nominatum nunquam in hydrope uterino observari, asserere haud verentur. In quantum igitur laudatorum autorum opiniones à veritatis tramite deflectant, ostendere haud supervacaneum erit.

§. V.

Equidem inficias ire nequimus, sanguinem menstruum nonnunquam accelerante ac perseverante post in statione sua nominato morbo, in fluxu depravari, retardari, quin sisti, interim adstipulari doctissimorum istorum virorum sententiis minime gentium valemus, cum, quam minus universale axioma Hippocrateum sit, ac quam labili nitatur *Sinibaldi* ac *Schorrkopffii* de nunquam fluentibus in hydrope dicto mensibus hypothesis fundamento, luculenter demonstret tum *observatio 68. in Ephem. Germ. Dec. II. An. V.* tum nostra supra recensita. Et quid obstaret, quo minus sanguinei laticis effluxus tum temporis menstruam suam observaret periodum? Coalitio seu constrictio orificii uteri interni? Neutiquam: nisi cum nonnullis vel autoritatis fulgore occœcatis, vel errorum laqueis irretitis, menstrualem sanguinis rivum ex solo uteri fonte suam ducere scaturiginem, statuere velimus; sed non ex hoc fonte, multo minus ex eo solum muliebria purpureo irrigari rore, patet (1) in gravidis, in quibus, si verum sit, internam uteri januam, peracta conceptione, ita arcte occludi, ut nec tenui aditus pateat stylo unde promanaret observatus nonnunquam primorum mensium tempore dictus fluor, nonne e vagina? (2) *Famigeratiss. Bohn. Circ. Anatom. Physiol. Progymn. 16. p. m. 244.* vaginam solam, utero salvo & immuni, fluore sanguineo conspurcatam, bis se observasse in cadaveribus puellarum violenta morte raptarum testatur, quale quid & insignis *Carol. Piso in suis observ. & consil.* notavit, citante eum laudato *Bohn. l. all.* Si igitur tale quid con-

contigit in corporibus nulla interna labe, nullo morbo afflictis, quidni natura in ægra noſtra ſimile quid moliri potuerit, cum quovis modo laboranti microcoſmo auxiliatrices ferre manus intendat. Imo menſtrualem ſanguinis rivum naturaliter interiores uteri lares non ſubire, ſed viam eligere per fines vaſorum, in collo uteri deſinentium, haud improbabile eſſe, autumamus. *Vid. Bohn. l. c. & Lambzweerde hiſtor. nat. molar. uteri c. 18. p. m. 153. fin.*

§. VI.

Jam ad prognoſin: de morbo noſtro hydropico medicum boni quid ægris polliceri poſſe, dubio mentis judicio fluctuamur; nam uti vix ulla hydropis ſpecies curationem facilem admittat, ita noſtram ſane morbos inter curatu difficillimos referimus; ſive ſit cum coalitione uteri conjuncta ſive non; quanquam poſterioris præ illa faciliorem paululum eſſe medelam confiteamur. Si graviditati aſſociata, utplurimum ſolet eſſe lethalis, & hydropem talem haud raro inſequitur hydrops totius corporis; docente *à Caſtro l. c.* Quod *Hippocrat. Coac. prænot. text.* 3. *p.* 567. *Vol. I.* de hydrope in genere ſcribit; eum ſcilicet, qui ad curationem remiſit, recurrentem, deſperatum eſſe, & de noſtra hydropis ſpecie optimo jure dici poteſt.

CAPUT IV.

Curam uterini hydropis exhibens.

§. I.

TRia ſunt, quæ ægros à graviſſimorum morborum inſultibus vindicare videntur, natura ſcilicet, fortuna, atque medicus. Natura quidem critica materiam morbificam extra ægri corpus expellendo evacuatione; fortuna vero, adjuvando nonnunquam audaces; medicus tandem prudenti conſilio & expertis pharmacis ſuccurrendo. Ab hiſce tribus an mulier hydrope uteri afflicta, & ſibimet ipſi ſalutare quid polliceri queat, jam examinandum.

§. II.

Quod naturam attinet, haud deficiunt exempla hydropicorum critica naturæ cura ſanatorum. Sic quendam toties ab hydropico liberatum tumore, quoties aquarum moles per cutis poros ſeſe effunderet, notavit

Th. Bartholin. Cent. 3. *histor. anat.* 23. Fæminam quampiam Libitinæ e faucibus ereptam, natura colluviem aquarum per hypochondria extra corpus eliminante, testatur *Joh. Petr. Albrecht Dec. II. Eph. Germ. An.* 1. *obs.* 79. De hydrope critica narium hæmorrhagia soluto, *vid. ib. An. III. obs.* 170. & *ap. Fabr. Hildan. obs. chir. ab Uffenb. edit.* 50. *Idem Hild. ib. obs.* 48. & *Gerbez. in Dec. cit. Eph. cit. An. VIII. obs.* 70. Naturam per abscessum in scroto factum omnem humoris quantitatem evacuasse tradunt. Ita quoque pedes serosam stillantes lympham saluti cuidam fuisse, narrat *Conr. Rayger. E. G. Dec. III. An. III. obs.* 136. Spontaneam umbilici apertionem nonnullis hydropicorum levamen haud spernendum quin pristinam attulisse sanitatem, referens laudatus modo *Fabr. Hild. ib. observ.* 47. *Joh. B. Lambzweerde in append. ad scult. armam. chir. p. m.* 128. *ac Hochstetter. obs. med. Dec.* 2. *cas.* 10. & *in scholio ad cit. cas.* uti autem sedula ægrorum medicatrix fuit natura, in aliis hydropis speciebus, ita quoque in hydrope uterino. Qualem naturæ curam experta illa mulier, cujus mentionem facit *Joh. de muralto observ.* 114. *Eph. Germ. Dec. II. An. I.* quæ ex mensium retentione hydrope uteri laborans, ab hoc morbo vindicata fuit, materia per abscessum in umbilico factum evacuata. Alia fluxu aquarum ex utero per sex durante hebdomades, salutem suam recuperabat; perhibente *eod. Joh. de muralto ib. An. VII. obs.* 13. Ex quibus recensitis aliisque pluribus apud autores passim obviis exemplis sufficienter liquet, quid natura sæpe in curatione hydropis conferat.

§. III.

Sed fortunam quoque hydropicis ob exacerbatas nimis morbi vires ac cruciatus enormes jam omnem salutarem medici admonitionem, legitimorumque remediorum assumptionem negligentibus, respuentibus, insperatum ac salubre nonnunquam tulisse auxilium, haud latet; & mediis quidem, quibus alias morbi vehementia cum summo vitæ discrimine in dies magis ac magis augeri solet, largissima v. g. aquarum, cerevisiæ, aliorumque potulentorum ingurgitatione; *vid. Aug. de Laurent. decad.* 1. *discept. med.* 9. *p. m.* 136. *Panorol. Pent.* 2. *obs.* 24. *Boyle Phil. exper. utilit. Part.* 2. *exercit.* 5. *c.* 18. *p. m.* 330. *init. Pechlin. obs. lib.* 1. *obs.* 63. Quibus merito adjungendus rarissimus iste casus, quem ex *Benivenio* narrat *Lambzweerde l. c.* De fæmina hydropica, quæ desperantibus de salute ejus medicis, eamque deserentibus, desiderio impulsa sanitatis recuperandæ, ab alto se devolutavit loco, in qua volutatione lapis quidam obvius matricem tangendo aperuit, infausto quidem omine, fausto attamen successu; omnis quippe inde effluxit aquæ moles. Haud absimilem fortunæ curam experiri licuit virgini cuidam hydrope uteri gravidæ, per quindecim annorum decursum, quæ tandem tumidum ventrem deposuit,

fuit, ex improviſo in terram caſu ſaxo majori iſtum illidens, & inde felici partu copioſam aquarum molem enitens. *Vid. obſ.* 57. *Dec. III. Eph. Germ. An. V. & VI.* Sic fortuna audaces nonnunquam concomitatur, & hydropicarum medicatrix fit.

§. IV.

Cum tamen fortunæ caſus rariſſime contingant, criticæ inſuper aquarum evacuationes non ſemper inſequantur, nec eouſque, donec natura criſin inſtituat, exſpectare, boni medici ſit, idcirco primaria ſalutis hydropicorum anchora poſita erit in debito remediorum præſcriptorum uſu, quæ in genere ſunt obſtructiones vaſorum removentia, materiam extravaſatam evacuantia, parteſque læſas corroborantia, imo eadem, quæ in hydrope aſcite a Practicis laudantur, cum hydrops uterinus quoad curam ab aſcite parum vel nihil differat, docente *Ettmüll. coll. pract. ſpec. de morb. mul. c.* 5. *p. m.* 582. Depromuntur autem iſta ex triplici fonte, pharmaceutico ſcilicet, chirurgico & diætetico.

§. V.

Incumbit vero medico, antequam curam hujus hydropis aggrediatur, rite penſitare, an cum graviditate conjunctus ſit, quo in caſu parum vel nihil tentandum arbitramur, ne materiam morbificam eliminando ipſum fœtum ante maturitatis tempus expellamus, ſed omnis movendus lapis, quo hicce magis ac magis conſervetur: certior itaque de fetus abſentia factus medicus, ea præmittat, quæ deſtructum ventriculi tonum, (cum omnis hydrops ex communi iſta plurimorum malorum lerna primam ſuam ducat ſcaturiginem,) reſtaurant, & materiam viſcidam ac pituitoſam incidendo & attenuando ſanguinis craſin corrigunt, obſtructionemque in vaſis reſerunt. Nunquam enim hydropici perfecte curari queunt, niſi obſtructionis habeatur ratio, docente *Celeberr. Waldſchmid. coll. pract. ad caſ. med. Tym. à Güldenklee p. m.* 863. Sunt vero ea omnia amara, aromatica, & ſale volatili copioſo conſtantia, v. gr. rad. imper. gentian. helen. calam. arom. cyper. zedoar. vincetox. cariopyll. arom. zinzib. cort. cinam. cubeb. it. Marrubium, juniperina, omnia ex abſynthio parata, it. ex ſambuco, nec non fol & baccæ lauri, roſmar. elixir. propr. elix. ⊕li mynſ. ⊖ vol. ol. ſylv. ⊖ vol. C. C. croc. ♂tis aperit. ſpir. ⊕ dulc. cremor ac cryſtalli tartari & ſimilia.

§. VI.

Evacuationi materiæ extravaſatæ e fonte pharmaceutico varia recluduntur remediorum genera, vel per emeſin, vel per catharſin, vel per diapho-

diaphoresin, vel per diuresin, vel per ptyalismum eandem promoventia. *Vid. Franc. de le Boë sylv. prax. med. app. tr. 6. th.* 161. Emetica seu vomitoria quod concernit, ea bis in septimana propinata, utilissima esse pharmaca in hydrope uterino, docet *Rod. à Castro l. c. p.* 283. quin a pluribus in dicto affectu commendari tradit *Ettmüll. Coll. Pract. spec. de morb. mul. c.* 5. *p. m.* 582. nihilominus veremur neutiquam, ea extra remediorum hydropicorum classem relegare, ob rationes à *Barbette in sua Praxi l.* 4. *c.* 4. *p. m.* 163. & *Waldschmid. in not. ad loc. cit. p.* 466. suppeditatas, quæ ibi legi queunt.

§. VII.

De meliori commendata nobis habentur nota medicamenta per catharsin evacuantia, de quibus tamen insimul valet illud, quod *cit. Waldschm. in monit. med. de hydrope in genere p.* 296. scripsit: *aut fortiter purgandum, aut non purgandum.* Laxantium enim & mitiorum catharcticorum usu parum vel nihil lymphæ extravasatæ educi; Praxis docet. Hanc tamen in catharcticorum usu cautelam adhibere fas erit; si ea largiori propinata dosi alvum neutiquam moveant, iis minime gentium insistendum esse, cum majores saltem tumultus excitent, tumoremque serosum promoveant. Celebrantur vero ex illorum classe in hydropicis affectibus præprimis rad. & resin. jalap. rad. bryon. rhabarb. soldanel. mechoac. turpeth. cort. esulæ mercur. dulc. tartarus vitriol. summis item efferuntur encomiis baccæ, & ex his paratus syrup. de rhamno cathartico seu spina cervina, elaterium ejusque extractum, gummi gutta sive gummi de peru; aliaque cum sanguinis crasin corrigentibus, ac diureticis nonnunquam miscenda; quo autem dicta cathartica optatum nanciscantur successum; haud inutile erit, clysteribus acrioribus in anum injectis crassiorem educere saburram.

§. VIII.

Verum enimvero raro medicus ea est felicitate, ut solis catharcticis scopum suum obtineat, cum sequior sexus ista, præcipue fortiora si sint, utplurimum male ferat, imo gravi sæpe percutiatur horrore, mentione saltem illorum a medico facta, ea propter vel ad sudorifera, vel ad diuretica, vel ad ptyalismum provocantia, procedendum quoque ipsi erit. Diaphoretica quidem & salivantia usum suum habere haud spernendum in anasarca & ascite inter cutem & musculos delitescente, absit, ut negemus, cum quosdam largiori, sudore provocato curatos, aliorum testimoniis probet *Ettmüll. Coll. Pract. P.* 2. *c.* 6. *p.* 414. ac simile quid *Thom. Barthol. Cent. V. histor. An.* 46. notet, de hydropica item salivatione ab assumpto cathartico ex Mercurio dulci aliisque constante orta

sanata

ſanata legi queat *obſ. 36. Dec. II. Eph. Germ. An. IV.* Nihilominus an ab iis remediorum generibus multum levaminis atque auxilii ad fœminas quoque hydrope uteri prægnantes, malo inprimis in dies ingraveſcente, reſultare queat, dubitamus, interim tamen quandoque diaphoretica aliis remediorum generibus immiſcere licet, quo illorum ope poruli corporis aperti ſervarentur, inſenſibiliſque promoveretur perſpiratio, cui ſcopo præter nonnulla jam in §. 5. huj. cap. laudata inſerviunt ligna atque cortices guajaci, ſaſſafras, rad. ſarſaparil. Angelic. Carduus Benedict. cornua cervi, alcis, unicornu tam verum, (ſi tale in hac rerum universitate exiſtat,) quam foſſile ac marinum, flor. ♃ris, antimon. diaph. bezoard. minerale, aliave.

§. IX.

Feliciori ſperamus & medicos & ægras aureum famæ ac ſanitatis vellus reportaturos omine, ſi diureticorum præſcriptioni ac uſui ſedulo indulgeant, utpote quæ ſecundum effatum *Clariſſ. Ettmülleri* optima & vera ſunt hydragoga & legibus naturæ convenientiſſima, cum in ſtatu ſano plerumque per vias urinarias ſuperfluum ſerum evacuari ſolet. Aſſociantur vero horum claſſi quamplurima, e triplici regno, e quibus præſtantiora ea, quæ multo ſale volatili donata, ac dum ſeri evacuationem promovent, ipſam inſimul materiam viſcidam obſtructionem in vaſis progenerantem incidunt ac reſolvunt, parteſque læſas quadantenus corroborant, uti ſunt; urtica, allium, baccæ lauri, leviſticum, herba theæ, grana coffe, juniperina, therebinthinata, ſal commun. ✱cum, ſpir. urinæ vol. imo ipſa urina humana, lumbrici item terreſtres, ova formicarum, ſal commun. vol. ſuccini, tinctura tartari, aliave plura in voluminibus paſſim practicorum obvia; notandum, quod bufones exſiccati ac pulveriſati a quibusdam magnæ virtutis in hydropicis affectibus prædicentur, *Vid. Ettmüll. Coll. Pr. p. m.* 300. *&* 413. *Waldſchm. monit. med. de hydrope pag.* 298. *init. Bewerov. im Schatz der Ungeſundheit, l.* 3. *c.* 13. *p. m.* 1075. aliique quos citat *Chr. Franc. Paullini Cynogr. cur. ſect.* 4. *c.* 5. §. 3. Sed merito à laudato *Paullino l. c.* bufonum pulvis ſuſpectus habetur, imo ipſe *Waldſchm. in not. ad Prax. Barbett. p.* 468. periculoſum eſſe remedium ex bufonibus paratum, ac non niſi in deſperato exhibendum caſu, ſincere profitetur.

§. X.

Eo ipſo autem, cum extravaſatam lympham extra corporis confinia quovis modo relegare ſtudemus, opera inſimul danda, ne læſæ partes ultro graviter offendantur, eapropter ventriculi, aliorumve & chyloſis & hæmatoſis actui dicatorum organorum idioſyncraſia vitiata corrigenda,

illi-

illibata vero confervanda, & mediis quidem, jam fupra in §. 5. hujus cap. fuppeditatis, quibus etiam ob nimias evacuationes profufi fpiritus animales reftaurari debent; ad medelam & confolidationem lymphæ ductuum five laxatorum five ruptorum, novimus quidem multa a nonnullis commendari pharmaca adftringentia & confolidantia, verum fufpicamur fore ea fuperflua, cum iftos, lymphæ ductus nempe, remota faltem prius obftructione, fua fponte, vi alimenti fui, curari, afferere haud vereamur, facem nobis in hac fententia præferente *Doctiff. Marggrav. Prodr. Medic. Pract. Sect.* 3. *Tab.* 13. *p. m.* 133. Maxima tamen omnium fere indigere videtur uterus corroboratione, utpote cujus temperies in dicto noftro affectu quam maximam paffa metamorphofin, ac humidior frigidiorque longe facta, quæ idcirco variis exficcantibus calefacientibufque emendanda mediis, quorum claffem conftituunt præter quædam, jam in §. prioribus indicata, artemifia quoque, fabina, ariftolochia, majorana, chamomilla vulg. ac Rom. pulegium, meliffa, matricaria, flores anthos, & cheyri, origanum, myrrha, fuccinum, opopanax, galbanum, caftoreum, aliaque, imo pleraque, quæ capitis affectibus opitulantur, e quibus fecundum medici prudentiam, tum interna, in quacunque placuerit forma, tum externa præcipue, uti balnea, peffarii, clyfteres item uterini, fuffitus ac inunctiones, præfcribi queunt. Quorum aliorumve remediorum antihydropicorum formulas varias hic jam addere, fupervacaneum effe putamus, cum felicius apud lectum ægrotantium, perfpecta tunc probe harum conftitutione, ætate atque temperamento, concipiantur; interim curiofum lectorem fpeciales quafdam in hydrope uteri pharmacorum præfcriptiones defiderantem, ablegamus ad Celeberr. *Joh. Michaël. Prax. Clinic. P. I. l.* 4. *c.* 27. & *lib.* 5. *c.* 22. *Rod. à Caftro loc. fupra cit. Sennert. Prax. l.* 4. *P. I. S. II. cap.* 11. *p.* 71. & *feq. Blegny Zod. Med. Gall. An. II. menf. Febr. obf.* 8. *Höfer. medicat. familiar. p. m.* 238. aliofque Practicos, apud quos cupidinem ac defiderium fuum formularum lectione fufficienter explere poterit.

§. XI.

Ad remediorum e fonte pharmaceutico petendorum claffem pertinent quoque aquæ minerales, impr. ♃reæ & ☽fæ, utpote quarum ufu hydropicos quofdam fanatos producit *Salom. Reifel. obf.* 218. *Eph. Germ. Dec.* I. *An.* 2. & comitiffam quandam ab uteri cataclyfmo liberatam fiftit *Gründel. Dec. III. An. V.* & *VI. obf.* 162. Adjunguntur pariter antihydropicorum numero ea, quæ exterius appenduntur, & amuletorum nomine veniunt, quibus nonnulli etiam hydropis vires retundere conantur; hifce quanquam omnem derogare virtutem in magnis morbis curandis nos vetat experientia quorundam, cum amuleta non raro feda-

sedare cordis palpitationes, hæmorrhoidum dolores, profluvia sanguinis, æstus febriles, insultus epilepticos, uteri strangulatus, aliosve morbos, notet *Illustr. Helmont. tr. natura contrarior. nescia* §. 45. *p. m.* 168. & *tr. Buttler. p.* 557. *Conf. Eph. Germ. Dec.* 1. *An.* 4. & 5. *obs.* 42. & *Append. ad dictæ Decur. An.* 6. & 7. *p.* 119. & 114. Quin dictis appensis centenos aliquot à variis morborum generibus vindicatos se vidisse glorietur laudatus modo *Helmont. tr. ignot. hospes morbus* §. 94. *p.* 482. ac ipsum Generosiss. *Rob. Boyle* horum nonnullorum magnam esse adversus magnos quosdam affectus virtutem, experientia & propria & aliena comprobet *in tr. de spec. remed. c. Phil. corp. concord. Pr.* 6. *p. m.* 32. & *seq.* Interim quoniam plerumque cura mediantibus amuletis per superstitiosam absolvatur imaginationem, demonstrante id inter alios variis in locis *Wolffio in scrutin. amul. med.* imo an ea hydropicis, aqua eorum intra cavitates residente, aliquid levaminis per se adferant, sufficienti nondum confirmatum experientia sit, hæcce remedia silentio prætermittere lubet; lustranda tamen à B. L. *apud Wolff. in tr. all. c.* 2. *sect.* 1. *p. m.* 213. & *seq.* qui legendus.

§. XII.

Longiori serie producere reliqua e fonte pharmaceutico desumenda pharmaca jam non lubet, ne brevitatis limites nostra transcenderet dissertatio, quamobrem quos fons chirurgicus hydropicis remediorum thesauros recludere potest, indicandi quoque erunt. Opitulantur vero omnia remedia chirurgica potissimum imminutioni atque evacuationi materiæ extravasatæ, suntque venæ-sectio, scarificatio, vesicatoria, fonticuli ac paracenthesis. Venæ-sectionem in pedibus instituendam, hydrope uteri suam deducente genesin ex mensibus suppressis, in principio tamen morbi, viribusque ægræ adhuc integris, largiuntur *Rod. à Castro* & *Sennert. l. c.* quorum opinioni nosmet ipsi lubenter subscribimus, præsentibus dictis circumstantiis, alias vero sanguinis missionem ceu pestem merito proscribentes, cum cuilibet haud latere queat, quam irresarcibile emergeret damnum, purpureo latice vitali calore ac spiritibus, per intempestivam phlebotomiam orbato. Scarificationem atque vesicatoria locum quidem habere in cura hydropis universalis & ascitis gravioris, (quanquam nec in iis gravi destituantur periculo, siquidem vesicatoria tibiis cujusdam hydropici applicata, gangrænam ac tandem mortem intulisse, legi potest *ap. Hildan. obs. chir. ab. Uffenb. ed.* 49.) haud ignotum esse arbitramur, tantum autem absit, ut inde ulla salutis spes ad ægras, aqua in certis quibusdam cavitatibus, in specie in utero fluctuante resultare posset, quin potius ægræ eo citius cogerentur Charontis premere cymbam. Fonticulorum usum, ob eandem quam adduxit

Senner. l. c. rationem exulare jubemus à remediorum antihydropicorum classe, viæ enim, per quas lymphaticus latex ex interiori uteri caverna ad ipsa patentia fonticulorum ostia derivari deberet, vel cimmeriis obscuriores adhucdum sunt tenebris.

§. XIII.

Ultima salutis hydropicorum anchora e chirurgia posita est in paracenthesi, quæ operatio sane difficilis, ac de qua, ratione loci, in quo instituenda, non leve fovetur inter autores diffidium. *Vid. Lambzw. App. ad scult. arm. chir. p. m.* 129. *& seq.* nec minus periculosa, cum raro salutaris inde ad ægrotantes refluat morbis finis. *Conf. Tulp. l.* 2. *obs. c.* 38. *Panar. Pent.* 2. *obs.* 17. *Eph. Germ. Dec.* 2. *An.* 6. *obs.* 152. *& An.* 7. *obs.* 188. Attamen, cum juxta *Hippocr. Sect. I. Aph. VI. Ad extremos morbos extrema remedia exquisite optima* nonnunquam sint, *Conf. Guid. ant. alban. Comment. in. h. l. Hippocr. p. m.* 24. *&* 25. imo secundum *Cels. l.* 2. *de med. c.* 10. *p. m.* 79. *Satis sit anceps auxilium experiri quam nullum*, idcirco non negligenda est dicta operatio, sed quam citissime potius, viribus sufficienti adhuc robore pollentibus, nullaque existente de nobiliorum viscerum graviori læsione suspicione, instituenda, utpote quam præsentaneum quibusdam attulisse auxilium, notant *Pechlin. obs. phys. med. l.* 1. *obs.* 62. *Nuck. Adenogr. Cur. c.* 9. *p. m.* 110. *& seq. & Brunner. obs.* 100. *Eph. Germ. Dec.* 2. *An.* 8. Hydropem dextræ uteri tubæ paracenthesi curatum, refert *Th. Barthol. Vol. I. Act. Haffn. obs.* 103. Fortassis & in hydrope uteri paracenthesis salutare quid polliceri posset, in tempore saltem instituta, aquarum insuper mole in ipsa uteri camera residente, in qua operatione tunc temporis idem observandum foret, quod autores alias in reliquis abdominis hydropibus monent, contentum scilicet laticem neutiquam confestim ac acervatim emittendum esse, sed lente.

§. XIV.

Hæc itaque præcipua media sunt, quibus chirurgia hydropicorum saluti consulere potest, interim silentio minime gentium involvenda arbitramur specilla, vel stannea vel argentea, quæ ad os uteri internum coarctatum amplificandum, & facilitandam aquarum eductionem, intromittenda jubet *Hippocr. loc. ultimo cit. num.* 25. quanquam de illorum in nostra hydropis specie usu apud plerosque, quos novimus, autores, altum sit silentium, nisi quod laudatus supra *Joh. Michaël. l. ib. all.* instrumenti cujusdam Rhumeliani, quo aqua ex utero educi potest, mentionem faciat, cujusnam autem illud sit figuræ & structuræ, Vir Clarissimus non describit.

§. XV.

§. XV.

Coronidis loco eam quoque, quam diætetica ſuppeditare poteſt, curam addere lubet; nam uti abuſus ſex rerum vulgo ſic nominatarum nonnaturalium ſanitatem non parum labefactare & deſtruere valet, ita legitimus earundem uſus in morbis gravioribus ſæpe ſalutarem horum inſtituit metamorphoſin. Præ cæteris tamen rebus nonnaturalibus omnis error in cibo ac potu ab hydropicis evitandus quam maxime; nam *in una victus ratione tantum ponderis eſt collocatum, ut ſæpe ea recte & bene obſervata, abſque medicamentorum uſu valetudo recuperari queat*; inquit *Conring. Introd. in medic. c.* 1. *th.* 10. nec deſtituimur experientia; ſic notavit *Chriſt. Franc. Paulini obſerv.* 55. *append. Dec. II. An. V. Ephem. Germ.* quendam hydropicum ſola potus abſtinentia curatum; hocce remedio ſolo per ſex durante menſes ruſticum quendam itidem ab inſanabili hydrope vindicatum teſtatur *Panarol. Pentec.* 4. *obſ.* 38. imo *Helmont. tr. Ignotus hydrops* §. 33. *p. m.* 493. annuam potus abſtinentiam hydropicæ cuidam comitiſſæ priſtinam attuliſſe ſanitatem refert. Alia hydropicorum potus abſtinentia ſanatorum exempla *vid. ap. Aug. de Laurent. tr. ſupra cit. p.* 193. quæ ſufficienter probant verba *Celſi*, quæ habentur *lib.* 2. *de medic. c.* 16. *Nulla res magis adjuvat laborantem, quam tempeſtiva abſtinentia*, veriſſima ac vere aurea eſſe, utinam aureis inſculpta literis ægrotantium lectulis. Tantum!

SOLI DEO GLORIA.

FINIS.

CXXXV.

GEORG. ERNESTI STAHL

ET

GEORGII FRIDERICI JÆSCHKE,

DE

MENSIUM INSOLITIS VIIS.

Halæ menſ. Sept. 1702.

PROOEMIUM.

Quanta sit sexus muliebris ad varios morbos propensio, præ virili, non hodierna demum observatione constat, sed innotuit jam a priscis & remotissimis temporibus ipsis jam primis medicis, qui proinde uterum tanquam viscus illud, a quo maxime tot mala fœminis obtingere agnoscebant, pro animali quodam in vivo corpore propriam vitam agente, & illi corpori, varias turbas dante, interpretabantur. Hujus rebellis animalis malitia, fœminam plerosque morbos bis, aut duplici ad minimum efficacia & violentia, perpeti, arbitratus est Princeps nostræ artis. Quemadmodum autem illa sunt scientiarum & artium fata, ut interdum quidem minus excultæ in simplicioribus rebus defixæ & impeditæ hæreant; & tali tempore etiam leviores aliquando circumstantias justo plus admirentur: Alio contra tempore, exquisitioribus scrutiniis sublevatæ, variarum pristinarum difficultatum rationes profundius perspiciant: Ita medicina etiam & in talibus & in hac ipsa parte postremo elapso seculo perspicacior facta, non solum vitam illam utero propriam negare dedicit, sed etium eundem à multis pathematibus absolvere, quæ ipsi antiquitus quasi unice imputabantur. Testimonium hujus rei possunt dicere passiones, veteribus dictæ hystericæ, quas quidem si à parte immediate affecta, fieri debeat & facta censeri denominatio, nullo jure utero tribui, sed hypochondriacis potius visceribus adscribi debere, postquam recte monuit Highmorus, habuit qui hanc causam post ipsum magis magisque prolixe ornarent. Quanquam autem veteribus nunquam detrahetur meritissimum istud encomium, quod experientiæ studiosissimi, in multis rebus, praxin & historiam morborum concernentibus magis ad veritatem facti, quam modum fiendi attendentes, satis sæpe velut hariolati sint, in quanam parte, quonam viscere, quonam loco, si non morbi ipsius, causæ tamen præcipuæ, aut occasionis primariæ, sedes sit, atque labes hæreat: Ita cavendum sane est, recentiori quæsitæ ἀκρίβεια, ne unum actum aut factum immediate, aliis partibus rectius quidem atque accuratius asserendo; alias interim partes, in quibus origo, totius mali ita hæret, ut illæ faces & incentores seditionum microcosmicarum citari mereantur, propterea statim ita excludamus, ut maxima illa efficacia, & culpa, quam in ejusmodi noxiis eventibus habent, ab illis inconsulto plane removeatur. Merito certe monendum hoc est; ubi de mensium malis effectibus & successibus mentionem facere, occasio fert. Quamvis enim in numerosis illis atque sonticis, communiter etiam contumacissimis affectibus, qui mensium muliebrium perperam succedentium ἀταξίας sequuntur, plurimis vicibus certissimum sit, jam, in præsente casu, præsente morbo, præsentibus symptomatibus, videlicet immediate, menses ipsos aut uterum immediate uterinas mensium vias, non proprie laborare: Imo vero illo ipso tempore, nulla

propria

propria labe affici: Certissimum tamen tanto magis est illud, quod isti reliqui affectus, qui tantum originis sui ratione à mensium vitiis dependent, neque citius, neque certius, curationem ullam justam admittant, quam hic fons ipsorum, mensium inquam, labes, & sufficienter agnitus sit, & debite exhaustus, aut in justos suos rivos reductus, & ab incommodis restagnationibus derivatus. Curationis, inquam, certæ, promptæ atque solidæ, absolutæque inter est, ut medicus non solum sciat & intelligat, quomodo ejusmodi morbi & pathemata manifesta, ab occultioribus & tantisper veluti latentibus, neque per se in considerationem aliquam venientibus, ita dependeant, ut nisi hi minus evidentes, cicurentur atque intercipiantur, illi alteri nunquam vere superari atque vinci possint: Sed ut etiam fundamentalem methodi suæ intentionem eo dirigat, ut subruto plane fundamento, fons & origo mali, & fomes alibi sese exerentis morbi, subtrahatur atque destruatur. Quo quidem intuitu neque veteribus neque junioribus, si qui sunt tales, praxeos scriptoribus, vitio vertere debebit, si illi de rebus practicis, practice loquentes, aliquando morbo cuidam potius patrium aut avitum, quam proprium nomen imponentes, eundem magis ab illa parte denominent, quæ infert passionem, quam quæ perfert. Interim tamen, tantum abest, ut damnemus ἀκριβολογίαν, ut potius omni modo illam & approbemus, & omni studio suadeamus: Monentes tamen ut verax vera atque solida illa sit.

Putamus nobis ipsis obtingere occasionem edendi speciminis in illo ipso de quo loquimur negotio. Propositum nostrum est, de Insolitis Mensium Viis dissertationis Inauguralis loco agere. Immensum esset, omnes historias commemorare, quot modis, atque locis, aberrans hæc evacuatio, hic illic e corpore eniti comperta sit; unde equidem non in nos suscipimus hunc laborem, ut nudas aliorum observationes & historias transcribamus: Sed sufficiet nobis, ut veritatem facti, quod hæc sæpe accidere soleat, & facilitatem modi, quomodo nimirum hoc fieri utique satis prompte possit, demonstremus.

Unde illam imprimis methodum servabimus, ut ante omnia illas evagationes fluxus hujus designemus, quas præcipue & proxime affectare deprehenditur; cum enim hæc res in praxi frequentiorem habeat usum, tractari utique tanto magis meretur. Deinde subjiciemus modum, quo tales evagationes & suscitari & concitari possint: post hac recensebimus forte etiam rariores horum generum eventus: & denique Therapiam, nempe curationis hujusmodi errorum, vera momenta evolvemus.

Faxit DEUS, ut omnia cedant feliciter, & in studii nostri Medici aliquod emolumentum.

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

De solitis mensium viis.

SUpervacuum videri posset, primo intuitu, de *ordinariis viis* mensium muliebrium aliquid præloqui; cum videlicet apud recentiores anatomicos, satis certum atque demonstratum sit, quod eruptio sanguinis menstrui, fiat tam per vasa in ipsa cavitate, ac veluti *fundo uteri* contenta: quam per aliqua, ad *cervicem* ejus distributa. Verum enim vero speramus, non adeo inutile fore, si paulo solertius, imprimis horum *posteriorum* usum, designare, & considerationem illius paulo magis serio commendare suscipiamus; cum in hoc negotio, longe plurimorum, imprimis morbidorum, accidentium & eventuum, rationes fundari, pro re satis evidente habeamus.

Principio quidem; nihil tribuimus antiquorum opinioni, quasi sanguis *menstruus*, unice de sanguine, *uteri* perpetuo *inquilino*, profluat; adeoque, sicut immediate & unice per *uterum*, ejusque partes subordinatas erumpit, ita etiam immediata & unice, ab *utero* oriatur. Sicut enim motus perpetuo *progressivus* sanguinis, nihil aliud permittit, nisi ut hic sanguis; qui per *uterum* profluit, sanguis de *universa* massa sit; & quatenus sanguis est, idem hoc tempore sit cum eo, qui in quacunque *dissita* corporis parte circumfertur: Ita dubium nullum est, & testatur hoc etiam manifeste, ipsis sensibns obviæ circumstantiæ; quod tempore eruptionis menstruæ, *congestio* talis ex ipso *universo* corpore versus uterum, agitetur, adeoque de sanguine *universali* seu *communi*, excretio illa & exoneratio perpetretur.

Unde quidem tanto minus rationalem aliquam *physicam* causam eruere, aut conjicere integrum est; quam ob rem sacris legibus hoc negotium tam specialibus stricturis censum fuerit; tanto magis autem gratuita est, illa *magiæ* pneumatol.tricæ sanctio, negotium purgationis menstruæ muliebris, ridicula divinarum legum μιμητει, admodum abominantis: Siquidem revera *naturaliter*, exoneratio menstrua, & simplex stillicidium narium, quod sanguinem qua talem attinet, nihil quicquam *physici* solidi discriminis intulerint.

Et his quidem respectibus, vias *remotiores*, *solitas* tamen, per quas sanguis menstruus ferri debet, & ex illis ad *specialissimas* transmitti atque conferri, statuimus utique esse *universum* systema partium sanguinis commeatui destinatarum: *Propinquiores* autem, imo magis magisque *proprias*, agnoscimus esse illas, quæ cum *utero*, ratione qualiscunque propioris conjugationis, communicant.

Sunt autem hæ, tum partes exteriores, tum interiores *abdominis*; & exteriores, imprimis infra umbilicum & hypogaſtricæ: Interiores, omnes hypochondriacæ quæ nimirum cum *vena portæ* nexum atque communionem aliquam habent.

Cum enim *ſpecialiſſimæ* viæ, per quas ipſe exitus ſanginis ex utero generatim dicto, contingit, ſint, primo *vaſa* illa, quæ ab *iliacis internis*, eorumque hypogaſtricis ramificationibus ad ipſum uteri corpus: a ramo vero *hæmorrhoidali*, ad cervicem ejus, diſtribuuntur: Fit inde, ut *congeſtio* à diffuſiore ambitu totius corporis, in hos propiores, imo proximos ad eruptionem, meatus, quaſi concentrata, ibidem præcipue ſeſe exerat, donec *perruptio* vel recte ſuccedat, vel etiam ſuffi- cienter proceſſerit, & ad finem perducta, ceſſationem talium congeſtionum ſeu compreſſionum ad hæc loca magis immediatæ eruptionis, poſt ſeſe trahat.

Interim, tanto magis ſaltem hæc via probe perpendenda, & juſta conſideratione æſtimanda veniet, quæ ſanguinem per *hæmorrhoidalem* ramum, à *vena Portæ* ad menſtruam excretionem deducit; tanto magis, inquam, attente penſitanda eſt hæc via, quanto minus, ad noſtra uſque tempora, in negotio noſtro condigne æſtimata occurrit: Et tamen in toto hoc negotio, etiam ſpecialem hanc commoditatem inſuper retinet & præ ſeſe fert, quod tam *vacuo utero*, liberum aditum atque exitum ſanguini præbet, quam illæ viæ, quæ, in ipſam ſubſtantiam uteri inſertæ, quamdiu uterus fœtum geſtat, valde turgidæ atque diſtentæ, hoc vero prorſus evacuato, admodum arctæ & veluti contabeſcentes cernuntur. Ubi quidem, cum ipſa univerſa uteri ſubſtantia, hoc tempore adeo eximie coarctetur & condenſetur, difficile tanto magis eſt, ut *liber* exitus per illa vaſa debitæ huic exonerationi contingat, cum longe expeditius ſuccedere poſſit hoc negotium, per modo dictum vaſorum horum, quæ ab *hæmorrhoidibus* proficiſcuntur, ductum, utpote quæ ſemper in eadem capacitate, ſui ſimilia perſiſtunt.

Imo vero utiliſſimus, quin neceſſarius, eſt hic intellectus, de ſolenni concurſu horum *hæmorrhoidalium* vaſorum; ut ex illo condigne perſpecto atque penſitato, facillimus poſthac ſit conceptus, de modo, quo menſium excretio *inſolitas* vias in abdomine, & circa partes cum *vena Portæ* communicantes exerat: ita, ut revera, cognita ſatis hac etiam ordinaria conſpiratione harum viarum cum ordinario negotio menſtruæ evacuationis, facile comprehendi poſſit ratio, variorum conaminum & *moliminum* circa haſce vias, ſi progreſſus ille præter ordinem impediatur, aut reprimatur.

Quemadmodum autem extra omne dubium, hæ modo a nobis adductæ, ſunt *ſolitæ* atque *ordinariæ* viæ, per quas menſtrua evacuatio ſuccedere ſolet atque debet; ita, dum de *viis* loquimur, vitio etiam nobis verti non poterit, ſi de *motu*, quo ſanguis per has vias progre-

ditur,

ditur, adeoque proprie hac *via* incedit, aliquid addiderimus. Quandoquidem spatium quodcunque, per quod nihil it aut progreditur, *viæ* nomine vix unquam notari solere certum est.

Est autem *motus* ille, vel longinquior, & *eminus* ad exitum materias congregans; vel *propior* ac intimior, in illis ipsis partibus, quæ ultimum exitum præstant, fiens atque vigens.

Prioris generis, est *tonica* illa per totum ambitum corporis contingens *strictura*, qua partes molles, (in ambitu præcipue corporis copiosissimæ, *musculosæ spongiosæ*) ita densantur atque leviter *stringuntur*, ut longe minus sanguinis, quam alias ordinarie solet, ad ipsas diffundi possit, unde necessitate absoluta, tanto majore quantitate redundat ad loca *interiora* : & inter hæc etiam ad illas partes, quæ nunc immediato exitui inservire debent.

Confirmat hoc & reddit evidens, notissima illa circumstantia, quod fœminæ imprimis *teneriores*, & quibus hæc evacuatio non ita laxe atque prompte procedit, virgines; circa tempus instantis, imo vero fientis & procedentis illius fluxus, *pallidæ*, *frigidulæ*, *flaccidæ*, & veluti *extenuatæ*, etiam ipso visu atque levi tactu, deprehendantur : De *torpore* etiam, gravitate atque *tensione* artuum, imo *pressionis* atque renisus quodam sensu in artubus; ipsæ conquerantur. Propiores vero *pressorii* nisus, & contentiones expressoriæ, sentiuntur a multis talibus, modo in *meditullio* abdominis, modo declivius circa uteri atque sinus regionem, modo à lumbis veluti, per inguina antrorsum, ad eundem sinum : Imo vero, in impeditiore progressu, nisu autem tanto fortiore & maxime contentioso, oritur haud raro tam vehemens in hisce locis, & nominatim in ipsissimo sinu, *pressorius* nisus, ut inde anxii dolores quasi *diruptionis* instantis, patientibus talibus plane familiares sint.

Ita quidem & *viæ* hæ, & *motus* hi, negotio mensium *soliti* & *consueti* sunt : Procedunt autem in statu exquisite optime expedito seu naturali, excretiones solitæ, per has vias, & hos motus, optime & facillime : Si vero vel *materia* movenda insignem labem contrahat, vel *viarum* libertati aliquid insignis detrimenti atque impedimenti eveniat : Vel *motus* debiti placido & tranquillo successui, turbulenta aliqua perturbatio incutiatur : Tunc confunditur universum negotium, & capessunt menses *vias insolitas*, id est, progressum & successum, a *solita mensura* alienum, & exitum à debito & *solito loco* divertentem. De quibus itaque rebus porro distincte agere, noster erit labor.

C A P U T II.

De solitarum viarum menstrualium aberrationibus usitatioribus.

QUemadmodum in tota Oeconomia animali, illud obtinet, ut non facile & immediate, transitus à locis & partibus maxime dissitis, ad alias & quasi alienas, fiat; sed potius in vicina maneat effectus, in proximo quodam loco interruptorum motuum: Vel ad summum, in ejusmodi *dissitum* locum redundet, ad quem alias, diuturna *consuetudine* & repetitis actibus, motus tales facilem aditum reperiunt: Ita offert sese rei hujus veritas etiam in nostro negotio, nempe motibus, menstrui sanguinis excussioni destinatis.

Ita enim fit utique, ut in illlis, quæ nullam insignem dispositionem habent, ad longiorem evagationem moliminum talium excretoriorum, incommoda, quæ impeditum & interceptum ordinarium successum atque exitum mensium sequuntur, adhuc circa loca *vicina* subsistant: Id est, *insolitas* quidem vias, sed tamen primum omnium, propius circa *viciniam* solitarum viarum, affectent.

Cum vero in ipsa vicinia, *viæ strictè* dictæ, nempe ad *exitum* debitum aptæ, non æque patulæ atque proclives suppetant; aut ad minimum, revera a priori, cuicunque minori habilitati tribuendum videatur, quod ipsa directio constans atque feria, ad ejusmodi loca, in *juniore* præsertim ætate, non vigeat: Observatur hinc communissime, quod hujusmodi commotiones, circa *proximas* vias equidem suscipiantur, sed non æque prompte ad ipsum *exitum* pertingant.

Quæ tamen res, sicut in multis excretionum generibus, admodum frequenter sese exerit, ut nempe *conamina* motuum evacuatoriorum circa vicina aut conjugata loca atque organa, suscipiantur, interim non ad exitum usque perducantur, sed in *irritis*, *anxiis*, & sibi ipsi diffidentibus moliminibus atque *tentaminibus*, subsistant: Ita fit hoc etiam quam maxime in præsente nostro negotio, id est, interclusis viis *consuetis* atque debitis, tentantur viæ *minus* consuetæ; primo omnium quidem *vicinæ*, tandem etiam, imo vero, pro dispositione prægressa, etiam *dissitæ*: Licet hæc ipsa tentamina non semper, imo rarius, ad verum usum harum viarum, nempe vicariam *eruptionem* sanguinis per illas, perveniant.

Ne tamen imputari nobis possit, quasi hoc negotium, de affectata subordinatione aliarum, & imprimis *proximarum* viarum, saltem speculativa aliqua interpretatione ita formemus; monstrat hoc potius, & suggerit

ſuggerit nobis hanc, non tam interpretationem, quam demonſtrationem, ipſa praxis & obſervatio clinica, dum quibusdam *communia* illa molimina, minus *ſolita* aut directe convenientia, perpeſſis, denique actualis talis *exitus* contingit.

Ut itaque verum *exitum*, ſeu viam primam, & primariam *inſolitam*, nominemus, eſt illa *Vomitus cruentus*, ſurſum: aut *hæmorrhoidum fluxus*, deorſum. Ita enim utique teſtatur multis exemplis ipſa experientia, quod *fœminino* ſexui, menſium debitum ſucceſſum amittenti, *anguſtiæ* illæ atque anxietates *præcordiorum*, non ſolum ad *cardialgicam* tenſionem preſſionem ſuffocationem tendant atque procedant: ſed etiam, ad actualem conatum *vomendi*, ſubverſiones & *torſiones* ventriculi *vomitorias*, vomitum multiplicem & *actualem*, ſed & omnino tandem ad ſincerum *ſanguineum* vomitum.

Neque vero ita *indifferens* ſaltem occurrit ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ hic ſanguineus vomitus; ſed ſubit adeo *vicarias* evacuationes, menſibus *reſpondentes*, ut longe rariora ſint exempla, ſanguinei vomitus veluti *idiopathici*, & ad menſium negotium nullum reſpectum habentis, quam illius, qui menſium fluxui ita manifeſto ſubordinatur, ut etiam ſatis exquiſite ipſa *periodo* debita deſtinationem ſuam manifeſtet.

Cum vero *Vomitus* ſanguinis non poſſit fieri, niſi per reſtagnatoriam *congeſtionem* ſanguinis ad *venæ portæ* ramum *ſplenicum* (cujus ſoboles communiter eſt *ramus hæmorrhoidalis*, uti monuit, D. D. Præſes diſput. de *Vena Portæ*, ex autopſia quotidiana, & plerorumque Anatomicorum;) hæc vero congeſtio & reſtrictio circa hunc locum, fieri non poſſit, abſque *meſenterii*, & per conſenſum valde promptum, ipſorum *inteſtinorum* ſpaſticis motitationibus atque ſtricturis: Propterea licebit utique jure optimo, has *ſpaſticas* motitationes atque *ſtricturas*, quæ fœminis, poſt amiſſum ſolitum ſucceſſum conſuetarum viarum, omnium primo evenire & contingere ſolent, uſitatiſſimis à *ſolita via* aberrationibus, principe loco accenſere.

Et ſane habemus hujus noſtræ aſſertionis Autorem ipſam immediate experientiam.

Ita enim poſtquam ſucceſſus debitus menſium detentus eſt, & tamen non tam ad ſanguinis *retentionem* atque ſtaſin vergit præſentis fœminæ indoles, (e qua negligentia, *cachexia*, *œdemata*, *hydropes*, pullulant) ſed potius ad *activas* commotiones, & *niſus* excretorios tendit; tunc primo omnium loco, exerunt ſeſe ejuſmodi vagæ motitationes, circa *meſenterium*, & imprimis quidem illum ejus locum, ubi *vena portæ* in ramos divaricari comparet; qui nullus eſt alius, quam illa ſub ipſo *ventriculo* regio, ubi ſupremi ad illam ſpectantes rami, *pancreaticus* & *ſplenicus*, ab illa proficiſcuntur.

Prout autem hic motus in hac parte, *fortior* ſuſcipitur, aut *tardior*; magis præceps, aut lentior quidem, ſed eo ipſo contumacior: Ita va-

 riant

riant etiam, & differunt horum pathematum circumstantiæ: Quamvis in eo coincidant *in genere*, ut talibus locis, tali genere affectus sese exerant, neque nisi solo gradu varient.

Sicut autem propensio illa, & connisus ad *superiores* partes venæ portæ, ad *vomitus cruenti* evacuationem collineans, variis talibus *spasticis* moliminibus circa mesenterii quasi centrum, & ipsum ventriculum, sese exerit; & in suffocationes tales cardialgicas abit, quæ ipsis patientibus sensum talem inferunt, quem suis verbis describunt: *Es sey nicht anders, als wenn man ihnen unter der Hertz-Grube einwarts mit zwey Händen etwas zusammen drückte, wodurch ihnen alsbald aller Odem benommen, und gleichsam verhalten würde*: Ita quando motus atque nisus hic, magis ad *inferiora* inclinat, ad *hæmorrhoidales* exonerationes: tunc devolvuntur etiam hæc ipsa pathemata *torminosa*, ad ista loca, ita, ut gravissimæ torsiones intestinorum, æque ac *stricturæ* inferiorum mesenterii partium, ibidem sentiantur; quo quidem intuitu, ad has inquam, mesenterii graves contractiones, affert patientibus talibus mediocre levamen, si abdomine plane introrsum complicato sedeant: Quemadmodum contra imminissime exasperat, si quando, imprimis derepente, surgendo, ferocem illam *stricturam* temere extendere audeant.

Quod in hoc negotio considerationem tanto majorem meretur, pro confirmandis, quæ hactenus à nobis dicta sunt, est illud, quod clinica experientia testetur, illas imprimis fœminas, quæ *junioris* sunt ætatis, ab ipsa usque adolescentia magis ad *superna* illa pathemata vergere: Quæ vero ætate jam magis *provectæ* sunt, (intra ætates tamen *mensium* excretioni expositas) magis ad *infernas* illas excretionum talium conatus propendere.

Commode itaque distinguere licuerit *insolitas* mensium vias, in *duas* hasce classes; alteram, quæ solum *affectatur* atque tentatur, & non tam *exitum* præbere potest, quam *aditum* tantum, directionem, atque accessionem ad *exitum*: Alterum vero quæ plenum successum & *exitum*, tentatæ exonerationi largitur & concedit. Putamus quod è dictis appareat, quod *prioris* classis quæsitarum & *tentatarum* talium viarum, longe frequentiora, imo veluti quotidiana occurrant exempla; quam *posterioris*, nimirum actu ad perruptionem adactarum, & exitum *affecutarum* alterius classis viarum.

Interim hæc duo specimina utriusque generis, sufficere posse putamus, ut tanto facilior pateat applicatio, ad reliquas etiam utrorumque generum, quas similiter paucis indigitare, propositi rationi consentaneum fore arbitramur.

CAP. III.

CAPUT III.

De

Longius evagante viarum menſtruarum declinatione.

EGimus præcedente capite de illis *deviis*, in quæ, proxime à ſuo juſto tramite deflectere ſolent menſes, in comparatione ad viciniam ſolitarum juſtarum atque *ordinariarum* viarum. Progredimur hic ad illas, quæ ad minium ratione *ſitus*, à *ſolitis*, ordinariis, longius abſunt. Et ſunt *caput*, *pectus*, imo denique *artus*.

Loquimur de diſtantia imprimis *locali*, cujus intuitu nulla probatio à nobis poſtulabitur, quod *caput* & *pectus*, ab *utero* longius diſtent, quam *abdomen* & viſcera in illo contenta. Si vero *ordinem* & *ſucceſſum* ſolitum ſpectemus, quo natura *hæmorrhagias* in genere perpetrare deprehenditur, in ætate adhuc juniore, clementiore ſignificatu venire deberet vocabulum *inſolitæ* viæ: Niſi quod ad menſes comparando, de qua re nobis eſt ſermo, abſolute utique, ſint & maneant menſibus *inſolitæ* hæ viæ, quantumcunque tandem de reliquo, & abſoluto intuitu de exoneratione ſanguinis ſimpliciter loquendo, *uſitatæ* ſint & conſuetæ.

Suppono videlicet ex illo ſyſtemate pathologiæ, quod D. D. Præſes ſemel iterumque adumbravit & in medium propoſuit, quod *hæmorrhagiæ*, pro exoneratione & *ſublevatione* corporis inſtitutæ, primo omnium exitum ſuum ſortiantur per *nares*; nimirum *ætatis* etiam primis annis, puerili & adoleſcente ætate.

Proxime poſt hanc, *adulta* circiter & prima juvenili ætate, declinat ille conatus per eruptionem ſinceram ſanguinem ventilandi, ad *pectus*.

Ex hoc fundamento eveniunt puellis & juvenculis, *declinationes* ejuſmodi viarum menſtruarum, ut loco infernæ per uterum, excretionis, per ſuperiorem, *caput*, *nares* & *pectus*, modo quæratur atque tentetur exitus, modo perpetretur.

Quanta quidem in ejuſmodi rebus ſit vis *conſuetudinis*, quotidianam experientiam teſtem conſulere, jam pridem ad nauſeam uſque inculcatum eſt, variis locis & occaſionibus, à Dno. Dn. Præſide. In noſtro vero præſente negotio, habet ea res multa exempla, ut variis, ſed quotidianis ſpeciminibus, cognoſci poſſit, quomodo hæmorrhagiæ tales, præſertim *menſium*, negotio & debito ſpeciali ſucceſſui, tantum præjudicii adferant, ut ſæpe numero, non æque juſtum ſit dicere, quod menſtrua evacuatio, ad iſta loca *deflectat* & evagetur: Quam potius pronunciandum videatur, quod natura ſolum ſolitam *priſtinam* viam ſanguinem

guinem evacuandi, profequatur, & ad alteram illam; tanquam fibi adhuc minus cognitam aut aptam; imo infolitam, minus propendeat.

Ita nimirum fæpe numero occurrit hoc exemplum, ut puellæ aut juvenculæ, a tenerioribus annis, *narium* frequentioribus aut copiofioribus hæmorrhagiis affuefactæ; ætate alias confueta ad menfium fluxum, nulla perfentifcant conamina, fed potius 16. 17. 18. annos prætergrediantur, non folum fine eventu aliquo menfium: Sed non ita raro etiam fine incommodo aliquo infigni; modo fucceffus confuetarum *hæmorrhagiarum* antiquum obtineat.

Ubi vero hoc etiam non æque ita fuccedit, ubi, inquam, hæmorrhagia *narium*, alias confuetum frequentem atque liberum fucceffum etiam non æque continuat; interim tamen neque *menfium* eruptio tempeftiva & fufficiens fequitur; ibi fane multiplicibus incommodis, non folum fternitur, fed aperitur via.

Imo licet hujufmodi fœminæ, antiquum fucceffum confuetarum fuarum *hæmorrhagiarum* non experiantur: adeoque actualem aberrationem à via fua, *menfes* non fubeant: Maxime tamen familiare, & innumeris quotidianis exemplis notum & ufitatum hoc eft, ut nihilo magis propter ea menfes, tanquam *nova* introducenda *confuetudo*, fucceffum debitum nanci fcantur: Sed ad fummum anceps quorfum fefe totam impendat natura, *neutram* ex inftituto; & ea qua decebat efficacia profequatur.

Imo vero maxime quam familiaris eft hoc eodem fonte fluens; altera illa, ad antiquum relabentis hujus excretorii motus aberratio, ut; fi vel maxime debitam viam menftruæ evacuationis capeffat natura; nihilominus, etiam ob leviores caufas; tanto magis autem ob incidentes graviores perturbationes; talibus viis dudum affueta natura; profecutionem atque continuationem *menftruarum viarum*; tanto levius iterum *omittat*, & ad *priftinas illas* five pergat, five certe ad minimum *vergat* & inclinet. E quo cœpto, veluti certiffime & promtiffime; prognofcitur paulo ante dictum illud incommodum; ut; licet viam non ipfo effectu penitus & abfolute mutet; inter utramque tamen ita anceps *fluctuet*, ut *neutri* fatisfaciat; eamque penitus in effectum deducat atque exequatur: & hoc; quod merito iterum repetimus; tanto promtius; & per leviores occafiones ita perpetret, quo magis alteri illi viæ affueverat.

Referenda vero huc iterum eft illa animadverfio, quæ in præcedente capite, de viarum faltim *tentatarum* confectoriis monui, quod, uti ipfæ viæ non fempr *perviæ* fiant, fed faltim *congeftiones* circa illas formentur, adeoque incommoda varia, dolores varii, hinc cooriantur tenfivi, diftenfivi, & inde pulfatiles, inflammantes, aut tumores œdematofi; ita in præfente etiam, à nobis allegato tramite, eadem ludatur

fcena

ludatur ſcena, dum ex illis ſtaſibus aut *congeſtionibus*, quæ ad hujuſmodi loca fiunt, talibus patientibus varii dolores *capitis*, *oculorum*, *aurium*, *dentium*, *cervicis*, *ſcapularum*, *humerorum* inde ingruunt, aut, loco œdematoſorum tumorum in inferioribus partibus, veræ eruptiones, *ſeroſo-lymphales* ſeu catarrhales: adeo, ut etiam impetuoſa & copioſa fluxio per nares, *phlegmatorrhagia*, ploratio ſeu manatio perpetua alterutrius oculi, ſputatio copioſa atque diuturna, multiplicibus exemplis quotidie ſeſe offerant atque ſiſtant.

Colluſtratis itaque hiſce viis; quæ circa *caput*, partim quæri ſolent, partim uſurpari; non poteſt utique ſilentio prætermitti, affectatio eruptionis aberrantis menſtruæ per *pectus*: Unde quidem fœminis præſertim paulo magis plethoricis, ſimul ac vitia menſium incurrunt *adulta* ætate, primo propemodum occurrit & ingruit, inſignis coarctatio *reſpirationis*: Et hæc communiter tanto inſolentior, quo minus, aut moderatius, exſcenſiones ad *caput* ipſis obtingunt.

Ubi quidem minime nos fugit, quod multæ tales anguſtiæ circa *reſpirationem* etiam *hypochondriorum* vitium agnoſcant, & non tam abſolute unice *pectoris*, quam etiam *præcordiorum* ſit illa anguſtia: interim ſatis frequenter *pectoralem* eſſe etiam illum affectum, imo frequentiſſime utrumque inter ſe *conſpirare* clarum reddit quotidiana obſervatio, & tot eventus, tum *hæmoptyici*, tum *phthiſici*.

Nimirum hoc etiam in loco, non ita eximie ad *exitum* ipſum connititur totus impetus, quin longe plus, longe ſæpius, longe diutius, in *congeſtione* atque ſtaſi, circa loca, illi generi excretionis deſtinata, patientes fatiget & exerceat. A quo videlicet fundamento, pendet multiplex illa *aſthmatica*, *tuſſiculoſa*, *ſuſpirioſa*, talium patientium anguſtia & anxietas; longe manifeſtius à *pectoris* ipſius oppletione ſuſtentata. aut ad minimum exacerbata, quam ut *hypochondriacis*, præcipue *ſolis*, cauſis, veriſimiliter adſcribi poſſit.

Tollit vero ambiguitatem, certe minime rara aut infrequens, *perruptio* plenaria & abſoluta, *hæmoptyſin* abſolutam ſiſtens, quacum numeroſæ hujus claſſis patientes conflictari obſervantur. Neque vero hoc tantum ex *accidenti* communi: Ut videlicet patientibus paribus, a quacunque alia cauſa, non niſi e *longinquo* conſpirante, & quam minimum contribuente menſium errore, *hæmoptyſis* ita eveniat: Sed ſæpe prorſus exquiſite *ſtatis* temporibus, quæ *menſtruæ* purgationi debitæ reſpondeant. De quo ſtatim dicemus.

CAPUT IV.

De

Vera menstrua harum insolitarum viarum ratione.

Cum titulus Dissertationis nostræ loquatur de *mensium* insolitis viis; omnino incumbit nobis declarare, quod hactenus dictæ evagationes excretionum sanguinearum, cum *mensium* motu aberrante consensum habeant; adeoque, quæ nostra est assertio, *mensium* insolitas vias constituant. Utimur pro hoc scopo *duplici* argumento; nempe *primo*, quod hujusmodi declinatio sanguinearum evacuationum, licet exquisite menstruas *periodos* non imitetur, tamen mensium deflectentium ἀταξίαν vel sequatur; vel ita post se trahat, ut illi imposterum magis magisque a semita sua recedendo, certum suum *nexum*, cum hujusmodi alio divertentibus motibus, satis conspicuum reddant. *Secundo* confirmamus hoc illo indubio argumento, quod numerosis exemplis constet, has easdem devias evagationes, quæ aliquando, imo vero forte frequentius, non æque exacte *menstruos* motus servant, sæpe tamen contrarium præstare, *menstrua* inquam tempora sequi, & satis exquisite, *proprie* dictas menstruas *periodos* capessere.

Imo vero de ipsis illis prioris generis, quæ non æque *stricte* menstruos circuitus capessere diximus, observatur tamen illud, quod ad minimum *circa tempora* mensibus aliis respondentia, frequentius sese exerant, aut, leviore etiam data occasione hoc faciant: Vel etiam, superstitibus adhuc, sed tantum *debilioribus* & *insufficientibus* menstruis commotionibus, levissimis oblatis incitamentis complicentur: aut, præmaturam mensium illo tempore restitationem statim excipiant & sequantur. Ita omnino quidem est, quod menstrui fluxus negotium præ omnibus aliis hujusmodi evacuationibus, hanc veluti prærogativam habeat, ut *certo* determinato illi tempori alligetur; cum aliæ evacuationes, tam *sanguineæ*, quam tanto magis quæcunque reliquæ, laxioribus spatiis, & *generalioribus* circumstantiis temporis, quasi leviter assignatæ appareant; ut *æquinoctiis*, *solstitiis*, insignibus *tempestatum* mutationibus, imprimis excedenti *æstui* &c. Nihilominus non ita absoluta solius uterinæ excretionis allegatio ad menstruum tempus, habenda est, quin etiam in aliis, quasi manifesto destinatis horum generum exonerationibus eadem mensura observari solent.

Ita enim *hæmorrhoidalis* fluxus, *menstrua* tempora servantis, tot ubique sunt exempla, quot; etiam *citra* hoc statum tempus inter viros hæmor-

hæmorrhoidum exempla dari, vel medicorum paucissimi credunt. Viri *menstruam hæmoptysin* per annua tempora experti, historia peculiari Dissertatione, sub Dno. Doct. Præs. publice tractata est, neque vero ita singularis est ipse casus, quin longe frequentius hinc inde occurrat. *Mictum cruentum* exquisite *menstruum*, absque omni reliquo incommodo, præter lassitudinis circa illa tempora sensum, in viro aliquot supra sexaginta annos agente, hic loci pariter expertus est D. D. Præses.

Quæ cum ita sese habeant, ut nempe etiam reliquæ *hæmorrhagiæ*, quæ alias magis indifferenter tempora quasi accidentaria sequi solent, & quidem in sexu plane diverso, nihilominus sic satis sæpe *menstruum* tempus subeant; dubium utique nullum est, quin e converso, etiam ipsæ *menstruæ* excretiones, omissa hac temporis *mensura*, in tempus magis *indifferens* devolvi queant: Aut, quod idem valet, illa alias tempore & mensura *stata* exoneratio, etiam non ita determinato tempore, tanto *largioribus* mensuris compensari, ut adeo exacta harum rerum partitione, minus opus sit. Interim illud utique notabile, quod cum ejusmodi de reliquo *deflectentibus* evacuationibus, quæ tamen *statum* menstruum tempus adhuc strictius sequuntur, communiter etiam *motus* menstruus uteri adhuc magis conspiret. Unde quidem ex hujusmodi casibus, tanto frequentius eveniunt illi, ubi cum hujusmodi determinatis evagationibus, aliquid adhuc ipsius *menstrui* fluxus quasi concordiam servet, & juxta cum illa alieniore commotione, etiam hæc *justa* menstrua *uterina* evacuatio, adhuc aliqua ex parte sese exerat.

E contra longe familiarius eveniunt *alienæ* istæ atque dissitæ eruptiones actuales sanguineæ, quarum causa mensium legitimi motus plane abolentur, & quasi nullum sui vestigium reliquum faciunt, imprimis si istæ alienæ mensura admodum excesserint.

CAPUT V.

Dictorum aliquot exempla.

UT exemplis nonnullis hactenus dicta illustremus, licebit hic allegare aliqua, quæ ipsi D. D. Præs. occurrerunt in hoc genere, non postrema consideratione digna. Ita enim honestissimæ matronæ obtigit, ut cum a multis annis, tot tantaque minus ordinati fluxus menstrui incommoda experiretur, ut medici maxime ambigui hærerent, an concurrentibus variis gravissimis affectibus, *hydropicis* tumoribus, ætate adhuc admodum juvene, *febribus* chronicis, modo aliquot annis deinceps revertentibus, modo continuos annos perrennantibus & inter hæc *capi-*

tis, *præcordiorum*, *abdominis*, *finus*, *coxendicum*, *offis facri*, variis pathematibus &c. an, inquam, talibus, ut *fubfequentia*, illa *menfium* vitia adfcribere deberent; an vero contra, à *menfium* vitiis, morbos illos arceffere: Quamvis quam maxime prior fententia communiter ipfis magis placuiffe, e diverfis circumftantiis appareat. Hæc, inquam, femina, obtulit ante hos feptem annos fequentem œconomiæ fuæ corporeæ conftitutionem. Laboraverat duobus proxime præcedentibus annis, febre *tertiana* per plures feptimanas, à qua denique per ufum famofæ tunc temporis *Chinæ Chinæ*, liberata, quin etiam poft recidivam, ut in hoc artificio familiare eft, tandem à febre reftituta apparuit. Laborabant interim *menfes*, non *tempore* neque univerfo *motu*, fed debita folum *quantitate*; ita ut *tempore* quidem fatis *ftato* fefe exererent, fed vix aliquot *horas*, parciffimo proventu, fefe offerentes, mox iterum evanefcerent. Paucis horis elapfis, percipiebat patiens *afcenfum* acutiffimi doloris, quafi per longitudinem *fpinæ dorfi*: paulo poft invadebat repentinus acutiffimus dolor, *tempora*, qui levibus progreffibus, totum caput, à futura *lambdoidea* ad *infimam frontem* ufque, imo ad *bulbos* oculorum, obruebat: Ita vehemens, ut patiens, præ hoc dolore, dies noctefque infomnes agere cogeretur. Intumefcebat, non folum *caput*, fed etiam *facies*: fumma vero capitis portio, per totam regionem bregmatis, tanto *algoris* fenfu laborabat, ut patiens perpetuas fuppetias cucitrarum calefactarum efflagitaret, à quibus licet ita concalefactis, ut etiam uftularentur, vix tamen aliquem fenfum frigoris contemperati percipiebat. Quoties autem doloris hujus intemperantia remiffior apparebat, quin etiam hac perdurante, fi paulo impatientius (quando nempe vires permittebant) corpus jactaret, aut corpus, in quo æftus fenfum percipiebat, refrigeraret, cooriebantur paulo poft graves *anxietates* & *anguftiæ præcordiorum*, & magna propenfio ad *vomitum*. Præcipue vero, non modo jacebat omnis *appetitus*, fed tolerabat ftomachus quam minimum cibi, quin mox *cardialgiæ*, & omnia illa *anguftiarum* graviffimarum pathemata, inde fufcitarentur. Hic ftatus fervabat ad minimum *trium dierum* tempus; mitefcebat autem *quarto* die. Et ita intepefcebat fucceffive, ut exacto circiter octiduo, tolerabiliter ad fe rediret patiens. Finitis dehinc tribus feptimanis, revertebatur hæc eadem fcena. Hanc methodum fervaverat totis decem menfibus hoc improbum malum. Id erat in hoc fuo recurfu ejufque decurfu, illo ipfo tempore, quo vocatus accefferat D. D. Præfes, eo excepto, quod hac vice, nefcio quo ex errore, finito fummo illo impetu *cephalalgiæ*, non modo non remififfet virium dejectio, & reliquorum *hypochondriacorum* fymptomatum fyndrome, fed potius invaluiffet: Donec duodecimo circiter die, à primo infultu, ille *præcordiorum* dolor, tanto impetu prævalefceret, ut exquifitiffimæ *inflammationis ventriculi* omnia figna exhiberet.

beret. Ante omnia *inflatus* hic erat, & dolorem cauſabatur ita exquiſitiſſimum ut patiens non ſolum corpus ne minimo motu percellere auderet, ſed etiam tactum *lecti*, *linteamentorum* calide imponendorum, imo *linimentorum* cum pluma applicationem, anxie perhorreſceret: Cum vero intenſa ſiti laboraret, quidquam potulentorum aſſumere merito anxie reformidabat, quoniam quantulumcunque, præcipue tamen *frigidulum*, deglutiret, aſſurgebant ſtatim 6. ad 8. & 12. ructus, cum tanta patientis concuſſione, & intenſo dolore, ut ab acutis clamoribus ſibi non poſſet temperare. Concurrebat cum his omnibus calor *febrilis continuus*, quamvis nullos exquiſitos paroxyſmos formaret, tamen verſus noctem, veluti ordinarie ingraveſcens: *Alvus* inſuper, niſi quantum clyſteribus proluebatur, erat adſtricta. Relatis omnibus circumſtantiis, imprimis autem illa, de *menſium* conditione, dirigebantur, inſtantibus proxima vice iterum *menſibus*, medicamenta ad horum juſtam expeditionem; ſiquidem totam hanc tragœdiam nihil aliud eſſe, niſi affectationem *inſolitarum viarum menſtruarum* pro fundamento Therapiæ ſubſternebatur. Ita quidem, cum remedium ad manus eſſet, in hoc negorio pleraque alia longe poſt ſeſe relinquens: Hac ipſa periodo, elatio illa *ad caput*, in ſolidum ſublata eſt; minime tamen totum malum abſolute ſopitum aut pacatum. Fluxerunt nempe menſes, equidem per 18. horas, aut paulo amplius, & in proportione ad priſtinam paucitatem largiter: Sed reſtiterunt deinde. Succeſſit autem loco illorum multorum pathematum, nihil aliud, niſi *ſiniſtri lateris*, ſub coſtis (magis tamen exquiſite regioni ilium reſpondens, nempe à latere verſus dorſum excurrens) *inflatio*, non ſolum dura ac renitens, ſed ſimul ita penetrantiſſime *ſenſibilis*, ut ad quemlibet corporis motum, graviſſima exacerbatione, puncturas adeo acutas formaret, ut patiens ſine clamoſis ejulatibus, non poſſet durare. Hic dolor, *ſuccedente* interim indies *alvo*; nec ullo alio moleſto per totum reliquum abdomen reſiduo, nedum conjuncto aut conſpirante, cujuſcunque doloris ſenſu (ut nænia illa, quaſi hic dolor in ſpecie, non modo inteſtini *coli*, ſed illius *ſolius abſolute*, affectus ſit, a nemine per ejusmodi circumſtantias ſalvari poſſet) hic ipſe ejus dolor, mitigatus quidem eſt ſenſim, minime vero ſublatus, per triduum: Illo vero denique exacto, tandem in ſolidum conquievit; & rediit ad ſe patiens, paucis ſuccedentibus diebus: In meliorem nempe quam ab aliquo proxime retro tempore, ſtatum. Revertente iterum *tempore*, (quod ſatis exactum ſervatum fuiſſe, iterum monemus,) quo menſes expectari debebant; occurrebatur denuo expeditiori ipſorum proventui, per bonum medicamentum, eo ſucceſſu, ut nunc per plenum *biduum*, *continue* & *largiter* profluerent. Erat inde patiens eximie ſublevata; remittentibus nunc etiam menſibus, revertebatur eadem penitus nupera illa paſſio *ſplenica*, quo ad typum quidem exactiſſime eadem;

fed fenfus ἀκρίβεια longe minori, nec hujus exquifitioris fenfus etiam valde fenfibili duratione: Qualicunque tamen, utique perceptibili fenfu, ante quartam diem non evanefcens. Poft hæc autem tempora cum non folum *menfes*, ad fufficientem, & placidum quidem penitus, fucceffum reducti effent; fed etiam *ventilatio* totius fanguinis, *venæ fectione* adminiftrata fuiffet, conquievit hæc translatio *menftrua ad caput*, ita abfolute & in folidum, ut integris quinque annis, nihil amplius negotii faceffere, imo ne quidem ipfum caput *attingeret*, aut ad illud inclinare appareret. Excipiendus tamen eft, unicus, & profecto in hoc genere notabilis, cafus. Cum nempe non parum præfidii, nec immerito quidem, collocaret medicus, in tempeftiva, *præfervativa*, *venæ fectione*, vere & autumno, *in pedibus* inftituenda; tonfor autem, qui huic negotio adminiftrando adhibebatur (uti quidem plerique folent) venæ in pedibus fecandæ minus habilis, jam aliquoties parum expedite patientem hanc tractaffet, & quidem illo ipfo tempore, repetita etiam punctura, venam non affecutus effet; illa, quæ hujufmodi fubjectis propria eft, fapientia, (& quidem, uti docti funt, ex recentiffimis principiis & inventis anatomicis, exædificata) argutatus eft: fruftra effe hanc fuperftitionem fanguinem e pedibus mittendi; dummodo ventiletur fanguis, quod longe commodiffime fuccedat in brachio, eundem fucceffum fecure expectari poffe. Dictum factum, fecatur vena brachii. Succedente poft quatuordecim dies fluxu menfium, languet ante, fub, poft ipfum, patiens; & ceffante etiam ipfo, quantumvis fatis fufficienter facto, non folum prehenditur iterum a levibus capitis doloribus: fed *inflatur* in fpecie, quamvis modeftius, maxime tamen manifefto ad ipfum vifum, *caput*. Sexto demum anno, inter multas, variorum pathematum, & vagarum medicationum, turbas, invafit iterum caput graviffimus dolor; adhibitis defuper *opiatis* ita pertinaciffimus redditus, ut non folum medicationes, imprimis *variorum diverfas*, refpueret, fed etiam graviffimos exitus fortiretur, *vifus in altero* oculo amiffione. Erat vero à priftino ita maxime diverfus; ut, *primo*, *hemicranicus* nunc effet; *fecundo*, minime omnium *flatus*, nedum *menftruus*.

In hoc uno exemplo fiftunt fefe diverfa fpecimina fupra dictarum illarum *infolitarum viarum*, fub impedito ordinario progreffu, quæfitarum. Ante omnia confpicuus eft infultus ad *caput*; deinde, non modo evidens, fed omnino vehemens, congeftio ad *ventriculum*, qualis *vomitus cruenti* molimina indigitat: Tandem fpecialiffimæ *congeftiones* ad *fplenem*: & hæc omnia *flatis* penitus, nempe *menfium* motui manifeftiffime refpondentibus, temporibus.

Poterat quidem etiam mentio fieri, quomodo placatis omnibus hifce menftruis aberrationibus, pofthac duabus vel tribus vicibus per unum annum, patientem hanc invaferint repentina graviffima *tormina*; à ve-

fpera

ſpera ad diluculum continua, cum concurrentibus non ſolum *dejectioni-bus* liquidis : Sed imprimis conjuncto *teneſmo* inſigni, ſub quo cruenta, nempe *ſtriata* ſanguine materia ſeceſſiſſe obſervata eſt. Sicut hic teneſmodes impetus, etiam alioquin intra illa tempora aliquoties perceptus eſt, ſed abſque ejuſmodi dejectionibus, & abſque talibus torminibus ; concurrente ſolo inſigni tenſivo, & interlancinante dolore, per longitudinem oſſis ſacri : Neque ibi dejectionum talium cruentatarum concurſus annotatus, quia patiens de *obſervanda* curioſius hac *circumſtantia* nondum monita fuerat, dum tranſitorium hoc incommodum illis vicibus medico denunciare neglexiſſet. Interim in hiſce *hæmorrhoidalibus* moliminibus, in hac patiente deerat ullus reſpectus evidens ad *menſtruum* tempus.

Aliud exemplum, commemoratum eſt in Diſſertatione epiſtolica de *motu tonico*, quod ſiſtit virginem, quæ ſub ipſo *fluxu menſium*, & ſub finem cœnæ, vehementi terrore perculſa, *menſium* quidem *ſuppreſſionem* præſentiſſime perpeſſa eſt; ſed poſt aliquot horæ quadrantes, incidit, in graves *cardialgias*, *ſuffocativas*, *ſyncopticas*, quæ denique in vehementem *vomitum* deſiere ſtipatum tamen adhuc graviſſimis his *anxietatibus*, utpote, quæ non, niſi *medicamentis* cedebant. Conquieſcebat autem hinc adeo ut altero mane nulla ſupereſſent tantorum tumultuum veſtigia, ſed ſola fatigatio adhuc perciperetur. Poſtquam autem *menſium* tempus revertebatur, ibi ſub initium ejus ſeptimanæ, cooriebantur *vomitus* omnium aſſumtorum, per duos vel tres dies, conſtante ſibi appetitu. Poſt, per totidem dies, urgebat frequens & vehemens conatus *vomendi*, etiam vacuo prorſus ventriculo, & perierat quidem hoc tempore, omnis appetitus. Sequebatur autem mox altero horum poſteriorum dierum, *ſanguis* cum vomitu, neque paucus, ſed *copioſus*, modo liquidus, modo coagulatus. Sub finem tandem tot dierum, erumpebant *menſes* ad paucas horas. Ita ceſſabat mox *vomitus*; redibat ſatis mature, ſucceſſive tamen, *appetitus* & *virium* robur. Hæc periodus maximam partem ſanguinis menſtrui vomitu exonerandi, aſſumebatur hac ratione, & retinebatur perpetua repetitione, in quintum uſque anni quadrantem, i. e. per *quindecim* circiter *menſes*.

Alia patiens per longum tempus, vehementi *pectoris* anguſtia ſeu *aſthmate* obſeſſa, & diu admodum inconvenienter & copioſe quidem *expectorantibus* tractata; à quibus non modo copioſiſſimam *congeſtionem* ad pectus, ſed inſuper *purulentum* copioſum ſputum, & alia veræ *phthiſeos* pathemata, incurrerat: incidit tandem, circa æquinoctium vernum, (quo tempore alias, ſicut etiam autumno, ſanguinem mittere a tribus circiter annis, cum euphoria conſueverat, quod præterito autumno, diſſuadente novo ſuo medico, intermiſerat) in *hæmoptyſin* repentinam quidem, & plane ſinceram, ſed non admodum copioſam ; adeo, ut vix 6. cochlearia excederet tota quantitas, qua rejecta etiam ſponte

reſedit

refedit totus impetus, neque reverfus eft amplius : Quamvis octo circiter horis poft, *tuffis* vehementiffima, (quam per aliquot feptimanas hactenus, non aliter, quam vero quodam *typo*, circa diluculum, & hora quinta vefpertina, proxime per integræ horæ fpatium tolerare affuefacta erat) ipfam valde concuteret. Neque vero adhibitis remediis, quæ univerfo malo conveniebant, poft hac unquam iterum fefe exeruit *hæmoptyfis*, excepto leni infultu, de quo loquemur. Sub copiofa illa perpetua *expectoratione*, qua per *fex & viginti* feptimanarum fpatium quotidie circiter *tres libras*, (ad minimum à 2. ad 3.) fputi, cum vehementiffima tuffi rejecit, debilitato graviffime univerfo corpore, & humoribus excrementitiis, velut univerfim ad pectus compulfis, & hoc quidem maxime per congeftionem motus fanguinis ad hunc locum, *ceffaverant menfes*. Patiens erat circiter 36. annorum; ante hujus expectationis tempus quamvis vere hectica ab aliquot annis, *fucceffum* tamen *menfium* ad minimum tolerabilem experta: *hic* jam, uti dictum, *fuppreffus*, facta infuper *hæmoptyica* eruptione, expediendus iterum erat, ne tanto magis *hæmoptyfeos* periculum increbefceret. Fiebat initium à *venæfectione* in pede; cum tanta reliqua patientis euphoria, ut circiter octo poft diebus, rheda fua in publicum iterum prodierit. Incidente 14. diebus poftea, tempore debitæ evacuationis *menftruæ* (nempe ad priftinam periodum phafi lunæ accommodatam) dato medicamento, reliquum leniffimo, ad has tamen fanguinis excretorias commotiones, utique non inefficaci: loco *menftrui* fanguinis, exhibebant fefe indicia, erupturæ rurfus *hæmoptyfeos*, juftum metum afferentia, nempe non folum major, & ficca illa quidem *anguftia pectoris*, & improbus ille fenfus *titillationis in afpera arteria*: fed etiam actualis eruptio *fanguinis*, intra *ftriarum* tamen floridarum, reliquo profundius exantlato muco immixtarum, paucitatem fubfiftens. Ubi obiter monemus, quod tum prior illa copiofior & fincera *hæmoptyfis*, tum hæc ejufdem repullulantis machinamenta, illo ipfo horæ quadrante, vel amplius, quo fefe exerebant, ne minimam commotionem tuffis comitem habuerint: Sicut etiam in plerifque *hæmoptyicis* communiffime fit. E contra vero præcefferat illam primam *hæmoptyfin*, quinque circiter horis ante ipfius eruptionem, fub ipfo placidiore fomno matutino, fine ulla manifefta occafione fponte cooriens, non folum *palpitatio cordis*, fed tanta etiam illius commotio *circa caput* ut generofa patiens inde expergefacta, & hujus accidentis alias imperita, non fatis fibi imaginari poffet, quid & unde illa plane *fonora* (uti folet effe) *cordis palpitatio*, & vehemens arteriarum *circa tempora* micatio, fibi portendat: ficut quidem hunc fenfum exprimebat: *Es wären Ihr alle die Adern um den Kopff, mit fchlagen gleichfam lebendig worden*: Subfidente iterum poft quadrantem horæ circiter hac commotione, ut alias admodum firmi & præfentis erat animi, fomno, quafi defatigata, iterum indulgebat, & ita fic fatis tranquille,

quille, in tertiam usque horam dormiebat; hinc evigilans (erat hora 8. matutina prӕterlapsa (quiescebat tamen, & vere nictabat maximam partem: donec altera quoque hora prӕterlapsa esset: Ibi tacite, sed repente, scaturiebat velut repentino impetu, fluidus quidam & calidus liquor e faucibus in os: Quem, quantum bucca quasi capiebat, cum exspueret, ejusque rei causa sese ad latus lecti inclinasset, sincerum *sanguinem* esse animadvertebat: qui cum sexta vice repentino impetu buccam ita explevisset, non majore in singulas ejusmodi mensuras, temporis spatio, quam quanto ad respirationem sedatiorem opus sit, sponte subsistit.

Ita ex hoc etiam casu comparet, quomodo sanguis loco *menstruӕ* excretionis, *hӕmoptyicam* eruptionem occupare jam paratus, & quod germani dicimus, in via fuerit, seu viam institerit, insolitam & inconvenientem.

Ita mihi ipsi occurrit sequens casus. Fœmina admodum plethorica, cum Viro nupsisset vehementer prodigo, à quo insuper pessime habebatur; tandem in inopiam, & quod ajunt, ad incitas propemodum redacta, multis curis defatigabatur, & profundam suam sollicitudinem largis lacrymis subinde testabatur. In hac animi prostratione, incurrebat aliqua corporis etiam damna, & valetudinis periclitationes, quӕ propemodum initium sumebant, à *mensium imminutione*, quӕ tamen mature in *suppressionem* plenariam transibat. Cum tamen non eo usque prӕvalesceret reliqua valetudinis vacillatio, ut a familiaribus domesticis negotiis patientem arcere posset: factum inde est, ut per initia rem negligeret; sensim autem, cum nihil gravius denuo subsequeretur, ita velut assuesceret, ut per totos septem annos, fluxum hunc non amplius sentiret. Imo, oblivíscebatur ejusdem, tanto facilius, cum intra horum annorum decursum, bis gravida facta, infantes enixa, iisque lactandis ipsamet occupata fuisset: Sicut etiam infantes optime constituti vixerunt. Tandem vero incidebat in *febriles* commotiones, quӕ primo quidem, quotidianis paroxysmis, iisque satis vehementibus per totam ӕstatem exercebant ӕgram: Tandem *Chinӕ Chinӕ* usu compescebantur. At vero non ita longo tempore post, denuo erumpens febris, *tertianum* typum exhibuit. Cum res per usum *Chinӕ Chinӕ*, priore morbo pulchre cessisse videretur, iterum adhibita est, & quidem, quantum ad febrem attinet, cum optato successu; quandoquidem paroxysmi, quin tota manifesta febrilis commotio, mox cessaverunt. Subsecuta vero ab illo tempore est longe manifestior valetudinis labefactatio, quandoquidem & alias cum sanitate in gratiam minime rediisse videbatur, & post valde parvum tempus, longe majore impetu, quam nuper ipsa quoque *tertiana* denuo cooriebatur. Adhibitus in consilium, ad affectum ita constitutum, exhibui aliquot doses, ex sale absynthii, Antimonio diaphoretico, & terra sigillata strigoniensi: Cujus pulveris

 tertia

tertia statim dosis febrim profligavit, ut nullus paroxysmus redierit. Interim altero statim die emicabat dolor velut urens & ardens, imo terebrans, in artubus inferioribus. Imo, reddebantur pedes adeo infirmi, ut lectum petere cogeretur; in quo tamen non solum hæc omnia continuabant; sed percipiebat patiens dolorem hunc etiam *sursum* tendere, & molestissime illas regiones occupare. Cum vero per diem & noctem graves hasce *sanguinis* restrictiones atque *congestiones* tolerasset, summo mane *sanguinem* valde spissum, sed etiam satis paucum, *per nares* excrevit: Ingruente vero vespera *urinam* valde *cruentam* emisit. Ab hoc tempore indies melius habere cœpit, imo, suppeditatis ulterius temperantibus remediis, sub divina gratia ad plenam orthostadiam reversa est. Ex quo ipso etiam specimine deprehendere licuit, quot molimimibus natura sanguine sese exonerare intendat, & quomodo, assecuta quadantenus hanc suam intentionem, tunc demum meliore fide requiescat.

Qui vero plura horum generum exempla, & varia plane rariora, mensium per loca excretionibus sanguinis alias plane inaccessa, perlegere voluerit, facile illorum magnum numerum, apud varios peritos observatores reperiet, quos partim loquentes inveniet, e numero Celeberrimorum *naturæ curiosorum*, in Actis illorum: partim indigitatos reperiet, tam ibidem, quam in utilissimis hujus generis indicibus, *Moronii*, *Waltheri*, &c. qui, cum in plerorumque manibus sint, non est, quod commemorationibus inde transcriptis, Dissertationem nostram præter institutum diffundamus.

CAPUT VI.

De

Methodo medendi menstruis Evacuationibus insolitas vias quærentibus.

Nihil longius abesse deberet, a medico dogmatico, nempe cognito morbo, per methodum rationalem, recte & ordine consulturo, quam immediate ad medicamenta convolare, quæ tantum præsentem morbi scenam respiciant, totius autem tragœdiæ summam, parum aut nihil attingant. Valet hoc profecto eximie, in magnis illis, diversorum morborum veluti systematibus, *febribus*, *affectibus hysterico-hypochondriacis*, & variis, modo conaminibus, modo symptomatibus atque consectariis, *hæmorrhagicis* sive *hæmagogicis*: Utpote à quibus posterioribus imprimis, totum negotium *morborum ætatibus propriorum*, pen-

dere, alibi deduxit D. D. Præfes, & Celeberrimorum hactenus practicorum confenfum affecutus eft.

Sane vero dictitat ipfa fana ratio, quod ejusmodi malis, nifi ex ipfo fundo fubveniatur, omnis reliqua curatio, non folum *temporaria* fit, &, fi res recte æftimetur, palliativa: Sed etiam fi præpoftere inftituatur, tum *fundamento* præfentium incommodorum plurimum contumaciæ adjiciat; tum ipfis fæpe hifce *fecundariis* malis; fi magis directe à *primario* fuo, nempe ipfa præfente commotione, foveantur, graves lapfus in pejus conciliare foleant.

Promptiffimum certe eft, exemplo rem declarare. Si enim eruptiones ejufmodi per vias *infolitas*, non tam amplius tententur folum, & exitum quærant, quam eundem jam, ruptis repagulis, invenerint; fi inquam, *hæmorrhagiæ* tales per *infolita* loca, cooriantur, nifi infignis & præcipuus illorum nexus cum *menfium* motu recte perfpectus fit; imo jufta etiam atque fufficiens methodus innotefcat, qua ipfi excretioni *folitæ*, folide fuccurri atque confuli poffit: quis ibi aliam medendi methodum fibi proponet, quam forte externam vel internam, fluxuum talium *cohibitionem* per adftringentia. At vero quam aliena fit hujufmodi medicatio, non folum ab ipfo totius mali fundamento, nempe *menfium fucceffu impedito*, fed etiam fæpe numero ab ipforum talium vicariorum moliminum fcopo; & quam facile hi ipfi affectus inde in pejus prolabantur: provocamus merito ad experientiæ teftimonium. Imo vero, quam alienus hic fit facer ille hodiernus abufus *opiatorum*, ne temere odia proritem, non quidem prolixe tractabo: Spero tamen fore, ut pofteritas attentior; practicorum cordatorum monitis, fuam obfervationem conjungens, olim agnofcat, quot incommodis & periculis patientes numerofi per hujusmodi artificia exponantur, quibus non folum nihil ad fummam negotii perficiatur, fed etiam ipfis præfentibus pathematibus, fæpiffime vel longe *major pertinacia*, vel *anomalus progreffus*, concilietur.

Vera vero methodus, incommodis, de quibus nobis fermo eft fuccurrendi, confiftit in fequentibus: *Primo*, ut præfenti malo mitigando, fubveniatur per remedia mere placide *temperantia* & demulcentia; minime vero per *adftringentia*, pofitive *cohibentia*; imo neque ipfa *narcotica*, nifi plane peculiares cafus aliquid horum efflagitare videantur: In quibus quidem (fed rariffimis) pro conditione urgentis impetus, confulere prudenti medico perpetuo integrum eft: *Secundo*, ne quæcunque tales inufitatæ *commotiones*, imo ne quidem *excretiones* nifi enormes fuerint, nimium percellant aut perturbent medicum; quandoquidem certiffimum eft, quod in ejufmodi cafibus, fi modo revera tales fint, uti dicimus, omnes tales commotiones, imo etiam eruptiones, longe minus periculi involvant, fi a deviante *menfium* negotio manifeftius pendeant: Quam fi ab alio quocunque incitamento originem duxerint.

Zzz 2 *Tertio*,

Tertio, ut omnino ratio habeatur primaria & attentiſſima, negotii *menſium* ipſorum, quantocyus, ſed non magis efficaciter, quam placide & clementer, in debitum ſuum ordinem atque ſucceſſum reducendorum. Et cum hic durus utique ſit nodus, per *methodos*, ad minimum vulgo præſcriptas, & *medicamenta vulgo* cognita, menſes motui ſuo non magis *placide*, quam *ſecure* reſtituere; tanto majore utique circumſpectione utetur hinc medicus, ne quid temere turbarum concitet; quandoquidem utique factu facillimum hoc eſt, ut fortioribus *pellentibus* medicamentis, patientes in pathemata longe graviſſima impellantur, quæ variis modis, modo *quærant* inſolitos exitus, modo qualitercunque inventos, effuſe ſequantur.

Quarto, imo vero, ſi maxime ſolide *ſolitas* vias reſtituere non liceat; aut illis etiam reſtitutis, adhuc aliquid reſtet, ab illarum *inſolitarum* viarum diuturna, aut copioſa, aut valde prompta atque expedita, *aſſuetudine*, metuendum; tunc eo dirigenda eſt methodus, ut per commodiores aliquas *ventilationes artificiales*, obſtinato illi motui atque propoſito inſolitæ viæ, ſuccurratur, donec ſenſim deferveat univerſus impetus. Quamvis quidem in hac re nimium ſecurum eſſe, aut ejuſmodi deſuetudinis ita *brevem eventum* expectare, non liceat, quod cujuslibet veri practici, attentæ obſervationi & prudentiæ commendamus.

CAPUT VII.

De

Methodo medicandi ſpecialiore.

DElineavimus præcedente capite *generaliter*, illas intentiones, quas in noſtro negotio formare & exequi conveniat; quibus autem remediis, *ſpecialiter*, imo quaſi individualiter, quo ordine atque ſucceſſu, hoc proſequi & ad finem perducere neceſſe ſit, tanquam ſpecialem practicam adminiſtrationem, hic deducemus.

Ante omnia itaque, cum de menſium inſolitis viis, orbitæ ſuæ reſtituendis, ſermo & intentio noſtra eſſe debeat, abſtrahimus hoc loco a conſideratione fluxuum talium ſanguineorum, *in ſe* & *abſolute* conſideratorum. Et hoc tanto magis quia partim rariſſime tanta quantitate & tanto impetu prorumpunt, ut fortes & quaſi violentas *cohibitiones* efflagitent: Partim omnes in genere, tanto magis autem *frivolæ* & minus neceſſariæ, *adſtrictiones* per medicamenta *interna*, non ſolum ipſi *menſtruo* fluxui tanto majus & ſolidius præjudicium afferunt: ſed etiam his ipſis profuſioribus eruptionibus alienis, raro ſperatam ſufficientem opem ferunt,

ferunt, nisi quidem tanta quantitate ingerantur, ut inde longe graviora viscerum pericula cooriantur, quibus communissime, in *siccioribus hectica*, in *humidioribus œdemata*, imo tandem *utrumque simul*, (ut plurimum difficillime reparabili damno) vestigia legunt.

Pro intentione itaque rei nostræ quadrante, pro motibus, inquam, istis, adeo connitentibus, ad justas *proprias vias* reducendis, putamus ratione dictante nullam priorem esse debere considerationem, quam ut ipsæ *viæ*, ad quas reduci atque adigi debeat declinans illa atque evagans aberratio, quantum possibile est *libertati* ita restituantur, ut non modo ad illas, sed etiam per illas, debitus liber recursus fieri, adeoque successui sperato patere possint.

Hoc recte sese habente, eo quovis modo respiciendum est, ut motus debiti ad justam ordinariam viam invitentur atque disponantur.

Hoc fiet in genere per medicamenta *efficaci provocationi* menstrui fluxus satisfacientia, in specie vero per horum exhibitionem *justo tempore* institutam: Quale videlicet est illud quod vel *mensibus* muliebribus magis in genere dicatum, secundum *lunæ phases*: Vel præsentibus subjectis, in specie, quod fere ab illis commode adhuc exquiri potest, imprimis si non nimis quam longum sit, amissi hujus fluxus tempus.

Quia tamen, per communia præsertim hujus classis medicamenta, vix fieri potest, quin, sub tentata commotione sanguinis ad *uterum*, aliqua, imo sæpe numero insignis, commotio sanguinis *generalis*, suscitetur; qua pari facilitate, *eruptiones* illæ per vias hactenus sibi *assuefactas* augescant: Cui quidem rei infallibiliter subservit *abundantia* sanguinis concurrens:

Propterea in casibus præsertim, has considerationes evidentius offerentibus, commendatissimæ efficaciæ est *imminutio* totius massæ sanguineæ, reliquæ universæ curæ *præmissa*.

Quæ tamen tanto felicius sperato suo officio satisfaciet, si non solum, propter *generales* intuitus, vix nisi circa *æquinoctia* instituatur; sed etiam *speciali* respectu, non in brachiis, sed *pedibus*, suscipiatur. Sane vero D. D. Præses hæc monita non susque deque habenda esse, asseverat, si rebus hisce opus sit, & ab illis certior effectus expectari debeat.

Si hæc recte perpetrata sint, vix unquam opus est, a parte, quæ hactenus *insolitam* viam præbuit, appulsum illum & molimen, impostetum repellere. Imo vero, non dubitamus hoc ipsum absolute dissuadere: exceptis solis *duobus* modis, si locum habent. *Primus* est, quando per *externa* medicamenta non solum exitus, sed etiam aditus, sufficienter reprimi potest. *Secundo*, si per medicamenta, non *adstringendo*, sed magis *specificice* congestiones humorum ad certam aliquam partem

 dissipan-

diſſipando, ſubveniri poteſt. Cujus rei ſpecimen præſentiſſimum fuit illud, quod contra *vomitum* illum *cruentum menſtruum* editum eſt; cujus ſuperius, & in Diſſ. de *Motu Tonico*, facta eſt mentio; ubi remedium princeps fuit *Millefolium*, non in ſubſtantia, ſed *eſſentiæ* forma: Et affectus hic, tamdiu libere graſſatus, ab hujus, per paucos dies uſu, ita abſolute cohibitus fuit, ut non ſolum illo tempore, quo expectari debebat, abſolute conquieſceret: Sed etiam, ne ſemel poſthac, ullum novum inſultum capeſſeret, nedum perficeret.

E medicamentis reliquis, huic negotio, menſes directe *in ſuam viam* reſtituendi, velificantibus, cum etiam ſint *pilulæ* ita dictæ *Becherianæ*; quas imprimis ipſe D. D. Præſes, tam in privatis Collegiis, quam ſemel iterumque in publicis Diſſertationibus, laudavit; videtur hoc loco non alienum fore, ſi ipſius brevis animadverſio circa hoc medicamentum, proferatur. Monet videlicet, diſtinguendum eſſe inter pilulas illas *veras*; quas in pauciſſimorum manibus eſſe pro certo habet: & falſas; quæ vel ad oberrantium aliquot præſcriptionum fidem, vel ad impoſſibilem ſane in talibus caſibus, putatitiam *imitationem*, fabrefiunt. Sicut enim, quod attinet illas formulas, nemo hominum facile a talibus ingredientibus tales effectus expectaverit, quales à veris expectari poſſunt; dum ingredientia tantæ ſimplicitatis, ut vix quisquam aliquod operæ pretium ab illis reportare ſperaturus ſit, continent & præ ſeſe ferunt: Ita e contra illæ, quæ *ad imitationem* factæ putantur, balſamicis adeo *acribus*, *calidis*; *purgantibus*, penetrantibus: imo *opio* interdum ipſo aſſociato, conſarcinantur: ut effectus non ſolum alieniſſimos, ſed ſæpe numero periculoſiſſimos, exhibeant.

D. D. Præſes, quamvis his ipſis pilulis, juxta veram etiam ipſarum formulam, non utatur; ſed meliori fundamento ſubnixus, nempe formula illarum vera, ad imitationem illarum, certas ſibi uſitatas concinnaverit, quæ eosdem effectus, cum modeſtia loquendo, edant: ſed longe majore cum lenitate, & miniſſima efficacia: ita nihilominus *veram Cynoſuram efficaciæ verarum Becherianarum*, inſignibus ſpeciminibus abſolvendam exhibere, e communi re futurum arbitratus eſt, quæ ſunto ſequentia:

Veras Becherianas pilulas, ſine omni incommodo dare licet, imo dediſſe maximopere prodeſt, *puerperis*, tam ante, quam ſtatim poſt, partum; imo aliquot diebus continuis deinceps; *Symptomata*, tantum abeſt, ut ab harum uſu ulla cooriantur, ut potius alias conſueta, ab hoc uſu mireſcant, imo præcaveantur.

Profuſionem ſanguinis immoderatam, *lochiorum* loco coortam, niſi intra pauciſſimum tempus aliquot minutorum horæ inhibeant; minime tamen *ſupprimendo*, ſed ad juſtam *temperantiam*, ſervato debito *ſucceſſu*, reducendo: Hoc niſi faciant, *veræ* non ſunt.

Menſes

Menses, nisi præ omnibus aliis medicamentis *efficacissime*, & simul tamen *placidissime*, sine omni violentia, fluxui suo restituant, etiam diu *suppressos*; aut tempestive expediant, *imminutos*; *veræ* non sunt.

Diarrhœas simplices, imo à propria ingurgitatione *dysenteriodes*, demum *incipientes*, nec dum cruentas; sicut etiam multiplicem *vomendi* conatum & assumtorum revomitionem, præsertim *sine febre*, nisi secunda vel tertia dosi hæc singula recte restituant, *veræ* non sunt.

E contra, *siccas* & *obstructas* alvos, citra febrem, aut spasmum verum intestini recti, nisi prima aut secunda dosi; libertati suæ reddant, *veræ* non sunt.

Imo, quæ hæc, non solum *singula*, sed *omnia* & *singula*, non præstant; aut sub omnibus hisce rebus, quodcunque incommodum ægro creant, reliquo ejus statui minus familiare, imo vero, extra tempus harum usus, non longe magis & gravius familiare, *veræ* non sunt.

Quæ quidem hac occasione innuisse suffecerit; imo insuper adjecisse; quod neque frivole, *sano* corpori, neque indifferenter, *teneris* uti *robustis*, sed omnibus modis *perite*, & sane vero *medice*, illas administrare conveniat. Quali certe, usu, in nostro præsente negotio, laudem tuebuntur haut vulgarem.

Ceterum inter *generaliora*, inclinationem excretionis menstruæ ad *solitas vias* incitantia, est partim *pediluviorum*, partim cum *epicrasi* laxantium, usus; Quorum formulis radix *ari* non sine fructu, adjicitur.

E *specialissimis*, notum est testimonium, quod B. Ludovici instrumento *Glauberiano* perhibet: sicut inter diffusiora, & generalia, *insessuum* aliqua esse potest efficacia.

Salibus volatilibus urinosis, circa tempus *instantium* debitarum evacuationum minimum omnium tribuimus. Quicquid illis loci assignare licuerit, *intermediis temporibus* faciendum censemus: Dn. D. Præses illis valde parum tribuit.

Quid *martialibus*, bona fide & constanti efficacia, tribuere, integrum esse putet, alibi prolixius dixit: Hic *ad summam rei*, imprimis autem versus tempora debitarum eruptionum restituendarum, operæ pretium factura, constanter negat.

Denique tamen, quisquis quocunque medicamento, scopos præscriptos directe assequi peritus sit, ille præsentem etiam scopum, complicatum & mutuis respectibus innitentem, satis efficaciter assequetur, si *ordinem* hic propositum, servaverit, utpote in quo cardo rei vertitur.

Quem

Quem ut adhuc femel, fchemate prorfus aliquo delineemus; fub initium curæ, pro *reftituendo*, motu fanguinis menftruo, ab *infolitis* viis ad *folitas* atque debitas; *primo* omnium convenit ventilatio fanguinis per *venæfectionem*. Sub *neceffitatis* aliqua lege, fi *plethora* evidens adfuerit; fub *utilitatis* certæ fiducia, fi vel maxime tam notabilis plethora non concurrat, quod tamen oppido raro fit.

Inftituatur in *pede*; Verfus *novilunium*: Neque facile, nifi circa *æquinoctia*. Ita, ut noftro arbitratu, totam folidam curam, potius verfus illa tempora differre, quam venæfectiones, imprimis in *fenfibilioribus* (cujufmodi tales communiffimæ funt) promifcue quolibet tempore fufcipere, præftet.

Imo vero, non adeo abfolute poftulat neceffitas, in quibuslibet patientibus particulariter, à venæfectione præcife *initium* facere, quin illa etiam reliquæ methodo interferi, & quod ajunt, poft principia locari poffit: Ut propterea expectando opportunius tempus venæfectionis, non abfolute nihil agere neceffe fit. Sed illud tantum monendum utique ducimus, quod *ante* vel *citra* venæfectionem, reliqua medicatio femper nimium quantum magis *placide*, imo quafi *mitiffime*, inftituenda veniat; nifi commotionibus heteroclitis gravioribus, viam potius aperire, quam præcludere velimus.

Nempe *certior* & *fecurior* eft methodus, concurrente venæfectione; omiffa illa *incertior*: Si tamen modefte tractetur, & naturæ *docilitas* potius, feu facilitas, quam é reliquo robore æftimandus *vigor*, prudenti medica manuductione regatur, poteft etiam illa ad optatum finem aliquando perduci.

Factis talibus ventilationibus, poffunt lenes evacuationes *cathartica* cum *épicrafi*, *verfus tempus* foliti jufti fluxus, inftitui; ita, ut circiter octo dies ante terminum incipiant, & in illud tempus definant.

Hoc ipfo jam folitæ debitæ evacuationis tempore, convenit demum remedio, ad ventilandam ipfam *eruptionem* efficaci, fubvenire. Quod tamen; fi in fortiore faltem *commotione* fanguinis efficaciam fuam collocatam habere putandum fit, male confulturum effe fpecialiffimæ huic intentioni, merito judicari debebit. Referimus huc, quæ antea de hac claffe medicamentorum protulimus.

Placet incidenter commemorare, quod etiam aliquando menfes, per aliquot periodos fuppreffi, per *Nitrum regeneratum* referati fint: Quod quidem illiteratus quidam curiofus, ipfemet fibi paraverat; fub nomine & opinione *tartari vitriolati*: Nempe e fpiritu ab illis circumforaneis fpirituum mineralium gerulis, pro fpiritu *vitrioli* ipfi vendito: Quem per errorem venditoris, *Nitri* fpiritum, vel *aquam fortem* fuiffe, hoc productum monftravit: Ipfiffimum videlicet verum *Nitrum*.

Ceterum

Ceterum si hoc loco & tempore, *verarum Becherianarum* pilularum moderatus usus, in subsidium veniat; poterit ille facile quorumlibet aliorum locum commode & efficaciter supplere.

Si una simplici tali prosecutione, minus succedat eventus, repetenda est, excepta venæsectione, hæc eadem methodus, instante rursus tempore, versus menstruum procedente. Possunt tamen tunc maxime temporis, & imprimis versus exquisitum tempus, *pediluvia* in usum trahi.

Ita certe, si res poscat, justo tempore repetendo, imo *recuperato* etiam debito fluxu, per aliquot menses deinceps, eidem iterum prudenter ita obviam procedendo & subveniendo, nisi rarissimis casibus insignis *cachecticæ* conditionis & pessimæ *diætæ*, nunquam fiet, quin justus successus, hujusmodi methodo prompte & constanter obsequatur.

Tantum hac vice. D. T. O. M. pro benignissime præstito nobis auxilio, sit gloria sempiterna.

FINIS.

CXXXVI.

POLYCARP. GOTTL. SCHACHER,

DE

HÆMORRHAGIIS GRAVIDARUM.

Lipsiæ 24 Octob. 1717.

QUemadmodum corpus noſtrum ad corruptionem admodum proclive virtute vitalis ejus motus per longam annorum ſeriem ab omni putredinis labe immune præſtatur; ita vitali illo motu extincto corpus quoque brevi poſt putridum rancidumque evadit. Eidem fato eſt fetus in utero materno ſubjectus, qui ſæpe ante moritur, quam in lucem edatur. Exanimatus ſolenni naturæ curſu mox putredine conſumitur, eodemque tempore matrem in anceps vitæ periculum præcipitat. Proinde paradoxum fortaſſis videbitur, ſi impræſentiarum afferam, fieri interdum, ut fetus vita privatus ſine ſenſibili putredinis labe & citra funeſta gravidæ ſymptomata ad notabile temporis ſpatium in utero permaneat. Huic aſſertioni fidem ut conciliem, liceat illuſtrationis ergo ſequentem hiſtoriam conciſe recenſere: nobilis quædam fæmina, vegeto corporis habitu, in optimo ætatis flore conſtituta, plurium liberorum fauſta genitrix, ante annos non ita multos non vanam de graviditate ſibi conceperat ſpem. Cum enim periodicus menſium fluxus ceſſaret, immodicamque oris ariditatem nocturno inprimis tempore ſe moleſtantem ſentiret, ac præterea nauſea non tam jejuno ſtomacho, quam brevi poſt paſtum infeſtaretur, atque ſymptomata illa, quæ ipſi uterum gerenti alias erant conſueta, ad quartum uſque menſem durarent, non citra ſonticam cauſam ſe gravidam eſſe ſuſpicabatur; quarto geſtationis menſe nondum elapſo præter ſpem omnem atque opinionem in gravem uteri hæmorrhagiam incidens atque abortum haud parum reformidans remediis externis æque ac internis utebatur, quibus immodicus fluxus multum quidem minuebatur, penitus tamen non ſiſtebatur, imo novo accedente corporis motu medicamentiſque per aliquot dies inſuper habitis, ita recrudeſcebat, ut non minima ſanguinis quantitas impetuoſe effunderetur, eam tamen non ita debilitans, quo minus muniis ſuis adhuc tum præeſſe potuerit. Ad priſtinam igitur quietem remediorumque uſum rediens tantum levaminis percipiebat, ut fluxus ille paulatim penitus cohiberetur. Sed anceps nunc hærebat, utrum una cum ſanguine excreto omnis graviditatis ſpes evanuerit, an vero gravida adhuc eſſet. Vix ſex ſeptemve dies effluxerant, ex

ex quo in novum fluxum uterinum, quatuor circiter dies durantem, relabebatur, poftmodumque eodem nunc remiffiori, nunc intenfiori feparatis temporibus corripiebatur, unde nulla omnino impraegnationis fpes eidem amplius relinqui videbatur, præfertim cum fupra recenfita fymptomata graviditatem indicantia penitus remiferint, nullumque fetus motum poft medium geftationis tempus perfenferit. Tanto autem corporis robore pollebat formofa illa, ut nunquam lecto affixa hæreret, fed læto animo domeftica officia obiret cultumque divinum aliaque confortia frequentaret, tametfi perpaucos faltem dies a fluxu illo immunis effet, & dubio procul fœtum mortuum in utero gereret. Accidit vero poft trigefimam fecundam hebdomadam, computatione a conceptionis tempore inftituta, ut ex improvifo in graviffimam iterum uteri hæmorrhagiam incideret, eodemque tempore non citra dolores partui confuetos carneam maffam una excluderet. Hanc quidem haud pauci adftantium pro mola habebant, tamen ea paulo accuratius perveftigata, adparebat clare, carneam illam maffam non molam, fed placentam recentem ac jufto craffiorem effe, intufque fœtum membranis fuis obvolutum contineri. Proinde iis provide incifis liquor amnii nonnihil turbidus promanabat, tenellufque nudus, incorruptus, nullum fœtorem fpirans, gracilis tamen, extenuatus, folito minor, trimeftris embryonis magnitudinem vix æquans in oculos incurrebat, funiculo ejus umbilicali incorrupto quidem, fed flaccido marcidoque fimul comparente. Sane fymptomata, quibus gravidæ adficiuntur, non femper una eademque effe, vel mulieribus cognitum fatis perfpectumque eft. Noftra potiffimum intenfæ oris ficcitatis rationem habebat; uti enim extra graviditatis tempus de ea nil quicquam moleftiæ fentiebat; ita eadem brevi poft conceptionem ac toto pene geftationis tempore tam exquifite affligebatur, ut neceffe haberet, fæpius jam nocturno, jam matutino tempore immodicam labiorum, linguæ, fauciumque ariditatem aqua aliove potu temperare. Quemadmodum vero noftra huic ac ceteris fignis fupra indigitatis confifa optime impraegnationem cognofcebat; ita nos conjectura haud aberraturos effe fperamus, fi aperte afferamus, fœtum præcoci partu exclufum octo plurefve hebdomadas mortuum in utero delituiffe. Nihil jam de diuturno fluxu cruento fœtum neceffario debilitante tandemque enecante dicam. Neque fymptomatum graviditatem indicantium brevi poft primam uteri hæmorrhagiam remiffionem prolixe commemorabo. Certe mater non fancte modo affeverabat, fe poftmedium geftationis tempus nunquam fetus motum percepiffe, verum teftimonia etiam omni exceptione majora luculentiffimeque probantia, fe minimum triginta duas hebdomadas gravidam fuiffe, proferebat. Cum itaque infans in lucem emiffus, nec non funiculus umbilicalis tabidus gracilifque comparuerit, ac ille trimeftris embryonis magnitudinem vix æquaverit, conjicere fas eft, tenellum finem feptimi vel principium octavi menfis in utero vivendo haud attigiffe, fed potius

plures hebdomadas ante abortum extinctum fuisse. Operæ fortassis pretium nos facturos speramus; si hac data occasione tria inprimis paulo curatius pervestigemus: nimirum, quomodo infans mortuus tamdiu citra corruptionem & putredinem in utero materno asservari potuerit, secundo, cur mater, fœtum mortuum in utero gerens, præter frequentiorem uteri hæmorrhagiam nihil mali effatu digni experta fuerit, & postremo undenam sit, quod fetus in utero mortuus haud maturius fuerit expulsus. Fœtum exanimem ad aliquot hebdomadas imo menses in matrice citra corruptionem hærere, non modo præsens observatio, verum alii etiam auctores fide digni luculenter probant. Siquidem *Cl. Mauriceau* embryonem sextimestrem describit, qui incorruptus pene comparuit, tametsi ultra mensem mortuus in utero materno latitarit. Atque *Hildanus* duorum fœtuum a diversis matribus editorum meminit, qui per trium quidem mensium spatium mortui in ergastulo materno delituerunt, qui tamen neque putridi, neque fœtidi observati fuere. Oppido rara est observatio, quam *Celeberr. Schroeckius* litterarum monumentis consignavit; quippe quæ fœtum instar alabastri nitidum nullibique putredinis labe infestatum sistit, quantumvis quatuor menses in uteri latebris exanimis hæserit. Quamobrem cur de rei tot observationibus confirmatæ veritate dubitare velimus, causam, me judice, habemus propemodum nullam. Consultius erit, causas nonnihil indagare, quæ fœtum exanimum aliquandiu in utero a corruptione immunem præstant. Sane quantum aër concretorum naturalium corruptionem & putredinem promoveat, inde dilucide adparet, quod eorundem multa, corruptioni alias maxime obnoxia, quam diutissime a putredine præserventur, modo aëris accessus studiosissime abarceatur. Id quod inprimis in fructibus videre est, qui ad putredinem alias maxime proni, sphæræ vitreæ ab aëre evacuatæ inclusi ad integrum annum citra corruptionem ullam asservari possunt. Jam vero fetus, liquori amnii innatans, & membranis suis amictus in utero clauso tutus a liberiori aëris accessu delitescit, hinc contra etiam dubio sine est; quod fetus mox putrescere incipiat, si dilaceratis ejus membranis ac liquore amnii profuso orificioque uteri hiante, paulo liberiori aëris accessui exponatur, utpote cujus attactu unio particularum humores constituentium paulatim dissolvitur, peregrinusque motus ipsis inprimitur, atque crasis eorundem penitus invertitur, ut tandem non mirum, si & solidæ partes livore perfusæ pedetentim mollescant corrumpanturque. Præterea ad præcavendam putredinem haud parum liquor amnii conferre videtur. Sicuti enim fructus in liquoribus & animalium corpora in aqua alumine similique sale imprægnata aliisve liquoribus modo brevius, modo longius incorrupta asservantur; ita non absimilem fortassis usum limpidus amnii liquor salinis spiculis imbutus tenello præstare videtur. Quare excretio ejus, cujus mentionem antea fecimus, simul ad causas corruptionis mox tenel-

lum

lum invadentes referri meretur. Imo hæc forſan quoque eſt ratio, cur fetus mole major minori citius in utero corrumpatur. Minores namque liquore amnii undiquaque alluuntur, ſecus ac in paulo grandioribus animadvertimus. Neque etiam a ratione abhorret, placentæ cum utero cohæſionem ſymbolam ſuam ad avertendam putredinem ſimul conferre. Licet enim ex ea humores miniſterio funiculi umbilicalis ad fœtum mortuum amplius transferri nequeant, tamen placenta materno ſanguine adhuc tum irrigata particulas laudabiles per poros membranæ amnii dum excernit, ſane liquor ejus quotidie inſtauratus, craſinque ſuam aliquandiu conſervans, embryo quo minus putreſcat, omnino præcavet. Atque hæc dubio procul princeps eſt cauſa, cur incorrupto exiſtente fetu ex interitu ejus gravida parum incommodi perſentiſcat. Equidem ordinarie fetus in utero mortuus matri graviſſima nec raro lethifera parit ſymptomata, autopſia id ubertim confirmante; interdum tamen ab iis gravidas liberas permanere, & noſtra, & ſupra citata exempla luculenter docent. Quoniam enim quandoque accidit, ut mortuo tenello uterus cum placenta inflammatione haud corripiatur, a qua alias peſſima proveniunt ſymptomata, neque placenta ac fetus illico putreſcere incipiant, quorum fœtida exhalantia miaſmata ſanguinem maternum inquinando funeſta mala gignunt; fieri omnino poteſt, ut ejuſmodi infans cum placenta molæ ad inſtar aliquandiu in utero citra periculoſa ſymptomata retineatur. Cur vero fetus mortuus naturæ niſu haud maturius expulſus fuerit, præcipue cum mors infantis cum matris vita plane haud congruat, huicque ſummum immineat periculum, & ideo natura totis viribus in id incumbere debeat, ut infans mortuus, ceu res vitæ matris penitus adverſa, quantocyus ex œconomia animali exterminetur, jam paulo ſpecialius indagandum venit. Profecto fetus mortui vel vivi excluſionem acrius paulo ſi contemplemur, obſcurum eſſe nequit, eam citatiorem ac ſpaſmodicum uteri motum prærequirere. Uti itaque hic ab uberiori ſpirituum influxu primario dependet; ita eidem cauſæ exſtimulantes abſolute ſunt neceſſariæ. Jam vero cum in noſtra neque placentæ inflammatio, neque embryonis moles aut calcitratio, neque membranarum dilaceratio & liquoris amnii profuſio, neque miaſmata acria fœtidaque uterum ad accelerandum ſpirituum influxum exſtimularint, vel ſponte innoteſcit, cur embryonis mortui excluſio aliquandiu protracta fuerit. Interim naturam non penitus otioſam fuiſſe frequens ſanguinis ſtillicidium non obſcure docet. Haud dubie namque ſanguis per placentam uteri propter embryonem mortuum ægre circulans nimiumque cumulatus hinc & inde radices placentæ perfregit, ſtatiſque temporibus majori minorique hæmorrhagiæ occaſionem dedit, uſque dum radicibus penitus diſſolutis, uteroque vehementer exſtimulato, ingratus ille hoſpes cum ſummo matris emolumento prorſus fuerit excluſus.

FINIS.

CXXXVII.

JOHAN. D'URBAN

DE

HÆMORRHAGIA UTERINA

Edinburgi 6 Jun. 1753.

INter plurima & diverfiffima morborum quibus feminæ obnoxiæ funt, genera, hæmorrhagia uterina, quippe quæ perniciem fubitam perfæpe minatur, maxime periculofa eft; morbi enim plerique alii, remediis faltem adhibendis tempus & fpatium permittunt, atrox vero & immane hocce fanguinis ex utero profluvium, fubito adeo & cito fæpius enecat, ut nobiliffima quæque remedia fruftra & incaffum adhibeantur. Omnis autem fanguinis ex utero fluxus minime morbis accenfendus eft; feminis enim natura, menftruum fanguinis effluxum, fanitatis præfidium provide admodum molita eft: qui tamen fluxus menftruus, temporibus fuis erumpens, copia tanta & violentia interdum profluit, ut, nifi arte cohibeatur, vel faltem imminuatur, eo ufque ruat, ut malis confequentibus, multorum poftea morborum feminibus, femineam illam, generis humani confervatricem, compagem diruat.

Hæc itaque eft primæ uterinæ hæmorrhagiæ fpecies, quam hic loci, quantum potero dilucide, tractare conabor: fecunda vero ea eft, quæ prægnantibus accidit: tertia illud eft profluvium fanguinis immodicum, quod poft partum fæpe evenit, & mulierem jam feliciter enixam e medio tollit.

Non a propofito alienum videtur, fi antequam opus adgrediamur, pauca de fluxu menftruo proferamus: ut vero fluxus hujus cognitio, ex uteri ftructuræ cognitione magna ex parte pendet, primum de hac ftructura differendum.

Uteri compages in mulieribus non gravidis, adeo obfcura & inveftigatu difficilis eft, ut pene impoffibile fit aliquid certi de ea ftatuere. Externa ejus fuperficies membrana, valida a peritonæo orta inveftitur, interna vero tenui membrana, quæ in parte fuperiore lævis utique & mollis eft, circa cervicem rugofa & in fulcos efformata. Pars interior ejus fubftantiæ fpongiofam quandam cellulofam aut cavernofam fpeciem præbet, inftar fere lienis, aut corporis penis cavernofi: externa vero duriore, firmiore, magifque mufculari compage donatur. Fibræ porro quamplurimæ mufculares, totum ejus corpus pererrare confpiciuntur. Vafa ab hypogaftricis & fpermaticis orta, in infinitos ramos divaricantia, & fecum communicantia, mirum in modum contorta & plicata, per totum uteri corpus excurrunt. Liquor per vafa unius lateris actus, facile in vafa alterius tranfit. Arteriarum fines quamplurimi in uteri cavum hiant, & liquor per vafa hypogaftrica adactus, per eorum ora in uteri cavitatem effunditur. Sanguis præterea, in mulieribus, manante fluore menftruo extinctis, utero leviter preffo, per hæc orificia ftillare cernitur. Lympha tenuis, ad uteri cavitatem lubricandam, dum non menftruans eft mulier, per has vias tranfit.

In mulieribus non gravidis, omnia hæc vasa uterina valde exigua sunt; post impregnationem vero, sensim dilatantur vasa, præcipue venosa; in magnam molem crescit uterus, & ejus cellulæ in conspectum prodeunt, earumque ora ita augentur, ut calamus scriptorius, imo aliquando digitus minor intromitti queat. In utero gravido hæ cellulæ innumeræ fere conspiciuntur, & in parte uteri interiore, molli & spongiosa, ubique communicantur: arteriarum ramuli super eas repunt, & vulgo creditur, sanguinem ex ipsis arteriis in earum cavitatem effundi; an ita sit necne, solis experimentis arte anatomica factis confirmari potest.

Nuper autem, quum mulieris sex menses gravidæ dissectioni adessem, hæc inspectanti obversabantur. Liquor cereus, coloratus, per arterias injectus, in has cellulas tenui tantum filo pertingebat: affatim vero per arteriarum patula orificia in uteri cavitatem exibat: in placentæ quoque superficiem arietans, vi sua sese insinuans, ab utero eam distinuit. Per venas vero uterinas liquor actus quam facillime cellulas implebat. Cellularum cavitates summa diligentia perlustratæ, & cera inde avulsa, venæ quamplurimæ, liquore per venas uterinas injecto, repletæ, in earum cavitates hiare conspiciebantur; arteriæ vero paucæ & exiguæ.

Hinc verisimile est, cellulas hasce venarum tantum esse appendices, & humorum receptacula ab arteriis fetus redeuntium, qui illuc primum appellunt, & illic sanguini matris venoso immiscentur: nec absimile est, sanguinem matris arteriosum effundi ab arteriis in cellularum cavitatem hiantibus, & illic succis a fetu redeuntibus immisceri, ob eandem fere rationem, qua sanguis arteriæ umbilicalis cum sanguine venoso communicatur; ut nimirum acceleretur motus humorum a vasis fetus redeuntium: sanguinem præterea menstruum, ex arteriarum finibus, in uteri cavitatem hiantibus, provenire; & has cellulas, extra graviditatis tempus, fere evanescere, vixque ullum præbere usum, nisi cum fetus est in utero.

Uterus ope muscularis suæ structuræ ita comparatus est, ut, quanquam graviditatis tempore, in magnam molem distendatur; excusso tamen onere, in statum pristinum cito redeat.

Quomodo vero, & ex quibus causis, illa vasa uteri excretoria, quæ in statu suo naturali tenuem tantum lympham emittunt, constante naturæ lege, certis temporibus adeo dilatentur, ut sanguinis partem crassiorem, rubrum scil. tam copiose transmittant, inter physiologicos quam maxime disconvenit.

Quorum opiniones varias enumerare, & argumentorum vim plenius perpendere, hujus opusculi non est. Quare, neglecta (a) *Aristotelis* sententia, qui fluxum illum, ex periodo ejus menstrua, lunæ temere adscribit; tres solum theorias diversas breviter perstringamus, quam aliquam celeberrimi quique medici amplexi sunt.

Ple-

(a) ARISTOT. Ζώων ἱστορίας τὸ Η. Περὶ καταμηνίων τῶν γυναικῶν. Κεφαλ. β.

Plethoræ hypothesin (*b*) *Galenus* suscepit, & contra *Erasistratum* defendit, quam post eum, ex recentioribus maxime insignes comprobarunt. Qui hanc doctrinam complectuntur, feminas, suapte natura, hujusmodi redundantiæ obnoxias esse, probare conantur; eamque opinionem, hisce argumentis firmant. Molliorem nempe, humidiorem, & laxiorem corporis femininæ texturam apud omnes constare; & inde, secundum *Sanctorium*, corpora maxime humida minimum perspirare, atque hinc proficisci aphorismum illum: (*c*) *Aquæ potatio perspirationem insensilem impedit.* Perspirationem (scil. *Sanctorianam*) ut cæteras secretiones, pro ratione cordis impetus, & orificiorum canalium secernentium, majorem aut minorem esse.—— In feminis autem, vim vitæ, quam in viris, multo imbecilliorem, vasorumque capillarium orificia minora, & proinde perspirationem minorem, unde majorem etiam humorum redundantiam superesse.—— Femineum vitæ genus, sedentarium scil. & minus exercitatum, hujusce superflui humoris cumuli in causa esse: unde ingesta excretorum rationem excedere, plenitudinemque insequi.—— Compertum esse (*d*), fæminam, cæteris paribus, plus sanguinis quam marem continere; atque exinde, feminas imbecilliores, dato tempore, majus sanguinis impendium robustissimis viris pati; ut persæpe in hæmorrhagiis uterinis videre est.

Itaque, plethora periodica stabilita, quare hæc redundantia per vasa uterina potius quam alia excernatur, monstrare pergunt: quorum præcipua sequuntur argumenta.

I. Quod aorta descendens infra emulgentes in feminis latior est; arteriæ quæ pelvim introeunt, capaciores, si non plures, quam in maribus; hypogastricæ in uterum præcipue impensæ, multo quam in ulla alia corporis parte, ejusdem magnitudinis, ampliores: contra, venæ uterinæ pro portione minus latæ, quam in viris, eædemque quam alibi in corpore humano firmiores sunt; præterea valvulis carent, quibus sanguis rediens, qui in directum fere surgit, in ascensu suo adjuvetur, cum simul sanguis per arterias influens, eodem fere modo descendat.

II. Quod uterus texturæ est laxæ & fungosæ; viscus in corpore femínino maxime vasculare; in infima præterea corporis parte situm; & ab omni musculorum pressura prorsus immune, in pelvi feminea (*e*) ampliore: unde, ex notis fluidorum legibus, uterum plus sanguinis accipere, magisque vi cordis, ulla alia corporis feminini parte, distendi necesse est.

Ex hac in feminis proclivitate, ad majorem humorum copiam generan-

(*b*) Περὶ Φλεβοτομίας πρὸς Ἐρασίστρατον βιβλίον. Κεφαλ. ϛ.
(*c*) *Sanctor.* sect. 3. aph. lxvii.
(*d*) *Hales's Hæmasaticks.*
(*e*) Osteol. App. *Monro.*

randam quam quæ ad corporis nutritionem fufficiat, quotidiana fuperflui fanguinis accumulatio neceffario fequetur, eaque, uti fupputant, circa drachmas quinque, fingulis diebus: ita poft triginta dies eo ingravefcet plethora, ut emiffaria uterina dilatet & in uteri cavitatem aditum fibi faciat. Cum autem plethora menftrui fluxus caufa efficiens ftatuatur, plethoræ ipfius caufa finalis hæcce videtur: ut fcil. mater gravida fine humorum impendio, qui ad proprii corporis nutritionem neceffarii funt, alimentum etiam fœtui præbere poffit: ne autem feminæ vafa, redundanti illa fanguinis copia opprimantur, ubi nullus in utero fetus eft, qui exhauriat; natura aliam viam, uterina nempe emiffaria, patefecit, quæ menftruam hancce redundantiam effunderent.

Multæ & magnæ hanc theoriam difficultates comitantur: corporis humores adeo variant, ex inconftante eorum ftatu, & tam variis caufis augeri aut minui poffunt, ut accumulationem tam æquabilem fieri vix credibile fit: ut fcil. quamvis multæ aliæ fiant evacuationes, multa fit exercitatio, & exilis illis diæta, fanguinis tamen incrementum, fenfim adeo vafa impleret, & certis periodis, viam fibi per vafcula aperiret, quæ aliis temporibus eum tranfmittere nequeunt.—— Si ingeftorum & excretorum differentia fit, pro ratione drachmarum quinque per diem; quatuordecim diebus, poft proximam periodum menftruam, novem fere unciarum fanguinis erit accumulatio: tot unciarum fanguis a vena aliqua mittatur, & periodus menftrua, tot dies poft tempus folitum protrahi videretur: nil tamen tale fit.—— Per menfium intervallum, femina fæpius plethorica eft, hoc tamen eruptionem non accelerat; & evacuationes ad fanguinis onus fublevandum adhibentur, qui tamen per hanc theoriam, per vafa uterina emitti debebat.—— Si plethora menfium caufa fola atque immediata effet; fanguinis tanti, aut faltem bis tanti miffio, quantum in menfibus vulgo effunditur, eos præcluderet, aut malis ex eorum obftructionibus fequentibus fubveniret: quorum tamen neutrum in praxi percipitur.—— Præterea, ex (*f*) ftaticis experimentis apparet, corpus femininum interdum duas libras plus ponderare eodem intervallo, uno tempore quam alio, eodem manente habitu corporis; cum tamen nulla inde moleftia aut menftruorum eruptio fiat. Hæ, ex multis, paucæ funt objectiones, quæ contra hanc theoriam adducuntur.

Fermentationis hypothefis, five utero propriæ, five per totum corpus diffufæ, ex effervefcentia, feu ftimulo acri, tot validis objectionibus eft obnoxia, ut in univerfum fere rejiciatur: cujus (*g*) auctores menfium caufam finalem hancce affignant; ut fcil. omnes fordes recrementitiæ ab utero depurgentur, & ut fanguinis maffa ab omni fæce pura reddatur. Hanc ut firmarent, multa de prava & deleteria menftruorum natura pro-

(*f*) Dr. *Keil.*
(*g*) De *Graaf. Bayl. Etmul. Charlton,* &c.

propagarunt ; quum re vera, non fit alius in corpore humano fanguis purior.

Tertia denique reftet confideranda hypothefis, in qua (*h*) auctor ingeniofus, hæmorrhagiæ caufam in ipfius uteri, quod gradatim fit, incremento ponit ;— periodicum fanguinis fluxum neceffario ex ejus ftructura fequi exiftimat ; — finalem omnem caufam excludit, quafi uterus propriam fuam conformationem, ad generandum tantum, non ut menftrui fanguinis evacuationi inferviret, accepiffet; fluxumque fortuitum & (contra fummi philofophi (*i*) effatum) per fe ad nullam rem utilem autumat.

Hæc theoria, prima facie multum arridet, atque facilem menftrui fluxus rationem tradit ; fymptomatum etiam eruptionis tempore occurrentium, & obftructionem fequentium, fine difficultatibus quibus plethoræ hypothefis obnoxia eft. Ubi autem accuratius fubit examen, ut in plerifque argumentis, ubi Data deficiunt, multa objicienda oriuntur. In hoc enim argumento, nihil pofito, quod proclivem arteriofi fanguinis per venas hypogaftricas reditum impediat, vix credi poteft, quinam is per minutiffima lateralium vafculorum, quæ uteri cavitatem ingrediuntur, tranfitum fibi faciat, cum multo facilior alibi fit exitus. Præterea, periodicas evacuationes, menftruis fubfidiarias, a diverfis corporis partibus apud auctores, & in praxi paffim comperimus : a naribus, fcil. pulmonibus, oculis, imo extremis digitis, ubi nulla fingularis ejufmodi ftructura affignari poteft. Nec video quid impediat, quo minus periodica fanguinis fiat evacuatio, a quavis corporis cavitate, propter eandem rationem quam fluxui menftruo adfcribit ; fiquidem omnes cavitates vafa lateralia feu exhalantia habeant, in fe humores injicientia ; quæ, fimilibus de caufis (modo tales re vera fint) ita dilatari poffunt, ut certis periodis, fanguinem rubrum tranfmittant.

Porro, hic auctor, fanguinis a diverfis partibus eruptionis, quæ menfes obftructos fequitur, & quæ eandem cum menfibus periodum obfervat, hanc caufam ftatuit : *impetum* nempe in totum corpus factum, eodem tempore, quo menfes fruftra eniti conantur. Oportet autem ut vis, quæ hunc in totum corpus *impetum* efficit, fola fanguinis fit copia, differentiæ inter fanguinem, quem hypogaftricæ & arteriæ fpermaticæ infundere folent, & fanguinem, quem nunc in obftructione menfium infundunt, æqualis. Nec quidem eam tantum *impetum* efficere credibile eft. Quantufcunque autem fit, arteriarum epigaftricarum & mammariarum communicationem tanti facit auctor, ut quis putet hæmorrhagiam a mammis femper provenire : aut faltem, fanguinem retroactum in aliquam partem, cui internæ iliacæ, aut etiam externæ inferviunt, fefe im-

 miffurum,

(*h*) *Thom. Simfonius* Chand. Proff. med. & anat. St. Andr.

(*i*) In partibus corporis, nihil inane, nihil fine caufa, nihil fupervacaneum eft. *Cicero* de Nat. Deorum.

miſſurum, atque inde erupturum. Contra autem, evacuatio hæcce vicaria ſæpius ab aortæ aſcendentis ramulis efficitur. Hic igitur *impetus* neceſſario univerſalis erit, & omnia corporis vaſa attingens; quæ vix, ut videtur, eam ſanguinis copiam continere poſſunt, qui per vaſa uterina tranſire ſolebat, niſi plethora univerſalis inducatur, & omnia vaſa ſuper-intumeſcant, donec imbecilliorum anaſtomoſi, redundantia evacuetur, & plethora deſinat. Ligetur autem vas æquale, aut hypogaſtrico majus, nihil tale ſequetur; cætera vaſa ſanguinem, qui per ligatum tranſiebat, facillime continebunt, nec ulla ſymptomata plethorica ſequentur. Ipſa eadem adverſus plethoram, ut menſtruorum cauſam, adhibita argumenta, plenam vim ſuam contra hanc theoriam exerunt. Profluvii igitur uterini cauſæ ab illo adductæ non ſufficiunt, cum appareat evacuationes vicarias dari, ubi cauſæ ſimiles ne vel exiſtere finguntur.

Inter varias haſce hypotheſes, ad hoc phænomenon periodicum explanandum, excogitatas, plethoræ ratio, quamvis nonnullis objectionibus obnoxia, nobis (omnibus rite perpenſis) maxime conſentanea videtur. Cauſa finalis, huic in feminis redundantiæ adſcripta, quam maxime veriſimilis eſt, & vere exiſtere videtur: eaque ſemel conceſſa, plethora cauſa efficiens & adæquata, neceſſe eſt ut agnoſcatur.

In feminis menſtrua circa annum decimum quartum incipere, circa annum autem quadrageſimum nonum, deſinere ſolent; quamvis in temperamentis bilioſis, citius; in phlegmaticis autem, aliquando tum in inceptu, tum in defectu, ſerius: eademque differentia in regionibus calidis & frigidis obſervanda eſt.

Fluxus menſtruus, varie, vel ab utero, vel a vagina, vel ab utroque profluere creditur: nobis autem, a ſolo utero ut plurimum provenire videtur. Quoniam, inde lochia fluere comperimus; — inde etiam, nutrimentum ſuum a matre fœtum recipere; — & ſi vaſa hypogaſtrica injectione impleantur, in uterum ſe aperire; — uterum multo pluribus quam vaginam vaſis impleri; — tempore graviditatis, quando ovum utero adhæreſcit, fluxum menſtruum raro cerni; — in caſu vero uteri prolapſi; ubi menſes conſpiciuntur prorſus ab ore uteri interno provenire, res clare demonſtrari videtur. In caſibus tamen (*k*) rariſſimis quidem, ubi menſtrua, in graviditate etiam, ſolitas periodos obſervarunt, ſine magno aut matris aut ovi incommodo, omnino ea a ſola uteri vagina fluere ſtatuendum eſt. Ubi naturalia uteri emiſſaria obſtructa ſunt, a multis aliis corporis partibus, vertice (*m*), ſcil. vel (*l*) digitis fluere, interdum obvenit; quoniam eadem vaſa quæ utero, vaginæ etiam inſerviunt, & ubi alter obſtruitur, ſanguinem menſtruum ab altera evacuari, conſentaneum eſt.

Hoc fluxu appropinquante, præſertim ſi tum primum virgini accidit, hæc

(*k*) *Horſt.* obſ. xli. lib 5.
(*l*) *Kerching.* obſ. lxxxv.—
(*m*) lxxxvi.

hæc fere ſymptomata cernuntur : in partibus vicinis, præcipue circa lumbos & coccygem, calor & dolor, cephalalgia, inappetentia, laſſitudo, acuti mammarum dolores, & poſt eruptionem, languor & nauſea.

Periodi variæ ſunt & inæquabiles, nunc trium hebdomadarum, nunc duarum, quamvis plerumque vix menſis lunaris intervallo : & fluxus in ſanis a tribus ad ſex, licet in pleriſque per tres tantum dies continuatur.

Copia etiam, ſecundum ætatem, temperamentum, clima, & vivendi modum, major aut minor eſt. Fluxus autem immodicus dicitur, ubi aut nimium ſanguinis una periodo evacuatur, aut ubi fluxus ſæpius redit. Et hic, caute, quid nimium ſit, ſtatuendum eſt. In quibuſdam enim feminis, natura, multo major eſt quam in aliis, ejuſque diminutionem in illis gravia incommoda ſequerentur : profluviumque interdum ſolito majus, ex menſtruis aliquamdiu ſuppreſſis, accidere poteſt, cum tamen corpus ſolitam ſanitatem retineat.

Quod attentius conſideranda ſunt ſymptomata ſupervenientia, atque inde de diagnoſi ſtatuendum ; quæ fallax, admodum fuerit, ſi ex ſola copia dijudicetur. Itaque, e. g. ſi pallor, languor, debilitas, anhelatio, anxietas, partium extremarum refrigeratio, deliquium, ſuffocatio, convulſio, menſtrua comitentur ; inde ſatis conſtabit, hæmorrhagiam immodicam eſſe, & pro ratione ſymptomatum, aut leniendam aut coërcendam eſſe.

Hujus profluvii immodici cauſæ prædiſponentes vulgo ponuntur, vaſorum nimia laxitas, & exin tenuis, ſoluta & aquoſa ſanguinis diatheſis, præſertim ſi adſit acrimonia.

Ubi laxa tantum eſt ſolidorum textura, per anaſtomoſin ſanguis effluit, & laxitas hæcce vel dilatatio aut naturalis eſt, aut inducta : inducitur autem nimia aquoſi & calidi liquoris potatione ; balneis calidis ; vita ſedentaria ; & maxime lecto indulgendo, quod corpus aſſiduo balneo vaporis quaſi ſubjicit, omnium relaxantium maximo.

Si autem ſanguinis etiam craſis deſtruatur, aut mutua partium cohæſio laxetur, immodica ejus copia per laxa uteri vaſa facile profluet, quæ jam reſiſtere nequeunt : & ſimul motus fluidorum, modo aliquam habeant acrimoniam, ſtimulo quem vaſis addunt, neceſſario accelerabitur ; unde major etiam hæmorrhagia efficietur. Et multis exemplis conſtat, hæmorrhagias a diverſis corporis partibus accidere, ex tam acri & ſoluto ſanguinis ſtatu ; ut in ſcorbuto &c.

Præter jam dictas, multæ exiſtere poſſunt, cauſæ adventitiæ, quæ, aut per ſe, aut prioribus conjunctæ, hoc malum efficiunt : quales, plethora — coitus immodicus — diuturni & difficiles in partu labores — exercitatio omnis violenta — animi pathemata — aër calidus — medicamenta ſtimulantia & attenuantia — quicquid denique ſanguinis momentum auget & ſuſtinet.

Hæc

Hæc hæmorrhagia fæpius oritur a placentæ fruftulis, poft puerperium in utero relictis, quæ longo etiam poft tempore, redeuntibus menftruis, fanguinis fluxum immodicum excitant. Cujus exempla paffim apud autores inveniuntur; qua de re poftea in fuo loco latius tractandum.

Hic fluxus immodicus uterinus, rariffime quidem in (*m*) puellis ante menftruorum ætatem, interdum in virginibus tempeftivis, fæpe in matribus, præcipue in provectioribus; nec in aliis periculofior quam in (*n*) vetulis, menfes jamjam depofituris, invenitur.

Profluvium fubitum, quod cum impetu & effufe ingruit (fecundum *Hippocratem* λαβρῶς καὶ δαψιλῶς) brevi tantum durans, ægræ fæpius vitam tentat: fi autem mortem effugerit, concretiones tamen polypofæ in vafis circa cor confequi folent, quæ anhelationes miferrimas per totam vitam creent.

Nec prognofis hæmorrhagiæ uterinæ lentæ, quæ menfium ftillicidium (σταλαγμὸς) dici poteft, minus periculofa eft: ea enim, fine medicæ artis auxilio; certis, quamvis lentis gradibus, ægram, per malorum feriem, ad mortem tandem deducit: qualia funt, debilitas; — pallor; — pedum & crurum œdemata, — tremores, fluor albus, eumque femper comitans fymptomatum hyftericorum caterva; — variæ ventriculi, inteftinorumque ægritudines, — organorum chylopoëticorum, & hæmatopoeticorum in muneribus fuis impeditio: donec tandem tota fabrica fanguinis depauperati effectus fentiat, & anafarca, afcites, febris hectica; atrophia, & mors denique hujus morbi agmen cogat.

Ad curationem autem: — impetuofa hæmorrhagia coërcenda; — nervofi fyftematis orgafmus leniendus, — vaforum uterinorum, & folidorum omnium; tonus reftituendus; — & debita fanguinis crafis procuranda eft.

Ubi fluxus adeo immodicus eft, ut pulfum exilem & debilem, fudores frigidos, deliquia &c. inducat, expeditiffima fimul & efficaciffima remedia interna & externa ad eum coërcendum adhibenda funt. Ægra refupinanda; — ab uterinis vafis, miffo e brachio fanguine pro ægræ viribus, revulfio eft (*o*) facienda, quod etiam fanguinis momentum minuit; — mens in tranquillo fervanda; — corpus leniter refrigerandum; — epithemata ex decocto corticis granatorum; quercini; radicis tormentillæ, foliorum rofarum rubrarum; *balauftiorum*, in aqua ferraria; poft coctionem addita aceti quarta parte, fubfrigida; inferioribus abdominis partibus; & pudendi labiis applicanda, & ex occafione repetenda.

Aliud

(*m*) *La Motte* traité des accouchemens, obf. 197. *Kerckring.* obf. 137.

(*n*) *Hoffman.* Tom. IV. caf. 110. —— 111.

(*o*) Et certe quam præftans fit in venæfectione præfidium adverfus hunc morbum; conceptis verbis teftatur *Hollerius* in comment. ad aphor. 50. *Hippocr.* §. 5. *Victimus*, inquiens, *quæ fanguine multo e vena detracto convaluerunt, quum nullis aliis remediis fluxus fanguinis reprimi poffet.* *Hoffm.* T. II. p. 225.

Aliud eſt etiam contra fluxum hunc vehementem remedium, eo magis memorandum, quod cito operetur, & a quavis vel egena parari poſſit: ſi nempe, aliquid admodum frigidum lumbis applicetur: ſudorium e. g. amplum, plicatum, oxycrato, vel aqua marina, vel frigidiſſimà aqua fontana madefactum; quod ſubito applicandum, & bis aut ter, prout tepeſcit, mutandum: nec minus efficax erit, ſi ſubito, & ægra ignara, applicatum ſit; ſiquidem ſubitum terrorem ſæpe menſtrua cohibere conſtat. Notiſſimum quoque eſt, ſi pars aliqua vehementer irritetur, ſpaſma per totum corpus communicari; ea eſt per totam fabricam filamentorum nervoſorum connexio. Si enim pars aliqua ſenſibilis gelidiſſimo aliquo corpore ſubito percellatur, tremorem totum corpus percurrere ſentimus; qui progreſſionem contractionis inſtantaneam oſtendit: & fibræ animales quantumvis laxæ appareant, tantam habent tenſionem, ut vibrari poſſint; nec tantum contactu, ſed etiam aliorum corporum vibratione, per ſympathiam quaſi harmoniacam. Quare haud incongruum eſt, frigidum aliquid lumbis, parti admodum ſenſibili, applicatum, effectus ſuos ſtatim ad uterum tranſmittere, ejuſque fibras, & emiſſariorum orificia contrahere: atque ſubiti frigoris vis in narium hæmorrhagia omnibus nota eſt; & feralis menſium in fluxu naturali obſtructio a frigore, cujus multa infelicia ſunt exempla, hujuſce rei veritatem penitus demonſtrat. Adſtringentia etiam externa renum hæmorrhagiis multum profuiſſe comperta ſunt.

In caſibus admodum periculoſis, injectiones adſtringentes in uterum (*p*) mittendæ ſæpe utiliter præſcriptæ ſunt; & in hoc laxo-oris interni ſtatu, facillime in cavitatem uteri pervenire, & ex immediato contactu, plus quam applicationes externæ proficere poſſunt (*q*). Peſſaria quoque, adſtringentibus armata, interdum cum efficacia ſalutari adhiberi inveniuntur.

Brachiorum (*r*) in aquam tepidam, vino miſtam, per horæ dimidium immerſio, quo ſanguis ad exteriora alliciatur, multo quam ad mammas cucurbitæ applicatio, ab (*s*) *Hippocrate* laudata, potior *Hoffmanno* videtur. Sed hac in re metuendum eſt, ne vinum ita abſorptum continuo ſanguinem ingrediatur, & ſtimulo acriore circuitum magis acceleret, quam ore hauſtum, ubi vinum ſaliva, ſuccis gaſtricis &c. diluitur & lenitur. Ligaturæ etiam, a veteribus in corporis extremitatibus uſurpatæ, ad curſum ſanguinis per venas in cor retardandum, proderunt.

Dum

(*p*) *Ego olim acacia Arabica ex vino diſſoluta cathetere in ſinum muliebrem injecta ſanavi Guadagninam, olim uxorem meam dilectiſſimam, a profluvio uteri quo laborabat, Proſp. Alpin.* de med. meth. lib. 12. p. 726.

(*q*) *Proſp. Alpin.* de med. meth. lib. 12. p. 726.

(*r*) *Hoffm.* Tom. II. p. 227.

(*s*) Τμημα ε *aph.* 50.

Dum hæc remedia parantur, aut adhibentur, ægræ vires & ſpiritus idoneis cardiacis reficiendæ, iis ſcil. quibus vaſa quæ exhauriuntur, interim repleantur, nec tamen nimis ſtimulentur: qualia ſunt, jura carnium, aqua vino rubro, limonum, herbarumque refrigerantium ſucco miſta, & ſyrupo cydoniorum edulcata; ex vino rubro & lacte ſerum; analeptica omnia; tinctura antiphthiſica ad guttas octoginta, in aquæ puræ cyatho, repetenda pro re nata; tinctura roſarum rubrarum ſubacidulata ſpiritu vitrioli ad potum ordinarium: pulvis ſtypticus, quem cum antihyſtericis in pillulis admiſtum, efficaciſſimum ſæpius expertus ſum.

Frigida aqua, præſertim pluvialis, aut nitro, aut ſpiritu vitrioli, aut ſyrupo papaveris rheados miſta, a claro (*d*) *Hoffmanno* laudatur: *ſimplex enim*, ait, *hæc medicina*, *& diluendo ſpiſſos humores*, *& acres contemperando*, *nimiumque æſtum reſtinguendo*, *fibras quoque relaxatas firmando*, *plus certe præſtat quam*, *tantopere a medicis*, *alia varii generis ad hoc malum domandum laudata ſpecifica.*

Si adhuc a nervoſarum fibrarum orgaſmo hæmorrhagia perdurat, anodyna fere omnia, inter quæ opiata, & præcipue laudanum liquidum cum ſpiritu vitrioli acido, æquali portione, commiſtum, tam in hac quam in aliis hæmorrhagiis utiliſſimum obſervavimus.

Debita etiam nonnaturalium ratio, ad recidivam præveniendam, in omnibus habenda eſt.

Ubi plethora hæmorrhagiæ cauſa eſſe intelligitur, ſanguinis fluxus aliquandiu procedere permittatur, utpote ad plenitudinem amovendam neceſſarius: a magna tamen quam paſſa ſunt vaſa diſtentione, ſi forte tonum amiſerint, adeo ut ſanguinem poſt plenitudinem amotam effundere perſtent; methodus ſupradicta, ægræ ſanitatis reſtituendæ ſpem facit: & curationis ratio, ubi hæmorrhagia ab aliqua aliarum cauſarum adventitiarum ſeu procatarcticarum oritur, nota ſemel cauſa, illico patet.

Ubi vere ſolidorum tanta fit atonia, ut ſanguinis craſis perierit, & fluxus in habitudinem abierit, tum ad curationem aliquantum ab hac diverſam confugiendum. Fibræ in univerſum corroborandæ, juſta ſanguinis craſis reſtituenda; quæ rationes, quamvis diuturnæ, ſolæ tamen ſunt, quæ hæmorrhagiæ reditum præveniant. Medicamenta adhibenda ſtomachica, incraſſantia, roborantia, cortex, ſcil. Peruvianus, vinum rubrum, balnea frigida, exercitatio modica &c. ſi nihil contra indicat; diæta ſubaſtringens, & pro ventriculi virium, & exercitationis modo: cibus ſiccus, oryza, ſagoe, & analeptica omnia; adhibito ſubinde rhabarbaro ad alvum laxandam.

Quamvis autem corroborantia, prima fronte, ſola huic morbo remedia videantur, experientia tamen conſtat, hæc ſola, ex voto non ſuccedere. Imo

(*d*) Tom. II. p. 326.

Imo fortiora adftringentia & narcotica in hoc fluxu copiofius adhibita, a peritiffimis in praxi medicis, incommoda comperta funt; & fæpe ægræ moleftias augere; contra, parcius adhibita, comitantibus fubinde purgantibus, multo commodiora. Et commodæ hujus catharticorum efficaciæ argumentum videtur: — eorum ufu, non tantum corpus refrigerari; fanguinifque impetum diminui, & fibrarum orgafmum amoveri, fed omnibus glandularum inteftinalium excretoriis, una cum vafis exhalantibus, purgativi actione apertis, facilem hac fluida portam inveniere; & effufe ab utero diverti: cujus contrarium obftinatus & continuatus adftringentium ufus efficit; cum in omnibus hæmorrhagiis laxam alvum utilem effe comperiamus.

Illa deinceps tractanda fequitur hæmorrhagia, quæ dum ovum in utero continetur, accidit; quæque longe omnium periculofiffima jure cenfetur: ex illa enim & fetus & matris vita in difcrimen fere femper conjicitur.

Hæmorrhagiæ hujufce ut ideam noftram dilucide planeque exponamus, uteri poft conceptum mutationes, & quemadmodum utero ovum agglutinetur augeaturque, quædam præfari neceffe videtur.

Veterum (u) hypothefes variæ de generatione ferme rejiciuntur, ex quo ova in ovariis femininis, & animalcula in femine mafculino a recentioribus inveftigata funt. Recentiores autem, haud magis inter fe congruunt de conceptionis modo. Num fcilicet, embryo femine in mafculino præextiterit? — An ovum aura prolifica aliqua fit impregnatum? — Num in ovario? — An tuba Fallopiana? — An, denique, in utero ipfo fœcundum evadat ovum? adhuc fub judice lis eft. Sed omiffis his, ut opufculo huic minus neceffariis; ovum feminis mafculini animalculis jam impregnatum, & in uteri cavitate ponamus.

In

(u) Inter omnes convenit, femen virile fœcunditatis caufam præcipuam, fed de impregnationis modo, & femine feminino veteres inter fe diffentiunt.

Hippocrates [ΠΕΡΙ ΓΟΝΗΣ,] & plerique poft eum phyfiologici, femen femineum vel humorem a vaginæ lacunis in coitu effufum, in generando cum femine virili æque pollere ftatuunt; & in utroque conjuncto vim plafticam fingunt, quæ maffæ compofitæ partes difponeret & conformaret, dum ipfa utero adhærefcens, a fanguine materno ad nutrimentum & incrementum affiduam copiam reciperet.

Ariftoteles contra, cum fuis, femen virile embryonis maffam componere negant; partes autem ejus fubtiliores & agiliores, fanguini menftruo [ὕλῃ] vim animantem [δύναμιν κινητικὴν, vel θερμότητα ψυχικὴν] impertire; & inde embryonem formari: nullum autem femen femineum, nifi humorem excrementitium, effe contendunt.

Galenus autem in tractatu, Περὶ Σπέρματος, opinionem Hippocraticam firmat, & Ariftotelicam refellit, femenque femineum in teftibus [ovariis] depofitum per vafa deferentia [tubis Fallopianis] in uterum defcendere, ibique cum femine virili mifceri, & una embryonem formare afferit; utrumque denique femen pariter & æque ad animal formandum conferre, & maffæ compofitæ partes omnes, non tantum materiam, fed etiam vim plafticam & δυνάμιν, maffam agitantem continere ftatuit.

In uteri ergo cavitate, (femini masculino, & lymphæ arteriolarum exhalantium immersum) corpusculum, vel bullulam exiguam innatantem fingimus. Fluidum hocce, cui ovulum immergitur, a vasculis per omnem ovuli superficiem patentibus, absorptum est: liquores isti sic absorpti, ab hisce vasculis ulterius præparantur, altius elaborantur, & aptiores nutritioni embryonis inclusi efficiuntur: ita sensim crescit ovum, & vascula quibus ovario, vel calyci, seu corpori luteo nuper adhæserat, evoluta ac ampliora deveniunt. Nobis etiam haud absimile videtur, vascula ista (quæ scil. calyci nuper adhæserant) principia placentulæ constituere, quocunque in puncto membranam internam uteri primo contigerint: quæ tunc temporis *faciem* (*x*) *villosam* induit. Pori membranarum ovuli assidue dilatantur, & plus nutrimenti quotidie absorbent: tandemque ovum cavitatem uterinam penitus implet, ejusque parietem universum contingit: ovo jam liquoribus turgido, pori ex ejus superficie protruduntur, adeo ut villi, tantum non infiniti, vel vascula admodum tenella fiant; quæ se insinuant in poros uterinos; sic utero materno adhærescens, fixum & aptum ad nutritionem ulteriorem accipiendam devenit ovum. Dum autem villi hi venosi absorbentes succos uterinos hauriunt, & in ovum deferunt, vascula arteriosa exhalantia, poris uterinis, quibus inferuntur, fluida sua infundunt. Quæ villosa ovi facies, ejusque ad uteri cavitatem adhæsio, multis (*y*) observationibus confirmatur. Vascula porro, quibus chorion utero adhærescit, minutissima sunt, facillimeque sine sanguine effuso separanda; nisi qua parte placenta chorio obvoluta utero affigitur; de quo postea.

Quo recentius est ovum, eo latior est placenta; & dum utero in prima origine adhærescere incipit, tota (*z*) fere placenta videtur; præter partem membranosam uteri plerumque cervici imminentem.

Quamvis (*a*) medici fundum uteri statuunt, cui semper placenta adhærescat; multis tamen observationibus, nulli certæ uteri parti, sed etsi sæpius fundo, interdum tamen parieti anteriori vel posteriori, interdum lateribus, ipsique etiam cervici adhæsionem istam assignare cogor. In quibusdam feminis, tam arcte placenta utero adhæret, ut obstetrici aut medico plurimum negotii facessat; in aliis autem, adeo lubricis tenetur vinculis, ut levissimo aliquo casu separetur, & inde hæmorrhagia & abortus sequantur. Hæc autem adhæsio, sive major, sive minor, tanta tamen est, ut per vascula, quibus hæc adhæsio constituitur, satis alimenti fœtui nutriendo & augendo a matre suppeditetur.

Fetus nutritio, liquori amnii per os in ventriculum accepto, aut rubri

(*x*) *Ruysch.* Thesaur. anatom. 6. N°. 5.
(*y*) *Ruysch.*
(*z*) Ibid.
(*a*) *Devent.* Ars obstetricand. cap. 9—128.

bri fanguinis inter matrem & placentam, per veram anaftomofin, circulationi aflignatur. Hæc autem hypothefes, a clariffimo (*b*) *Monro* plene refelluntur; qui fimul luculenter oftendit, fetus nutritionem præftari liquorum rubro fanguine tenuiorum abforptione, ab utero per vafa placentæ capillaria acceptorum, & fœtui per venam umbilicalem tranfmiffo-rum: — dum liquores tenuitatis fimilis, per arterias umbilicales, in uterum remittuntur, in capillaria terminantes, minuta magis, quam ut fluidum aliquod tinctum injectione infufum, tranfmittant.

Ita fenfim diftendi videtur uterus. Primo menftruæ poft conceptum periodi reditu, ovum fatis utero adhærefcere ponamus. Sanguis periodo fua per emiffaria in uterum rediens, nec paratum, ut antea in ejus cavitatem tranfitum inveniens, propter placentæ ad excretoriorum orificia adhæfionem, hæc emiffaria diftendit. Hactenus lymphæ, aut fubtilioris fluidi, a venis placentariis abforpti copia admodum parva eft, fanguifque per hypogaftrica ad uterum fluere pergit; & quoniam uteri parietes funt prorfus fere vafculofi, totius ejus fubftantiæ incrementum neceffario fequetur; idque, fi nulla intus cauffa effet quæ diftenderet, latera tantum craffiora redderet, & fimul cavitatem minueret; ovum autem, affidue cavitatem augens, omnemque fundi uterini partem complens, quoquoverfum uteri latera diftendit, vi, fanguini exterius parietes uterinos diftendenti fere æquali, eadem laterum craffitudine manente: ubi contra, fi nullus folito major fanguis in vafa uterina immiffus fuiffet, ovi incrementum & diftenfio, procul dubio, parietes uteri tenuiores reddidiffent; & nifi ovi crefcentis & fanguinis vafa uterina diftendentis, vires æquales effent; uteri parietes, fecundum vim præpollentem, aut tenuiores, aut craffiores effent. Atque inde oritur differentia inter uterum, aliafque corporis partes cavas, quarum latera ab interna & fubitanea diftenfione tenuiora, a diuturna autem craffiora evadunt. Unde, quamvis uteri cavitas tantum augeatur, ejus tamen parietes, neque fecundum (*c*) quofdam, veluti veficæ diftenfæ tenuiores; neque fecundum (*d*) alios craffiores factos; fed ejufdem fere, cujus uterus eft non gravidus, craffitiei effe cernimus. Plerique tamen uteri gravidi, quos nobis intueri contigit, tenuiores paulo, præcipue circa parturiendi tempus, quam alias inventi funt: quod eo forfan tempore fetus vim præpollentem acquifierit.

Ubi ovum penitus adhæfit utero, fanguis redundans tranfitu in cavitatem jam obftructo, non ulterius evacuari poteft, quam quoad in forma lymphæ ad fœtum nutriendum abforbetur: quod cum primo minimum fit, eadem, quæ in obftructis menfibus fymptomata oriuntur: atque

Cccc 3 hinc

(*b*) Medical Effays, Vol. II.

(*c*) *Mauriceau* traité des maladies des femmes groffes, chapit. 4. de la matrice.

(*d*) *Th. Bartholin.* &c.

hinc moleſtiarum ſeries primis poſt conceptum menſibus provenit. Quando autem fetus majorem nutrimenti copiam deſiderat, ita ut omnem qui evacuari per menſtrua ſolet, ſanguinem exhauriat, hæc ſymptomata deſinunt.

Jam conſiderandum obvenit, quibus certis graviditatis temporibus uteri hæmorrhagia maxime accidere poſſit, & quibus maxime periculoſa ſit. Si ovum non ita pridem poſt menſtrua conceptum, ante, vel brevi poſt adhæſionem, utero excidat, quod ſæpius fit, quia vaſa, vel parum, vel nil adhuc ultra modum naturalem diſtenduntur, nulla, vel ſaltem minima hæmorrhagia ſequitur.

Si autem, ubi vaſa placentaria humorum copiam aliquam magnam vix haurire poſſunt, ſanguis periodo menſtrua rediens, vehementior placentæ ſuperficiem impulerit, nullo dato tranſitu, interdum eam, ſimul cum ovo protrudit, & hæmorrhagia ſequitur; raro quidem periculoſa, quoniam vaſa nondum admodum dilatantur: ſed in naturali graviditatis progreſſione, ut uterus magnitudine augetur, ita vaſa uterina quotidie dilatantur: unde conſtat, vitæ matris periculum pro ratione temporis, quo uterum geſtaverit, augeri.

Feminæ hujuſmodi hæmorrhagiis ſecundo, tertio, aut quarto menſe maxime obnoxiæ ſunt. In primis menſibus, hæmorrhagiæ non ita periculoſæ ſunt: prognoſis tamen admodum incerta: quamvis enim medici peritia hæmorrhagia coërceatur, mulier tamen, per totum graviditatis tempus ejus reditu tentatur; adeo ut medici, in arte obſtetricatoria peritiſſimi, ſententia fuerit, diſcipulis ſuis ſæpius inculcata, matri melius eſſe, fluorem huncce illico ovum expellere, quam coërceri: toties enim ingenti ferme cum periculo recurſurum. Imo in tertio etiam menſe, hæmorrhagiam tam vehementem, dolores tam violentos, & deliquia tam crebra comperi, ut perſuaſum fuerit, nihil ægræ vitam præter ovi excluſionem ſervare potuiſſe.

Si igitur femina uterum gerente, in uteri vagina ſanguis appareat, medico cavendum eſt. Menſtrua enim quamvis rarius, interdum tamen per totum fere graviditatis tempus, periodice fluere pergunt: ita autem diſtinguendum eſt; ſi menſtrua ſint, fluxus ſolitis periodis erumpit, minore potius copia quam ante conceptum, & pro ratione creſcentis ovi minuitur; graviditatis moleſtias potius ſublevabit quam augebit; ſanguine a vaginæ excretoriis ſolum manante, os uteri internum firmiter conglutinatum invenietur. Si vero menſtrua non ſint, ſanguis ex ipſo utero profluet, & os internum laxatum aliquantum ſi non apertum invenietur; fluxus diutius & majore copia quam in menſibus manabit; aut poſt parvum intervallum, ex levi aliquo motu, vel liquorum calidorum potu, redibit; & ægra imbecilla & languida deveniet: primo, horripilationes & rigores ſubiti, laſſitudo gravis, nauſea, anxietas, anhelatio, cordis palpitatio ſæpe accedent; dein lumbago, pubis dolor, & ſpaſmata in regione ute-

uteri, inter mulieres noſtrates nomine (*bearing down*) notiſſima, ſequentur. Si hæc, aut horum præcipua appareant ſymptomata, fluorem iſtum, ſine aut fetus, aut matris, aut utriuſque periculo, durare non poſſe, merito ſtatuendum eſt.

Interdum autem, paucæ ſanguinis guttulæ tantum excernuntur, deſinunt; & brevi iterum redeunt; atque ita per hebdomadas aut etiam menſes, quamquam haud periodice procedunt: — alias, fluor profuſus dolores comitatur, & ovum ſtatim expellitur; aut ad deliquium uſque perdurat, brevique tum deſinit, rurſuſque viribus ægræ paululum reſtitutis, torrens denuo effunditur, donec tandem ægra, niſi ovi excluſione ſublevetur, pereat. Nam, etiamſi os internum uteri hoc in caſu, ſemper relaxetur, interdum tamen, ſine vi incredibili non ſatis dilatari poteſt, ut exitûs ovo patefiat.

Cauſæ prædiſponentes hujuſmodi ſunt: habitus plethoricus, mollis, laxus & ſucculentus: — diatheſis tenella & delicatula; nervique mobiles & facile irritabiles: — quod antea ægræ menſtruorum fluxû immodico aut fluore albo fuerit afflicta: — & præcipue quod antea abortum paſſa.

Quoniam uteri emiſſaria, quorum orificia contactione placentæ occluduntur, ſimul cum ipſo utero dilatantur; quamvis nulla ſit vaſorum ſanguinem rubrum continentium inter uterum & placentam anaſtomoſis, immenſum tamen ſanguinis profluvium (*flooding*) ex placentæ, in poſterioribus menſibus, ab utero ſeparatione, inſequi manifeſtum eſt: ideoque, caſum, ſaltum, tuſſim vehementem, ſternutationem, paroxyſmos hyſtericos, coitum, quicquid denique ſanguinis momentum ſubito & valide auget, aut adeo ovum concutit, ut placentam ab utero ſeparet, illico hanc hæmorrhagiam efficere: alia tamen hæmorrhagiæ cauſa hic ſpeciatim tractanda.

Sæpe evenit, ut poſt ſolita & regularia graviditatis ſigna, quartum circa menſem, dolores, ut in puerperio, una cum hæmorrhagia feminam invadant, donec carneam quandam maſſam, quam ſcriptores obſtetricatorii alii germen falſum, alii molam appellant, tandem pepererit. Ejuſmodi vero molæ, quamvis inter diſſecandum nihil aliud quam maſſa deformis carnea, aut fibroſa appareat, plerumque tamen veræ conceptiones fuiſſe videntur: homunciolus enim tenellus ſexcentis modis ita evaneſcere aut quaſi annihilari potuit, ut oculum acutiſſimum vel nudum vel armatum falleret; adeo arcte hæcce maſſa, ex placenta & membranis, vi uterina compacta eſt, ut nullo modo partes ſingulæ diſcerni poſſint.

(*e*) Placentulæ in utero diu retentæ, mirum in modum formam naturalem mutant; nunc hydatidum, nunc veſicularum pendentium humore aquoſo refertarum ſpeciem induunt. Ipſe etiam ſanguis coagulatus, in utero

(*e*) *Ruyſch.* obſ. 28.

utero retentus, ſæpe ita comprimitur, ut denſus, ſolidus, compactus ſit, & in membranoſam formam degeneret (*f*): atque adeo uteri conſtrictione maſſa coagulata formam accipiat, quam molam appellant, quamque mulierculæ vanæ variis animalibus, ranis, talpis muribus &c. aſſimulant, eaque viva opinantes territæ fugiunt.

Ubi (*g*) ſanguis in aliquo emiſſariorum uteri ſtagnat, ſæpe in polypum quodammodo concreſcit, & ubi a ſuperveniente ſanguine vaſa ulterius dilatante, in uteri cavitatem propellitur; hæmorrhagia maxime periculoſa ſæpe ſequitur: & hujuſmodi concretio a pravo adſtringentium, ad immodicum lochiorum menſiumve fluxum coercendum, uſu effici poteſt. Si jam, hoc ſanguine concreto in emiſſariis manente, femina rurſus concipiat, excretoria uterina ab ovi contactu occludentur; inde proxima periodo menſtrua, vis ſanguinis redeuntis, in priorem ſanguinem in emiſſariis concretum, impingit, & ab emiſſariis in uteri cavitatem exigit, tenellamque ovi adhæſionem abrumpit, unde hæmorrhagia violenta neceſſario ſequitur: uteri enim excretoria, per quæ maſſæ coagulatæ tranſierunt, nunc tantum dilatantur, ut ſanguini influenti reſiſtere nequeant; vaſorum latera longa diſtentione tonum amiſerunt; uterus ipſe, ab ovo & ſanguine in uteri cavitate concreto, impeditur quominus emiſſaria contrahat. Os internum ſatis relaxatur ut ſanguinem fluidum tranſmittat; nec fluxus deſinet, donec os eo uſque dilatetur, ut ſimul & ovo viam patefaciat: tum quidem, niſi admodum mulier debilitetur, uterus ſtatim ſe contrahere, vaſorumque orificia ſenſim occludi, & hæmorrhagia ſiſti incipiet.

Ubi ovum, fetu extincto, aut ſanguinis coagulum, in utero reſtat, horum magnitudo, menſtrui ſanguinis cumulo adhæreſcente & circum concreſcente, ita augeri poteſt, ut femina ſe in graviditate pergere credat, donec tandem, graviſſimis doloribus, ut in vero partu, cum multo ſanguinis profluvio enixa, maſſam protulerit.

Ex veteribus quidam, iique præſtantiſſimi, feminas in molis gignendis, naturali modo concepiſſe, opinati ſunt; ex imbecillitate vero, vel vis plaſticæ, vel ex defectu ductilitatis, vel puritatis materiæ, rudam nec informatam carnis maſſam productam fuiſſe. Alii, eas ex ſemine femineo una cum ſanguine menſtruo ſine ſeminis maſculini auxilio, generatas fuiſſe exiſtimarunt. Quacunque autem de cauſa, molæ iſtæ naſcantur, hæmorrhagiæ, quæ eas conſequuntur, vulgo, multo quam fluor uterinus, in ullo veræ graviditatis tempore, difficiliores ſunt: toties enim hic, hæmorrhagia cum anxietate, dolore, & debilitate intolerabili redit, ut ægra ultimum vitæ periculum adeat, dum adhuc, os internum, ſummo obſtetricis aut medici molimine ita dilatari nequit, ut maſſam tranſmittat.

Primis

(*f*) *Kerckring.* obſ. 38.
(*g*) *Hoffm.*

Primis poft conceptum menfibus, ubi caufæ prædifponentes exiftere comperiuntur, tempeftive ad methodum prophylacticam confugiendum eft. Modica e brachio fanguinis miffio, circa folitum menftruæ periodi tempus, fecundo, tertio & quarto menfe, aut etiam diutius fi poftulent fymptomata, plerumque ex voto fuccedit; & merito quidem: inde enim facilis fit ab utero revulfio; — fanguinis arteriofi in hypogaftrica impetus minuitur; — vafa uteri turgida ita evacuantur, ut elafticitatem naturalem aut fervent aut recuperent; — & ex circulatione æquabili placidaque, ovum tenellum nullum periculum fentiet; ne fanguinis impetu, fefe inter fuperficiem fuam, & uteri parietes infinuantis, divellatur. Quare, hac fanguinis miffione, medicus fluxum menftruum naturalem imitatur, &, fecundum *Hippocratem*, magnum medicorum patrem, naturæ minifter prodit.

Hac methodo prophylactica, vel omiffa, vel ferius, vel fruftra peracta, fi vera ab utero fiat hæmorrhagia, & ægra caufas prædifponentes non offendat, aut procatarcticæ fint modicæ hæmorrhagiæ levis, & fymptomata lenia, tum ut hæmorrhagiæ coërcendæ fpes fit, ad cautiones generales jam dictas recurrendum: at, nitrofa non adhibenda, ne naufeam & vomitum creent, quæ fumma ope cavenda, ne fanguinis impetus a violenta diaphragmatis, mufculorum abdominalium & vifcerum actione, in vafa uterina violentior fit. Quies tempeftivo anodynorum ufu quam maxime procuranda; inter quæ laudanum liquidum cum fpiritu vitrioli acido vomitum etiam arcent; & diluta, una cum chylo fanguini citius immifcentur, quam opium folidum, quod ex ventriculi tantum contactu fyftema nervofum afficere a (*b*) nonnullis creditur.

Hifce remediis hæmorrhagia coërcita, ne redeat cavendum: regimine refrigerante & diæta fubaftringente, adhibitis etiam rofarum acidulata & antiphthyfica tincturis, per idonea intervalla fumptis. Omni fimul corporis animique agitatione quam maxime devitata.

Ut caute fanguinis in vafa uterina impetus minuendus, fic æquabilis & debita ejus circulatio confervanda eft: nam, fi ex nimia fanguinis jactura, in matre circulatio languidior aut interruptior fit, ovulum languere & inaniri oportet: quod vafcula illa minuta, quibus utero connectitur, ftatim collabuntur, fimulac lympha diftendente privantur. Hoc enim in univerfo corporis fyftemate (quod ab origine totum eft vafculofum) compertum eft, fi canales minuti liquidis influentibus priventur, ftatim collabi, & concrefcere: imo, non folum vafa vaforum in fene, adulto, & juvene evanefcere, fed in infante etiam, vafa ampla umbilicalia, canalem venofum & arteriofum liquoribus influentibus privata, confolidari conftat.

Ubi autem in ultimis graviditatis menfibus hæmorrhagia erumpit: — fi

(*b*) *Wepferus* Hiftor. cicutæ aquaticæ. Med. Effays, Vol. V. Differtation on opium by Dr. *Alfton*.

caufæ violentiores præcefferint: — fi cautiones & medicamenta fruftra fuerint adhibita: — & fimul fymptomata graviffima comitentur: — tum quidem, Celeberrimi *Boerhaavii* effatum veriffimum experiemur: *Inter periculofiffimos gravidarum morbos habetur fluor uterini fanguinis.* Nec aliud quid ægræ ad vitam confervandam proderit, quam prompta & perita obftetricis aut medici manus, qua fœtus & placenta quam citiffime eripiantur. Quoniam autem hujufce rei exfequendæ modus ad chirurgum proprie pertinet, in hoc tentamen intrudere non aufim: præfertim quum ejus ratio & neceffitas nobis proprie, fpectanda, jam antea tractata fint. Fruftra enim, & cum ægræ pernicie, artibus pharmaceuticis, hoc in ftatu, uterini fanguinis fluorem coërcere conabimur.

Trifte quidem! eo autem triftius eft! quod non rarius eveniat, ægram fub ipfis medici peritiffimi licet & dexterrimi manibus interire; & nifi tempeftive advocetur, quamvis ejus ope onus moleftum depofuerit, poft tamen aliquot dies, languidam & exhauftam vitam morte mutare: cujufmodi cafum unicum, triftiffimum quidem quod mihi in praxi contigerit, hic liceat referre.

Matrona quædam, proceritate mediocri, habitu corporis gracilior, valetudine autem præftans, & in re domeftica agilior, quatuor liberos florentes enixa, tricefimum annum, excefferat; quando, jam fex menfes gravida, ab omni hæmorrhagiæ hujus, quæ apparebat, caufa prædifponenti immunis, ab initio menfis feptimi, crebra fanguinis ab uteri vagina ftillicidia fenfit, quæ cum dolore aliquo fenfim augebantur, ut poft dies circa quinque & triginta a morbi initio, medicum infignem accerfceret; qui, Februarii feptimo, 1749, fanguine modice miffo, medicamentis anodynis; pulvere ftyptico cum rhabarbaro, & non-naturalium regimine, adeo fluxum coërcuit, ut fpes fuerit ægram, fi modo caute fe geffiffet, tuto ad tempeftivum partum perrecturam: multum vero levata, temere circa domeftica, pro more, agilis cœpit occupari; unde, circa finem menfis (vigefimo tertio fcil. die) hæmorrhagia adeo violenta fequuta eft, ut neceffarii omnes de falute defperarent. Medici prioris, valetudinis caufa, abfentia, operam meam advocabat: die quinto & vigefimo arceffitus, in lecto ftratam inveni, — inftar cadaveris pallidam, — maxime debilitatam & exhauftam, — doloribus nullis, aut quam minimis, laborantem, — vaginam fanguine coagulato plenam, — os uteri laxum & aliquantulum dilatatum, — cruoris quoque coagulum ad libras duas, quod paulo ante effuderat, in vafe affervatum.

Primo intuitu patebat, ægram hancce præfens vitæ periculum fubituram, nifi protinus onere levaretur; & ne in ipfa operatione interiret, maxime erat metuendum: eoque magis, quod placenta ipfa, membranis integris, ore uteri interno obducta, eique firmiter adhærens,

rens, primo digitis fe objiciebat. Tempore quam minimo, fine ullo fere ægræ dolore, vel nixu, aut fanguinis impendio, quum fœtum eripuiffem; ægre admodum, digitis pedetentim promotis, placentam utero adhærentem, dimovi. Fœtus ex tactu flaccido, colore fubfufco, epidermide leviffima attritione amolita, jamdudum mortuus fuiffe videbatur. Dolores poft partum, folito paulo minores erant, — lochia regulariter & copia idonea fluebant. Per totum denique tempus pomeridianum, puerpera, præterquam quod mirum in modum erat debilitata, optimam de fe fpem faciebat. Analepticis crebro, & pro ventriculi modo, fumptis, fuftentabatur. Cortex peruvianus, idoneis intervallis, & prout capere potuit, adminiftratus eft. Die autem proximo, horripulationes vagæ, rigores, tremores, fingultus, & delirium denique invafit, ut vigefimo octavo, poft meridiem, cura omni fruftra adhibita, exfpiraverit.

Atque in hoc cafu, ex difficultate, quam diximus, placentæ, a cervice uteri dimovendæ, conftare videtur, fingularem hæmorrhagiæ hujus caufam fuiffe; quoniam propter placentæ fitum, ex ore uteri fenfim dilatato, hæmorrhagia neceffario erumpebat: quum cellulæ, earumque emiffaria, fi non fola, ac certe femper plura fint, & refertiora in ea parte uteri, cuicunque placenta adhærefcat.

Hæmorrhagia quæ poft partum fit, jam tandem fequitur tractanda; quam, ut plenius intelligamus, mutationem quam uterus ex graviditate patitur, reputemus; incredibilem fcil. vaforum dilatationem, & orificiorum fe in ejus cavitatem aperientium incrementum: quæ, dum placenta iis adhærebat, quominus fanguinem aliquem effunderent impediebantur; ea vero divulfa, patefcunt emiffariorum ora, & illico fanguineus proruit torrens, donec vafa uterina turgefcere definant; ita preffura laterali remota, vi elaftica naturali contrahuntur, & fenfim priora fua lumina recuperant: fibræ fimul utero mufculares, caufa diftendente remota, nunc agere incipiunt, uterumque ad priftinum modum reducunt; unde fanguis in uteri cavitatem influens ratardatur; & minore copia fluit, donec tandem, utero ad priftinum ftatum prorfus redacto, fanguinis curfus per hypogaftrica tranfire folitus, vaforum uterinorum refiftentia coactus, alio deflectatur. Porro, vafis majoribus evacuatis, venæ minores quibus fanguis ab arteriis redit, minus premuntur; unde via folita circulatio procedit. Tempus quo hæc peraguntur, pro varia in feminis diathefi, fanguinis copia, vaforum elafticitate, ætate, climate, & tractandi modo varium eft.

Hic humorum fluxus naturalis lochia dicitur. Primo, diffluit fanguis ruber: brevi inftar carnium loturæ pallidior; & in diem fecundum, tertium, quartum & quintum, vulgo, ferofus aut lymphaticus, coloris albicantis aut fubviridis; atque ita per dies plus minus viginti minui pergit. Et, ut in menfibus, fic in lochiis, ex fympto-

 matibus

matibus potius quam copia dijudicandum eft. Copia, & durationis tempus, prorfus incerta funt; nec enim, quamvis citius folito defınat fluxus, inde morbidam fuppreffionem effe ftatuendum eft, modo mulier nulla iniqua habeat fymptomata, & pro more revalefcat: nec fluxus immodicus judicandus eft, nec ulla ratione coercendus, modo ægra facile ferat (*i*). Lochialis enim fluxus (*k*) per fex hebdomadas durantis alia, alia autem biduo defınentis, nullo cum ægræ incommodo, exempla funt. In quibufdam, diarrhœa, in aliis, larga lactis a mammis fecretio lochia terminat.

Fluxus lochialis vulgo diutior in iis eft, quibus diutior fuerat menftruus, & contra: & quidem, prout ftatus fibrarum laxior aut rigidior: unde patet, quantum ex mufculari uteri compage ejufque vaforum contractione pendeat.

Si lochia ullo modo intempeftive coërceantur, fymptomata plurima & graviffima cito fequentur: in utero dolor & inflammatio; cephalalgia, naufea, dyfpnœa, inquietudo, anxietas fumma, peffimæ febres, mors; nifi puerpera evacuatione aliqua critica, aut lochiorum reditu fublevetur; fed hæc obiter obfervaffe fatis eft.

Si autem lochiorum fluxus adeo immodicus fit, ut debilitatem, pallorem, pulfum exilem, debilem & intermittentem, fyncopen & convulfionem adducat, tum ad remedia in immenfo fanguinis profluvio jam recenfita recurrendum. Lochiorum autem fluxus raro ita violentus eft, ut fubitum & imminens periculum minetur; modo analeptica, eupepta, cardiaca lenia, & fubaftringentia medicamenta adhibeantur. Ad fibras & vaforum uterinorum tonum reftituendum, tinctura rofarum rubrarum cum fpiritu vitrioli efficaciffima funt.

Si hæmorrhagia placentæ ab utero feparationem confequens, vehementior fit, ut fymptomata graviora adferat, ægra in fummo erit periculo, quamvis brevi tantum duraverit. Symptomata autem funt, debilitas maxima, pallor, pulfus debilis & exilis, anhelatio, fufpiria, deliquia crebra, anxietas fumma, extremitatum frigiditas. convulfiones etiam & mors, nifi cito hæmorrhagia coërceatur.

Fibræ debiles & laxæ, & fanguis nimis attenuatus, hujus hæmorrhagiæ caufæ prædifponentes cenferi poffunt.

Quantumvis autem, folidorum ftatus, & fanguinis crafis bene fe habeant, fi tamen fetus alter, fanguis coagulatus, placenta, aut placentæ fruftula; quicquid denique uteri contractionem impedire poteft, fi in eo relinquatur, neceffario hæmorrhagiam hancce continuabit. Nec quid aliud ægræ certum auxilium adferet, nifi id, quod in utero eft, evacuetur; quod fi fiat, modo ægra bona fit diathefi nec nimis debilitata, ipfe fe contrahet uterus, & fine ullis medicamentis hæmorrhagiam fatis coërcebit: fin minus remediis fupra memoratis ægræ fuccurrendum. Quemadmodum vero hæmor-

(*i*) ΙΠΠΟΚ. ἀφορισμ. κέ Τμῆμ. α.
Ην, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δ᾽ ἐναντία δυσχερῶς.
(*k*) La Motte.

hæmorrhagiæ hujus caufæ interdum negligi, aut male dijudicari poffint, cafu quodam, quem jam memorabo, patebit.

Anno 1751, Generofa, tres & viginti annos nata, in primo puerperio, ab obftetrice, quæ peritiam fuam ad medicorum invidiam jactabat, onere levata fuit. In parturiendo nihil difficile aut infolitum fefe obtulit, vivebat & valebat proles; mulier, fecundum præconium obftetricatorium, *tuta*, *munda* ad lectum deducta eft: & obftetrix, ut operam fuam mulierculis affidentibus venditaret, iis quo ignarius eo effufius omnia laudantibus, *fecundinas* integerrimas gloriofius monftrabat.

Cum vero puerpera crebriorem & diuturniorem fanguinis fluxum fentiret, amicæ jam anxiæ, chirurgum in hac re verfatiffimum accerfendum curarunt: qui vaforum uterinorum laxitatem caufam effe opinatus, quæ vifa funt confentanea, adhibuit, ægramque aliquandiu levavit. Hæmorrhagia autem duas aut tres poft hebdomadas, violentius rediit, & rurfus anodynis coercita defiit: ab hinc circiter menfem, non revalefcente ægra, medicum infignem confulere vifum eft: qui, cum pannos craffiores, horis perpaucis, humore olido & faniofo penitus madefactos; — ægram, facie inftar cadaveris pallida, macie confectam, — pulfumque exilem & concitatum obfervaret; obftetricis, ejufque fociarum, afleverationibus minus fretus, puerperam non rite liberatam cenfuit, & chirurgum obftetricatorium rurfus ftatim accerffi juffit: quum inter eos uterum explorari conveniffet, placentæ fruftum, craffum, firmum, compactum, ægre admodum fexagefimo primo poft partum die, utero extractum eft; & mulier brevi priftinam fanitatem recuperavit.

Si hæmorrhagia ab imbecillitate fibrarum uterinarum oriatur, quæ emiffaria hiantia manent, aut faltem non adeo contrahuntur, quin rubri fanguinis fluxum pergere permittant; periculum (*l*) imminens, lentam medicamentorum internorum efficaciam in hoc cafu expectare vetat, & ad validiffimam externorum opem confugere fuadet, internorum fimul auxilio adhibito; utraque autem talia fint, ut fibris uterinis elatera reftituant; fimulque, modo ægra ferat, fanguine e brachio miffo, fanguinis ab utero fiat revulfio. Fotus aftringentes cum alumine foluto &c. pudendis admovendi. Injectiones in uterum immittendæ, tam ad excretoriorum ora, quam ipfum univerfum uterum contrahendum: decoctum rofarum rubrarum cum balauftiis in vino rubro laudat *Hoffmannus*: qui etiam tradit, linteum (*m*) contortum, & aftringenti imbutum, in finum uteri quoufque penetrare potuit intrufum, ad hujufmodi hæmorrhagiam coercendam efficaciffimum fuiffe, ægramque brevi convaluiffe. Lumbis quoque tepida adftringentia applicanda. Abdomen fudario aut fafcia comprimendum, tantum faltem, quanta fuerat ab utero gravido, vaforum abdominalium compreffio: qua re, minus fanguinis per aortam defcendentem defluet, nec

Dddd 3 fluor

(*l*) Heift. Inftit. Chirurg. p. 1070. & paffim apud alios.
(*m*) Tom. II. p. 228.

fluor recens copiofior ad hæmorrhagiam continuandam hypogaftricis fuppeditabitur, & aorta fuperior copiam majorem, in omnibus ramis fuis habebit; unde non tantum revulfio ab utero fine majore fanguinis impendio efficitur, fed cerebro etiam rite fuppleto, ad deliquia cavenda fpiritus refocillantur: preffura etiam, ad ipfa vafa uterina comprimenda prodeffe poteft; ut, fafcia fimili adhibita lochia coerceri, ea autem amota, rediiffe (*n*) traduntur. Nec inutiles erunt ligaturæ brachiis & femoribus circumductæ ad fanguinis circuitum tardandum, modo ne tantæ fint ut fanguinis reditus in cor prorfus impediatur.

Interea, ægra analepticis reficienda, & cardiacis iis, non quæ ftimulo fuo fubito calefaciunt & fanguinis motum accelerant, ut ex officina pleraque, fed quæ fibras corroborant, corpufque nutriunt: qualia funt jura carnium, aliaque jam dicta, quæ non tam ftatim fpiritus incitant, quam fanguini cito immifta, vafa exhaufta implent, & circulationem languidam fuftinent: neque adftringentia omittenda, quibus fibræ imbecillæ & relaxatæ corroborentur; opiata quoque hic maxime neceffaria, ad *fomnum* ægræ conciliandum, vel maximum virium exhauftarum *refectorem*: fluxu jam aliis remediis coercito.

Et hæc quidem, de morbi hujus natura, caufis & remediis, generaliora & præcipua dicenda habui, quoad per hujufce tentaminis mearumque virium modum licuit: fingula autem percurrere, caufarum omnem varietatem enumerare, remedia harum unicuique aptiffima recenfere, cafus omnes folennes & infolentiores memorare, & fingulis objicienda refellere, nec in animo eft, nec fi effet, in tanta celebritate, tantaque clarorum virorum auctoritate & verecundia, venditare aufim.

(*n*) *La Motte* obf. 1020.

FINIS.

CHRIST.

CXXXVIII.

CHRIST. GOTHILF KIESLING,

UTERUS POST PARTUM INFLAMMATUUS.

Lipsiæ 1 Mart. 1754.

§. I.

Uterus a natura mulieribus datus ex denfa, mufculofa (*a*), vafculofa (*b*) & membranofa (*c*) fubftantia fabrefactus ex parva fua mole graviditatis tempore in eam capacitatem increfcit, ut & ejus fabrica hinc maxime mutata, plane fingularis nobis effe videatur. In hac uteri mutatione mirifica vafa ipfius curvo & ferpentino tractu excurrentia a fpermaticis, hypogaftricis & hæmorrhoidalibus orta, variis divaricationibus & anaftomofibus diftributa, a fanguine copiofius affluente dilatantur, turgent (*d*) totaque compages fit fpongiofior, id, quod lumina vaforum uteri per medium diffectorum luculenter declarant (*e*). Nervi ab intercoftalibus, lumbaribus & offis facri provenientes cum vafis complicati ipfa eorum dilatatione quoque tenduntur, magis

(*a*) Mufculofam uteri fubftantiam ejufque fibras carneas vario tractu excurrentes defcripferunt, *Joh. Vefalius* de Corpor. hum. fabrica Lib. V. c. 15. p. 459. *Philipp. Verbeyen* in Corporis human. anat. Tractat. II. c. 33. p 145 146 Bruxell. 1710. 4. *Malpighius* in Epiftol. differt. varii argumenti p. 220. 221. Oper. Tom. II. Lugd B. 1687. 4. *Joh. Baptift Morgagnus* in adverfar. anatomic. IV. animadverf. XXVI. p. 47. Patav. 1719 4. *Winslow* Expofition anatomique de la ftructure du corps humain. Tom. IV. p 60.

(*b*) Vid. *Herm. Boerhaave* in Inftitution. medic §. 663. 664 *Hallerus* in Commentar. in *Boerhaavium* Tom. V. Part. II. p. 21. 41. & in Primis lineis phyfiologiæ §. 811.

(*c*) De membranis uteri & imprimis de tunica cavitatem ejus internam inveftiente, quæ etiam propria dicitur, magnus eft anatomicorum diffenfus. Hanc enim alii duplicem, alii epidermidem continuatam effe, ftatuerunt; alii laxam, tenuem, nervofam, vafculofam, glandulofam & fibrofam fe obfervaffe teftantur. Conferri poffunt *Steph. Blanckardus* in Anatom. reformata c. 38. p. 583. Lugd. B. 1695. *Th. Bartholinus* in Anatome Lib. I. c. 28 p. 264. *Verbeyen* l. c. p. 127. *Ifbr. Diemerbroeck* Operum anatom. & medic. c. 25. p. 137. *Regnerus de Graaf* de Mulierum organis c. 8 p. 185. *Raym. Vieuffens* in novo vafor. corp. hum. fyftemate p. 4. feq. *Garengeot* Sphlanchnologie Tom. II. p. 67 a Paris 1742. 8. *Joh. Philipp. Gravel* in Diff. de fuperfætatione §. 5. Argent. 1738. *Philipp. Adolph. Bœhmer* in Obfervation. anatom. rar. fafcicul. notabilia circa uterum continente p. 46. §. 35. Hal. 1752. fol. c. f. *J. G. Gunzius* in Obfervat. de utero p. 9. Lipf. 1753. 4.

(*d*) Hanc dilatationem explicavit *Gualterus Needham* de formato fœtu c. 1. p. 16. Amftel. 1668. 12. Sanguinis affluxum ad vafa copiofum in utero non gravido ad menftrua abfolvenda adeffe debere, demonftravit *Joh. Freind* in Emmenologia c. 5. Operum medic. p. 75. Parifiis 1735. 4. Videatur porro *Jul. Cæf. Aurantius* de Humano fœtu c. 1. p. 5. Lugd. B. 1664. 12.

(*e*) Id demonftravit *Graafius* l. c. p. 184. 192. & tabul VIII. iconem vaforum diffectorum dedit & *Bernh. Siegfr. Albinus* in tab. VII. Uteri mulieris gravidæ icon. II. arterias & venas diffectas fatis amplas confpiciendas exhibuit Lugd. B. 1748. fol. reg.

magis irritabiles fenfilefque fiunt (*f*). Quæ inter fubftantiam intertextæ funt fibræ mufculofæ (*g*) variæ, cum vafis, nervis & membranis extenfis totam ftructuram magis cellulofam & cavernofam efficiunt (*h*). Membranam in utero gravido internam e fi quidem diftinctam detegere haud potuimus, ipfa tamen fiftitur lacertofo, flocculento & membranofo contextu, qui mollior & villofior in fuperficie interna in utero etiam poft partum contracto manifefte confpicitur, & a corpore & textura uteri denfa omnino diftinguitur (*i*). Præter ea infuper notari quoque meretur ille locus five in fundo, five in latere uteri (*k*), ubi placenta per chorii membranam aut cum uteri fubftantia aut vafculis ejus villofis aut glandulis membranæ internæ connectitur (*l*), fiquidem maxima ibidem vaforum communicatio maximufque fanguinis affluxus (*m*) fieri videtur. In his itaque partibus omnibus uteri gravidi hoc modo difpofitis magna fanguinis copia lente movetur, ut nobiliffima portio inde feparari & in ufus certos converti poffit. Quando demum legitimum partus tempus acceffit, uterus a fuis caufis irritatus ad fefe contrahendum & molem expellendam per mechanicam ftructuram, imprimis mufculofam, impellitur. Exclufo fœtu fortius fæpiufque tam fubito contrahitur, ut ipfam obftetricis manum ftringat, qua contractione

(*f*) De irritabilitate uteri egerunt *Riolanus* in Anthropographia Lib. II. p. 199. *Harveus* de Generatione animalium p. 371. *Hallerus* in Commentar. ad Boerhaavium Tom. V. P. II. p. 21. 22. 31. & in Commentar. Gœttingenf. Tom. II. p. 143. Gœtting. 1752. 4. *Joh. Georg. Rœderer* in elementis artis obftetriciæ §.45. p.19. Gœtting. 1753. 8.

(*g*) De mufculofa uteri gravidi fubftantia legendus eft *Fr. Ruyfchius* in Adverfar. anatomic. medic. chirurg. Decad. II. p. 34. Amftel. 1720. 4. c. f. Decad. I.I. ibid. 1728. p. 35. ubi in tab. V. fibrarum mufcularium iconem dedit. Idem in tractat. anatom. de mufculo in fundo uteri obfervato, ubi hunc mufculum defcripfit & delineatum exhibuit Amftel. 1726. *Morgagnus* in adverfar. anatomic. IV. animadverf. 24. p. 47. *Santorinus* in Obfervation. anatomic. c. 11. p. 221. Venet. 1724. 4. *Wilh. Noortwyk* in uteri humani gravidi anatome & hiftoria p. 107. 108. Lugd. B. 1743. 4.

(*h*) De hac ftructura confulendus eft *Abrah. Vaterus* in Diff. de utero gravido §. 2. Vit. 1725. c. f. & in mufeo anatomico, ubi uterum gravidum defcriptum & tab. VI. delineatum fiftit.

(*i*) De hac ipfa uteri membrana conferantur *Ruyfchius* in Thefauro anatomic. V. p. 24. *Santorinus* l. c. p. 216. *Vaterus* l. c. §. 13. *Bœhmerus* l. c. p. 27. n. XIII. *C. G. Ludwigius* in inftitutionib. Phyfiolog. p. 220.

(*k*) De adhæfionis placentæ differentia vid. *Joh. Valent. Hartranftii* Diff. de non differenda fecundinarum adhærentium extractione §. 4. Lipf. 1735. & *Bœhmerus* in Diff. de fitu uteri gravidi §. 15. Hal. 1741.

(*l*) De hac connexione legantur *Vefalius* l. c. p. 469. *Santorinus* l. c. p. 218. *Hartranftius* l. c. §. 8. *Hambergerus* in Phyfiologia medica. p. 740. 746.

(*m*) Id comprobat *Rœderer* l. c. § 54 p. 23.

ctione valida & quafi fpasmodica placentam & reliqua contenta elimi-nare priftinamque fuam magnitudinem recuperare intendit. Uti vero in utero non gravido fub menftruorum moliminibus & in coitus œftro, ubi vafa a fanguine vehementer agitato & impulfo nervifque titillatis & irritatis valde diftenduntur, premuntur & ftringuntur, aliqua in-flammationis (*n*) fpecies fieri videtur; fic eo magis & mutationibus modo dictis & ex violento nifu partufque conatibus, placentæ avul-fione & hæmorrhagia, a vafculis ruptis & dilaceratis oriunda, quan-dam inflammationem in eodem poft partum evenire aliquo modo fta-tuere licet, quæ vero corporis quiete, circulo humorum liberiori per ipfum fanguinis profluvium facto & lochiorum excretione (*o*), quæ ean-dem folvere videtur, fine magnis incommodis evanefcit.

§. I I.

Hanc autem inflammationis uteri fpeciem a nobis adductam nunc ulterius explicare & comprobare inftituti ratio non concedit, fed ad aliam potius inflammationem, quæ ut morbus graviffimus & periculo-fiffimus in puerperis poft partum citius tardiufve, a caufis poftmodum recenfendis, accidere folet, paulo accuratius confiderandum nos accin-gamus. In hac autem confideratione inftituenda, quædam momenta primaria de inflammatione in genere præmittenda arbitramur, ex qui-bus deinde fpecialis noftra pertractatio eo commodius explicari & illu-ftrari poterit. In omni inflammatione eft motus fanguinis auctus, qui a cordis vi fortiore & robore vitali validiori, per refiftentiam in mini-mis vafis obftructis (*p*) ortam, excitatur. Obftructio vaforum ipfa a multis caufis, læfionibus, irritationibus, conftrictione & fpafmo par-tium, calore, frigore & motu nimio ipfaque fanguinis difpofitione naf-citur. Cognofcitur inflammatio ex rubore, tumore, calore & dolore loci affecti & febre plus minufve aucta fimul conjuncta. Exitus in-flammationis varius eft. Si humor quiefcens & obftructio aucta a cor-

 dis

(*n*) Hanc inflammationem fieri nobifcum afferunt *Boerhaavius* in Infti-tution.. med. §. 673. & *Hallerus* in Commentar. cit. Tom. V. P. II. p. 60. 178. 179.

(*o*) Uterum a placentæ feparatione excoriatum tanquam magnum ulcus lo-chiorum emanatione mundificari credit *Harveus* l c. p. 369. & hoc lochiorum effluxu fanari latum uteri vulnus putat *Hallerus* in Primis lineis phyfiologiæ §. 847.

(*p*) Modum, quo inflammatio ab obftructione oriatur, docuerunt *Boer-haavius* de Cognofcendis & curandis morbis aphorifm. 371. feq & ejus Com-mentator *Swietenius* Tom. I. § 371. p. 626. *A. Fr. Waltherus* in Progr. de Inflammatione Lipf. 1741. *J. Z. Platnerus* in Inftitutionibus chirurg §. 35. feq.

dis & vaforum actione mobilis redditur reliquisque humoribus admifcetur, inflammatio refolvitur. Si fanguis extra vafa emiffus quiefcit, calore & motu vitali in pus mutatur, tunc in fuppurationem illa tendit. Si humor quiefcens valdopere corruptus majori calore putrefcit & putredo fimul cum febre ulterius ferpit, in gangrænam, &, fi omnis fenfus motusque in corruptis & mortuis partibus ceffat, in fphacelum tranfit. Si humores in glandulis partibufque glandulofis fimilibus immobiles hærent, & compacti tumorem durum ac renitentem relinquunt, in fcirrhum mutata eft inflammatio. Ex fcirrho demum cancer nafcitur, quando humores adhuc quiefcentes motu & attritu cientur, & calore adeo putres acresque fiunt, ut proximas fanafque partes arrodant, & fanies ichorofa, fœtida, effluat.

§. III.

Hifce fundamentis pofitis atque principiis conftitutis nunc opus noftrum fuperftruere & inflammationem uteri ulterius difquirere, juvabit. Hæc ipfa a veteribus medicis in fcriptorum fuorum practicorum monumentis bene annotata, a recentioribus autem fæpius neglecta & omiffa in puerperis noftri hujus feculi adeo frequens eft (*q*), ut earum multæ hac ipfa vix cognita perire cogantur. Quemadmodum enim inflammatio quorundam vifcerum in corpore fitorum interna v. c. hepatis, lienis adeo occulte ferpit, ut ex fignis manifeftis difficile cognofci poffit (*r*); ita eadem ipfa in utero gravido propter ftructuram ejus fpongiofam & vafculofam, fitum vifceris fingularem mutationefque in eo contingentes varias, lento & clandeftino gradu nonnunquam procedere folet. Hujus itaque morbi cognitionem, cum eadem adeo difficilis fit (*s*), eo ftudiofius a medico follicito indagandam effe putamus, ut ex caufis, fignis, fymptomatibus & mutationibus obfervatis, collectis, attente examinatis detegatur & intelligatur. Varius hujus inflammationis ratione loci, in quo oritur, gradus & differentia obfervantur. Occupat enim ipfa vel totum uterum, vel unam alteramque partem; fundum fcilicet, latera, cervicem, orificium, plerumque tamen cavitatem internam & membranofum, villofum & lacertofum contextum §. I. indicatum infeftat. Hæret etiam interdum in partibus utero

(*q*) In hoc nobifcum confentit *Swietenius* Commentar. Tom. II. p. 578.

(*r*) Sine omni febre, ex pulfu explorato, obfervata inflammationem internam tamen adeffe docet beneque medicos monet, ne decipiantur, credentes nullam inflammationem adeffe, fi febris abfit, *Simfonus* in the Syfteme of the Womb. &c. p. 106. 107. In hepatis inflammatione febrem minus acutam effe fcribit *Jo. OOfterdyk. Schacht*, in Inftitut. medic. Lib. VII. c I. p. 192.

(*s*) Id bene perfpexit *la Motte* traité des accouchemens Lib. V. c. 7. p. 629.

utero adhærentibus & ad eum pertinentibus, nempe in ovariis, tubis Fallopianis & ligamentis. Illa ergo five ipfam uteri fubftantiam, five partes ejus vicinas corripiat, quatenus in ipfa compage & textura inti-ma fedem habet, profunda, quatenus fuperficiem tantum internam vel contextum membranaceum invadit, fuperficialis & inde vel gravis vel levis judicanda erit (*t*).

§. IV.

Quæ dedimus antea monita, nosmet ipfi ut fequamur, ante om-nia morbi noftri caufas per experientiam & ex optimis medicis practi-cis collectas inveftigemus, operæ pretium erit. Caufa inflammationis uterinæ proxima eadem eft, ac in omni inflammatione & ex generali theoria petenda & explicanda §. II. Dependet enim & hæc ab humo-rum & fanguinis præfertim mora, arteriarum uterinarum minimarum obftructione & motu inde per vim nobis incognitam, certe tamen per robur vitale excitatam, auctiori reddito. Obftructio autem in vafis ute-ri gravidi redditi fieri poteft facillime. Vafa enim in hoc vifcere copio-fa, tortuofo tractu flexa, in minimos ramulos divifa & a fanguine multo & lente in illis moto §. I. ampliantur, extenduntur & mole fœ-tus fituque ejus mox diftenduntur, mox comprimuntur. Ipfa deinde poft partum relaxata, fanguinis copia celerius & vehementius irruens magis magisque dilatat & premit. Naturalis & neceffarius quafi ille ftatim poft partum uteri collapfus & violenta fæpe contractio (*u*) §. I. vaforum ramos minores arteriarumque fines arctat & ftringit, unde fan-guis ex majoribus vafis fortius pulfus in minora lateralia vehementius impellitur, qui, cum per hæc propter diametrum anguftam, collapfum & compreffionem uteri trajici nequit, omnino quiefcit, hæret & ob-ftructionem producit. Sanguis ipfe in omni femina abundans (*x*) gra-

 viditatis

(*t*) De inflammationis uteri differentia varia conferri poffunt *Dan. Sennertus* Ope-rum Tom. IV. Lib. IV. Part. I. Sect. II. c. 13. p. 642. Lugd. 1670. fol. *Fr. Hoffman-nus* in Operibus phyfico medic. Tom. II. Sect. II. c. 10. p. 157. Genev. 1740 fol. Illa differentia inflammationis & eryfipelatis uteri, quam *Trincavelius* de Ratione curandi c. h. affectus Lib. XI. c. 14. p. 325. feq. *Gorterus* in Praxi medic. Tom. II. p. 160. aliique fecerunt, non affumenda erit, quoniam vix fignis differre videntur.

(*u*) De hac uteri contractione videantur *Harveus* l. c. p. 370. *La Motte* l. c. Obferv. 397. *Boerhaave* in Inftitution. med. §. 685. 686. & *Hallerus* in primis li-neis phyfiolog. §. 847.

(*x*) Feminas plus fanguinis habere quam mares, demonftravit *Steph. Halefius* Hæmaftaticks Experiment II. p. 12. Lond. 1738. 8. Præter hunc de feminarum plethora confulantur *Bohnius* in Circulo anatomic. p. 247. feq. *Freindius* in Em-menologia c. 3. p. 66. *Pittcarne* de fluxu menftruo, p. 161. feq. in Differt. medic. Edimburg

viditatis tempore in cœliacæ, mefaraicarum & venæ portæ ramis aliif-que vafis abdominalibus ab uteri expanfione, mole & pondere ejus aucto, compreffis lente tardeque motus §. I. fpiffiorem & tenaciorem aliquam indolem nancifcitur, qua ipfa etiam ad obftruenda vafa ipfamque inflammationem magis pronus invenitur & ideo etiam in cellulis cavernofis hæret & grumefcit. Ipfum quoque nervofum fyftema in feminis magis fenfibile & irritabile in ipfis partus laboribus & doloribus irritatum & tenfum majorem actionem & liquidi nervei influentis motum vitalem validiorem excitat, ex quibus ipfis caufis actionis fcilicet cordis & refiftentiæ vaforum minimorum, inflammationem etiam noftram facile nafci poffe, apparet.

§. V.

Ab hifce caufis nunc recedimus & ad varias prædifponentes etiam refpiciendum effe, arbitramur. Ad ipfam igitur uteri inflammationem, unam feminam præ altera ex ipfa corporis conftitutione magis difpofitam effe, invenimus. Feminæ juniores & inprimis primiparæ, quibus vafa firmiora, humores copiofi vel mobiles vel denfi funt; quarum corpus gracile, agile & duris laboribus exercitatum eft; huic morbo obnoxiæ funt. Incidunt etiam in eandem feminæ ætate provectiores, in quibus, uti reliquæ corporis partes, fic etiam uterus aliquam duritiem nactus eft, quæ ad morbum noftrum producendum multum omnino confert. Corripiuntur porro eadem inflammatione feminæ debiles, teneræ valdeque fenfiles, in vehementes animi commotiones pronæ; fpasmodicis, flatulentis & hyftericis infultibus, menfium fluxu irregulari alvoque adftricta laborantes & cacochymia humorum ex vita fedentaria & victu inordinato vel crudo inducta, fcatentes (y). Sub hac ergo varia corporum difpofitione a variis caufis accidentalibus concurrentibus, morbum hunc facile progigni poffe, fæpius obfervare licuit.

§. V I.

Quo itaque eo clarior argumento noftro pertractando lux accendatur, præcipuas inflammationis uterinæ caufas occafionales nunc in medium proferre, neceffe erit. Non raro accidere folet, ut fœtus, dum placenta minus commodo loco adhæret, & funiculus umbilicalis aut jufto longior aut brevior eft, perverfum in latere uno vel altero fitum

Edimburg 1713. 4. *Gorterus* in compend. medicin. Tr. XXXV. & in Prax. medic. Syftemat. p. 164.

(y) Varias has caufas allegavit *Joh. Varandaeus* de morbis & affectibus mulierum c. 7. p. 136. Lugd. 1619. 8.

ſitum (z) occupet & circa partus tempus vehementius moveatur mox pedibus, mox brachiis hanc illamve uteri partem fortius premat, mox ejus caput in ipſo cervice firmiter inclavatum hæreat. Sic in gravidæ feminæ cadavere ſecto gemellorum ejusmodi ſitum vidi, quorum unius caput uteri cervici verſus oſſa pubis ita impactum erat, ut maxima vi adhibita vix extraheretur; alterius brachium pectori prioris ita inſiſtebat, ut orificium uteri internum ab iſta violenta preſſione ſpasmodice contractum ſeſe dilatare non poſſet, ſed femina ſub maximis laboribus & cruciatibus tandem miſere periret. A tali ergo fœtus ſitu partes uteri ejuſque vaſa expanſa comprimuntur, irritantur, & humorum tranſitu liberiori impedito, obſtructio procreatur, quæ deinde in inflammationem tranſit (a). In ipſo partus negotio uterus ex ſtructura ſua muſculoſa, inprimis ejus orificium internum, interdum vehementi & ſpasmodica contractione ita coarctatur, ut nulla ejus apertura ſequatur fœtuique exitum molienti via libera non pateat. Quando itaque in his auguſtiis obſtetrices nimium feſtinantes remiſſionem ſpaſmi cunctando expectare nolunt, ſed digitorum præſertim calloſorum contrectatione violenta & continua orificii dilatationem tentant (b) illud ipſum tunc temporis adeo irritant, ut major ſtrictura & ſpaſmus oriatur, a quo humorum motum in his ipſis locis cohibetur & ſiſtitur. Partus quandoque jam inchoatus tanta cum difficultate ſuccedit, ut partim ab orificii uteri ſtrictura, partim a mole ipſius fœtus, fortioribus matris niſibus & obſtetricis opera impetuoſa hæ partes, præſertim ſi humores amnii jam effluxerint viæque ſiccæ factæ ſint, fricentur, irritentur futuræque obſtructioni & inflammationi anſa detur (c). Multum porro, quod etiam reticendum non eſt, obſtetrices audacia ſua ad illam conferre

(z) De ſitu fœtus vario in utero à diverſa placentæ ſede, orto, videatur *Bœbmerus* cit. in Diſſ. de Situ uteri gravidi §. 17. ſeq. Hal. 1741.

(a) Geſtationem fœtus moleſtam inflammationi uteri cauſſam dare aſſerit *Lazar. Riverius* Oper. medic. Prax medic. Lib. XV. c. 7. p. 458. Frf. 1674. fol. *Job. Varandæus* l. c. p. 137. *Dan. Sennertus* l. c. Eandem a capite inclavato oriri oſtendit *Levret* Obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accouchemens laborieux, a Paris 1747. p. 61. ſeq.

(b) Hunc obſtetricum errorem taxat *Harveus* l. c. p. 356. *Caſp. Roſius* in Diſſ. de Obſtetricum erroribus §. 5. 8. Lipſ. 1729. Conferatur etiam *Ruyſchius* Vol. I. Obſerv. LXI. p. 87. & *Jo. Erneſt. Hebenſtreit* in Anthropologia forenſi Sect. I. c. I. p. 29. ſeq. Lipſ. 1753. 8. c. f.

(c) Inflammationem uteri a partu difficili oriri poſſe, aſſerunt *Aretæus* Morbor. diuturn. Lib. II. c. 64. *Riverius* l. c. *Foreſtus* Lib. XXVIII. obſerv. 41. p. 687. *Sennertus* l. c. *Paul. Sorbait* in Iſagoge Inſtitution. medic. pract. Tract. I. c. 80. p. 459. *Jaques Mesnard* le Guide des Accouchemens p. 86. 347. a Paris 1743. *Franc. Mauriceau* Traité des Maladies des femmes groſſes Tom. I. c. 11. p. 420. a Paris 1712. 4.

ferre poſſunt, quando ad partum faciliorem reddendum, digitum in anum immittendo & abdomen premendo, uterum lædunt. Præcipiunt fere ad unum omnes artis obſtetriciæ medici periti, placentam, quodſi ipſum fœtum non ſequitur, placida & ſuſpenſa manu ſeparandam & deglubendam eſſe, antequam uteri orificium claudatur; cui quidem ſententiæ contradicere nolumus, licet ipſa experientia doceat, placentam in utero cum ſuis partibus annexis retentam, haud raro ab ipſa natura provida expelli (*d*). Interim & in hoc caſu taxandas monendaſque eſſe obſtetrices putamus, quæ duris ſæpe digitis, unguibus (*e*) non præciſis placentam firmiter adhærentem cum violentia & agitatione imprudenti ſeparare & removere ſtudent. Accidit enim interdum ut, dum funiculum umbilicalem fortius ad ſe attrahunt, uterum invertant & extrahant (*f*), qui niſi ſubito cauta manu reponitur, propter ſanguinis ſtagnantis redundantiam & accedentem ſimul aerem ita mutatur, ut inflammationem ſubeat (*g*). Quodſi autem tali modo hoc infortunium non eveniat, uteri tamen pars cum placenta connexa valde laceſſitur & vaſa communicantia dilacerantur, unde a vaſis ruptis aut nimia hæmorrhagia oritur, aut ab iisdem ſubito conſtrictis ſanguis emittendus retinetur; qui, cum per canales minimos propelli & in laterales ramos omnis deduci nequeat, hæret, quieſcit & obſtructionem parit (*h*). Nervi enim ab hac vi illata irritati fortius agunt, ſpaſmos excitant, ipſorum vaſorum & uteri contractionem augent, a qua humorum motus cito in hoc viſcere ſiſtitur & ſanguis in contextu cavernoſo hæret, unde obſtructio & inflammatio procreatur.

§. VII.

(*d*) Conf. *Ruyſchius* in Tractat. de Muſculo in fundo uteri detecto p. 12. ſeq. *Ettmullerus* in Diſſert. de Secundinarum excluſione p. 12. 13. 25. Lipſ. 1726. *Mauriceau* l. c. obſerv. 162.

(*e*) Etiam tunc caute agere oportet, quando digitus in uterum inſeritur, nam ſi vel paulum ungue læſeris, inflammabitur, dicit *Boerhaave* in Commentar. per *Hallerum* Tom. V. P. II. p. 403.

(*f*) De uteri inverſione a partu vid. *Ruyſchius* Obſervat. anatom. chirurg. Centur. obſerv. X. p. 12. Obſervat. XXV. XXVI. *La Motte* l. c. Lib. V. c. 10. p. 60. *A. F. Waltherus* de Obſtetricum erroribus p. 17. Lipſ. 1729. *Laurent. Heiſterus* in Inſtitution. Chirurgiæ Tom. II. Part. II. Sect. V. c. 157. Amſtel. 1750. 4. c. f.

(*g*) Hoc teſtatur *Mauriceau* l. c. 4. *Platnerus* l. c. §. 1444.

(*h*) Inflammationem uteri a violenta placentæ ſeparatione provenire, affirmant *Joh. Jonſton.* in Idea univerſæ medicin. practic. Lib. X. articul IV. p. 688. Amſtel. 1648. *Muſitanus* in Chirurgia theoretic. practic. cap. 49. p. 215. *Sennertus* l. c. *Heiſterus* in Compend. medicin. pract. c. 17. p. 397. *Sim. Paul. Hilſcherus* in Diſſ. de Læſione uteri ab improvida ſecundinarum extractione §. 23. Jen. 1741.

§. VII.

In morbo hoc ulterius difquirendo alias ut adducamus caufas non negligendas, fcopo noftro maxime erit accommodatum. Quando ftatim poft exitum fœtus uterus ejufque inprimis orificium fubitanea & fpafmodica contractione clauduntur, placenta fæpe remanet, quæ non folum mole fua contra uteri anguftati parietes agit, eos premit & laceffit, fed etiam, dum in loco claufo atque calido relicta hæret, corrumpitur, putrefcit eamque acrimoniam induit, quæ uterum male afficit in eoque funeftam fæpe inflammationem excitat (*i*). Uti etiam fub hac placentæ retentione lochia plerumque non fluunt, fic eadem, placenta licet exclufa; fæpius ab aliis caufis e. g. ira, terrore fiftuntur & ceffant, ut vel plane non, vel nimis parum excernantur. Horum vero purgatio, cum neceffaria providaque naturæ lege fanguinis affluentis, quiefcentis & grumofi abundantiam imminuere & nocivas ejus partes in puerperæ falutem (*k*) eliminare debeat, quando non fuccedit, fanguinis in vafis lentorem efficit, aut quando reliqua materia excernenda in utero hæret & retinetur, corrumpitur eumque quam maxime irritat, immo cum reliquis humoribus mifcetur eofque ita fenfim depravat, ut diathefis inflammatoria, uti in utero, fic in toto corpore accendatur (*l*). Idem fieri folet in eo triftiffimo rerum ftatu, ubi caput fœtus ob fibrarum laxitatem fub ipfo partu legitimo vel in abortu, fœtus immaturus aut perfectus fit, abrumpitur, nec arte nec a natura paulo poft ejicitur, fed fatis diu in utero manet. Tanta enim moles partium carnofarum & cerebri maffæ pulpofæ calore & quiete putrefcit & corrumpitur. Quare *Dionis*, (*m*) *Jacques Mefnard* (*n*) *Levret* (*o*), *Joh. Georg. Rœderer* (*p*) aliique id ferio docent, capitis abfciffi expulfionem naturæ nunquam tuto committi poffe, fed quantocius arte eximendum

(*i*) Partem in utero relictam proritatione molefta uterum fenfilem ad fpasmos ciere *Thom. Willifius* Operum cap. 16. p. 126. & *Rœderer* l. c. p. 185. fruftum placentæ relictum, uterum inflammare docent.

(*k*) Ita credit quoque *G. E. Stahlius* in Pathologia p. 209. Hal. 1707. 4.

(*l*) Sanguinem in utero collectum & putrefcentem phlegmonen parere ait *Fernelius* Lib. VI. cap. 15. de morbis mulierum. Hunc acriorem factum partes uteri excoriatas lacerare, mordere, rodere, fcribit *Francifc. de le Boe Sylvius* Prax. med. Lib. III. cap. 9. Oper. medic. p. 559. Trai. ad Rh. 1695. 2. Cum his confentiunt *Peu* la Pratique des Accouchemens p. 520. a Paris 1694. *Mefnard.* l. c. p. 341. *Dionis* Traité des Accouchemens Lib. IV. c. 9. p. 349. a Paris 1718. *Stahlius* l. c. *Boerhaave* in Prælection. academic. l. c. *Joh. Oofterdyck Schacht.* l. c. Lib. X. c. 4. p. 282.

(*m*) l. c. Lib. III. c. 12. p. 263. 265.

(*n*) l. c. p. 279.

(*o*) l. c. p. 1. feq.

(*p*) l. c. §. 705. p. 317.

mendum esse. Hoc ipsum quoque præceperunt atque fecerunt olim *Mauriceau* (*q*) & *La Motte* (*r*), sed tamen naturæ interdum hoc negotium permittendum esse, tandem arbitrati sunt. Id ipsum ex casu quodam Anno 1751, mense Augusto hic Lipsiæ observato cognoscere mihi contigit. Femina triginta circiter annorum robusti & sani corporis quinque partus jam enixa, fœtum septem circiter mensium præter opinionem edere cogebatur. In quo partu non adeo laborioso, cum obstetrix fœtum pedibus apprehensum extrahere anniteretur, caput abruptum in utero remansit & per viginti dies in eo latitavit. Per hoc tempus mater motus quidem febriles continuos, non tamen adeo vehementes, nec cum symptomatibus gravioribus sentiit. Primis enim diebus sanguis, sequentibus vero ichorosus humor & fœtidus continuo quidem, moderato tamen fluxu ex utero stillarunt. Post viginti dies matrem hanc novi dolores, ut sunt illi, qui partum accelerant, invaserunt, quibus ipsis orificio uteri aperto capitis relicti partes molles corruptæ & putrefactæ cum ossibus successivis conatibus ejectæ fuerunt, quæ ossa capitis fere plurima ex putrilagine collecta adhuc mecum asservo. Hoc secundario quasi partu superato, femina quidem debilitata erat, sed viribus sensim redeuntibus convalescere incipiebat. Menstruorum etiam fluxus regularis rediit & adhuc sana vivit, nullum tamen amplius infantem edidit. Mirum certe est, a tanta partium corruptione in hujus feminæ utero inflammationem fere nullam aut ad minimum exiguam provenisse. Sed observavi quoque in aliis feminis, in primis junioribus, quæ fœtum corruptum & semiputridum per tempus aliquot in utero gestarunt, sine eo, ut aliqua manifesta inflammatio inde oriretur (*s*). Cognoscimus ergo inde inflammationem uteri in aliis facilius, in aliis vero non ita quidem excitari posse, uti jam §. 5. monuimus.

§. VIII.

Puerpera quævis post partum tanquam graviter vulnerata consideranda est

(*q*) L. c. lib. 2. c. 14. p. 289.

(*r*) L. c. lib. 3. c. 26. p. 366. seq.

(*s*) Observarunt contra etiam varii auctores, fœtum diu in utero sine putredine latuisse. Inter quos referendi sunt *Paul Portal* la pratique des accouchemens observ. 15. p. 91. observ. 24. p. 169. a Paris 1685. 8. *Ruyschius* in tractatu de musculo in fundo uteri detecto p. 16. 19. & in adversar. anatomic. Decad. II. p. 30. seq. *Polycarp. Gottlieb Schacherus* in Pr. de fetu mortuo sine putredine in utero permanente. Lips. 1717. Plures observationes allegatæ recensentur in comment. de rebus in scient. natur. & medicin. gestis Vol. II. Part. IV. p. 589. seq. Lips. 1753. Sed in his casibus omnibus, uti nos putamus, fetus corrupti suis humoribus & membranis adhuc inclusi fuerunt eoque minus uteri partes lædere potuerunt.

eft (*t*). In omni autem vulnere aeris acceffus nocet. Si ergo vel puerpera impatiens, vel obftetrix negligens pudenda in partu vexata non cuftodit & obtegit, fed aerem frigidum (*u*) ad illa & uterum admittit, nervi fenfiles irritati ftimulantur, vafa aperte hiantia & dilacerata conftringuntur, motus humorum in iis retardatur, fanguis grumefcit & coagulatur, lochia fiftuntur & obftructioni & inflammationi caufa porrigitur. In hoc caufarum perfcrutinio dum verfamur, alios adhuc errores deprehendimus, quibus non minor occafio inflammationi ejufque variis fymptomatibus datur. In feminis enim, quæ lactare nolunt, lac fæpe imprudenter in mammis repreffum tunc temporis fanguinem ex utero copiofius affluentem retardat & per confenfum in utero ftagnantem reddit. Cibus ftatim poft partum nimium jurulentus & uti inter mulierculas noftras moris eft, aromaticus; potus fpirituofus, calidus & frigidus & medicamenta calida affumta humorum motum exagitatum adhuc augent, febrem accendunt & in loco affecto, fcilicet utero majorem affluxum, vaforum aliorum dilatationem & diftentionem, aliorum compreffionem & inde obftructionem inducere folent (*x*). Et tandem animi commotiones violentiores, ira, terror & triftitia, fyftema nervofum irritatum nimium commovent, ftricturas & fpafmos efficiunt, fanguinis motum & hinc etiam lochiorum excretionem turbant ficque inflammationem in utero producunt (*y*).

§. IX.

Poftquam itaque inflammationis uterinæ caufas proximas, prædifponentes & occafionales aliquo modo indicavimus & expofuimus, ipfius etiam fymptomata a nobis nunc perluftranda erunt, ut ex his binis inter fe collatis ipfam morbi indolem & naturam accuratius a reliquis diftinguere valeamus. Ex fymptomatibus morbi figna quoque ipfius petenda funt. Ea, quæ cum morbo noftro conjuncta funt vel in ipfa uteri regione & vicinis eidem partibus, vel in remotis locis attendenda & dijudicanda veniunt.
Tumor

(*t*) Placenta avulfa, uterum quafi latum vulnus effe comprobat *Harveus* l. c. p. 274. Videatur *Mauriceau* l. c. p. 4·2. & *Dionis* dicit puerperam effe confiderandam ut feminam, quæ in ftatu febris eft. l. c. lib. 4. c. 2: p. 325.

(*u*) Nullum majorem inimicum, quam frigus puerperam habere affirmat *Mefnard* l. c p. 352.

(*x*) De victu vario ut inflammationis uterinæ caufa conferantur *Willifius* l. c. *Riverius* l. c. De inflammatione a medicamentis calidis inducta videatur *Varandæus* l. c. p. 147.

(*y*) Quo modo animi affectus vehementiores fyftema nervofum perturbare fanguinifque motum concitare poffint; declaravit *Ludwigius* l. c. Part. IV. §. 886. feq.

Tumor abdominis in regione uteri poſt partum tenſus, durus & ab attactu digitorum manuumque preſſione valde dolens repertus, aliquem inflammati uteri metum facit. Metus major ſuboritur, ſi dolor vel ſtatim poſt partum vel poſt aliquod tempus præterlapſum accedit, continuo increſcit & ſine attactu abdominis interius in loco quodam certo fixus perdurat & ardens pungenſque percipitur (z). Omnis enim dolor punctorius internus cum calore & febre internam inflammationem denotat (a). Dolor hic quatenus in hoc vel illo loco ſentitur, eatenus hæc vel illa pars uteri inflammata eſſe judicatur (b). In omni fere uteri inflammatione ab ejus tumore, tenſione, calore & partium adſitarum conſenſu dolor in lumbis & dorſo gravis & obtuſus ſeſe manifeſtat (c). Si uteri fundum inflammatio tenet, idem dolor ad umbilici regionem (d); ſi cervicem & vaginam, in regione pubis (e) ſentitur tenſivus. Quando in latera ſub hypochondriis dolor ſerpit, ad ovariorum vel tubarum fallopianarum inflammationem concludere licet. Dolor in inguinibus (f) verſus crura pergens ob ligamentorum uteri tenſionem lateralem ejus partem inflammatam indicat. Ipſæ etiam mammæ propter uteri illarumque arteriarum conſenſum valdopere dolent (g). Dolores autem hi omnes a motu ſanguinis vel in uteri vaſis impedito vel aucto, vaſis ipſis nimium dilatatis, compreſſis, ruptis, & nervis a ſtimulo acri, preſſione & violentia tenſis, irritatis & ſpaſmodice contractis, originem ſuam trahunt (h). Dum vero inflammationem noſtram ex doloribus variis detegere annititur medicus, bene notet, non ſemper ex dolore percepto certum uteri locum affectum & inflammatum indicari, eoſdemque ab illis, qui a flatibus, ſaburra

(z) Inflammationem uteri judicari ex tumore & dolore circa uteri regionem, oſtendunt *Jonſton* l. c. *Lud. Mercatus* lib. 2. de mulierum affection. c. 17. p. 605. *Riverius* l. c. *Sennertus* l. c. *Hoffmannus* l. c. *Franciſc. de le Boe Sylvius* l. c. p. 558 ſeq. *La Motte* l. c. lib. 5. c. 7. p. 629. Uterum inflammatum ipſum tumere & dolere ſcribit *Varandæus* l. c. p. 135.

(a) Vid. *Swietenius* l. c. Tom. II. §. 772. p. 581.

(b) Sic ait *Foreſtus* l. c. in qua parte uteri inflammatio eſt, ibi dolor.

(c) Lumborum dolorem uteri affectionem indicare, teſtantur *Fienus* in Semiotic. Sect. V. c. 2. p. 401. *Lud. Mercatus* l. c. *Sorbait* l. c. *Hoffmannus* l. c. *Meſnard.* l. c. p. 348.

(d) Conſulatur *Foreſtus* l. c. *Jonſton* l. c. *Sennertus* l. c.

(e) Vid. *Foreſtus* l. c. *Jodoc. Lommius* obſervat. medicinal. lib. 2. p. 207. Amſtel. 1715.

(f) Id docent *Riverius* l. c. *Sennertus* l. c. *Lommius* l. c.

(g) De conſenſu mammarum cum utero etiam affecto, legantur *Sennertus* l. c. *Gorterus* Prax. Medic. Tom. II. p. 162. *Swietenius* l. c. Tom. I. §. 485. *G. R. Boehmerus* in diſſ. de conſenſu uteri cum mammis cauſa lactis dubia Lipſ. 1750.

(h) Dolorum cauſam in genere declaravit *Swietenius* l. c. Tom. I. §. 222. ſeq. Qua ratione ipſi in utero oriantur, ex ipſa ſtructura explicavit *Mich. Hoffinger* in diſſ de doloribus parturientium Vienn. 1752. Eoſdem, ut inflammationis uteri ſignum poſt partum adducit *Sylvius* l. c. lib. 3. c. 9. p. 558. ſeq.

burra & spasmis primarum viarum proveniunt, ex aliis phaenomenis attente dijudicet & distinguat. Dubium ergo & anceps adhuc est illud e doloribus natum judicium, nisi ad alia signa simul respiciatur.

§. X.

Major certitudo inflammati uteri nascitur, si cum signis modo allegatis orificium uteri retrorsum retractum, attactu tumidum, durum & dolorosum est (*i*); sicque simul sanguinis & lochiorum fluxus, qui partum sequi debet, plane se remisit & interceptus est (*k*), §. 7. 8. Uterus porro, quoniam inter intestinum rectum & vesicam situs & per vasa & nervos cum his connexus est, quando inflammatur & tumet, has partes & earum inprimis sphincteres ita afficit & constringit, ut actiones ab ipsis perficiendae laedantur. Hinc a parte uteri posteriore inflammata intestini recti tenesmus & alvus obstructa, ab ejus autem anteriore parte inflammata, retentio & ardor urinae sentiuntur (*l*). Quae in remotis partibus accidunt symptomata, cum reliquis simul considerata, de inflammatione nos quoque certiores reddunt. Ob sanguinis motum in arteriis iliacis & cruralibus impeditum, & nervorum vicinorum tensionem vel pressionem, crurum pedumque dolor, torpor & tumor ad genua usque conspicuus cum claudicatione molesta saepissime observantur. A consensu pariter nervorum intercostalis & paris vagi ex cerebro oriundorum & a sanguine ob nimiam repletionem arteriarum coeliacarum & mesaraicarum versus superiora per carotides & vertebrales arterias urgente & vasa cerebri distendente capitis dolor & vertigo proveniunt (*m*). Ex his ipsis caussis ventriculus, qui in feminis utero admodum respondet & ab eo gravido suas jam molestias perfert, etiam ab eodem inflammato in puerperis post partum ita afficitur, ut a sanguine per vasa gastrica coronaria copiosius adducto

(*i*) Ejusmodi orificii uteri mutationem in inflammatione adesse, annotarunt *Forestus* l. c. *Riverius* l. c. *Sennertus* l. c. *Trincavelius* l. c. lib. 11. c. 14. *Gorterus* in Prax. medic. Tom. II. lib. 5. p. 157.

(*k*) A lochiis retentis varia symptomata, febrem & inflammationem oriri, confirmant *Hippocrates* sect. 5. aphorism 58. *Willisius* l. c. de febribus c. 16 p. 126. *Harveus* l. c. p. 369. *Dionis* l. c. c. 10. p. 352. *La Motte* l. c. observat. 409. 410. 413. *Vaterus* de utero gravido §. 6.

(*l*) Haec symptomata in hisce uteri partibus inflammatis adesse, afferunt *Jonston* l. c. *Fernelius* lib. 6. c. 15. *Sennertus* l. c. *Hoffmannus* l. c. *Varandaeus* l. c. p. 138. *Mauriceau* l. c. c. 11. p. 420. *Mesnard* l. c. p. 348.

(*m*) Ab hoc ipso consensu uteri cum nervis multa symptomata explicari poterunt. Uterum vero reliquum corpus facile in consensum trahere & multa mala excitare, demonstrat *Harveus* l. c. p. 366. *Trincavelius* l. c. lib. 11. c. 14. Uteri cum capite consensum non a nervis, sed ab humoribus ab illo provenientibus deducit *Laurent. Bellinus* de capitis morbis p. 486.

ducto & plexu nervorum ſtomachico & phrenico irritato; nauſea, vomitus & ſingultus oriantur (*n*). Horum quæ huc uſque adduxi ſymptomatum, in vario inflammationis uterinæ gradu vel plurima, vel ea omnia ſimul conjuncta adeſſe, obſervantur. In iis autem omnibus conſiderandis maxima cum cura ad febrem attendendum eſſe, ſerio monemus. Hæc enim in partiali inflammatione nonnunquam valde exigua eſt (*o*) & tantum ſolo genarum & faciei rubore, phlogoſibus vagis & aliqua tantum verſus veſperam exacerbatione cum pulſu aliquomodo celeriori, ſeſe manifeſtat.

§. XI.

Quando autem ſanguis jam tempore graviditatis ob lentiorem ſuum motum ſpiſſior factus eſt §. I. IV. ideoque diatheſis phlogiſtica inducitur, aut alia materia putrida, acris ſtimulans in utero collecta ad ſanguinis maſſam transducitur, aut in eadem jam latens, nunc magis movetur citiuſque evolvitur; quando porro ex magna vaſorum uteri obſtructione major cordi reſiſtentia naſcitur; magna etiam febris eaque continua cum ſymptomatibus huc uſque recenſitis excitari & aliis gravioribus & malignis in inflammato utero ſævire ſolet (p). Hæc febris primum plerumque cum horrore puerperam aggreditur, quem æſtus magnus calorque ſiccus continuo durans aut ſaltim parum remittens ſequitur, quique verſus veſperam quotidie cum nova horripilatione interveniente augetur. Pulſus in debilioribus ſubjectis celer & debilis (*q*); in robuſtis celer, magnus & durus percipitur; licet ſæpe in vera inflammatione pulſus durities non adeo manifeſte cognoſcatur, nec adeo huic ſigno fidendum ſit (*r*). Quoniam præter ea ſanguis inflammatus denſior fit & propter motum in abdominalibus vaſis impeditum copioſius

(*n*) Uterum & ſtomachum conſortium inter ſe habere dicit *Leonh. Fuchſius* Operum. Tom. II. Lib. III. c. 59. Nauſeam, vomitum & ſingultum in inflammatione uteri concurrere, legimus apud *Lommium* l. c. *Sennertum* l. c. *Willifium* l. c. p. 126. qui hæc ſymptomata a nervorum nexu deducit.

(*o*) Etſi quidem *Aretæus* l. c. c. 64. afferit in inflammatione uteri ſemper febrem acutam adeſſe; & *Boerbaavius* eandem in genere inter morbos febriles acutos refert, de Cognoſcend. & curand. morbis §. 770. tamen experientia pro nobis pugnat & *Hippocrates* eandem conſignat Sect. V. Lib. I. de natura Mulierum dicens: Si ex partu uteri inflammationem conceperint, febris levis corpus detinet. Hanc febrem ab inflammato utero a primo inſultu benignam eſſe, notat *Rich. Morton.* de febribus inflammatoriis c. 2. p. 8. Operum medic. Genev. 1696. 4.

(*p*) Hinc *Hippocrates* l. c. recte monuit ex inflammatione uteri febrem accendi.

(*q*) Talem pulſum quoque deſcribit *Sennertus* l. c.

(*r*) Inflammationem internam quidem ex pulſu duro cognoſci, eum tamen etiam interdum uti in hepatis inflammatione, debilem eſſe, affirmat *Gorterus* in Compend. Medic. Part I. Tract. XLVII. p. 238.

fius verfus fuperiora & inprimis per pulmones agitur ; infuper quoque non raro ipfa inteftina a calore nimio & flatibus expanfa funt, indeque diaphragma furfum protrufum infimulque fpasmis tenfum eft; refpiratio (*s*) ut plurimum anxia, brevis & cum fic dicta anguftia præcordiorum animadvertitur. Delirium (*t*) vel a primo ftatim morbi impetu, vel quarto, quinto, feptimo nonoque die, vel tardius accedit, & oftendit, tum a fanguine æftuante, tum a nervis in confenfum ductis, ipfum cerebrum ejufque vafa & membranas affici, fluidique nervei fecretionem turbari. Ab hac ipfa caufa etiam tremor & convulfio (*u*) vel totius corporis vel extremitatum, & in debilibus inprimis puerperis lipothymiæ frequentes haud raro fuperveniunt. Præter hæc in maximo acutæ febris augmento, ubi inæqualis fanguinis per vafa motus, ejufque per ea minima fpafmo contracta fere tota immeabilitas adeft, inquietudo fumma, fomnus nullus, fitis ingens, lingua ficca & arida, fudor frigidus in capite & extremitatibus, ipforumque extremorum frigus (*x*) ut peffima figna concurrunt. Purpura tandem maligna tarde prorumpens & diarrhœa colliquativa ferofa inflammationis uterinæ factæ, triftiffima figna habentur.

§. XII.

Ex his itaque fymptomatibus variis, quæ uteri inflammationem concomitantur, quatenus vel pauciora adfunt, aut ea fe remittunt aut exacerbantur, vel nova alia adhuc fuperveniunt, ipfius morbi exitus varius & mutationes fingulares prænunciari poffunt. Quando ergo materia inflammatoria in utero nata movetur, fenfim fenfimque reliquis humoribus immifcetur & repetito circuitu ita immutatur & fubigitur, ut fine evacuatione aliqua fenfibili & notabili fymptomatum remiffio fequatur & ægra melius fefe habere incipiat, tunc difcutitur & refolvitur ipfa uteri inflammatio. §. II. Hæc refolutio fit in bona corporis tem-

(*s*) Spirandi difficultatem in hoc morbo bene attendendam effe, hanc enim aliquando imperitos medicos, pleuritidem adeffe exiftimantes, decepiffe monet *Mercatus* l. c. cum quo confentit *Varandæus* l. c. p. 140. Cum anxia refpiratione in inflammatione noftra tufficulam ficcam plus fimplici vice obfervavi.

(*t*) In uteri inflammationibus ægrotas fanæ mentis effe, non obfcurum recuperandæ falutis indicium exiftimatur a *Profper Albino* de Præfagienda vita & morte ægrotantium Lib. II. p. 77. 78. Lugd. B. 1733. 4.

(*u*) Qua ratione huic febri fumma convulfio fuperveniat, oftendit *Bellinus* l. c. p. 454. feq.

(*x*) Frigiditatem extremorum a dolore in utero venire, docuit *Profp. Albinus* l. c. Lib. II. c. 15. p. 125. Horror & frigus in febribus continuis ut fignum inflammationis vifcerum adducitur a *Fieno* l. c. c. 6. p. 211. Hæc & alia plurima fymptomata uteri inflammati repetit *Gorterus* in Prax. Med. Syftemat. Tom. II. p. 160.

temperie, quæ aliquo modo laxa, certe non adeo ſtricta eſt, ubi tamen vires vitæ ſatis validæ ad ſuperandam materiam morboſam ſufficiunt, humores adhuc mobiles, blandi, nec tantopere lenteſcentes, viſcidi & corrupti ſunt; ubi porro inflammatio non adeo profunda omnem uteri ſubſtantiam occupat, ſed tantum vel in ejus membranoſo contextu interno, vel in alia aliqua parte ſuperficietenus hæret, nec cum magna febre aut gravibus ſymptomatibus conjuncta eſt. Quando inflammationi huic a lochiis retentis vel ſuppreſſis ortæ, illa a primis morbi diebus & quidem copioſe redeunt; tunc ſanguis abundans & vaſis impactus movetur, evacuatur, &, ſic liberiori circulatione reſtituta, obſtructio & inflammatio pariter ſolvitur. Quando autem materia mobilis reddita eodem modo, ut antea dictum fuit, cum reliquis humoribus miſcetur & per corpus transducitur, attamen eas dotes non habet, ut vitali motu ſubigi, mutari & diſſipari queat, vel ad organa ſe & excretoria varia vel ad alia loca mittitur, & ſic aliqua evacuatione notabili ſeu criſi expellitur. Evacuatio hæc vario modo abſolvitur. Si enim materia adeo immutata, imminuta & in minimas moleculas diviſa eſt, ut per vaſa minima in corporis ſuperficie excurrentia penetrare poſſit, ſudore copioſo interdum feliciter eliminatur. Si vero hæc ipſa ad eadem loca pulſa acris, viſcida, nec viribus vitæ ſufficienter ſubacta & cocta eſt, ibidem in vaſis minimis hæret & colligitur, ſtimulo ſuo novas irritationes, obſtructiones & inflammationes facit, quæ in puſtulas ſeu abſceſſus minores mutantur & purpuram ſiſtunt, quæ evacuatio tantum incompleta & metaſtica habetur (y). Attamen hæc purpura ipſa ſi benigna manet, nec cum aliis ſymptomatibus novis & gravioribus ſtipata eſt, a morbo tandem liberat ægras. Eſt ideo hæc bene diſtinguenda a maligna, quæ, ſi a corruptis, reſolutis & acribus hnmoribus nimium jam factis propullulat & cum diris ſymptomatibus & febre continua tardius prorumpit, peſſima eſt & plerumque mortis ſignum affert. §. XI. Vidi etiam in vera uteri inflammatione, quod materia peccans hac metaſtatica mutatione ad alia corporis loca v. g. manus pedesque translata, magnos ibi tumores cum dolore & rubore produxerit (z), quibus in abſceſſus & ſuppurationem laudabilem tranſeuntibus, uteri ſtatim inflammatio cum ſanitatis emolumento judicata fuit. Interdum etiam eadem naturæ lege materia inflammatoria, inprimis a lochiis retentis nata, ad inteſtina delata, per hæc ipſa evacuatur. Quæ alvina evacuatio ſive diarrhœa vel fæculenta vel ſeroſa, ſi moderata ſine vehementibus torminibus & cum dolorum, febris ac reliquorum ſymptomatum remiſſione & levamine notabili conjuncta eſt, puerperis ſalutaris

(y) Vid. *Boerrhaavius* de Morbis cognoſcendis & curandis §. 938. ſeq. & *Swietenius* l. c.

(z) In inflammatione uteri tumores aliarum partium dolentes obſervarunt *Hippocrates* Sect. V. de Natura mulierum *Aretæus* l. c. *Trincavelius* l. c.

tatis habetur (*a*). Si vero eadem ab acrimonia humorum jam corruptorum & refolutorum & ab inflammatione ad inteftina ferpente fimul dependet, fi dejectiones ferofæ copiofæ, colliquativæ, fœtidæ præter voluntatem cum maxima virium debilitate fubfequente fluunt, tunc peffimum inflammationis male judicatæ fignum eft. §. XI.

§. XIII.

Præter has jam commemoratas inflammationis uterinæ refolutiones alia notatu etiam maxime digna eft, ejus mutatio, qua nempe ipfe uterus inflammatus in fuppurationem tranfit; §. II. (*b*) quæ quidem fit in corporibus ceteroquin fanis bonisque fuccis præditis, ubi tamen obftructio in uteri vafis tanta eft, ut refolvi nequeat, fed febre reliquifque fymptomatibus durantibus, vafcula ab humore quiefcente diftenta atterantur, folvantur, rumpantur & deftructa fic cum materia morbofa cocta fluidifque affluentibus commixta in humorem album, blandum, fpiffum, pus dictum, convertantur. Uti vero inflammatio, fic etiam fuppuratio vel aliquam uteri partem profundam, vel aliam in fuperficie, membranam fcilicet internam & illum locum, ubi placenta adhæfit, occupat. Illa vel præfens vel futura uteri fuppuratio five abfceffus, ex variis fignis cognofcitur. Febris enim præter illa fymptomata fupra citata interdum aucta, interdum moderata eft, plerumque tamen cum ardore & dolore fixo continuo in certo loco pulfante durat, verfus vefperam exacerbatur cum horripilatione vaga fuperveniente (*c*). Tempus fuppurationis ipfum incertum eft; accidit namque feptimo, nono, immo vigefimo poft partum die, nonnunquam tamen tardius (*d*). Certiffimum ejus fignum eft, ubi poft dolores pulfantes febrisque remiffionem

(*a*) Mulieres purgamentorum fuppreffione laborantes, fi, poft nonum diem alvi fluxu corripiuntur, liberari inquit *Riverius* l. c. Lib. II. p. 24. cui annuit *Georg. Baglivius* Prax. medic. Lib. I. append. de Dyfenteria. *Schacht* l. c. Lib. X. c. 4. p. 283.

(*b*) Hæc mutatio eodem modo fit, ut in aliis inflammationibus, quam *Swietenius* l. c. Tom. I. §. 403. p. 696. feq. optime expofuit.

(*c*) Hæc inflammationis uteri in abfceffum & fuppurationem tranfeuntis figna, adduxerunt citati jam auctores. *Galenus* in Definition. medic. n. 299. hæc habet: Abfceffus in utero eft, quum intenfus eft dolor pulfatque & ufque ad imum ventrem, inguina ac lumbos pertundit & febres adoriuntur. *Valefc. de Taranta* de Morbis curandis Lib. VI. de matricis abfceffu plurima illa figna quæ in inflammatione funt, etiam in abfceffu adeffe docuit. Conferantur, infuper *Foreftus* l. c. *Riverius* l. c. *Lommius* l. c.

(*d*) Poft feptimum & nonum plerumque diem abfceffum ab uteri inflammatione fieri, ftatuit *Merton* l. c. p. 10.

sionem, pus verum ex utero ejusque vagina vel uno impetu vel successive per plures dies effluit (*e*), hoc quando album, æquale, spissum, blandum nec fœtidum est, spem facit (*f*). Quando partibus membranosis & flocculentis mixtum conspicitur, vel particularum placentæ relictarum vel tunicæ uteri internæ lacertosæ exesæ indicium est (*g*). In hoc statu abscessus factus plerumque abstergitur, consolidatur & ægra convalescit. Quo citius id perficitur, eo melius, quo tardius, eo majorem metum affert, ne plures partes simul arrodantur, destruantur. Observationibus enim & experientia constat, post ejusmodi abscessus factos interdum ulcera malæ indolis supermanere, quorum sanies lente resorpta massam humorum tandem inficit & cacochymicam reddit (*h*). Apportabatur haud ita pridem in nosocomium Lipsiense femina maxime emaciata, quæ de dolore ventris infimi & lumborum continuo, obstructa alvo, tenesmo & stranguria querebatur. In abdomine ipso collapso circa uteri regionem corpus durum & attactu densum reperiebatur; ex vagina uteri pus & ichor fœtidus effluebat. Cum his simul febris lenta depascens conjuncta erat. Concludendum erat ex signis his, ulcus in utero latere. Nec fefellit conjectura. Aperto enim post mortem abdomine, uteri fundum totum scirrhosum, & medium ejus corpus & cervicem ulcerosa materia plane exesum atque corruptum vidimus. Ipsam vesicam vicinam occupaverat ulcus, quæ dissecta pure & sanguine grumoso repleta & in sinistro latere ab acri materia perforata erat, sic, ut versus regionem inguinalem usque ad femur sub integumentis ipsum pus delapsum hæreret (*i*). In illis autem feminis, ubi ab ulcere puro facto & consolidato cicatrices fiunt, quædam incommoda remanent, olim timenda; futuræ enim, si, qua eveniat, graviditatis molestæ, hæmorrhagiarum, & abortus periculum istæ afferunt, vel certe futurum partum, dum illæ in fortiori nisu diductæ rumpuntur, gravem & dolorosum reddunt, novæque inflammationi & ulceribus occasionem præbent.

§. XIV.

(*e*) Pus ex pudendo ulcus uteri demonstrare, ait *Fienus* l. c. Sect. IV. c. 2. p. 275. *Carol. Musitanus* Chirurgia theoretic. practic. Tom. II. c. 49. de ulceribus uteri p. 214.

(*f*) Excrementum uteri ulcerati in spissitudinem tendens bonum esse, perhibet *Valesc. de Taranta* l. c. & pus album, læve & odoris non mali ex abscessu uteri feminæ sanitatem reddere, pronunciat *Lommius* l. c.

(*g*) In morboso cadavere gravido membranam uteri internam turgescentem, inflammatam & erosam vidit *Philip. Adolph. Bœhmerus* in Fascicul. observat. anat. p. 27. n. 13.

(*h*) De malis ex pure resorpto ortis evolvatur *Swietenius* l. c. Tom. I. §. 406.

(*i*) De abscessibus & ulceribus uteri egerunt *Felix Platerus* in Observat. Lib. II. p. 480. *Forestus* Observat. medic. Lib. XXVIII. obferv. 19. p. 703. *Fernelius* l. c. *Harveus* l. c. de partu p. 532.

Peffimus inflammationis uteri exitus eft, quando illa in gangrænam terminatur (*k*) §. II. Sequitur autem gangræna, quando inflammatio profunda & gravior in aliqua uterinæ fubftantiæ parte intima fedet, vel quando totus uterus adeo inflammatus eft, ut vires vitæ languidæ ad materiam fubigendam & immutandam non fufficiant. Humores porro acres in corporis vafis vel nimium laxis vel rigidis contenti, fi aut ab ipfa naturæ vi aut a medicamentis ad inflammationem difcutiendam calidis adhibitis, §. VIII. nimio impetu moventur, febrem tantam accendunt, qua humorum pars liquidiffima diffipatur, craffa & tenax in vafa arctius impingitur, quiefcit & calore acrior redditur (*l*). Si ergo in vafis uterinis omnis humorum motus tollitur, materia obftructa nec moveri, folvi & difcuti, nec in fuppurationem laudabilem mutari poteft, ab eadem ftagnante vafcula tenerrima rumpuntur, liquida tenuia effluunt, & fpontanea deinde mutatione & calore in utero hæc omnia corrumpuntur & putrefcunt. In puerperæ uteri inflammatione laborantis, nono poft partum die exftinctæ cadavere fecto, totam uteri cervicem gangræna affectam, quoad colorem lividam & nigram, quoad fubftantiam ita corruptam & deftructam obfervavi, ut attactu folo in putridam maffam cum fœtore & ichore acri effluente decideret. In trifti autem hoc rerum ftatu varias mutationes notabiles animadvertere licet. Sub maximo febrilis æftus gradu præter opinionem horror (*m*) internus plus minufque magnus cum tremore & extremorum frigore ægram corripit, refpiratio maxime anxia & anhelofa, omniaque fymptomata graviffima redduntur; quæ vero omnia & præfertim dolor antea vehemens, paulo poft fubito fe remittunt & ægra bene fefe habere putat. Sed fallaces hæ funt induciæ (*n*). Certiffimum enim gangrænæ jam factæ indicium mox præbet fanies ichorofa, acris, putrida, cum fœtore ex utero effluens, quæ uteri partes adhuc fanas fimul corrumpit & omnes humores citius depravat, novam febrem cum pulfu celeri & debili & delirio accendit, quibus omnibus miferæ viribus exhauftæ morti tandem traduntur.

§. XV.

Accidit denique adhuc alius nec minus triftis inflammationis noftræ exitus, quando materies in uteri parte inflammata per jam dictos naturæ motus varios nec in abfceffus, ulcera & gangrænam tranfit, fed

 quieta,

(*k*) De inflammationis exitu in gangrænam conferatur *Swietenius* l. c. T. I. §. 388. de gangræna vifcerum & uteri a partu difficili, orta, ibid. §. 434.

(*l*) De corruptione humorum in gangræna videatur *Plattnerus* l. c. §. 169.

(*m*) De horrore illo periculofo vid. *Hippocrates* Lib. I. epid. Sect. 3.

(*n*) Sufpectam & periculi plenam hanc levationem, quæ a vafis obftructis cum nervis antea tenfis, jam ruptis, dependeat, pronunciat *Platnerus* l. c. §. 172.

quieta, craffa & compacta hæret fcirrhumque fiftit (o) §. I. Ad hunc ipfum autem generandum uterus maxime difpofitus effe videtur (p). Ejus enim compagis vafcula minima intricatiffima, contextus cavernofus & glandulofa forte fabrica, in hoc vifcere fpongiofo præfens, a fpiffo & tenaci humore repleta, diftenta & infarcta, viam liberam & motum humorum circulatorium non permittunt, unde ipfa vafa minima cum reliqua textura & contentis liquoribus fpiffis concrefcunt, & tumores duros & indolentes generant (q). Scirrhum autem in utero poft inflammationem factum effe, ex febris reliquorum fymptomatum, fine facta crifi, remiffione, ex torpore corporis, gravitate, pondere & dolore obtufo in utero relicto, dijudicare licet. Hos quidem fcirrhos mulieres nonnunquam fatis diu fine infigni incommodo in utero gerunt, fed quo magis deinde augentur & crefcunt, eo pejora fymptomata excipiunt & tandem a levi caufa accedente in cancrofa ulcera (r) & carcinomata mutantur, quæ vitam tædiofam & moleftam, tandemque mortem afferre folent miferimam. Hinc jure meritoque mulieres dolemus cum *Gualtero Charletono* (s) dicente: „ Magna certe feminarum miferia „ eft, quod, dum viros in ærumnarum anguftiis conftitutos placido „ confuetudinis fuæ folatio laborant fublevare; variafque tum confer„ vandi tum propagandi generis humani gratia, moleftias fuftinent, „ variis morbis obnoxiæ fiant. Neque enim eos tantum morbos, quos vi„ ri, fæpe & ipfæ patiuntur, fed & plures, fed & peculiares, fexuique „ noftro ignotos perferre coguntur. At vero undenam ilias hæc malorum „ mifellis mulieribus fuboritur? Indubie non aliunde, quam ex utero.

(o) De fcirrhi origine in genere vid. *Swietenius* l. c. Tom. I. §. 484.

(p) Id quoque afferit. *Peu* l. c. p. 563.

(q) Conferantur *Graafius* l. c. Lib. VIII. p. 191. *Ruyfchius* Obfervat. anatom. chirurg. obferv. VII. p. 12. *Martin. Schurigius* in Confideratione partium genital. muliebr. Sect. III. c. 2. De fcirrhi origine in utero & fymptomatibus egit *Varandæus* l. c. cap. 9. p. 165. *Mauriceau.* l. c. Lib. III. c. 12. De eodem obfervationes communicavit *Hallerus* in Pr. de morbis uteri Gœtting. 1753.

(r) De utero cancrofo videantur *Tulpius* Obferv. medic. Lib. II. c. 2. p. 64 Lib. III. c. 34. *Pechlinus* l. c. Obfervation. XXII. p. 50. *Mauriceau.* l. c. cap. 13. p. 426. *la Motte* l. c.

(s) Inquifit. medic. phyfic. c. I. p. 4. 5. Lugd. Bat. 1686. 12.

FINIS.

GEORG.

CXXXIX.

GEORG. ERNESTI STAHL

ET

JOHAN. KANOLD,

DE

ABORTU ET FOETU MORTUO.

Halæ menſ. Mart. 1704.

PROOEMIUM.

Quantumlibet verum omnino sit, & summa insuper atque attentissima consideratione ac pensitatione dignum, quod homines, in proportione summæ illius, imo absolutæ, si in se spectetur, dispositionis ad corruptionem, quam corpus illorum præ sese fert, valde raro ægrotent; non minore tamen, sed sane tanto circumspectiore consideratione dignum est etiam illud, quod nihilominus sub hac infrequentia, frequentia tamen insignis adhuc observanda veniat, si homines ad bruta conferantur. Non placet hoc loco materiæ hujus tractationem suscipere, cum eidem jam alium, sub divinæ gratiæ favore & præsidio, destinaverimus: interim illud breviter delibare non piget, quod magnum fundamentum hujus frequentioris ægrotandi eventus in hominibus sit rationis tam fragilis atque fluxæ, uti est, usus perversus & inconsideratus: sensuum lenocinio, & male-moratarum intentionum turbulentæ inventioni innixus: quibus rebus genealogiam suam debet perversarum, & tamen contumacium assuetudinum turba, quæ tranquillitati, ordini, atque constantiæ actionum vitalium, multiplices aberrationes inducunt. Ἐκ γενετῆς νῦσον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, à generatione usque sui, morbum seu morborum mancipium esse hominem, Democritus olim judicasse perhibetur. Quantumlibet autem de reliquo quidem, si actum ipsum respiciamus, effatum hoc fallat; valet tamen, tum de dispositione illa perpetua utique eximia, tum etiam de eventu utique talium effectuum in homine præ brutis omni modo frequentiore. Placet considerationem hanc exemplis confirmare: dispositionem inquam, qua homo vel ἐκ γενετῆς, ab ipsa usque generatione sua & primis subnascendi initiis, aberrationibus vitam ejus periclitantibus & indolis vere humanæ actiones pervertentibus, obnoxius observatur. Quid enim sunt graves illi affectus, qui fœtui adhuc in utero matris hærenti ingruunt à pathematibus animi, & stolida imaginatione matris; à quibus structura, à reliqua humana indole plus minus aliena; pavida, horrida, violenta & convulsiva, tam ingenii impressio, quam motuum temeraria assuefactio: in utero quidem matris impressa, sed extra hunc etiam, durabili indolis ac intentionis depravatione, perennans: quid nævi materni, fœdi subinde, imo horrendi aliquando; mutilationes, deformitates, alienas, & bestiales aliquando, figuras atque conformationes imitantes. At vero gravissimam esse illam τῆς γενετῆς νῦσον, qua misellus homuncio, in ipso fiendi & suboriendi demum actu, crudeliter atque violenter obruitur, & ex ipso nativitatis suæ impetrandæ fonte veluti atque fundo ejicitur, nemo sit quin facile consentiat. Neque vero minor, sed puto major, & commiseratione dignior, est ille ἐ γενετῆς infelix exitus, quando in ipso portu, quod ajunt, fit naufragium, & feliciter τὴν γενετὴν hactenus adeptus fetus; ubi jam in liberiorem vitalem auram

ram emergere, & operose structæ suæ officinæ usu frui debebat, temere & velut ex insperato pessundatur, & e medio rerum suarum successu, perfide, aut sane perverse, supprimitur atque extinguitur. Mortem, loco vitæ, in partu me designare velle hac descriptione, nemo, puto, non intelliget: hæc certe duo exempla, quibus fetus vel in media sua subnascendi operatione, deficit, aut destituitur: aut feliciter peracta illa subnascendi opera, in limine vitæ ita graviter impingit, ut inde in mortem recidat, Abortum *inquam,* & Partum Mortuum, *medica disquisitione prosequi, propositum esse putavimus, non solum solertis considerationis occasione conspicuum, sed etiam exercitii publici loco non indignum. Cum itaque mihi incumbat* Inaugurale, *quod vocant, specimen edere, placuit hanc imprimis materiam mihi sumere, in eaque vires meas experiri. Faxit* Deus *ter optimus maximus, ut hoc meum cœptum, & feliciter succedat, & in usum aliquem cedat.*

CAPUT PRIMUM.

Historiam Abortus, & Partus Fetus mortui exhibens.

NOn occupabimur prolixe in nominibus, satis habentes, dixisse; quod per *Abortum* nihil aliud recepto sensu intelligatur, nisi *partus prorsus intempestivus*, ita quidem, ut vel nondum ad crassum sensum *vivat*, vel vivus quidem, nondum tamen ad eam structuræ totius corporis ἀκμὴν pervenerit, ut in aëre nostro durare; & crassiore jam nutrimento corporis sui incrementum recte prosequi, imo absolvere & exsequi possit, quin certissime periculum vitæ insuperabile hac ratione ipsi objiciatur.

Circa *fetus mortui* acceptionem, nulli difficultati est locus. Illud tamen attingere suffecerit, quod diversitas utique moriendi, ratione temporis, differentiam aliquam spiret; quandoquidem tum longo adhuc tempore ante justum partus terminum, æque ac vicissim proximo ad partum tempore, imo sub ipso partus labore, fetus vitam amittere solet.

Sicut autem dicta ratione *abortus*, consistit in penitus *intempestiva* fetus exclusione; ita scire omnino convenit; quod hæc *temporis* anomalia tam late sese diffundat, ut vel a primo usque gestationis mense, ad quodlibet aliud tempus, usque ad posteriores menses, quibus jam *vitalis* magis est partus, hæc ipsa excussio præmatura sese extendat.

Sane vero si strictissime loqui placeat, potest etiam quilibet partus, qui quidem ante *noni mensis* periodum in lucem editus est, quadantenus ad *abortus* referri; & non solum, uti revera etiam est, *intempestivus* habe-

haberi; fed etiam de illo dici, quod minime fine aliquo *vitæ*, aut ad minimum folidioris atque conftantioris *fanitatis* atque *vivacitatis* infantis periculo ita evenerit. Interim tamen non adeo rigide circa hanc acceptionem laborabimus, fed contenti erimus in taxanda folum gravius aberrante hujus intempeftivæ exclufionis ἀταξία.

Illud autem omni modo ad veram hujus mali hiftoriam pertinet, quod *abortus*, nifi quidem a caufis exquifite violentiffimis, nunquam eadem facilitate contingat, quam illis *feptimanis*, imo *diebus*, quibus alias in præfente gravida *menftruæ* evacuationis periodus fefe commovere confuevit. Quod quidem tanto magis valet in ejufmodi fœminis, quæ has excretiones magis *exquifite ftatas* experiri confueverunt.

Tanto magis autem confideratu dignum eft illud, quod *abortus* talis fubinde *recrudefcens*, tanto exquifitius abhinc fervare foleat *tempus* illud, quo prima vice emicuit; & hoc iterum tanto certius, quo magis prima illa vice *menftruo* alicui tempori preffius fefe accommodavit.

Ita enim v. g. inter alios non abfimiles cafus, obfervavit D. D. Præfes in illuftriffima quadam Domina, quæ *quinquies* deinceps abortum paffa eft, quod fingulis hifce mali hujus recrudefcentis vicibus, abortus *ftato* quodam ordine non folum inciderit in *tertii menfis ultimam feptimanam*; fed perpetuo velut ordine, initium fecerit a tacita prorfus atque mitiffima fanguinis eruptione, *menfium* confuetæ evacuationi ex amuffim refpondente: quæ poftquam per *fex* dies ita plane tranquilliffime atque moderatiffime continuavit, coorta eft *feptimo die* vehemens omnino fanguinis effufio, cum maxima debilitatione; & animi prius, quam virium dejectione, fuccedentibus ultimo, imprimis penultima, & ultima vice, fyncopticis deliquiis, & vitæ periculis: quæ fymptomata per tres ad quatuor horas ita continuata tandem elifo *abortu*, (qui, nempe cum univerfis involucris, ovi gallinacei mediocris magnitudinem non fuperabat) omnia pacatiora fiebant. In alio exemplo obfervavit poft integrum annum, nempe novem ad minimum menfibus poft priorem abortum facta nova conceptione, excuffionem hujus non aliter quam prima vice, circa quarti menfis finem pariter eveniffe. Item in alia Juvencula, quæ nunquam adhuc pepererat, fed in matrimonio, ab 18 circiter menfibus contracto, jam bis fecundo menfe a conceptione abortum paffa erat, tertia vice per idem tempus incipiebat fenfationes priores pari tempore iterum perfentifcere: ubi tamen tempeftive adhibitis efficacibus remediis, per *Dei* gratiam præfervata eft a fimili eventu, & felicis geftationis atque partus compos facta.

Illud infuper de *frequentiore*, & imprimis cum gravioribus fymptomatibus complicato, *abortu*, notandum venit, quod fæminæ ab illo facile *fterilefcant*. Si tamen rei huic circumfpectius advertatur animus, poterit deprehendi, quod hic eventus non tam facile promifcue obtingat, etiam frequentiores abortus perpeffis; quam illis, quæ vel uno folum aut altero

tali abortu correptæ funt, fed *grandiore jam fetu*, & ad abfolvendam fuam vegetationem, magis idoneo & veluti digno.

Ab hujufmodi inquam jam *grandioris fetus abortu*, repetito, imprimis autem difficilius excuffo, folet dicta illa *fterilitatis* fucceffio, familiarius evenire: de fimplici enim admodum *immaturo* abortu, etiam *numerofis vicibus* deinceps facto, annotavit nihilominus D. D. Præfes plura exempla, quod concipiendi, & fanum atque vegetum infantem iterum geftandi ac in lucem edendi energia, non defecerit, fed potius feliciter hæc omnia ceffe-rint ac evenerint: modo *repurgatio uteri debita* tempeftive, recte atque fufficienter adhibita fuerit.

Nempe ad hiftoriam *abortuum repullulantium* maximopere pertinere affe-rit D. D. Præfes, illam obfervationem, quod in abortu, uti diximus, deinceps revertente, fi quidem prima vice legitimi *fetus* præfentia recte dignofci potuit, altera aut ad fummum tertia vice, vix par ratio ex-fpectanda fit; fed potius nihil, nifi *informe* quoddam *concrementum*, fanguineo magmate & coagulo fuffarctum, omnis fimulacri veri fetus expers.

Teftatur D. D. Præfes, quod hujus rei veritatem multis prorfus ex-emplis compererit, e quibus duo folum allegare placet. Uxor civis cu-jufdam, honefte quidem, fed cum labore opificii fui, vitam fuftentan-tis, triginta circiter annorum fœmina, petit confilium & auxilium ad-verfus multiplices anguftias præcordiorum, imo anxietates & intercur-fantia tenfiva abdominis tormenta. Ferebat autem præ fefe ventrem ita prætumidum, ut vel gemellos geftare ex afpectu judicandum effet: fi-cuti re ipfa pro prægnante illam intuitus D. D. Præfes, de hac conftitu-tione & tempore forte propiore partus interrogabat. Ad quod illa colla-crymans, fe quidem ab hoc longe abeffe refpondebat, fed retinuiffe hunc ventrem & geftare ab eo tempore, quo, plus jam annuo, gemellos mafculos, manus circiter longitudine confpicuos, abortu amiferit: datis convenientibus remediis per quatuor dies ufurpandis, emanfit, incerto tantifper effectu: poft tertiam feptimanam rediit, & retulit, fe propter impetratam pathematum fuorum placationem, nihil amplius remediorum hactenus petere neceffe habuiffe: cum autem illa jam recrudefcant, au-xilium iterum rogare. Dato iterum efficaci remedio, poft alterum diem peperit *concrementum*, caput robufti fetus æquans, *membranaceum & fungofum*; & continuato medicamenti ufu rectiffime expurgata matrice, venter in folidum fubfedit, & fœmina pauco poft tempore recte imprægna-ta, feliciter geftavit & peperit, nifi quod poft partum largiore hæmorrha-gia in lipothymiam prolapfa, eodem tamen remedio, fed divina præcipue gratia, iterum liberata, fana poftea vixit.

Alia honefta fœmina, annis adhuc florens, & alterius jam infantis ma-ter, cum tertia vice imprægnata effet, *abortum*, incertum qua occafione, patitur. Cum in & ab ipfo abortu graviter periclitaretur, tam hæmor-

rha-

rhagia, quam alia debilitate, fub confilio licet & auxilio medico, retinuit, (1) *Inflationem ventris* præturgidam: (2) multiplex, imo propemodum *perenne*, *copiofum*, aut fi aliquando intermitteret, recrudefcens *impetuofum*, fanguinis *profluvium*: (3) varios *in ventre dolores*, preffiones, ardores, palpitationes, volutationes, anguftias, anxietates; imo, fi in alterutrum latus recumberet, fenfum ponderofioris cujufdam decubitus in idem latus in hypogaftrica regione. Hæc durabant omnia atque fingula *ultra integrum annum*; ubi confilium petens, ad quæftionem de perennitate harum rerum, fpeciatim autem *inflationis* ventris, prope maturam partui graviditatem repræfentantis, refpondit, omnia & fingula hæc, toto hæc elapfo anno jugiter ita perftitiffe: ventrem autem aliquando quidem magis *tenfum* atque *durum* & ad fenfum magis quoque *auctum* apparere: aliquando autem tractabiliorem, & preffioni quadantenus obedientem, fentiri: menfuram tamen, quam eo tempore exhibebat tanquam juftæ graviditatis, nunquam hactenus defeciffe, aut ad *vacuæ* conftitutionis fubfidentiam, ullo modo appropinquaffe. Fluebat autem ipfi maxime eo tempore *fanguis copiofe*, ita ut vix in publicum prodire fatis auderet; *palpitationibus* autem illis feducta, dubitabat, an non forte revera graviditas aliqua fubeffet, imprimis cum etiam medici & medicæ, nihil definire circa hoc dubium, intermedio hoc tempore confifi effent; ipfa vero quam maxime optaret, ut prægnans utique effet, tum amore prolis, tum quod fpei indulgeret, fore ita, ut univerfus ejus ftatus hac ratione non fit ita abfolute p. n., adeoque quovis intuitu periculofior.

Obliti fumus commemorare, quod etiam pedes & crura, fed tamen adhuc levius, & cum difcuffione per nocturnam quietem & calorem, *intumuerint*.

Proponebatur itaque huic patienti ufus remedii in hoc genere, fub divina benedictione, fidi atque experti; a cujus ufu nihil haberet metuendum, fi vel maxime prægnans effet, quæ tamen opinio ipfi ftatim diffuadebatur. Simul atque primam dofin affumferat, definebat eo ipfo die fluxus fanguinis: continuato per fequentes dies ufu, evanefcebant non folum anguftiæ & anxietates fymptomata: fed intra octiduum *fubfederat* univerfa abdominis *inflatio*, ut non remaneret p. n. conftitutio, præter *duritiem* quandam in infimo abdomine, undique flaccido, & fuppreffo, percipiendam. Exegit ita tres feptimanas; in quarum fine fanguis iterum emicuit; repetito medicamenti ufu, continuavit modice profluere, quarto vero die mane, corripuerunt illam, veri dolores ad partum: & peperit *moleculam*, *membranaceo* involucro molli inclufam, intus etiam folliculis veluti difcretam, fed folo *grumofo fanguine* fuffarctam, mure mediocri non majorem. Continuato per 10 circiter dies ufu medicamenti, fub redeunte poft hac menfium fluxu repetito, mox poftea recte concepit, geftavit, & peperit etiam feliciter infantem fanum.

 Imo

Imo in illo jam ſupra allegato Illuſtr. Matronæ abortu aliquoties deinceps recurrente, non niſi prima vice, aliquid *vero conceptui* reſpondens, dignoſcere integrum erat.

Sub ipſa excluſione abortus, illud maxime ſolenne eſt, ut partim *dolores*, ſeu *ſpaſmi uteri*, contingant leviores, obſcuriores, imo ſegniores; partim *fluxus ſanguinis*, præ vero partu, longe intemperantior. Fere autem tanto magis utrumque horum, quanto minor adhuc eſt fetus.

Magis autem etiam, corpore atque animo, *torpidiores* obſervantur *abortientes*, quam *parientes*, ita ut revera, vel ad ipſas uſque lipothymias magis propendeant; omnia vero hæc facilius iterum ad euphoriam revertuntur, mox poſt abſolutam excluſionem, inprimis ipſa illa *hæmorrhagiæ* abundantia.

Quando vero etiam ita *intempeſtivum* partum abſolverunt, niſi ſibi parcant, & ſatis circumſpecte ut *puerperas* ſeſe gerant, minime *minoribus* incommodis expoſitæ ſunt; quamvis fere *paucioribus*, quam veræ puerperæ: inprimis autem, quæ jam alias infantes geſtarunt; aut quæ falſos tales conceptus tandem elidendos, tantiſper geſtaverunt. Ita poſtremo loco commemorata honeſta fæmina, cum concrementum illud, poſt priorem abortum anno elapſo tandem eliſiſſet, *quarto die* gravia flatulento-torminoſa & ſuffocativa pathemata incurrit, cum repentina *lochialis fluxus* imminutione, plenam ſuppreſſionem minitante; & hoc quidem ab eſu improvido *placentæ*, multo butyro, ut hic locorum peſſimi moris eſt, pinguis atque concoctioni refragantis. Ubi profecto nihil adeo alienum ſponte ſuſpicans medicus, in tam diuturna reliqua ultra integrum annum tolerata variorum gravium ſymptomatum ſyndrome, jam de profundioribus quibuſdam cauſis ſollicitus, cum patientem ipſam inviſeret, placentæ juxta lectum intuitu, & nata inde ſuſpicione improviſi appetitus atque eſus, facta interrogatione minime diffitente ægra, tanto facilius ſolo *digeſtivo* remedio, loco quorumlibet laborioſiorum conſiliorum, incommodis his præſentiſſime conſulere potuit; quæ ſi ab alia cauſa forte deducenda fuiſſent, remediis aliis, ſi nihil amplius, certe facile *inutiliter*, tractari illam contigiſſet.

Tanto major autem neceſſitas in hoc caſu ſubeſt, ut plenaria debita *expurgatio uteri*, plenum exitum ſortiatur, & ad finem perducatur; alias enim juſtiſſimus ſemper manet metus ne damnum aliquod in futurum tempus ſeſe extendens, inde remaneat, aut ſubnaſcatur. Abſolvitur autem hoc negotium non niſi debito ac ſufficiente, ſive ſpontaneo lochiorum fluxu; ſive per medicamenta huic effectui vere atque efficaciter idonea: & profecto ſi quid medicamentis ad hunc ſcopum veri atque certi impetrare eſt integrum, meretur illud omni modo huic caſui, *abortui* inquam, adhiberi: ſicut enim in vero *partu*, ſpontanea lochiorum ſufficiente expurgatione ſatis fieri ſolenniſſimum & quotidianum eſt, ut ibi medico

auxi-

auxilio nihil fit opus; ita plane contra fe res habet cum *abortu*, quippe a quo, nifi per peritam etiam & efficacem medicationem fubveniatur, longe familiarius mala confectaria remanent, quam ut omnia recte in integrum reftituantur.

Quando vero hoc ita debite peractum eft, tunc equidem nihil aliud fupereft, nifi ut etiam quando recte ad fe rediit fæmina, & fana rurfus apparet, tum præliminariter præoccupetur, ne fuccedente nova impraegnatione, fimile infortunium ipfi iterum eveniat: quin etiam fub ipfo geftationis tempore, circa *menfes* aut *feptimanas*, quibus priftinum abortum perpeffa eft, nulla *externa* occafio ipfi objiciatur, unde fimilis intempeftiva atque violenta excuffio denuo cooriri poffit. Si tamen fub priore illo abortu omnia recte, & inprimis fufficienter, in integrum reftituta fuerunt, non fupereft locus ulli metui, ne hoc tempore aliquid novi incommodi oriatur.

CAPUT II.

De Fetus mortui Hiftoria.

QUantumvis fetus cum involucris ad ipfum pertinentibus, ftricte loquendo, mox a primo conceptus in utero materno die, *vita* fruatur, nempe ab omni corruptione confervetur atque præfervetur; craffiore tamen confueto fenfu & acceptione, tunc demum maxime dicitur & intelligitur *vivere*, quando jam *motus* humorum in proprio ejus corpore fieri, non folum confpici poffunt, v. g. in *oviparis*; fed in *viviparis* denique, accedente infuper etiam locali corporis *motu*, tanto magis commode fentiri incipit hoc, juxta craffiffimam vulgarem acceptionem, *vitæ* ejus confectarium.

Sicut autem, ut rem paucis complectimur, circa totum negotium *vitæ*, nihil aliud quam generaliora & craffiora quædam vulgo nota & intellecta, & proinde ufu etiam recepta funt; ita inprimis in negotio pariter adeo craffæ acceptionis, quale eft illud de *fetu mortuo*, fane fuerit ἄκαιρον τὸ ἀκριβολογεῖν; unde quidem fuffecerit dixiffe quod fetus intelligatur *vivus*, recepta loquendi ratione, non nifi ab illo maxime tempore, quo motibus fenfibilibus fefe jam manifeftare incipit, nempe *a medio* maxime *tempore geftationis*.

Sicut itaque hoc inprimis intuitu, nempe ad receptum loquendi fenfum de fetu *vivo*, aut amiffa iterum vita *mortuo*, loqui neceffe habemus; ita *mortuum* etiam fetum illum præcipue intelligimus, qui *ab hoc tempore* vita rurfus exeidit, & craffiore quidem *indicio*, tunc inprimis mortuus judicatur, quando amplius non *fentitur* ullo motu fefe manifeftare.

Fetus itaque *mortui* exclufio, ftricte ad receptum morem loquendo, circiter a medio geftationis tempore ufque ad ipfum non folum *tempus*, & *actum*, fed *effectum* omnino *partus* fefe extendit. Ut videlicet non folum toto hoc intermedio tempore, infans in utero *intermori* poffit; fed etiam in ipfo tandem *partus* labore, loco exclufionis fui vivi, ante abfolutum hunc exitum in ipfo adhuc utero, fub conaminibus illis atque moliminibus excludendi, intermoriatur, adeoque, ut loquuntur, in portu naufragium patiatur.

Habet vero etiam hæc acceptio aliqualem relationem ad ufum hiftoriæ partus foetus mortui. Quandoquidem difficiliores circumftantiæ hujus negotii, revera illo maxime cafu graviores obfervantur atque fentiuntur, quando foetus vita, fub hac latiore ejus acceptione, jamjam percipienda, iterum excidit: Siquidem prioribus adhuc temporibus pleraque quidem amiffionem vitæ ejus, ftrictius dictæ, infequentia *Symptomata*, longe minora communiter obfervantur.

Ut autem negotium etiam folum hiftorice jufta ferie evolvi poffit, inftruemus ejus enarrationem fecundum tres illas præcipuas circumftantias, 1) quomodo imprimis malum hoc obfervetur *occafionem* & *ortum* nancifci; 2) quomodo colligi poffit, e *fignis* certioribus, quod mors hæc evenerit: 3) Quasnam difficultates circa *exclufionem* ejus fuccedere contingat.

Quod itaque primum attinet, remotiores equidem caufæ evidentiores obfervantur, five *ingens* foeminæ prægnantis *plethora*; five *animi* ejusdem ingens *fenfibilitas*, ad *iracundiam*, aut *mœrorem* atque *terrorem* difpofita: five reliqua etiam *morbida* imbecillitas: five tandem in ipfo demum *partu* male fuccedentes, & male adminiftrati ita dicti dolores: ubi quidem imprimis jufto diutior ftrictura foetus in utero, non fubfequente ipfo tempeftivo exitu, liberum fucceffum motus fanguinis in foetu fufflaminare apta, huic effectui evidentem anfam præbere poteft, quin etiam folet. Phantafticas etiam occafiones, ab *imaginatione matris*, aut *impreffionibus* undecunque tandem incuffis, plurimum hic poffe, varia monftrant exempla.

Alterum quod attinet, illas nempe circumftantias, quæ *mortuo* in utero foetu fefe exferunt, differunt hæ gradu, prout infans jam *perfectior*, & ipfi partui legitimo maturior, vel e contra adhuc admodum *tenerior* eft; prout etiam hæc foetus *mors*, vel diuturniorem aliquem *matris atque fœtus* languorem fecuta eft; vel *vegetiori* etiam foetui, velut ex infperato fimul & femel accidit & evenit.

Prioribus cafibus, *languor* magis, & *virium* aliqua dejectio in matre; *horridula* etiam, volaticis *ardoribus*, *capitis* doloribus, *anguftiis* præcordiorum & animi, *appetitus* vitiis, *vertiginofis* perturbationibus, colludens *ἀταξία*, *mammarum* flacciditas, *lactis* in illis tenuioris fenfibilis præfentia, nullus amplius *motus* foetus: *ventris* ad inguina veluti dela-

delabentis. & cum flacciditate quadam ita quasi *pendentis*, insolitum onus: ante omnia *sensibile illius regionis frigus*: in tenerioribus autem omnia hæc & graviora, & breviori tempore increbescentia, imo subinde ad lipothymiam usque fœminam deducentia, cum vario interim, nempe vago, *coloris* & *caloris*, statu.

Posteriore casu, nempe ubi fœtus admodum *grandis*, repente interit, imprimis autem *sub* ipso *partu*, *inhorrescit* fœmina, ut etiam *febrili* frigore & *horrore* correpta videatur; *vires* corporis, imo & animi, fatiscunt velut in momenta: succedunt *anxietates*, *vertigines*, *lipothymiæ*, dolores ad partum *rari*, *debiles*, *breves* revertuntur, imo vel plane evanescunt. Imprimis autem *refrigescit* communiter magnopere *regio infima abdominis* supra pubem, & nullus amplius sensus cujuscunque *motus* fœtus percipitur: imo vero magis magisque non corpore solum, sed omnino animo languescens fœmina, *suæ* quoque *mortis* subinde metum, non nimium raro etiam eventum, subit.

Tertium respectum, superius à nobis allegatum, quod attinet, quomodo videlicet fœtus mortuus *ad partum* sese habere soleat, fit illud, quod modo diximus, ut *mortui fœtus* exclusio, tam generali magis matris *debilitatione*, quam speciali *dolorum*, nempe spasmorum debitorum cessatione, aut ad minimum, & longe *rariore*, quam conveniebat, & longe *debiliore* recursu, difficillime succedat atque exeat.

C A P U T III.

Pathologica quædam circa abortum & fœtum mortuum.

Necessaria quidem ubilibet est distinctio, diversorum respectuum & successuum unius ejusdemque rei, ne temere implicatio locum inveniat; interim profecto in *Medicis* atque *Physicis* rebus, tanto magis necessaria hæc est circumspectio, quo difficilior est *Physicorum* respectuum evidens enucleatio; & simul remotio ab usu *Medico*, & à Medicæ theoriæ qualibet necessitate.

Luculentum hujus generis exemplum præbet nobis negotium *Generationis hominis*. Circa quam profecto ita in solidum nihil verum atque certum deprehendere valuit, in hunc usque diem, Philosophia, ut nulla pars totius hujus rei quicquam certum atque fidum præ sese ferat, quin alienis non tantum opinionibus, sed plane experimentis jactatis in extrema penitus, nempe opposite, diripiatur.

Si de *materia* loquentes audias, veteres *semen masculinum*, apospasmatibus *à singulis paterni corporis partibus desumtis*, quasi *singularum partium seminiis*, constans, pro materia constituunt; cui *mater* nihil, nisi

nisi *nutrimentum*, nempe sanguinem menstruum, crassiore conceptu sub-ministret. E recentioribus diligentissimus *Malpighius*, lineamentum aliquod in *ovis* gallinaceis conspiciens, e quo prima pulli fundamenta, nempe *Cerebrum*, & *spinalem medullam* efformari animadvertit; hoc ipsum autem rudimentum etiam in ovis *subventaneis*, nempe sine masculi ullo commercio, (quod in gallinis vulgaribus, præ aliis avium generibus, familiariter fit;) editis, pari ratione præsens deprehendens: permotus hinc est statuere, quod *fœmina materiale* rudimentum pro formatione corporis suppeditet, masculus autem solum *spirituosum* quasi quiddam *orgastico-vivificum*, conferat, quo materia illa velut in actum deducatur. Diversa omnia iterum vidit *Leuwenhoeck*; in *masculino* semine potius vivide mobilia quædam corpuscula indicans, e quibus *corpus* produci verisimile arbitratur. Cui rei ut absolute prospiciat Dalecampius, profert ejusmodi observationem seu autopsiam, qua etiam *toto corpore jam distinctum* homuncionem, imo numerum aliquem talium, in spermate masculino vidisse depingit. At *Sturmius* hic penitus in diversum abit, verisimilius reputans, quod aer & aqua, *homunculis* invisibiliter quidem parvis, sed tamen penitus jam efformatis, æque ac omnium specierum animantium similibus corporibus, scateant; quorum tandem unus in porulo testis mulieris, per viri cohabitationem ad hanc capturam dispofito seu conformato, irretitus, irruptione alimentaris substantiæ in majorem molem sufferciatur. Videre est puto ex his, quid sit & possit Philosophia!

Sicut autem adhuc insolidum deficit omnis circa *materiam* ipsam fœtus formandi scientia; cui cordi fuerit inquirere in partem *activam* ejus, illi integrum erit tempus suum addicere lectioni sententiarum, circa hoc negotium variantium, & invigilare harum crebris mutationibus, vel, ut vulgo loquuntur, *ulterioribus explicationibus* pristinæ suæ mentis: inveniet quod agat, si non *orationem*, sed *rationem* ibi quærat. His si tandem addiderit disceptationes de *animæ rationalis*, juxta alios *creatione*; de momento *infusionis* ejusdem, atque modo: vel assertionem propagationis *per traducem*: ille quidem hanc philosophiam completam habebit: si tamen prius recte intellexerit, quod anima rationalis, ut *immaterialis*, *in corpore* quidem esse possit, (non tamen ut *in loco*, sed absolute ut in πȣ̃) interim nec *in corpore*, nec *in corpus* aliquid agere possit, quia *immateriale cum materiali non potest habere contactum*. Interim excipiendo hic iterum, & his animæ necessitatibus subordinando *spiritus*; quibus vel ab illo *canone* de materialis & immaterialis nullo contactu exceptio est; vel ne hic etiam difficultas temere urgeat, intelligere licebit, quod majoris commoditatis causa spiritus hos neque materialis, nec immaterialis naturæ esse conveniat. &c.

Per nos quidem cuilibet liberrimum erit, hæc pro lubitu suo ad negotium generationis applicare, dicere, imo iterum aliter, quin vel in

eadem

eadem pagina, jam verbis, jam rebus, fibi contradicere: Nos, antequam ejufmodi res ita firmiter & conftanter, fine ulla refervatione futuræ *mutationis fententiæ* fuæ (*imprimis circa res longe fimpliciffimas*, & *nulla una* operofa, *nedum repetitis*, cogitationibus, *indigentes*) planiffimis illis, quas alias *fcholarum* primitias effe notum eft, *pofitionibus*, *fubfumtionibus*, *conclufionibus*, propofitæ, ex fe mutuo deductæ, rerum probabilitate aut neceffitate *à priori* aut *pofteriori* explicatæ, & vera, fimplici demonftratione connexionis eventuum ad caufas, quarum effectus effe intelligi debeant, tandem *ftabilitæ* fuerint, excufabimur, quod illis animum fubmittere negligamus; & tantifper in affeveratione noftra maneamus, quod illa quæcunque huc ufque de his materiis dicta funt, ad quemcunque intellectum ejus, quod jam præ manibus habemus, negotii abfolutiffime nihil conferant.

Potius itaque ad facta ipfa magis refpiciendo, illas caufas perluftrabimus, quæ ut alias folenniorem efficaciam in *fœtus vita* violanda & *exclufione* ipfius ex utero provocanda, exferere obfervantur, ita preffius ad negotium noftrum facere quoquo modo comparent.

Sunt autem hæ vel magis *vitalis*, vel *pathetico-rationalis* cenfus. *Vitales*, vel *directe* quafi & immediate tales, vel *mediate* per corporis locales *motus*, & *fenfus*: *motus* quidem jam *voluntarieos* immoderatiores, jam *violentos*.

Vitales motus, qui morti fœtus evidentius anfam præbere poffunt, funt ante omnia *materiæ nutritiæ*, & *motus* ejus *placidi* vitia. Quando videlicet per *morbos* fœminæ prægnantis, & *appetitus*, & *concoctio* graviter labefactantur; adeoque ipfius materiæ nutritiæ proventus juftus deficit: ut adeo corpus fœtus non amplius commode & fufficienter *nutrimento* neceffario inftrui poffit. Unde quidem hujufmodi *morbis* graviter correptæ fœminæ, quæ dicta hæc incommoda folennius inferant, periculum *abortus* & *mortis fœtus* fui præ aliis incurrunt.

Quamlibet enim quam maxime verum fit, quod ingens differentia intercedat inter *viam* abfolute atque ftricte fumtam, & *nutritionem* ac augmentum corporis; exemplo infantum jam ad puerilem ætatem fuccrefcentium, qui non raro per aliquot etiam annos, in *augmento* corporis fui adeo parum proficiunt, ut etiam *deficere* penitus in hac parte videantur; cum tamen *vita* interim utique abfolute ipfis duret ac perennet: Revera tamen in *fœtu* adhuc minore, imo minimo, proportio hujus rei longe breviore periodo circumfcripta effe videtur; ficuti manifeftum etiam eft, quod ipfum *incrementum* corporis fœtus, in utero, intra breve tempus longe magis infigne fieri debeat, quam *extra* uterum. Imo cum *vita corpore* quafi *pofterior* intelligenda fit, dum nempe *corpus* demum *vita* fervari, feu vivum effe debet: tanto magis certe *corpori fabricando* materia fufficiens fuppeditanda erit, nifi *vitam* illi,

illi, ad perfectionem ulteriorem promoveri inepto, negari feu fubtrahi velimus.

Et hanc quidem caufam effe arbitramur, cur non adeo citiffime neque promtiffime atque communiffime, gravidis etiam valde parum nutritis, nihilominus, non ita abfolute promptiffime *abortus* ftatim eveniat; fed non raro admirationem mereatur, quomodo fub tam parca illarum manducatione, nihilominus fœtum vitalem retineant: Quamvis etiam exempla hujus generis non defint admodum frequentiffima, quod utique in tali cafu fœtus etiam parcius nutriti, valde tenues tandem atque debiles, prodeant.

Ita etiam quod *directionem* copiofiorem materiæ nutritiæ, ad uterum fœminæ prægnantis, concernit, ne quid de illa re conceptui fimplici difficilius & impeditius offeramus, allegamus folum illam fœminis vulgo familiariter notam obfervationem, quod illæ fœminæ, quæ geftationis fuæ tempore, fuo reliquo toto corpore plus folito nutriuntur & habitiores fiunt, infantes excludere foleant longe *tenuiores*, & minus bene nutritos; quam aliæ, quæ fub geftationis tempore potius habitu nonnihil deficere videntur, quam augeri: Imo quotidiana funt exempla unius ejusdemque fœminæ, quæ alio quidem tempore fub geftatione magis extenuata, aut certe nihil aucta, non folum bene perfectum, fed robuftum penitus infantem edidit; proximo altero tempore vero, augefcente fuo ipfius corpore aridum atque tenuem infantem peperit.

Hæ funt illæ caufæ, e *vitalis* negotii, in ipfa matre, perturbationibus & defectibus, quæ *vitæ* fœtus præjudicium afferre poffunt. *Animales* actus quod attinet, non ita rara funt exempla, ubi a nimis vehementibus corporis motibus, jam in *Plethorico* ftatu fanguinem nimis impetuofe turgefacientibus, aut *vires* etiam fimul & femel enormiter dejicientibus, *abortus* fecutus fit.

Tanto magis autem a *violentis* gravidæ fœminæ *lapfibus*, lumborum, aut ipfius ventris, violentis *allifionibus* atque *concuffionibus*, fœtui *mortem*, & *abortum* evenire, & rationi & experientiæ confentaneum eft.

Animi pathemata graviora, *iracundia* quidem vehemens, fed *fuppreffa* tamen, uti folet, quod in objectum fuum directum exfequi non licet, in aliud, etiam domefticum, tentare atque experiri; notiffima illa intemperantioris iracundiæ vicaria vindicta, *den Zorn an einem andern, der ihm unter die Hände kommt, auszulaßen*: Ita hic etiam, dum malitiam animi in altero experiri atque fatiare non licet, in *domeftico* fuo *onere* illam in effectum deducere fatagit.

Terror autem, ficut alias vel proprio corpori juftum vitalem influxum atque motum fubtrahit, *Lipothymias* imo *Syncopes*, mortis analogas, admittendo: ita cum animi pathematum *communionem* fere magis quam

quam *communicationem*, potentiffime in embryonem operari, certiffimum fit: & ex *imaginationis* maternæ quafi miraculofa efficacia notiffimum: quomodo e graviffimo *matris terrore*, *Embryoni* tali *Syncope* etiam lethalis incuti poffit, ratione facti ipfius, feu *quod* ita fieri poffit, (licet *quomodo* fiat, ignotum fit) nihil a reliqua probabilitate abludit.

Sicut autem hæc *a priori* ita fieri *poffe*, ratio generaliori experientiæ innixa, perfuadet; ita tanto magis confirmat idem, *fpecialis* experientia *a pofteriori*, quod, inquam, hæc ipfo facto vere fic eveniant: nempe ab hujufmodi *pathematum*, fpeciebus, hæ fpecies *mortis* fœtus & *abortus* facile confequi indies obferventur.

In ulteriores harum caufarum agendi modos excurrere, a *medicæ* theoria alienum eft; illud tamen non dubitamus adhuc adjungere, quod *infignis abundantia* plethorica, etiam *levioribus* aliis commotionibus facile tanto majus pondus addere poffit, dum hac ratione facilior *provocatio* naturæ contingit, confuetam evacuationem per *uterum* tentandam: cum interim hæc fine graviffimo, & vix non certo, *periculo fœtus*, fufcipi non poffit.

Licet enim non plane defint ejufmodi obfervationes, qualem in honefta fœmina hujus loci habuit ipfe D. D. Præfes, quod etiam *fub vera imprægnatione*, *fanguis e genitalibus profluere* poffit; quandoquidem nominatæ huic patienti, *copiofe* quoque, & modo non *jugiter*, *a dimidio tempore geftationis*, *ufque ad ipfum partum*, *affatim* fluxit; fecuto nihilominus, & juftæ *maturitatis*, & *vivace* fatis fœtu: certe, tamen ita familiares, & quotidie obviæ obfervationes tales nequaquam funt: ut non potius, penitus ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, excretionis talis in prægnantibus obtingentia molimina, exitum fœtui atque partui *funeftum*, non magis portendant, quam afferant.

Interim, quod fuperius etiam monuiffe meminimus, hæc quidem a *plethora* periclitatio, revera familiarius *primis* & *mediis*, quam *ulterioribus* geftationis menfibus, præcipuum negotium faceffit.

De *violentiorum* motuum generibus & efficacia, non placet neque *Hippocratis* fidicinam faltatricem allegare; nec immanitatem *barbararum* recenfere, quæ *conculcatione* abdominis gravidarum, abortum urgere memorantur: Enimvero apta effe talia machinamenta ad tales effectus, nulla prolixiore deductione indigere putamus.

Non tam inanium fpeculationum gratia, *quomodo* & *quatenus* talia fieri poffint; fed nudæ hiftoricæ relationis nomine, placet adponere factum; quod hic loci a viro & familia honefta memoratum fibi meminit D. D. Præfes. Honefta fœmina prægnans, pofterioribus graviditatis fuæ menfibus variis incommodis circa ventrem affecta, fub *juftum* quidem *tempus partus*, corripitur doloribus, fed irritis, & optato effectu non potientibus, donec & ipfa *viribus* & *infans vita* deftitueretur; &

 hic

hic quidem in frufta diffectus a matre feparandus effet. Fit illa denuo prægnans, eodem fucceffu, & lugubri eventu. Dum maritus ejus, occafione ferente, infortunium hoc alicubi commemorat, recenfet præfentium quidam cafum, qui fœminæ de fua affinitate obtigerit; quod videlicet illa pariter repetitos infelices mortuorum fœtuum partus paffa fit, cui denique nefcio quis hariolus, indicaverit, quod caufa hujus mali fit *fafcinum* quoddam, eique perfuaferit, ut *fub oftii conclavis fui limine* quæri jubeat, quid fubfit: quo fublato, inventa fint *offîcula infantilia.* Hæc commemoratio, cum etiam recentis infelicis puerperæ marito fcrupulum injeciffet, ille domum reverfus, limen etiam conclavis, in quo habitabant, fuftollere faciens, repererit ibidem pariter talia *de infantis fceleto offa.* De reliquo vero, cafus talis etiam D. D. Præfidi notus eft, quod fœmina tribus deinceps puerperiis, quamvis ad juftum terminum Infantem geftaviffet, illum vivum parere non potuerit, fed ultra diem naturalem cum partu colluctans, tandem e folitis fignis *mortuo* judicato *fœtu*, *extractionem* ejus, *laboriofam* & *periculofam* tolerare, neceffe habuerit: donec tandem, cum iterum impraegnatæ, jufto tempore partus inftaret, ex ædibus fuis (quas a vetula quadam debitis fifco obnoxia emerat, & cum in fraudem fifci cum ipfa confentire recufaret, fub magna hujus indignatione, imo manifeftis minis, poffidebat) in alias deportaretur: ubi intra trium circiter horarum fpatium fanum vegetum infantem peperit, qui etiam profpere adolevit.

Cæterum autem eoufque extendere fuperftitiones, vel etiam magneticarum virium fidem, ut cum ejufmodi rerum nimiis admiratoribus etiam credi debeat, quafi quidlibet homini fenfibiliori alias timeri folitum, tam potentem impreffionem in vitam embryonis facere poffit, nemini confenferimus. Unde quidem quæ inter prifcos quosdam hiftoriolarum talium compilatores enarrantur, quomodo v. g. Mulier, quæ vivum aut mortuum *ferpentem* calcaverit, aut tranfcenderit, *abortum* hinc incurrat, aut *mortem fœtus &c.* Talia, inquam, pro certis habere, nemini fuaferimus.

Medicamenta vero *fortiora*, fœtui in utero contento, multum negotii, imo dammi faceffere poffe, neque ratio, nec experientia dubium finunt. Unde quidem vulgo infamia funt *fortiora purgantia*, fortiora *vomitoria*, imo quælibet alia *vegetius alterantia.* Et quamvis experientia non refragetur, quod etiam *purgantia*, tanto magis autem fpontaneæ *Diarrhææ*, imo *Dyfenteriæ*, fubinde fine fœtus periculo, fœminam gravidam fatis exercuerint: aliud tamen certe negotium eft, quando evacuationes tales magis *irritatione circa ipfas primas vias*, aut directo quodam motu materiæ e corpore materno ad primas vias, ortum traxerunt; quam quando ex adverfo, potius a fubftantia certorum purgantium, in humores matris profunde fefe diffundente, & humores fun-

 dente,

dente, & pervertente, oriuntur; adeoque etiam ad fœtum, cum lympha materna, penetrando, tenerrimo hujus humorum fyftemati atque crafi, vehementem alterationem inducunt, qua placidiffima illa motuum vitalium in fœtu œconomia, gravius perturbetur.

Quo intuitu certe *Hippocratis* imprimis dehortationes, circa *venæ-fectionis* & *purgationis* noxas *in gravidis*, facile intelligi poterunt; fi nempe meminerimus, quod & VStio ævi *Hippocratici* non intra illas *duas* vel *tres uncias* hodierni moris, fubftiterit: fed longe largior fuerit; & pharmacum catharticum eminens ac veluti princeps fuerit *Helleborus*: cujus quidem *vehementiffimam* efficaciam in tam fenfibili fœtus atque matris, *propria* & *focia*, conftitutione, quilibet facile intellexerit, fecuram effe non poffe.

Nefcio vero qua autoritate alicubi niti dicam Autorem, qui efum *amygdalarum amararum* embryoni periculum creare, innuere non dubitat. De *experimento* quidem nihil nobis conftat; arbitramur autem, *opinionem* magis effe fundatam fuper illo experimento, quod *amygdalæ amaræ*, plerifque *animantibus*, præter hominem, vitam eripiant: ut adeo *embryo*, (præfertim juxta opinionem de *creatione* & *infufione* animæ rationalis), adhuc nude *vitalis*, & ut loqui folent *vegetabilis*, tali tempore eandem cum animalibus *irrationalibus* dictis, fortunam experiri, neceffe habeat. Ubi obiter monere placet, quod etiam *Ammanus in Manud. ad Mater Med.* dum ufum *nucis vomicæ* ferio abhorret, *argumento* deleteriæ ejus efficaciæ in variis brutis, non fatis attendiffe appareat, fecundum omnes homines, hucufque innoxium efum vel ufum *amygdalarum amararum* in corpore humano: quæ tamen, vi hujus *argumenti*, quod hoc loco unice proponit, & judicium fuum, imo condemnationem *Nucis vomicæ*, illi fuperftruit, parem utique condemnationem incurrere deberent. Cæterum quid de *Adhatoda Ceylonenfium*, *Ecbolio* proinde dicto noftratibus, referant hiftorici harum regionum & rerum, notum quidem eft; fed cum circa *vitalem* atque *vegetum* fœtum, & recte procedentem geftationem, experimentum fine flagitio fieri non poffit; relinquenda hinc potius hiftoricis eft fides fua, quam decifioni nefario modo atque medio indulgendum: nifi quidem forte in brutis aliquid tentare liceret, à quibus tamen ad hominem, indubitatam & conftantem reciprocam fubfumtionem locum non habere, vel modo allegata demonftrant.

Per indirectum autem etiam *emmenagoga* fortiora, congeftione, imo compreffione fanguinis verfus uterum, inducta, oppreffioni placidæ circulationis fanguinis in fœtu obicem objicere poffe, ipfa ratio dictat: tanto magis autem occafionem ad minimum præbere poffe, etiam *fpafticis* uteri motibus, excuffionem fœtus poft fe trahentibus, eadem utique ratio dubitare non finit.

Pertinent ad hanc claffem, eorum quæ *pathetico-fpaftica* efficacia

abortui occaſionem præbere poſſunt, *nidores* fœdi, imprimis pinguium accenſorum, ut in ſpecie *ſebaceorum ellychniorum*. Tandem etiam *abuſum venereum* gravidis aliquando damna talia inferre, non leves ſubinde ſuſpiciones innuunt.

Dicendum aliquid eſt de cauſa *difficilioris*, imo ſubinde *difficillimi partus*, quando *fœtus* eſt *mortuus*. Non placet tamen prolixum hic eſſe, ſed potius breviter effari, quid nobis videatur. Fœtum ex utero exprimi *motibus* uteri ſpaſticis, vix quenquam dubitare putamus. Hos autem *motus*, a principio illo *movente* in corpore dirigi atque inſtrui *efficienter*, pariter neminem dubitare confidimus, qui ſeriem cauſandi, & indolem *inſtrumentalem* tantum, ſpirituum ſuppoſitorum, diſtinguere intellexerit. *Agens* illud, quod *Vitam* per *motus* agitat ſeu præſtat, & illud ipſum *indeſinente* atque adeo quam maxime *vigilantiſſima* continuatione & proportione perpetrat, *Mortem* actualem, tanquam totius ſui finis verum *oppoſitum*, non poteſt non *intueri*, ſi quidem *conſiderandi* ſit compos: ſin hoc ipſi negetur, negari tamen non poteſt, quod *corporis* mortui & vivi, inter ſe adhuc *communicatione corporali* connexorum, ita *oppoſita* ſit conſtitutio, ut etiam *a priori* probabiliſſimum ſit, quod vel *materialiter*, *mortuum vivo* impedimenta aliqua, imo inquinamenta, affricare valeat: Sicut *à poſteriori*, tum de *ſphacelo* notiſſimum eſt, quod particula *emortua*, mox longe lateque *ſenſu*, *motu*, *influxu vitali*, *calore*, *colore*, etiam vividas partes privet: Tum in ipſo hoc caſu *fœtus mortui*, & *corpus* inhorreſcit, & *animus* angitur & ipſe *venter* circa contentum fœtum mortuum, torpeſcit atque frigeſcit.

Maxime vero omnium clarius reddit totum negotium, debita animi adverſio ad veras illas *circumſtantias*, ſecundum quas proprie partus mortui fœtus *difficilis* redditur. Sunt autem hæ ante omnia *defectus* & *ceſſatio dolorum*, i. e. ſpaſmorum ad partum; aut ad minimum, tanta illorum *imminutio* ut tum *leviores* & velut evanidi, tum *rariores* ſuccedant; revera vero ſenſim plane *deficiant*: *Virium* puerperæ *corporis*, imo vero *animi* præcipites defectus: anxietates magis, quam anguſtiæ corporis. Et, *quod quidem maximopere notandum venit*, hæc omnia tanto certius atque fortius, in fœminis *ſpeculabundæ* magis, *meticuloſæ*, breviter *activioris ratiocinantis* indolis, quam in aliis, quæ *ſtupidiores* ſunt.

Ex omnibus his circumſtantiis cauſam illam elicimus, quod per præſentiam corporis *mortui*, ſpasmi illi debiti, tanquam *vitalis tonici* motus ſoboles, *motus* inquam *vitales*, imprimis *fortiores*, definant, ut loquuntur, influere, i. e. adminiſtrari atque dirigi in illam partem; in qua aliquid *vitæ oppoſitum*, i. e. *mortuum*, deliteſcit. Ut adeo deſtitutus *motibus* debitis uterus, non poſſit excludere contentum fœtum, quandoquidem excluſio hæc nihil niſi *motus* eſſe poterat ac debebat.

Neque

Neque fane noftra, ut medicorum, magnopere intereft in has caufas *altius* evagari; aut in rationem reddendam diffundi, cur pofitive *principium* illud *motuum*, motus *vitales* circa *rem mortuam* perfequi recufet? An *phyfica* magis, an vero pathetica fubfit caufa: Certe vero, fi maxime omnes circumftantiæ conjungantur, &, modo non confufe ac ἀλόγως, comparentur, non minore probabilitate pollere apparebit nexus *patheticus*, quam *phyficus*.

Sicut etiam revera iisdem difficultatibus impeditus erit nexus *phyficus*, fi demonftrari debeat de tanta periclitatione *vitæ maternæ*, tam in reliquo nimium laboriofo, quam imprimis *fætus mortui*, partu. Certe enim *effluvia* morticina & putredinofa, non facile fatiabunt, nifi plane obefæ naris ætiologum: Imprimis, fi etiam illud confideraverit, quotidianæ obfervationis experimentum, quod homines paulo *meticulofiores*, in tollendis ac portandis *cadaveribus*, tantum defectum virium fuarum experiantur, ut minime pro *vera mole* feu *pondere* cadaveris, fed longe fupra, *gravitatem* illius æftiment: & illud laboriofius tractent, non quod revera *à pofteriore* pondus viribus ipforum negotium faceffat; fed à *priori* deficientes vires, i. e. *tergiverfatio* vegeti influxus motus, majoris ponderis opinionem illis perfuadeat. Sed fufficiant hæc.

C A P U T IV.

Quædam ad prognofin circa abortum & fœtum mortuum pertinentia.

QUantumvis dubitari poffet, an etiam circa abortum & fœtum mortuum *prognofi* aliquis fit locus, afferimus tamen, quod omnimodo certis refpectibus circa *abortum* æque ac *fœtum mortuum* aliquid *prædici* poffit; imo aliquid *in futurum præcaveri* ita neceffe fit, ut nifi hoc recte perpetretur, tanto certior *prædictio* ulterioris finiftri fucceffus, certiorem locum habeat. Ita enim *abortus* certe nimis, quam veraci communiter præfagio prædici poteft illis *junioribus*, *primiparis* imprimis, quæ evidente *Plethora* affectæ, infuper *vitæ genus* jam *corporis*, jam animi commotionibus importunioribus expofitum, degunt. Imprimis autem fi alioquin *largiores excretiones* menftruas experiri confueverint; *diætæ* vinofæ aut aromaticæ, minus antea folitæ, admoveantur.

Tanto magis autem in *futuros* fucceffus malum *præfagium* meretur *abortus*, dum experientia quidem monet, ratio vero docet, quod unus abortus familiariter poft fe trahat alterum; tanto magis autem atque certius fecundum tertius, & tertium quartus, fubfequatur.

Quando vero *abortus* fœtuum jam *adultiorum* eveniunt ibi quidem progno-

prognofis eo inclinare, fuadente experientia, debet, quod facile evenire poffit, ut fœmina impofterum *fterilefcat*, & vitalibus fœtibus non folum geftandis, fed omnino concipiendis impar evadat.

Quemadmodum autem hæ prognofes velut eminus magis circa *abortum* occupatæ funt, ita confideranda venit alia adhuc prognofeos fpecies, circa ipfum *inftantem abortum*, an videlicet apparentibus præcipuis quibusdam fignis, „ Abortus ita certo exfpectari debeat, ut etiam, „ ad evitanda alia adhuc graviora impendentia præfentiffima pericula, *pro-* „ *moveri* potius debeat, quam otiofe exfpectari.

Certe enim non ita, uti vulgo fit, filentio prætereunda atque negligenda venit illa circumftantia, *abortui* ita familiariffima, ut vel infeparabilis dici mereatur, quoties ille impeditius fuccedit, *ingens* nempe *fanguinis profufio*, fub *languidiffimis*, & velut in momenta magis *fatifcentibus*, plenariæ exclufionis *conatibus*: Unde mater in *lipothymias*, & præfentiffimam vitæ periclitationem, quafi præceps labitur: Cum tamen, quando tandem exclufus eft *abortus*, nimiæ illæ *profufiones* longe certius atque citius moderamen admittant, quam *ante* hanc exclufionem ullo modo fperare fit integrum. Ut videlicet hac ratione fi medicus certior effe poffit, quod hic fœtus *non poffit confervari*, fed omni modo per abortum debeat excludi, dato tempeftive ad ejus excuffionem fubfidio, omnia hæc incommoda & pericula, quæ a negligente & otiofa fpontanei eventus exfpectatione impendebant, efficaciter præoccupare poffit.

Cafus, quem D. D. Præfes in fua praxi præ manibus habuit, eft fequens. Illuftr. quædam matrona, ftaturæ atque texturæ corporis teneræ, plethorica, & floridæ adhuc, forte 27. annorum ætatis, jam diverfis vicibus abortum experta, intercurrente tamen etiam femel iterumque vera conceptione, corripitur tandem iterum abortu, ita, ut *duodecima feptimana* pofteaquam menfes emanferant, & venter ad fenfum augefcere cœperat, fentiret eruptionem fanguinis leniffimam, fine ullo alio cujuslibet fymptomatis fenfu. Manabat fluxus hic moderatiffimus, confuetorum catameniorum more, per fex totos dies & noctes. *Septimo die* erumpebat *largus fanguinis fluxus*, cum animi & præcordiorum anguftia, & obfcuris quibufdam pathematibus in inferiore ventre: continuabant hæc, & imprimis largus ifte fluxus, per duas & dimidiam horam, ubi tandem excludebatur molecula, mediocre ovum gallinaceum æquans, rupta tamen, & intus adeo vacua: carnofo-membranaceæ texturæ. Patiens debite refocillata atque reftaurata, intra dies haud ita multos non folum ita fatis ad fe reverfa eft, fed concepit etiam iterum paucis abhinc feptimanis, ut nempe menfes iterum fubfifterent, venter leviter indurefceret, imo tandem leviter augefceret; illud tamen, e quo malum præfagium fibi formabant aliæ, quibus indoles hujus patientis alias bene cognita fuerat, erat præcipue, quod nulla ciborum naufea, imo ne quidem appetitus quo-

cunque

cuíque vitio laboraret, quibus rebus fub reliqua vera impraegnatione ad-modum obnoxia fuerat. Quid multis, *duodecima feptimana* fanguis ite-rum, uti proxime praeterita vice; leviter atque leniter fluere incipit; continuat fex illis diebus, *feptimo* erumpit *largum profluvium*, donec poft tertiam *profufionis* ingentis horam, membranacea, fed priore longe tenuior & difformior, fubftantia, grumofum fanguinem hic illic inclu-fum oftendens, excerneretur: Quo facto, remittebat iterum profufio illa, curabatur patiens, & ad fe revertebatur. Eadem penitus fcena ludebatur iterum *tertia* vice. Imo iterum *quarta* vice, fed cataftrophe tragicis modis longe propiore; quandoquidem non folum diutius dura-bat totum negotium, antequam excretio membraneo-fungofi, licet exi-gui, concrementi, tandem denique fequeretur, adeoque *profufioni* illi fanguinis, etiam veluti per infultus, (nempe leves uteri fpasmos) tanquam e fyringa *fcaturientis*, finem imponeret: fed etiam haec pro-diga effufio patienti jam quartam & profundam quidem *lipothymiam*, brevibus intervallis intercedentibus, induxerat. A quibus etiam rebus patiens, magna *capitis* debilitate, *auditus* infigni diminutione, diuturno *pallore*; jufti *caloris* defectu, multa *fomnolentia*, fed parva a fomno re-focillatione, aliisque vitalium actionum aeque ac animalium debilitatio-nibus ac languoribus, obnoxia perfiftebat, ut vix languidiffime nonni-hil ad fe; & cum fanitate in gratiam, redire appareret; dum interim *quinta vice* hunc labyrinthum iterum incidit. Concipit inquam, & gerit iterum eodem progreffu & fucceffu, uti proxime praecedente, imo fingulis praegreffis vicibus. *Duodecima*, inquam, feptimana incipit, & per totos fex dies placidiffime fluit, *feptimo* vero impetu prorumpit fan-guis. Hoc ubi vix per 5. quadrantes horarios ita continuavit, utique a priftino illo malo adhuc tota enervata patiens, incurrit iterum *lipo-thymiam*; ftatim profundam & diuturnam: Cum vix ad fe revocata effet; fed fumme languida atque debilis, *vertigine*, *vifus* debilitatione, & ingenti *aurium fonitu* obruta, *pallida*, *frigida*, *anxia*, iterum *animo linquitur*, cum fumma *faciei extenuatione*, & oris *livore* pallido, *afphyxia* iterum uti antecedente infultu; plena atque diuturna: Simulatque pulfus & animus reverteretur, quafi fcaturiens fanguinis proluvies: virium vero patientis lapfus immanis recurrebat.

Quaeritur; an hic fpectatorem agere fufficiat? Certe *analepticis*, *nervinis*, *uterinis* leniter *adftringentibus*; *de hyacintho*, *de gemmis*, *per-latis*, *corallatis*; *cordialibus*, nihil quidem parcebatur, fed operofius for-te effet, certo determinare, plus ne commodi an incommodi dederint.

Certiffimum erat praefenti medico; quod haec omnia, imprimis ve-ro fons periculi totius, ftatim fublevationem acceptura effent, fi abor-tus exceffiffet. Cum vero certe periculum effet in mora, confcientiae fuae incumbere duxit, experiri quicquid in fe effet praefidii, cui tertia

fyncope favebat : partim enim magis inftigabat, ad ultimum remedium tentandum, inprimis cum ita profunda effet, ut affiftentes jam fub multis lacrymis conclamarent : partim vero occafionem largiretur, remedium ingerendi, quod alias propter *formam pulverulentam* quam ad præfentiffimum ufque vomitum averfabatur patiens, vix locum inveniffet. Itaque per aliquot fufpiria revivifcenti, & inter inclamationes circumftantium tandem, nondum tamen recte, fui memori, offertur remedium expulforium. Quantum vix credi poffit breviffimo poft temporis fpatio, excernitur concrementum iterum informe membranaceum, fpiffo coagulo fanguinis veluti per varia loculamenta intus fuffarctum. Statim moderatior fit fluxus remedia omnia analepfin præfentiorem affequuntur, repurgato tandem recte utero atque corpore, per medicamentum, cui hactenus perpetuo negatus fuerat locus, non folum fub divina gratia rectiffime ad fe revertitur patiens; fed poft paucas feptimanas iterum concipit, gerit fœtum fuum tranquilliffime, & parit feliciffime, filiam hodieque fuperftitem.

Sane vero ubi evidentes impendentis abortus funt *prælufiones* non folum, fed etiam præfentiffimi tales apparatus; fi ibi res eoufque in periculum adducitur, ut matri mors imminere compareat : certiffimam arbitramur effe *prognofin*, quod abortus, ad hunc ufque apicem progreffa commotione, inevitabilis habendus fit, adeoque pro vita matris falvanda, illum potius ad ultimam excuffionem promovere conveniat, quam otiofum harum rerum fpectatorem agere.

Ut ita breviter, *prognofis abortus* hoc intuitu, eo recidat : " fi fœminæ prægnanti prioribus menfibus, præfertim menftruo tempore, „ eruptiones fanguinis vehementes contingunt, quæ placidis adftringentibus atque roborantibus nihil aufcultent, fæminam potius graviffime exhauriant, imo in fyncopem & præfentiorem vitæ periclitationem conjiciant, quod in tali conftitutione nulla alia formari poffit prognofis, „ quam quod rebus ita conftitutis, abortus inftans evitari non poffit : adeoque fi ejus promotio periculo vitæ maternæ avertendo infervire poffit, illam quidem jure, meritoque inftitui debere.

Fetus mortui diagnofis fimulac magis certa eft, nulla inde certior formari poteft prognofis, quam quod, nifi quantocyus ejiciatur, *energia* ad exclufionem, non tam in horas, quam propemodum minutas, aut ad fummum quadrantes, magis magifque defutura fit : neque folum hæc *ad partum energia*, fed univerfæ *vires* magis; *vitales* inquam vires : adeo ut ficubi de reliquo tenerior, minus valida, inprimis autem meticulofa fit puerpera, aut alioquin etiam (communiter tamen ex hujufmodi indole corporis & animi) *lipothymiis* obnoxia, fpes totius vitæ ejus in dubium adducatur, imo fatis frequenter funeftum exitum fortiatur.

Si *fetus mortuus*, non *tempeftive* excludatur, patiens interim adhuc vegetior, &, ut vulgo loquuntur, robuftioris indolis exiftat, non minoris difficultatis prognofis inde formari poteft, quod fetus, nifi dextre

per

per chirurgiam *extrahatur*, & *secundinæ* pariter universæ decenter educantur, in utero computrescendo, gravissima quæque symptomata & pericula exspectari debeant, inprimis febres anomalæ, & omnino mali moris, cum summæ *debilitationis*, *deliriorum*, *convulsionum*, *inflammationum* atque *corruptionum*, concursu: & , nisi quidem etiam tunc fæmina commoriatur, variorum *chronicorum* malorum successus, *atrophiæ*, *hecticæ*, *cachexiæ*, aut perennis malæ valetudinis reliquæ.

Si his etiam rebus insufficiens uteri repurgatio ultima accesserit, quin fæmina talis *vitam* gravissimis ærumnis obsitam post hac toleratura sit, fieri certe aliter minime poterit.

C A P U T V.

De Therapia ad Abortum & Fetum mortuum necessaria.

Rectissime monetur a viris prudentibus, quod anima consiliorum consistat in eo, ut sint εὐπρακτα, factu idonea, &, ut loquuntur, possibilia. Sane vero quantam considerationem hoc monitum habeat in praxi medica, nemo potest intelligere, nisi qui experientiæ solidam habeat peritiam; quandoquidem ibi miserum sane est, audire indies & videre tantum numerum consiliorum, quæ Theoriæ quidem & opinioni mirum quam commoda videntur & opportuna: si vero ad experientiam revocentur, & secundum hujus testimonium examinentur, si non absolute cerebrina judicari debeant, profecto ita comparata sunt, ut vix nisi rarissimis casibus & occasionibus quodcunque veritatis suffragium adipiscantur. Jamdudum certe dictis atque scriptis indigitatur ingens ille doctrinæ nostræ practicæ systematicæ defectus, quod non condigne commemorentur, & ad censum atque tribus revocentur affectus, quatenus vel certam curationis speciem atque spem admittant: & qua facilitate aut difficultate hoc faciant: aut sæpe, imo utplurimum, curam fallant atque respuant.

Ad hujusmodi certe examen merito vocatur *abortus*. Pro quo quidem *eminus* præoccupando, sive ut loquuntur *præservando*, nempe *causas* ejus velut e longinquo subigendas, non inutilis est præcautio: quando vero medicus ad rem jam *præsentiorem* advocatur, tunc communissime adeo irrita est omnis in solidum *directa* contra imminens hoc periculum Therapia, ut potius, quando præsertim *adstringentibus* aliquid tentatur, non solum incommodis, sed omnino periculis majoribus, fæmina exponatur, quam quidem sponte metuere necesse fuisset.

Diximus jam superius, quod in malo eousque invalescente, ut etiam præter sensibiliora in ventre incommoda, uteri *hæmorrhagia* sese jam ex-

 ferat,

ferat, longe communiffime utique irritum fit omne confilium & auxilium, idque locuples teftetur experientia. In tali itaque cafu, five *adftringentium* aliorum, five *confectionis* aut *fpecierum de hyacintho* ufum, non folum fupervacuum, fed prorfus ab inftituto alienum effe, fana ratio dictat. Certe enim poftquam hucufque proceffit *abortus* quafi *præfentis* metus, nec impeditur ille *adftringentibus*, nec fatisfit neceffariis poft ejus excuffionem uteri *purgamentis*, quæ tamen in illo magis, quam in *vero partu* neceffaria effe, quotidiana docet experientia: fiquidem alioquin longe familiarius eveniunt peffimæ uteri difpofitiones, inprimis ad concrementa *fungofa*, cum variis fanitatis muliebris difpendiis, & anomalis pathematibus, inprimis autem certa difpofitione ad *repetendum* abortum, fi nova conceptio fuccedat.

Unde quidem potius ita exfpectandus eft harum rerum exitus, inter temperata *analeptica* atque *carminativa*. Sicubi vero *graviores hæmorrhagiæ*, & reliqua vehementior parturientis debilitatio, invalefcant, ibi quidem cujuslibet medici prudentiæ relinquitur, an fcrupulus incidere poffit, quo minus ipfam *excuffionem* etiam remediis *promovere* liceat, imo vero deceat.

Quando vero totus elifus eft abortus, ibi tanto minus opus aut ufus eft *adftringentibus*, cum *hæmorrhagiæ* illæ fponte mitefcant, aut certe *mitiffimis*, magis *analepticis* atque *tonicis*, quam quovis modo *adftringentibus* aufcultent.

Monitum jam eft fuperius, quomodo conveniat ejufmodi fœminam fefe gerere; non folum nempe ut puerperam, fed omni modo circumfpectius atque tranquillius, ne quacunque ratione debitus *fucceffus fluxus uterini fufficientis* præmature obftruatur :- a qua re certo infallibiliter pejus, quam fanam decebat, diu poftea habituram effe fœminam, præfagire licet.

Potius itaque quicquid etiam alias intentioni *uterum puerperæ recte repurgandi* idoneum effe poteft, tali tempore in ufum trahere juftiffimum erit; quod quidem cujuslibet dexteritati & experientiæ relinquitur: interim, quid in hoc cafu poffit remedium *Differt. de puerper. affect.* nominatum, *pilulæ* fic dictæ *balfamicæ* D. D. Præfidis, præftat experientiæ commendare, quam verbis commentari. Illud hactenus confirmavit multiplex experimentum, quod peffimum illud abortus male expurgati confectarium, *fungofa* concrementa uteri, per hoc remedium ita certo atque cito, fub divina gratia, penitus profligatum fuerit, & fœminæ *fanitati* inprimis autem feliciffimæ *fœcunditati* & εὐτοκίᾳ reftitutæ, quam a nullo alio remedio, (utpote quæ pariter incaffum adhibita fuerant varie a variis) impetrari potuit.

Fetus, ubi e fignis fufficientibus cognofcitur *mortuus* effe, promovenda venit omni modo tempeftiva illius exclufio; jungendo inprimis, quibufcunque magis fidere licet, *analeptica*, cum *expellentibus*. Non fegne

alias

alias in promovenda *fetus exclufione* fefe gerit *hepar anguillæ*; *Borax* etiam veneta, ad *revocandos partus dolores* fubinde fatis bonum præftat ufum: interim in *fetu mortuo* fubinde difpar eft harum rerum fucceffus, & eo magis quidem quo manifeftiores alterationes, in fæminæ parientis corpore & animo, jam obfervantur.

Quod ad noftras manus pervenerit, nullum adhuc habemus folidum documentum, de certa, & de reliquo etiam *fecura* efficacia, fupra nominati Ceylonici vegetabilis, *Adhatodæ*, feu *Ecbolii*. Certe vero, cum relationes hiftoricæ efficaciam ejus commemorent ita quafi fpecifice ad *mortuum* fœtum, ut etiam *nomen* ejus appellativi fignificatus effe interpretentur, quod defignet herbam ad fœtum *mortuum*, non parva certe laude digna effet ad hujufmodi cafus, fi fecure dari poffit.

Si *vires* nimium fatifcentes, & irrevocabilis veluti *defectus dolorum* ad partum, fpem felicioris liberationis puerperæ a mortuo fetu, diffuadeant; & metum periclitationis *vitæ* ipfius incutiant, nihil inprimis proficientibus medicamentis expellentibus: *manuali* extractioni cadaveris adhibenda eft opera, & dexteritati *medico chirurgicæ* infiftendum.

Quando vero etiam a *mortuo fetu* liberata eft puerpera, tanto magis & corporis & animi ejus analepfi invigilandum eft; juftæ vero *lochiorum* expurgationi, & reliquæ uteri mundificationi infiftendum. Sicut enim revera in genere de *lochiorum fluxu* valet, quod propemodum quilibet ufu *adftringentium* in illo æque fufpectus effe debeat, & familiaria pericula fuccedentium pejorum effectuum poft fe relinquat, ac in *hæmoptyfi*, ubi familiariter *phtifis* fuccedit: ita tanto certius hoc evenit, quando vel *abortus*, vel *mortui* partus *hæmorrhagiis*, *adftringentia* liberalius adhibentur. Imo vero, fi etiam fine pofitiva *adftrictione*, fluxus non fufficienter & debite procedat, eft fane effectus in noftræ tractationis cafibus quafi infallibiliter pejoris indolis, quam in *fimplici* puerperio. Unde quidem merito omnem fcientiam & peritiam adhibeat medicus, ut his cumprimis cafibus recte confulat: ubi tamen cujuslibet judicio merito relinquenda venit; imo vero commendanda prudentia illa, ut rebus fic *fponte* tolerabilius *procedentibus*, intempeftivis officiis aliquid perturbationis afferre caveat; & quicquid etiam contribuere poffe fibi videatur, magis *placidiffima*, quam quafcunque commotiones parturiente, medicatione abfolvat: Talia enim demum medicamenta & methodus talis puerperis recte conveniunt, quibus nihil nifi *tranquilliffime*, & *tamen efficaciter*, peragitur.

Quando neque *manuali operationi* commoditas præfto eft, neque *medicamentis* aufcultat exclufio fetus mortui, fed potius ille in utero refes, fenfim *computrefcere* incipit; ibi quidem & in genere difficiliora funt omnia, & in fpecie *mali moris febres* ordinarie concurfare folent. Has autem cum ex alio fonte tractare conveniat, non eft, quod circa illas prolixius occupemur: at vero *criticis* inprimis diebus, etiam tentaminibus pro adhuc provocanda *elifione* locum effe, omni modo monere convenit: Tanto magis autem illud,

quod pro obtinendo hoc fcopo, remediis utique opus fit, quæ nulla *humorum* reliqua *perturbatione*, febri aliquod præjudicium afferant. *Analepfin* autem quantamcunque, commendatiffimam in hoc cafu femper effe debere, monebunt ipfæ corporis & animi vires, graviffime hic languefcentes.

Hæc omnia atque fingula fi ita recte perpetrata fint, non opus erit, ut impofterum aliquid metuatur, circa futuras conceptionis aut geftationis periclitationes. Illud tamen confirmat experientia, quod, quo gravius talem puerperam habuit prægreffa illa infaufta conftitutio, eo facilius fubfequente imprægnatione iterum aliquæ turbæ fufcitari foleant. Unde quidem inprimis circa illud tempus, quo prior abortus contigit, cavendum eft iterum prægnanti, ab omnibus occafionibus novæ commotionis: fed inter has etiam ab ipfo *metu intentiore* revertentis fimilis periculi.

Tanto melius proximo a recuperatis viribus *fluxu menftruo*, adhibentur iterum remedia illa, quamdiu fluxus ille procedit, quæ ad recte *repurgandum uterum*, vere & efficaciter idonea funt. Sub qua quidem medicatione, & purgationis hujus jufto fucceffu, fine infolitis fluxus talis circumftantiis, tanto fecurioribus effe licet de rebus undique recte conftitutis.

Et ita quidem etiam rectiffime confultum erit ejufmodi partus vitiis, *abortui* inquam & *mortui fetus* exclufioni, & fanitati ac incolumitati reftitutæ, recte vivent fœminæ. Nos autem, abfoluta ita tractatione noftra, officio noftro perfuncti nobis videmur; unde nihil amplius, fed & nihil juftius fupereft, quam ut divinæ bonitati, pro præftito nobis auxilio humillimas gratias perfolvamus.

S. D. G.

POLYC.

CXL.

POLYC. GOTTLIEB SCHACHER

ET

CHRISTIANI JACOB SEYLER,

DE

PLACENTÆ UTERINÆ MORBIS.

Lipsiæ 28 Nov. 1709.

SYNOPSIS UNIVERSÆ DISSERTATIONIS.

I. *Paucis de placenta uterina in genere prælibatis, Dissertationis ordo ita instituitur, ut primo intempestiva placentæ separatio, postea retentio ejus & postremo situs vitiatus examinetur, non neglectis ceteris placentæ morbis, quoties de iis dicendi datur occasio.*

II. *Uti intempestiva placentæ separatio abortui vel partui infelici occasionem dat; ita facta inter aborsum & arbortum distinctione prioris natura cum symptomatibus concurrentibus paulo curatius describitur.*

III. *Abortus, ab eadem causa pendens, quibus symptomatibus stipatus incedat, indigitatur, & simul quæstio, an abortus quinquemestris vel semestris pro vitali sit habendus, examini subjicitur.*

IV. *Partum legitimum eadem causa periculi itidem reddi plenissimum, concise ostenditur, atque in prœmaturæ placentæ separationis causas occasionales speciatim à fœtu repetendas inquiritur.*

V. *Eandem placentæ separationem a variis uteri morbis pendere affirmatur.*

VI. *Quid mater ad idem malum conferat, docetur.*

VII. *Absoluta placentæ separationis descriptione, factoque ad retentionem ejus transitu, hujus speciatim causæ, signa, malaque inde pendentia recensentur.*

VIII. *Postremo vitiatus placentæ situs ad examinis incudem revocatur, ita ut causæ ejus, symptomata atque signa breviter explicentur, simulque singularissimus placentæ situs, in puerpera post mortem observatus, describatur.*

IX. *Cum signa partim ex data morborum descriptione facile haberi queant, partim occasione medelæ, ad ductum causarum occasionalium pertractandæ, distinctius explicanda veniant, transitus fit ad methodum medendi, quæ speciatim placentæ separationi convenit, ad quam circumspecte præcavendam fœtus, uteri & matris ratio habenda, hinc in specie cura morborum fœtus exhibetur.*

X. *Medela morborum uteri sistitur.*

XI. *Cum contra quosvis matris morbos, placentæ separationi occasionem suppeditantes, congrua remedia commendare nimis foret prolixum, saltem de usu & abusu venæsectionis agitur.*

XII. *Hisce præsidiis præservationis gratia incassum adhibitis, placentæ actu separatæ quomodo sit succurrendum ostenditur, & simul spinosa quæstio, an in matris conservandæ gratiam abortum concitare liceat, ventilatur.*

XIII. *Quomodo fœtus placenta separata arte Chirurgica sit protrahendus, docetur.*

XIV. *Absoluta separationis placentæ cura, quæ ejus retentioni convenit, examini subjicitur, hæc duplici curativa indicatione nititur, quarum prima cum expulsionem placentæ, altera symptomatum mitigationem suadeat, & ad illam præsidia tum chirurgica, tum pharmaceutica requirantur, de prioribus specialius agitur.*

XV. *Remedia pharmaceutica eundem in finem adhibenda proponuntur.*

XVI. *Symptomatibus ejusdem morbi quomodo tempestive prospiciendum, ostenditur.*

XVII. *Tandem vitiati placentæ situs medela describitur, & dissertationi clausula imponitur.*

B. C. D.

B. C. D.

JAmdudum indefeffi Naturæ fcrutatores obfervavere, ovulum maternum mafculi liquoris aura vitali imbutum, & oviductus minifterio ad uterum devolutum, primis geftationis diebus eidem nondum effe annexum, fed fine ulla cum eo cohæfione liberum folutumque deprehendi. Interea temporis ab extima chorii pellicula radices villofæ pullulant, quæ paulatim matris utero, ceu fœcundo naturæ agro ingeruntur, ut fuccum nutritium ad tenellum derivandum tempeftive imbibant. Dumque fic indies majora incrementa capit embryo, radices chorii infigniter multiplicantur explicanturque, ufque dum maffam mole fatis infignem & carnis faciem præ fe ferentem effingant, quam placentæ, fecundinæ, feu hepatis uterini nomine exprimere confueverunt Anatomici. Hæc ipfa fecundina, mirabilem vaforum fanguiferorum congeriem conftituens, ac matricis fundi parti modo anteriori, modo pofteriori, nunc finiftræ, nunc dextræ paulo firmius & late adhærens fecundo veluti partu excluditur. Tunc enim partus demum eft confummatus, quando fœtum in lucem protractum fecundina cum membranis, tenellum in utero amicientibus, brevi poft infequitur. Quo feliciter peracto fecundum confuetum naturæ ordinem major minorve fanguinis copia per muliebria evacuatur, quod ftillicidium cruentum, aliquot dies poft partum durans, ac lochiorum nomine infignitum, haud obfcure docet, non liquorem faltem chylofum, fed ipfum fanguinem ab utero ad placentam devehi, ut poftea nutritioni fœtus inferviat. Quemadmodum itaque placenta rite conftituta & fœtæ & fœtui ineffabilem parit ufum, ita hæc diverfimode læfa non raro matri æque ac infanti fummas moleftias creat, partumque infelicem reddit. Animum proinde induximus, accuratius paulo præcipuos fecundinæ morbos perveftigare, ita quidem, ut primo intempeftivam placentæ feparationem, poftea ejufdem retentionem, ac poftremo fitum vitiatum ad examinis incudem revocemus; fic enim nobis haud inepta fuppeditabitur occafio, de ceteris placentæ morbis hinc inde differendi.

I.

Inter mala, quibus gravidæ parturientefque affliguntur, haud poftremum occupat locum intempeftiva placentæ feparatio; hæc enim vel abortui, vel partui infaufto occafionem fubminiftrat. Accidit quippe aliquando, ut primo, fecundo aut infequentibus menfibus ante confuetum pariendi tempus fructus immaturus excludatur, quod matri modo moleftias effatu vix dignas, modo fatis atroces adfert. Siquidem primis temporibus contingens abortus, abs non nullis fpeciatim aborfus dictus, aliquando

quando menfium fluxum mentitur, & una cum fanguine embryo tenerrimus ejicitur, quo exclufo matres obambulant, munia domeftica obeunt, & præter mœrorem, quem ex amiffa prolis fpe concipiunt, nihil propemodum mali fentiunt, id quod nuper admodum fœminæ plurium liberorum matri accidit, quæ citra fpem omnem atque opinionem ambulando aborfum embryonis duorum circiter menfium perpeffa, vix horula elapfa convivas inter belle fefe habebat. Imo crediderim ego, fæpius infcia matre aborfum contingere, præcipue fi fanguis profufus vel plane non, vel ab illis, qui ejufmodi rerum haud bene funt gnari, luftretur, cum tamen embryones trium feptimanarum, vel unius aut duorum menfium jam dum fatis diftincte cognofci queant, præcipue fi in liquorem limpidum projectos attentius paulo contuemur, ubi partes corpufculi exiliores explicatæ diftinctius in oculos incurrunt. Alio vero tempore aborfus multo eft laboriofior. Antequam enim in eundem prolabuntur gravidæ, nunc de anxietatibus præcordiorum, nunc de lumborum coxarumque gravitate & ad motum fegnitie, nunc de ventris lumborumque doloribus, ab epigaftrio ad hypogaftrium & verfus pubem definentibus, maxime vero de dorfi circa regionem renum doloribus, *die Wehen im Creutz*, conqueruntur, tandemque in hæmorrhagiam uteri plus vel minus notabilem incidunt, & fimul tenellum exturbant, qui vel folus nudufque, vel membranis fuis obvolutus una cum placentula prodit. Cum enim chorda umbilicalis tempore illo adhuc maxime fit tenuis, accidit non raro, ut eadem rupta embryo quidem aborfu excludatur, fecundina tamen vel ex toto, vel ex parte ab utero diffoluta aliquandiu remaneat, id quod paucis ante feptimanis in primipara animadvertere licuit; hæc enim terrore improvifo percuffa, & ira non nihil inflammata alterum diem poft exquifitos dolores dorfi & imi ventris ad uterum tendentes fentiebat, moxque fanguinem copiofum uno pene impetu excernebat, qui matula exceptus, eam ultra medietatem replebat, doloribus & anxietatibus adhuc dum remanentibus, dumque in eo erat ancilla, ut fanguinem abjiceret, una ex prudentioribus, inopinatam ejufmodi & copiofam cruoris profufionem doloribus partus ftipatam a confueto menfium fluxu probe diftinguens, eundem paulo curatius luftrabat, & corpufculum folidioris compagis inveniens anceps hærebat, an verus fit embryo. Hinc advocatus Dominus Præfes ftatim tenellum, qui vix fex feptemve erat hebdomadum, in aquam immittebat, & tunc corpufculi capitulum, truncum & extremitates, & quidem in capitulo veftigia oculorum, nariumque ac oris, in thorace coftas nitide difpofitas, in abdomine chordam umbilicalem ruptam, & mentulam prominentem, in extremitatibus digitos tenerrime fabrefactos clare & perfpicue aditantibus monftrabat. Interea placentula defiderabatur, hinc ftatim matri exhibebantur remedia congrua, quæ quidem infomnem & inquietam efficiebant noctem, primo tamen mane non citra dolores notabiles

notabiles placntula ex voto excernebatur, materque melior ſeſe habebat, ac brevi poſt convaleſcebat. Minoris plerumque moleſtiæ periculique eſt aborſus, quando ſtatim cum embryone placenta excluditur, autopſia id ubertim confirmante.

III.

Uti vero aborſus frequenter intempeſtivæ ſecundinæ ſeparationi debetur; ita nec raro abortus quinquemeſtris, ſemeſtris, ſeptimeſtris aut octimeſtris ab eadem pendet; hac enim contingente non modo uterus ad ſpaſmodicos motus irritatur, verum etiam ſanguis partim ab utero, partim a placenta manans infantem obruit ac deturbat, orificium uteri internum relaxat & aperit, & fores excludendo fœtui pandit. Atque ejuſmodi abortus aborſu multo eſt laborioſior periculoſiorque. Nihil enim jam dicam de prædictis ſymptomatibus, aborſum antecedentibus, quæ abortus tempore plerumque longe ſunt atrociora, præcipue cum ejuſmodi infantis mole jam dum inſignis, ad partum tamen juvandum minus idonei excluſio multo ſit laborioſior. Præterea hæmorrhagia tam enormis animadvertitur, ut & matri & fœtui ſummum vitæ periculum minitetur; hinc etiam eſt, quód infans mortuus, vel extreme debilis ac diu non vivens, aut paulo robuſtior & in vivis permanens in lucem emittatur. Quo propinquior enim partui naturali eſt fœtus, eo aptior obſervatur ad vitam extra uterum pertexendam; hinc qui ſeptimo aut octavo menſe naſcuntur, aliquando externis fomentis aliiſve refocillantibus medicamentis ſuſcitati conſervantur, tametſi plures eorundem vel in ipſo utero, vel brevi poſt abortum extinguantur, hæmorrhagia cumprimis enormi contingente. An vero quinquemeſtris vel ſemeſtris partus pro vitali ſit habendus, ego maximopere dubito. Equidem embryoni quinque vel ſex menſium vitam non denego; quippe quæ cuilibet embryoni competit, an vero tali fruatur, ut uteri carceribus dimiſſus eandem continuare queat, non immerito me tenet dubitatio, ut adeo Auctorum obſervationes, abortum quinquemeſtrem, vel ſemeſtrem tanquam vitalem affirmantes, fallaciarum ſint pleniſſimæ. Cum enim certitudo hujus aſſertia mulieribus, fallere viros doctis, petenda ſit, & imprægnationis ſigna admodum ſint incerta, ſæpius partus nonimeſtris pro octimeſtri, octimeſtris pro ſeptimeſtri, ſeptimeſtris pro ſemeſtri ſicque porro habetur. Præclare hæc confirmat *Ludovicus in Ephem. Germ. Dec. I. Ann. VIII. obſ. 69.* cui paucos intra annos decem noviſſe contigit, quæ ipſi, uxorique ipſius, aut neceſſariis ſuis copulam ante copulationem faſſæ ſunt, riſeruntque tacite & in ſinu judiciorum abſolutiones. Quicquid vero horum ſit, id extra omnem dubitationis aleam eſſe poſitum autumo, abortum cum inſigni ſanguinis profuſione, a placenta ſeparata pendente, conjunctum ordinarie fœtui eſſe exitio; cum enim illo

tempore commercium, quod fœtui cum fœta intercedit, fufflaminetur, Infansque ipfe per placentam hæmorrhagiam patiatur, & fanguinis motus circularis, qui fœtum inter & placentam ac in ipfo fœtu animadvertitur, graviter lædatur aut penitus evertatur, prætereaque copiofo fanguine obruatur & prematur, quilibet facillimo videt negotio, quam mifera fit tenelli conditio tempore illo. Nec minus periculum matri imminet. Quem enim quæfo fugit, aliquando tam prodigiofam cruoris copiam per genitalia effundi, ut vix lintea vafaque fufficiant, ad tantam fanguinis copiam excipiendam, interea afflicta extreme debilitatur, in graves incidit lipothymias, dolores partus evanefcunt, nixus propter totius corporis languorem funt minus efficaces, quibus paulo fortioribus contingentibus hæmorrhagia aliquantum fuppreffa adeo recrudefcit, ut matri extremum periculum adferat, & adftantibus terrorem incutiat. Ut nihil jam dicam de fœtu debili aut mortuo partum remorante, aut irritum reddente, vel de placenta ante fœtum in cervicem uteri prolapfa, & orificium internum obftruente, quæ omnia, opinor, clare docent, ejufmodi abortum effe periculi pleniffimum, & fæpius matrem ante abortum, vel in ipfo abortionis actu, aut brevi poft mori. Ubi vero hæmorrhagia ceteraque fymptomata funt mitiora, fœtufque tempeftive perita manu protrahitur, mater interdum cum ipfo fœtu ab ancipiti vitæ periculo liberatur.

I V.

Equidem nunc ordinis juberet ratio, ut ab abortu ad partum legitimum progrederemur, monftraturi, quid mali eidem a placenta feparata immineat; verum cum nonimeftris partus ab octimeftri &c. non nifi gradu differat, iifdemque fymptomatibus fit obnoxius, iis tædiofe repetendis lubenter fuperfedemus. Potius ad caufas, intempeftivæ placentæ feparationi occafionem fubminiftrantes, provehimur. Tantum vero abeft, ut quasvis abortus & partus difficilis caufas fimus perveftigaturi, ut potius unice fpecialius paulo in feparationis placentæ caufas fimus inquifituri. Neque illam placentæ feparationem in præfenti explicabimus, quæ a leniori funiculi umbilicalis tractione obftetricis manu poft exclufionem fœtus perficienda, vel a manu ex inftituto in uterum immiffa ac placentam veluti deglubente pendet, fed eas caufas rimabimur, quæ intempeftive placentam feparant, & vel aborfui, vel abortui, vel denique partui infaufto caufam fuppeditant. Atque veritati videtur maxime confentaneum, interdum fœtus culpa placentam ab utero fegregari. Quando enim fœtus quamcunque demum ob caufam paulo violentioribus exagitatur motibus, is vel capite, vel pede aliave parte in funiculum umbilicalem tenfum graviter impingens eumque fortiter trahens facile placentam ab utero fejunget. Quod illo cumprimis tempore accidere poteft,

teſt, quando funiculus umbilicalis aliquoties collum aliamque infantis partem ambit, vel juſto eſt brevior. Sic *Guilhelmus Fabric. Hildanus Obſ. Chirurg. C.* 2. *Obſ.* 50. *p. m.* 121. duorum abortuum meminit, quorum cauſam in chordam umbilicalem juſto breviorem ac placentam ab utero avellentem rejicit: ſiquidem in uno abortu chorda umbilicalis vix ſpithamæ, in altero vix ſeſqui ſpithamæ erat longitudinis. Præterea fœtus extreme debilis aut mortuus ejuſmodi rupturæ cauſa eſſe poteſt. Quoniam enim uterus, abrupto generationis negotio, ab advecto ſanguine, qui in alimentum illi cedere debebat, gravatur, tantamque copiam ſuſtinere tandem nequit, apertis vaſorum oſculis & radicibus placentæ diſruptis eum in uterum elabi ſinit: unde per menſtruorum veluti fluxum abortui via ſternitur.

V.

Frequentius idem malum ab utero male conſtituto pendet. Siquidem interdum in cavitate ejus coacervantur flatus, qui dum latera ejus a lateribus placentæ deducunt, facile teneri illi nexus, quibus invicem conjunguntur, ſejungi poſſunt, eamque rupturam deinde aliæ proximiores cauſæ ad abortum tendentes excipiunt, hinc non male *Avicenna*: *Dixerunt*, ſcribit, *quod ſit plurimum abortus ex ventoſitate, ſcilicet uteri, & veritas eſt iſte ſermo. Quos quidem flatus, mea ſententia, propter multas evidentes rationes, negandum non eſt, poſſe abortum facere.* Quam prodigioſa vero flatuum copia in utero quandoque colligatur, in *M. N. C. D.* 1. *A.* 1. *Obſ.* 1. videre eſt. Neque molæ, lapilli ſimiliaque heterogenea corpora in utero exiſtentia excludi merentur, utpote quæ impediunt, quo minus placenta late riteque uteri lateribus affigi, aut ſufficiens ſucci nutritii copia ad eandem derivari queat, hinc vel ſponte decidens, vel leviore ſaltem injuria accedente ab utero ſeparata abortum producit. Præterea interna uteri ſuperficies aliquando vel nimis denſa eſt atque ſicca, vel humore quodam pituitoſo obducta, utrumque vitium impedimento eſſe poteſt, quo minus radices placentæ altius firmiuſque utero infigantur, hinc levi ſaltem cauſa data eæ dehiſcunt, & abortui, cui nonnullæ ex fœminis frequenter admodum ſunt obnoxiæ, non ineptam præbent occaſionem. Magnum quoque imminet periculum, quando uterus inflammatione corripitur, quare *Hippocrat. Aph.* 43. *Sect.* 5. *Mulieri*, inquit, *prægnanti eryſipelas in utero lethale.* Licet vero hoc malum non nimis intenſum medelam forſan adhuc admittat, tamen ſecundina propter ſanguinis motum per minutiſſima vaſcula haud parum impeditum, eumque hinc inde ſtagnantem, vaſculaque tenera ad crepaturam diſtendentem, facile ab utero ſegregatur. Cumque non raro inflammatio in ulcus, vel gangrænam, aut ſcirrhum mutetur, ſane maxima ſubinde vis placentæ ſimul infertur. Uti enim materia purulenta, a qua-

cunque

cunque demum caufa producta, vafcula, quibus placenta adhæret, exedendo; ita fumme corrupti humores in gangræna mortificando eadem feparationem placentæ præftabunt. Neque vero fcirrhofo exiftente utero radices fecundinæ debite in eundem inferentur, quin potius mox arefcentes fponte veluti decident. Huc etiam uteri fpafmi & convulfiones pertinere videntur; uterus enim vel a nimia diftenfione, falium acrium molefta vellicatione, vel quavis alia externa caufa irritatus & ftimulatus dum convellitur, fortiterque conftringitur, facile placentæ, nondum firmiter eidem adnexæ, faciet disjunctionem.

VI.

Multoties pariter ad fecundinam intempeftive abrumpendam mater fymbolum fuum confert. Rarum enim non eft, plethoricam primis geftationis menfibus abortum pati. Siquidem cum illo tempore non adeo multum fanguinis placentæ formandæ & tenello nutriendo impendatur, fæpius is tanta copia in cavernofa uteri fubftantia colligitur, ut radices placentæ extrudat perrumpatque non fine præfentaneo abortus periculo. Simile quid accidere poteft, fanguine orgafmo faltem laborante, qualem fæpius in febribus, fcorbuto & confimilibus affectibus animadvertimus, quippe quo non duntaxat uterus ad fpafmos dolorificos irritatur, verum etiam facile tubuli placentæ falium inæquali textura eroduntur, aut nimis inflati rumpuntur, ficque fanguini cum impetu erumpenti fores omnes aperiuntur. Nec abfimilis eft ratio, cur gravidæ terrore perculfæ, aut ira exardefcentes fimilique graviori animi pathemate correptæ fæpius abortum patiantur. Nihil enim jam dicam de uteri irritatione fpafmoque inde pendente, fed faltem fanguinis cum impetu affluentis rationem habebo. Namque terrore fimilique animi affectu præfente, dum fpirituum fanguinifque motus a peripheria centrum verfus tendit, ifque in partibus externis imminuitur, & in internis augetur, fæpius cruor tanta copia ad uterum devolvitur, ut facile radices fecundinæ perfringat, eafque ab uteri vinculis difnectat. Impetuofus ille fanguinis motus in ira fimilique pathemate clarius innotefcit, utpote cujus veftigia in externis quoque partibus facile habentur, hinc fimilem in modum in uterum influens quomodo feparationi placentæ occafionem fuppeditare poffit, ex fupra dictis jamdum non obfcure liquet. Alio tempore penuria fanguinis potius eft accufanda. Quando enim gravida immodico menfium fluxu aliave hæmorrhagia graviore corripitur, non modo pabulum fœtui alendo fubtrahitur, verum etiam uteri vafcula & cavernulæ fubfident, ac tubuli, quibus placentæ nexus fervabatur, flaccefcunt & concidunt, ut fulcris illis & fubfidiis orbatus fœtus deficiat fenfim pereatque. Atque hæc dubio fine quoque eft ratio, cur fudore affatim prorumpente, aut fero per alvum diarrhœæ tempore aut per aliud emunctorium im-

modice

modice promanante, vel eo inedia, curis morbifque diuturnioribus maxime imminuto flaccefcentes tandem placentæ radices decidant, præcocemque ac infelicem partum efficiant. In antecedente paragrapho inter fecundinæ feparationis caufas fpafmi & convulfiones uteri non immerito relatæ fuere. Quare tenefmus, ftranguria, nephritis, colica paffio aliarumve partium dolorifici fpafmi, dum nonnunquam uterum in confenfum trahunt, prædicto morbo facile occafionem dabunt, uti hæc cuncta Auctorum obfervationes abundanter confirmant. Neque abfimili modo agere videntur emetica & purgantia, quæ interdum nefario aufu ad enecandum expellendumque fœtum peffimæ indolis gravidæ affumunt, aut quæ impregnationis ignaris exhibentur. Hæc enim orgafmum fanguinis fæpius excitant, corpus vomitionis cumprimis tempore graviter concutiunt, dolorefque & fpafmos ventriculi & inteftinorum exquifitos gignunt, qui facile uterum in fympatheticos abripient motus. Huc præterea medicamenta fingulari ratione fœtui infefta, uterumque irritantia fpectant, quæ ideo ftrictiori fenfu ἐκβόλια (ἀπὸ τῦ ἐκβάλλειν, id eft ab ejiciendo, quod fœtum cum impetu quafi ejiciant) nuncupantur, ad quorum claffem camphorata, myrrhata, olea fabinæ, fuccini, juniperi, terebinthinæ, nec non decocta ex fabina, artemifia fimiliave pertinent. Tandem nec motum corporis vehementiorem filentio prætereundum effe arbitramur, fiquidem ejufmodi vehementi agitatione, five ab equitatione, vectione, faltatione, five a lapfu, verberibus aliifque injuriis externe illatis pendeat, uterus ipfeque fœtus concuffionem patitur, & facile vincula, fi fuerint laxiora minufque firma, folvuntur ac rumpuntur, ficque fecundinis feparatis infelici partui occafio fubminiftratur. Sunt quidem adhuc aliæ caufæ, quæ hic recenferi poffent, fed ne jufto fimus prolixiores, iis enumerandis in præfenti haud immorabimur, præcipue cum earundem ætiologiæ ex fupra dictis facile haberi queant. Neque vero exiftimandum eft, commemoratas caufas femper neceffario placentam ab utero fecernere & abortum ciere, vel legitimum partum infelicem reddere. Quandoque enim gravida, variis licet morbis implicita, variafque læfiones perpeffa legitimo demum pariendi tempore fœtum excludit, id quod *Zacut. Lufitan. L. 2. Prax. Medic. admir. obf.* 144. fingulari quodam exemplo confirmat; meminit enim cujufdam fœminæ malæ, quæ ad abortum procurandum valida purgantia affumfit, uterò fortiffima unguenta applicavit, peffaria violenta appofuit, & alia fœtum enecantia medicamina devoravit. Demum omni prorfus deftituta auxilio, exactiffima inedia incaffum tamen corpus maceravit: tandem quafi defperata, viribus licet invalidis, ad faphenæ phlebotomiam terdecim celebratam, & hirudines in fede ter applicitas fe convertit, fed nunquam voti fui compos evadere potuit, imo geminos in nono menfe obefos & ovantes, mirum dictu, in lucem edidit. Sed uti una hirundo non facit ver; ita merito hic cafus rarioribus annumeratur, cum certo cer-

tius fit, non femper ad abigendum fœtum immaturum tam multifarias caufas requiri, fed faltem unam fæpius alteramque ex iis fufficere.

VII.

Quemadmodum vero intempeftiva placentæ feparatio quam plurimorum periculorum fæpiusque lethiferorum infelix exiftit autor: ita retentio ejus non minores moleftias, nec minus periculum adfert matri. Multoties enim accidit, ut fœtu ab ortu vel partu legitimo exclufo fecundina tota vel pars faltem ejus in utero remaneat. Siquidem ea aliquando tota vel tantum ex parte tam firmiter uteri lateribus adhæret, ut ab iifdem fe divelli haud patiatur. Quorfum etiam pertinere videtur centralis chordæ umbilicalis in placentam infertio, qualem aliquoties *Cl. Ruyfchius Obf. Anat. Chirurg.* 97. animadvertit. Quippe fecundum confuetum naturæ ordinem funiculus uni alterique lateri placentæ eft implantatus, hinc facili negotio & fua veluti fponte, leniore faltem funiculi tractione contingente, fequitur fœtum in lucem prodeuntem, fecus fi centrum ejus funiculus occupat, ubi tractionem ejus irritam prorfus obfervavit modo laudatus Autor. Sic pariter chordæ umbilicalis teneritudo fubinde eft tanta, ut citius rumpatur, quam ut tractionis ejus beneficio placenta extrahi queat, quale quid etiam obferv.mus, quando funiculus propter fœtum mortuum flaccidus nimis corruptufque animadvertitur. Alio vero tempore fecundina quidem eft feparata, fed propter orificium uteri internum poft partum arcte nimis conftrictum eximi nequit. Quomodocunque autem placenta in utero relicta fit comparata, ordinarie puerperam in varios morbos aut mortem prorfus conjicit. Equidem *Cummenus* matronæ cujufdam mentionem facit, cui per quinque feptimanas fruftulum fecundinæ in utero reftiterat fine ullo incommodo, poftea vero dolores parturientis inftar fentiens fruftulum carneum pugni magnitudine excrevit, nec abfimilem cafum de comitiffa quadam, fine notabili incommodo tertia demum feptimana poft partum fecundinam rejiciente refert, *vid. Ephem. Med. Germ. Dec.* I. *A.* 3. *Obf.* 127. merito tamen hi cafus ad eos pertinent, qui raro contingere folent, & dubio fine arcta cohæfio placentæ cum utero bene conftituto effecit, ut a corruptionis labe aliquamdiu immunis permanferit, ufque dum paulatim ex vinculis uteri dimiffa excreta fuerit. Atque in felicitatis puerperarum parte omnino ponendum eft, fi fruftula placentæ, ut ut nondum corrupta, fed fatis recentia evacuentur, quæ alias me judice molæ haud ineptam præbebunt materiam. Qua de re *vid. Ruyfchii l. c. Obf.* 28. Frequenter quoque obfervamus, quod puerperæ durante lochiorum fluxu corpufcula folidioris compagis, id eft refiduas placentæ portiones minores, fine fenfibili moleftia atque cum euphoria excernant, cum alio tempore fecundina vel majores ejus partes relictæ atrociffima excitent fymptomata.

Quem

Quem enim fugit fecundinam interdum hæmorrhagiam horrendam aut penitus lethalem movere? Quando enim pars ejus notabiliter avulfa ab utero eft, perpetua irritatione uberiorem fanguinis adfluxum dum allicit, is per hiantia & difrupta vafcula copiofe promanans extreme debilitat matrem, ita ut in crebriores cordis palpitationes, fudorem frigidum, lipothymias fimiliaque mala prolabatur, ut penitus exhauftis viribus intereat, nifi tempeftive hæmorrhagia fiftatur & fecundina penitus protrahatur. Ejufmodi tragica exempla *Gregor. Horftius L. 5. de morb. mulier. Obf.* 23. aliive literarum monumentis confignarunt. Præterea nemini obfcurum effe arbitror, placentam relictam cum utero interdum inflammatione corripi, ut adeo non mirum fi miferas fœmellas de dolore uteri vicinarumque partium urente, de æftu febrili, fiti intenfa, appetitu dejecto, anxietatibus præcordiorum, agrypnia, deliriis fimilibusque malis conquerentes audiamus. Quando vero ex voto inflammatio haud refolvitur, ea fubinde in gangrænam degenerans dolores quidem urentes paulatim aut extemplo extinguit, fed dum frigore corripiuntur interanea, horrore totum corpus concutitur, vim fentiendi amittit ægra ac delirare incipit, mox pallida mors ultima rerum linea fuccedit. Major convalefcentiæ fpes adfulget, quando placenta fuppuratione pedetentim per muliebria excernitur. Quantumvis enim & tunc periculofis fatis & tædiofis affligatur affectibus ægra, præcipue fi putrilaginofæ particulæ fanguini refluenti immixtæ febrem, tumorem faucium, inquietudines fimiliave fymptomata gignant, tamen experientia tefte ex mediis veluti orci faucibus eripitur, fi fenfim fruftulatim placentæ, fœtidum fæpius & putridum odorem fpirantes, flavaque aut viridicante vel nigra quafi putrilagine obductæ evacuentur, quod die tertio, fexto, aut una vel pluribus demum feptimanis poft partum accidere folet. Confer. *Ephem. Nat. Cur. Dec.* 2. *An.* 1. *Obf.* 184. *An.* 9. *Obf.* 116. *Bonet. Medicin. Septentrion. L.* 4. *de mulierum affectibus fect.* 8. *Obf.* 6. & *feq. Tulpii Obf. Med. L.* 4. *c.* 41. Tandem nec filentio præterire poffumus placentam in utero aliquando in hydatides degenerare, quale quid fupra citatus *Ruyfchius* aliquoties obfervavit, ejufmodique placentam nitida icone *Obf. Chir.* 33. exprimi curavit.

VIII.

Reftat, ut paucula adhuc verba de vitiato placentæ fitu faciamus. Occafione feparationis fecundinæ jam dum monuimus, aliquando eam ante fœtus exclufionem ab utero avulfam in cervicem ejus ita delabi, ut oftium uteri internum obftruat, partumque difficultatum periculorumque reddat pleniffimum. Ut enim nihil jam de hæmorrhagia periculofiffima aut penitus lethali dicam, fane fæpius infanti fumme debili aut mortuo in lucem edendo via fic intercluditur. Dum enim obftetrix

digitis anterioribus in uteri os immiſſis neque membranas, neque nudum caput aliamve fœtus partem, ſed potius craſſam mollemque carnem, mollitie & lentore haud parum a carne infantuli oſſa inveſtiente multumque ſolidiore diſcrepantem, perſentiſcit, anceps ſæpius hæret, utrum partus ſit protrahendus, an vero promovendus, cum tamen niſi tempeſtive placenta ad recludendam viam, per quam infans excludendus tranſire debet, vel reclinetur, vel protrahatur, vel pertundatur, in præſentiſſimum vitæ periculum infans cum matre præcipitetur. Singulariſſimum placentæ ſitum nuper admodum in puerpera animadvertere licuit. Hæc enim cum fœtu ex anguſtia partus præcipue propter lethalem hæmorrhagiam diſcedens, Dno. Præſidi occaſionem dabat, in lethiferi hujus partus cauſam inquirendi. Proinde utero ſecundum longitudinem inciſo fœtus, membranis ſuis obvolutus, prodibat in conſpectum, cujus pedes ultra umbilicum matris erant protenſi, caput vero inferiorem ac magis ſiniſtram uteri partem occupabat, ita ut facies non inteſtinum rectum ſed pubem reſpiceret. Remotis itaque membranis & chorda umbilicali reſecta, fœtus exemti faciei pars ſiniſtra livore tota erat perfuſa; hac enim cum primis capitis parte perfecte ceteroquin formatus fœtus exitum incaſſum molitus erat. Poſtea non ſine animi mœrore & admiratione in ſuperiore fundi parte placentam obſervavimus nullam, cui ſaltem chorion præter conſuetas naturæ leges undiquaque firmiter erat adnatum, inferiorem vero uteri partem placenta eximiæ molis & craſſitiei occupabat, ita ut anterius altius quam poſterius adſcenderet, cervice interim & orificio ejus penitus obſtructo. Atque hæc ipſa placenta dubio ſine primis geſtationis temporibus radices in hanc uteri partem immiſerat, utpote quæ ab utero non erat diſſoluta, ſed eidem limboque orificii interni tam pertinaciter adnata, ut non niſi vi adhibita ſeparari potuerit. Tandem funiculum in ſiniſtram placentæ partem inſertum deprehendimus, inſertionis loco vix pollices quinque tranſverſos ab orificio interno diſtante. Ex hiſce autem nunc adparet, cur ingruente partus tempore adflicta in lethalem inciderit hæmorrhagiam. Quippe infantis caput oblique cervicem uteri verſus in placentam prolapſum cum orificium internum ad floreni circiter magnitudinem diſtendiſſet, extima placentæ pars, limbo orificii adhærens, ac illic loci craſſitie trium minimum pollicum latitudinem æquans, neceſſario rumpebatur cum inſigni ſanguinis profuſione, præcipue cum placenta undiquaque utero adhuc adhærens adfluentem ſanguinem maternum exciperet, & poſtea per anteriorem partem dilaceratam cum interitu matris fœtuſque evomeret.

IX.

Præmiſſa ſecundinæ morborum hiſtoria, ordinis quidem ratio poſtulare videtur, ut ſigna tum diagnoſtica, tum prognoſtica tradamus; verum

rum cum ea partim ex data morborum defcriptione perfpicue haberi queant, partim etiam occafione medelæ, ad ductum caufarum occafionalium pertractandæ diftinctius explicanda veniant, potius nunc ad methodum medendi provehimur. Quod itaque ad intempeftivam ejus feparationem attinet, fane eo opera elt navanda, ut eandem, quantum in viribus noftris relictum eft, judiciofe præcaveamus, aut eidem actæ factæ medelam tempeftive adhibeamus. Priori fcopo ut fatisfaciamus, femper caufarum occafionalium ratio eft habenda. Ex fupra vero dictis jam dum innotefcit, fœtus, uteri & matris culpa fæpius placentæ feparationem contingere. Quod itaque ad fœtum fpeciatim attinet, equidem motus illius vehementiores compefcere debilefque roborare poffumus, at fi is mortuus fuerit, aut chorda umbilicalis jufto fit brevior, vel aliquoties collo aliive parti obvoluta, in noftra poteftate relictum non eft, ut ejufmodi mala emendare queamus. Motus vero infantis inordinatos componimus, dum matri quietem & fomnum fuademus, ac præterea eidem antifpafmodica v. g. pulv. marchion. fpecif. cephal. dent. equ. marin. corn. cerv. f. igne pp. unicorn. ver. fucc. pp. caftoreata fimiliaque exhibemus, ac ut a frigore omni modo fibi caveat fedulo monemus, imo judiciofi Medici eft, ut in motuum ejufmodi violentiorum caufas occafionales folicite inquirat, quo & iis tempeftive faciat fatis. Quod fi vero fœtus fit nimis debilis, id quod ex dolore quodam uteri gravativo & ex relatione gravidæ colligimus, quæ refert fubinde, fe unum alterumque diem vel nullos vel debiles admodum fœtus percepiffe motus, e re maxime erit, ut gravida corroborantia v. g. aqu. vitæ mulier. cinnam. tenell. corn. cerv. ceraf. nigr. epileptic. Langii tinctur. corall. fimiliaque affumat, cui etiam apprime infufum falviæ, rorifmar. menth. millefol. rd. biftort. &c. conducet, ut nihil jam dicam de coralliis rubris, margaritis, offiiculis leporum, gallatura fimilibufque, quibus plurimi Medicorum peculiarem virtutem uterum fœtumque corroborandi tribuunt. Neque topica filentio prætereunda funt, inter quæ balnea ex adftringentibus roborantibufque parata recenfentur, in quorum locum fæpius fuffitus fubftituuntur, quatenus modo thus, maftix, baccæ juniperi prunis candentibus, modo olea caryoph. mac. aqua regin. hungar. lateribus probe calefactis adfperguntur, cui fcopo pariter decocta hb. cephalicarum inferviunt. Neque minoris laudis funt, quæ abdomini applicantur, hinc fæpius idem balfamo embryonum, vel balfamo nucis mofchatæ cum oleis deftillatis rorifmar. menth. macis mixto inungimus, vel facculos ex hb. cephalicis paratos nunc ficcos, nunc vino auftero incoctos eidem & pudendis applicamus, quorfum etiam vulgare illud nec illaudabile cataplafma, ex pane mellito Norimberg. addit amygd. dulc. excort. pulv. caryoph. mac. cinnamom. cardam &c. fpectare videtur, alia unguenta emplaftraque, tantopere ab Auctoribus commendata, ut nunc brevitatis gratia omittamus. Quantumvis vero prædicta re-

media eximii fint ufus, tamen perneceffe eft, ut circumfpecte in eorum præfcriptione nos geramus, ne fcilicet generofioribus iftis abutentes uterum nimis irritemus, majufque periculum tenello inferamus; abortum enim aliquando remediorum mitioris naturæ ufum fuiffe infecutum, plures Auctorum abundanter confirmant. Vid. *Ephem. Nat. Curiof. An.* 3. & 4. *Borell. C.* 2. *obf.* 98. *Amman. Medic. Critic.*

X.

Ad uteri morbos quod attinet, ad illos flatus, molæ, lapilli, denfitas, ficcitas, humiditas, inflammatio, ulcus, gangræna, fcirrhus, fpafmi & convulfivi motus relati fuere. Uti vero gangrænæ fcirrhoque mederi vix poffumus, ita de inflammatione ac ulcere occafione placentæ relictæ fpecialius agemus. Quod itaque ad flatus fpectat, eos cognitu fatis effe difficiles, vel inde adparet, quod Medicis æque ac mulieribus fubinde impofuerint, ac fi vere gravidæ effent mulieres, cum tamen poftea loco fœtus non nifi flatus cum impetu ex partibus genitalibus proruperint. Atque vix intellectu concipi poteft, quomodo flatus ex utero gravidæ educi queant, nifi forfan fpeciali naturæ ductu orificium uteri internum non nihil relaxatum iifdem exitum concedat, quem carminativis interne æque ac externe præfcriptis fimul promovebimus. Neque vero minorem difficultatem parit mola. Hæc enim in principio conftituta accurate cognofci nequit, majora vero incrementa capiens ex infueta uteri intumefcentia, fenfuque ejus gravativo, ac pondere quodam pro diverfo corporis fitu in hoc illudve latus ruente, citra tamen ejufmodi motum, quem alias vivus infans utero imprimit, quidem habetur, curatu tamen multo eft difficilior aut penitus impoffibilis. Præcipue autem de cura ejus ne quidem eft cogitandum, quando mola in utero exiftente mater concepit. Quippe cum ad expellendam molam medicamenta requirantur, quæ ordinarie fœtui maxime funt infefta, potius univerfum negotium naturæ eft committendum, an forfan una cum fœtu abortu vel partu excludendo fimul excernatur, fecus fi accidat, eo opera eft navanda, ut poft fœtus exclufionem vel perita Chirurgi manu protrahatur, vel appropriatus remediis quantum quidem poffibile excutiatur. Multo minus de lapillorum in utero hærentium medela in præfenti erimus foliciti; quis enim oedipus hariolabitur, uterum calculo effe obfeffum, miramur potius eum, fi forte fortuna excludatur, aut in cadaver incidamus, in cujus utero peregrinum illum rarumque hofpitem præter fpem omnem atque opinionem deprehendimus. Quod ad nimiam uteri denfitatem & ficcitatem attinet, hujus præfentiam capimus, quando tales fœminæ paucum vel nullum liquorem neque concubitus, neque alio tempore ex vagina profundunt, ad venerem tardæ funt, menfes ipfis funt pauci, ac interiora vaginæ ficca, prætérea ejufmodi

modi fœminæ corporis conftitutione funt ficca gracilique. Quemadmodum vero ejufmodi ariditas feu temperies ficca in aliis partibus curatu eft difficilis, ita etiam in utero, præcipue fi jamdiu duraverit. Interim hic locum cumprimis inveniunt humectantia, quorfum borrago, mercurialis, malva, althæa, violæ, amygdalæ dulces, ficus, paffulæ fimiliave fpectant, ex quibus pro interno ufu fyrupi, confervæ, emulfiones parari poterunt. Neque incommode ex prædictis herbis, additis fimul fem. lini, fœnugræc. rd. lil. alb. etc. aquæ dulci vel lacti incoctis balnea & fomentationes parantur. Imo non nulli poft balnei & fomentationis ufum fuadent, ut uteri regio oleo amygdal. dulc. lib. alb. lin. pingued. gallin. anfer. &c. inungatur. Alio tempore uterus jufto eft humidior, & pituitofis fcatet humoribus, quod inde confequimur, quando tales fœminæ malo corporis habitu coloreque pallido & livido funt præditæ, menfes ipfis funt pituitofi ac mucofi, fæpiufque fluore albo laborant. Ut vero poftremus affectus curatu fatis eft difficilis, ita quoque multum temporis laborifque requiritur, antequam primas vias a cruditatibus pituitofis liberare, atque univerfam maffam fanguineam, ejufmodi mucofis particulis contaminatam, corrigere poffimus. Proinde lætior citiorque curæ eventus fperandus, fi uterus faltem propter tonum forfan labefactatum humorem ejufmodi colligat, ad quem difcutiendum uterumque corroborandum fpeciatim difcutientia, roborantia & calefacientia conveniunt v. g. flor. rorifmar. lavend. falviæ, rd. leviftic. valerian. imperator. helenii, fol. meliff. origan. dictamn. cretici, majoran. fem. anif. fœnicul. cumini. aromata, cinnamom. caryophyll. nux mofchata &c. ex quibus varia cum interna, tum externa parari poterunt, quorum tamen prolixiore recenfione & explicatione brevitatis gratia lubenter fuperfedemus. Convenientiffimus pariter hic eft thermarum Carolinarum, Tœplicenfium fimiliumve ufus, five bibantur, five ægræ iis immergantur, hac faltem cautela obfervata, ut ne actu gravidæ temerarie aquis interne utantur, quibus illo tempore balneum longe eft convenientius. Tandem quod ad fpafmodicos uteri motus dolorificos attinet, ad eos tempeftive compefcendos non duntaxat caufis occafionalibus, verum etiam ipfi fpafmo præfenti obviam eft eundum, cui apprime antifpafmodica in §. 9. occafione fœtus nimium fe moventis propofita, conveniunt, quibus interdum opiata refracta tamen dofi addi poterunt. Neque omittenda funt topica, abdomini applicanda, quæ pariter in antecedenti thefi defcripta fuere.

XI.

Ab utero tranfitum nunc quidem facimus ad matrem, prolixum tamen nimis foret, quasvis caufas, quæ pene funt infinitæ, hic ordine pertractare, atque contra eas congrua remedia commendare. Proinde politioris

litioris Medici erit, ut gravidæ affidue inculcet, quo ab omnibus animi pathematibus gravioribus, violentioribus corporis motibus, emeticorum, purgantium præcipue drafticorum & fœtum pellentium medicamentorum ufu abftineat. Præterea eo operam navabit, ut fi quid finiftri jam dum eidem acciderit, citra moram congrua adhibeat remedia, quæ non tantum prædictis affectibus, verum etiam aliis, fcilicet tenefmo, diarrhoeæ, ftranguriæ, nephritidi aliifque morbis, quibus gravidæ fæpius non citra abortus periculum corripiuntur, fatisfaciant. Cum vero fanguinis miffio modo ad abortum præcavendum commendetur, modo tanquam caufa abortus allegetur, hincque ab his laudetur, ab illis culpetur, non poffumus non de hac paulo fpecialius agere. Sane in civitate noftra confuetudo invaluit quam maxime, ut gravidæ infciis fæpe Medicis circa medium geftationis tempus venam fibi promifcue fecari curent, an appofite, aliis dijudicandum relinquo. Id certum eft, rusticolas, de fanguinis miffione nil quicquam cogitantes, feliciter uterum ferre, ac ex voto parere, & fæpius poft partum melius fe habere, quam delicatiores, quæ magnum errorem fuiffe commiffum fibi perfuadent, fi decantata illa venæ fectio durante geftationis tempore omiffa fuerit. Quare tantum abeft, ut fanguinis miffio omni gravidæ fit neceffaria atque proficua, ut potius intempeftive adhibita magis fœtæ fœtuique fit nocumento. Propterea vero negandum non eft, ufum ejus gravidis fubinde tam præfervandi, quam curandi gratia apprime effe falutarem; fcilicet ubi plethora, orgafmus fanguinis, inflammationes ac febres matri vel fœtui periculum minantur. Et quidem quod ad plethoram attinet, fane non male *Zacut. Lufitan. L. de med. princ. quæft.* 26. inquit: *multæ fœminæ in gignendo fanguine adeo feraces funt natura, ætate, aut vivendi modo, ut, nifi fanguinem aperto vafe per intervalla exhaurias, patiantur abortum.* Quantumvis vero medium geftationis tempus omnium commodiffimum a Practicis commendetur, tamen & hæc regula fuas patitur exceptiones, fiquidem interdum neceffe eft, ut in fine primi menfis, aut etiam fecundo vel tertio venam fecemus, cum embryo primis menfibus tanta cruoris copia, quanta ob ceffantem menfium fluxum in gravidis nonnullis congeri folet, nondum indigere videatur, fic etiam non male ceteris menfibus & circa poftrema geftationis tempora ufum fanguinis miffionis, fi eum immoderata ejus copia urget, non fine euphoria fuademus, quæ tamen cuncta, præfentis Medici prudentiæ recte committuntur, qui fimul quantitatem fanguinis extrahendam Chirurgo indicabit; præftat autem hic potius defectu quam exceffu peccare, confultius enim eft partitis vicibus copiam fanguinis paulatim imminuere. Interim non facile quis memorabile exemplum imitabitur, quod *Stalpart van der Wiel Obf. rar. C.* 1. *Obf.* 65. habet, ubi mulieri uno eodemque fœtu gravidæ quadragies ac novies vena fciffa eft. Nec omittenda venæ fectio, fi gravida imminente confueto menfium fluxus tempore orgafmum fangui-

fanguinis aliaque fymptomata, eum frequenter antecedentia fentiat, nifi enim tunc illum vel fcarificando vel venam tundendo imminueris, facile in abortum incidet fœmina, qua de re vid. *L. Riverium P. 2. Medic. L.* 15. *c.* 16. qui matronæ Monfpelienfis meminit, quæ ter jam dum abortum perpeffa, & a duobus menfibus denuo gravida cum dolores circa umbilicum, abortum minantes, fentiret, vena incifa mox doloribus & metu abortus liberata eft. Cumque fingulis menfibus fymptomata illa periodice recurrerent, femper ad venæfectionem tanquam ad facram anchoram confugiens non modo eorum mitigationem ac profligationem fenfit, verum etiam in fine noni menfis filiolum fanum peperit. Quod ad febres, inflammationem aliofque morbos acutos, magnum periculum portendentes, fpectat, probe animadvertendum eft, in iis non cunctandum, nec menfium rationem habendam; fed potius morbi initium obfervandum, antequam vires ægræ nimis labafcant, ac morbus invalefcat.

XII.

Equidem non nefcimus, plura reftare, quæ ad præcavendam finiftram placentæ feparationem commendari poffent; fed ne nimia prolixitate B. L. tædium pariamus, potius nunc ad ejus feparationem actu factam progredimur. Quantumvis vero ordinarie individua ejus comes fit fanguinis profufio; Medici tamen eft, ut contingente fanguinis excretione per muliebria folicite inquirat, utrum ille ex vagina, an vero ex uteri fundo proveniat. Siquidem fæpius gravidas innoxie menfium fluxum pati, nemini ignotum effe arbitror, hunc tamen non difficulter a fanguine ex utero propter placentam feparatam profluente difcernemus, modo confideraverimus, menfium fluxum plerumque periodice confueto tempore fine cruciatu accidere, fanguinem paulatim ftillare, ac uno alteroque die elapfo fponte & plenarie ceffare. E contrario qui ex uteri fundo propter placentam avulfam profilit, plerumque ex improvifo ac non citra dolores curfuque non interrupto immodice admodum promanat, nifi forfan grumi hinc inde hærentes aliquantum fluxum fiftant, quibus tamen a continuo adfluente fanguine expulfis, ille mirum in modum non fine matris fœtufque periculo fummo recrudefcit. Licet autem paulo ante monitum fuerit, menfium fluxum ordinarie non adeo effe copiofum, tamen cum conftet, fœminas aliquando immodico ejus fluxu corripi, ut hunc ab illo, de quo nunc fermo eft, probe diftinguamus, neceffe eft, ut obftetrix digito in vaginam inferto exploret, utrum eum per orificium hians in uterum immittere valeat, an vero illud omnimode fit claufum. Si hoc, fanguinis profufio vaginæ vafis apertis; fi illud, rectius placentæ fejunctioni tribuitur. Dum itaque liquide conftat, largum fanguinis fluxum a placenta feparata pendere, fpinofa illa quæftio nunc movenda eft, an matri non nifi fœtus & placentæ extractione fubveniri

queat. *Mauriceau Traité des maladies des femmes grosses* L. 1. C. 21. *Dionis Cours d'Operations de Chirurgie p.* 225. & *seqq.* aliique existimant, matrem fœtumque necessario mori, nisi hic cum secundinis citra moram perita manu eximatur, hinc de fœtu perfecto vel imperfecto, vitali vel non vitali parum soliciti strenue necessitate sic imperante abortum vel partum urgent, licet etiam dolores partus absint & orificium internum minus apertum. Quippe firmiter sibi persuasum habent, placentæ separationem necessario hæmorrhagiam lethalem sequi, nisi hæc cum fœtu penitus auferatur, idque probant, quoniam placenta tota vel pars saltem ejus ab utero sejuncta nunquam eidem reagglutinari queat, indeque porro conjiciunt, sanguinem necessario ex vasis uteri apertis tam diu promanare, donec mater cum fœtu misere intereat, cum sane aperta uteri vasa propter insignem ejus distensionem a fœtu pendentem, contrahi nequeant, quæ contractio vero & corrugatio vasorum, hæmorrhagiam lethalem cohibens, locum inveniat, si uterus excluso fœtu paulatim contrahatur. Et ne dubium remaneat ullum, cuncta exemplis quamplurimis illustrant viri illi, de arte Chirurgica præclare meriti, quæ non modo docent, plurimas hac methodo ab interitu fuisse ereptas, pluresque eadem neglecta cum fœtibus periisse. Quantumvis itaque omnia bene se habeant, præcipue si ad fœtum perfecte formatum, vel mortuum restringantur, an tamen in matris conservandæ gratiam abortum indiscriminatim concitare liceat, ego quidem maximopere dubito. Sane qui obstetricandi operam impendunt, necesse omnino habent, ut sibi caveant, ne hominem jugulando indebilem maculam conscientiæ suæ inurant. Proinde summa hic opus est circumspectione, ne gravidam præter fonticas caussas ad abortum adigamus, eumque promoveamus, cum certe is sæpe solius naturæ ductu accidat, aut etiam fœtus adhibitis congruis remediis ad statum pariendi tempus retineatur. Quare præstat ab operatione abstinere, quando gravida quidem de fluxu uteri cruento conqueritur, qui tamen ipsi neque lipothymias frequentes, neque adeo insignem debilitatem parit, potius eidem corall. pp. lap. cancr. bol. armen. cornu cervi, terra Japonica similiaque exhibeantur, externeque leniter adstringentia applicentur, sic fiet interdum, ut mater in lecto recumbens & a violentioris corporis motu abstinens hæmorrhagia paulatim remittente ab abortus periculo liberetur. Quod si vero hoc non obstante hæmorrhagia constanter perseveret, hæc ordinarie primis gestationis mensibus abortus spontanei est causa, quem sæpius Medicus ne quidem impedire potest, e cujus re erit quam maxime, si illo tempore præcocis abortus spectatorem magis, quam ducem & auctorem agat. Siquidem ego quidem non capio, quomodo quis salva conscientia embryonem primorum mensium adhuc violenta manu protrahere queat, cum ipsi ignotum esse nequeat, ejusmodi fœtum ad vitam extra uterum pertexendam esse idoneum. Equidem multi existimant, in ancipiti casu e

duobus

duobus malis minus effe eligendum, hincque omnino abortum promovendum, fi eodem mater ab interitu revocari queat, tamen fi hæc regula accuratiori mentis lance perpendatur, apparebit clare, eam hic locum vix ac ne vix quidem invenire. Nam primo dubitari poteft, an neceffario hæmorrhagia ad matris interitum ufque continuabit, cum fane multoties gravidæ copiofo ac diuturno fluxu cruento non citra fymptomata prava corripiantur, & tamen eodem paulatim remittente abortus periculum effugiant, ut adeo fupra citatis auctoribus vix affentiri queam, exiftimantibus, placentam aliquantum faltem ab utero feparatam nunquam cum eo rurfus uniri poffe, & neceffario hæmorrhagiam lethalem poft fe trahere. Namque naturæ vires noftris multo funt efficaciores, & quod præftare fubinde nequit Medicus, natura ex voto præftabit. Porro dubitari poteft, annon abortus neglecta ope Medica fponte fuccedat, fiquidem gravidas, quæ primis præcipue geftationis menfibus gravem hæmorrhagiam patiuntur, fine auxiliis eum in finem adhibitis frequenter abortire, ex fupra dictis jam dum innotefcit. Denique dubitari poteft, an abortus arte motus neceffario matrem a morte fit liberaturus. Id quidem certo fcimus, ejufmodi fœtum, ut ut abortus tempore adhuc vivum, neceffario mori, an vero mater in vivis fit permanfura nefcimus, quem enim quæfo fugit, matres poft abortum hæmorrhagiam adhuc dum durantem aliave fymptomata prava fæpius mori. Mallem proinde tali in cafu non nihil expectare, vifurus, num forfan hæmorrhagia ex voto fupprimatur abortufque periculum evanefcat, aut an uterus irritatus fponte exturbet tenellum, aut an placenta omnimode feparata, quo in cafu fœtus abrupto plenarie commercio, quod ipfi cum matre intercedit, in vivis confervari nullo pacto poteft, manui fcifcitanti obveniat, aut ufque dum ex horrore frigoreque ac gravativo uteri dolore aliifque indiciis conjicere liceat, fœtum actu effe mortuum; tunc enim abortum citra moram omnibus modis effe juvandum accelerandumque, nemo fortaffis rem accuratius paulo perpendens ibit inficias. Minus fcrupulofos nos effe decet, quando ob practicas caufas abortus feptimeftris vel octimeftris eft movendus. Licet enim & tunc fœtus adhuc fit immaturus, tamen cum ejufmodi corporis robur ac difpofitionem jamjam acquifiverit, ut etiam extra uterum vivere poffit, fane aliquando & matrem & fœtum abortum promovendo a mortis periculo liberabimus. Et quantumvis non femper fcopum noftrum ex voto attingamus, nobis tamen illibata confcientia manet; quemadmodum enim confcientiæ fuæ vim infert nullam Medicus, quando partem fphacelo obfeffam abfcindit, tametfi poft operationem æger intereat, ita & illibata confcientia abortum feptimeftrem vel octimeftrem, urgente fumma hæmorrhagia extrema minitante, in matris fœtufque gratiam promovere poterit, cum fufficiat, plurimas matres cum fœtibus hocce auxilii genere ab interitu fuiffe vindicatas.

 XIII.

XIII.

Sed missa quæstione illa difficultatum plenissima potius nunc ad operationem ipsam me converto. Id sane negari nequit, ipsum operatorem illo tempore in summis angustiis esse constitutum. Quippe dum hæmorrhagia, frequentiora animi deliquia, vel convulsivi motus aut alia mala summum periculum minitantur gravidæ, certe si operatione adhibita moriatur adflicta, non deerunt, qui culpam mortis operatori tribuent. Quare ut famæ suæ non nihil consulat, necesse est, ut bona speranda, malaque timenda adstantibus prædicat, antequam bono cum Deo operationem aggrediatur. Parturiente itaque in situm convenientem collocata, operator manu dextra in vaginam uteri immissa unum vel duos digitos orificio interno applicet, horumque & ceterorum ministerio illud paulatim distendat, usque dum vel manum integram in uterum inserere queat, id quod propter partes sanguine copioso irrigatas & emollitas non difficulter præstabit. Posthinc membranas fœtum amicientes & nondum ruptas, unguibus extemplo dilaceret, quo sic fœtum prehendere atque protrahere queat. Prolixum autem nimis esset, quasvis cautelas, ad fœtum circumspecte eximendum spectantes, hic recensere, sufficiat hinc saltem monuisse, *Dominum Mauriceau*, multiplici experientia edoctum, suadere, ut operator eo operam navet, ut pedes tenelli arripiat, sicque eundem protrahat, ad quem brevitatis gratia B. L. nunc remitto. Peracta operatione, Medici est, ut hæmorrhagiam adhuc dum durantem congruis remediis attemperet, vires fractas instauret, ceterisque symptomatibus puerperis familiaribus ex asse satisfaciat, quale judicium quoque esto de fœtu debili corroborando.

XIV.

Ordinis nunc jubet ratio, ut ad placentam retentam progressum faciamus, cumque in thesi septima de causis ejus malisque ab ea pendentibus, nec non de signis diagnosticis ac prognosticis sufficienter jam dum egerimus, nunc de formandis curativis indicationibus erimus soliciti. Prior proinde jubet, ut ea removeatur, altera ut malis, ab ejus retentione provenientibus, tempestive prospiciamus. Priori ut satisfaciamus, præsidiis tum Chirurgicis, tum Pharmaceuticis indigemus, quorum illa brevi post partum locum invenient. Sane perplacent, quæ *Henric. a Deventer de Arte obstetricandi C.* 28. de secundinarum exclusione habet. Is enim consuetam placentæ remotionem, funiculi tractione perficiendam, non admodum approbans, omnibus obstetricantibus commendat, ut manum protinus ab exclusione infantis utero immittant, ejusque ministerio eandem eximant. Cum enim illo tempore orificium internum adeo sit expansum, ut manus integra, imo & brachium, si opus fuerit, sine

ullo

ullo puerperæ dolore immitti queat, prætereaque fundus uteri fit adhuc explanatus, atque fic facile cognofci poffit, num fecundina utero adhæreat, nec ne, aut an mola aliave peregrina removenda in utero exiftant, non male aget, qui etiam ad præcavendam fecundinæ retentionem ductum modo laudati Auctoris fequatur, manumque mox a partu placentæ removendæ gratia in uterum infinuet; omnia enim adminiftratu longe funt difficiliora, quando aliquo temporis intervallo elapfo orificium internum coarctatur fundufque uteri complicatur. Præterea tamen neceffitate fic imperante eo allaboravit Chirurgus, ut digitis vaginam immiffis orificium coarctatum fenfim diducat, quo fic placentam ob uteri conftrictionem haud parum complicatam prehendat educatque. Omnia vero fumma lenitate curaque peragi decet, ne uterus unguibus improvide dilaceretur, aut puerperæ dolor non neceffarius inferatur. Proinde e re maxime eft, ut operator finiftra manu funiculum tenens dextram ad ductum ejus in uterum immittat, atque fecundinam jam folutam & in orificii limine hærentem digitis prehendat, eamque cum manu immiffa educat, alteramque funiculum tenentem fimul ac paulatim attrahat. Quando vero fecundina tota vel ex parte utero adhuc cohæret, manu ad placentam ufque methodo jam delineata immiffa explorabit ftudiofe, qua parte plurimum foluta fit, vel minimum adhæreat, *ibi digitos*, inquit *Cl. a Deventer*, *inter uterum & fecundinam injectos huc illuc leviter agitato: nifi enim firmiter adhæreat, hoc modo digitos altius fubinde ufque ad apicem circumagendo facile avelli poteft, & undique tandem libera fponte in manum defertur, quum autem fecundina leniter agendo non folvitur, tunc ambobus pofterioribus digitis externa parte utero oppofitis interna parte priorum duorum digitorum illam avellito, undique in orbem progrediens, ufque dum penitus, foluta fit tum educenda* & quidem methodo fupra delineata.

X V.

Quodfi vero propter orificium uteri internum nimis arctum placenta relicta manus minifterio extrahi nequeat, ad pharmaceutica remedia expulfioni ejus vel fuppurationi infervientia eft progrediendum. Ex illis pro interno ufu pulvis fecund. human. borax venet. trochifc. de myrrha aliaque myrrhata, croc. caftor. fal. volat. fuccin. olea deftil. fuccini, fabinæ, &c. laudem merentur, quibus cunctis Cunneus L. c. chærefolium Romanum præfert, vix herbam nofcens, cujus in partu difficili & reftitante fecundina majores vires fuiffe cognoverit, fic pariter ex ariftol. rotund. fabin. artemif. puleg. myrrh. caftor. modo fotus, modo clyfteres uterini parantur, aut ano clyfmata acriora infunduntur, non alium in finem, quam ut externis & internis fimul adhibitis placenta quantocyus fieri poteft expellatur, antequam fcilicet corruptionis

 labe

labe inficiatur. Caveat vero fibi Medicus ne abufu medicamentorum placentam pellentium febrem accendat, inutiles uteri dolores excitet, majorem fanguinis profufionem, vel fluxum ventris moveat, quippe interdum placenta ita eft comparata, ut vi expelli nequeat, hinc præftat reftituendæ fanitatis negotium naturæ committere, quam præfeftinata curatione pejora mala, uti multoties accidit, accerfere. Quemadmodum enim abfceffus non prius dehifcit, quam cum ad maturitatem pervenerit; ita etiam fecundina pertinaciter adhærens non prius medicaminum vi fe avelli patitur, donec maturatione paulatim ab utero fecedat. Huic vero facilitandæ medicamenta fuppurantia cum detergentibus judiciofe mixta apprime conducunt, quem in finem ex rd. alth. lil. alb. ariftol. rotund. fl. chamom. roman. fambuc. fem. fœnu græc. lini balfam. peruv. mell. rofar. anthof. aliifve fotus vel clyfteres uterini per intervalla adhibendi parari poterunt. Cum autem nec arte Chirurgica placenta protrahi, nec medicamentis expelli, nec fuppuratione extrudi queat, ea tandem intacta eft reliquenda, an forfan novo partu contingente convenientius eximi poffit.

X V I.

Ad alteram curativam indicationem quod fpectat, hæc jubet; ut malis a retenta placenta provenientibus tempeftive profpiciamus, ad ea vero hæmorrhagia, gangræna, mola, hydatides, inflammatio & vires fractæ pertinent. Cum autem de hæmorrhagia jam dum egerimus, & mola cum placenta in hydatides degenerata vix aliam poftulare videatur medendi methodum, quam quæ occafione placentæ retentæ recenfita eft, atque gangrænæ mederi nequeamus, paucula faltem verba de inflammatione & viribus proftratis fumus facturi. Hifce proinde refocillandis modicus vini generofioris ufus, nec non jufcula carnium &c. eximie conducent, & forfan exoptatius vires fractas inftaurabunt, quam decantata illa analeptica. Ad inflammationem vero refolvendam poft habito vini generofi ufu diaphoretica fixiora, id eft antimon. diaph. fimpl. vel martial. lap. cancr. cornu cerv. uft. cum fuccinatis, cinnabarinis aut etiam nitratis, præcipue æftu febrili fymptomatico præfente, vel nimis fævientibus doloribus cum caftoreatis & opiatis judiciofe mixta non citra euphoriam adhibebuntur, quæ omnia tamen præfentis Medici judicio committuntur, qui neceffitate urgente venam fimul fecabit, & diætæ regimen puerperæ præfcribet.

X V I I.

Tandem ad placentæ vitiatum fitum progredimur, quando placenta a fundo uteri feparata, & in cervicem ante fœtum illapfa, orificium internum

ternum obſtruit, fœtuique exitum præcludit. Cum vero illo tempore infans diu ſubſiſtere nequeat, & hæmorrhagia remedium cito adhibendum poſtulet, obſtetricis erit, ut citra temporis jacturam de placenta removenda partuque promovendo ſit ſolicita. Quem in finem eo operam navabit, ut digitis in uteri orificium immiſſis placentam eo uſque removeat, donec membranæ prodeant, quas digitis aut unguibus extemplo dilaceret; quando ſecundina removeri nequit, digitis in mollem placentæ carnem immiſſis inibique dilatatis eam divellat, atque perforet, foramenque paulatim ita dilatet, ut reclinata non nihil placenta dilacerata, caput, ſi prævium fuerit, oſtium occupare queat; ſic enim ruptis membranis & accedentibus partus doloribus ſubinde ex animi ſententia excludetur fœtus, quod ſi is pravum in utero ſitum habeat, obſtetrix eo allaborabit, ut pedes ejus prehendat, eumque protrahat, quo in lucem edito ſecundinam protinus more ſueto educat. Quando vero placenta eo uſque prodiit, ut exitus ejus ulterior vix impediri poſſit, conſultius eſt, eam primum eximere. Sed quid dicendum de ſingulari placentæ ſitu, cujus mentio ſupra facta fuit, an forſan hiſce præſidiis is emendari potuit? Sane caſus ille oppido eſt rarus, cui ſimilis an apud aliquem auctorem occurrat, me omnino latet. Id certum eſt, protractionem, vel avulſionem & reclinationem ejus hic plane locum non inveniſſe. Cum enim placenta cervici ac fundi parti inferiori undique firmiter fuerit connata, fœtuſque capite eidem incumbens domicilium quaſi ſibi eam formaverit, irritum illum laborem fuiſſe, ſponte innoteſcit. Quare ſola fortaſſis perforatione infanti exitus parari potuiſſet. Sed cum magnum diſcrimen placentam inter, actu ab utero ſeparatam ac illuc delatam, & talem, quæ ubique adhuc utero adhæret, intercedat, funiculique inſertio non procul ab orificio interno fuerit, ac præterea placenta circa oſtium admodum craſſa extiterit, an operatio citra hæmorrhagiam lethalem potuiſſet inſtitui, prudentioribus judicandum relinquo. Certe plura, ad diffuſiſſimam hanc maximeque arduam materiam ſpectantia, proponi potuiſſent; ſed ne limites Diſſertationis excedere videamur, bono cum Deo filum ejus nunc abrumpimus, cui ſoli ſit laus, honor & gloria!

FINIS.

CXLI.

JOAN. GEORG. ROEDERER,

ET

J. G. CHRISTIANI HIRSCHFELD

AUCTORIS.

DE

UTERI SCIRRHO.

Gottingæ 29. August. 1755.

I.

HUmorum ex ſanguinis maſſa diverſorum ſeparationem ſanguinis integritatem conſervare, ejusdem mobilitatem promovere atque depurgata viſcera aperire, notiſſimum eſſe exiſtimamus. In ſano ſaltem morboſoque corporis habitu vitæ ſanitatisque & præſidia & vindiciæ ex variis ſegregationum generibus depromuntur. Sanum eſſe corpus judicamus, cujus ſecretiones omnes non interrupto ordine perficiuntur; ægrum cum ſanitate in gratiam rediturum, vel ſaltem præſenti morbo liberatum iri ſperamus & expectamus, cum morbi vehementiam ſecernentis cujuſdam organi officia auctiora grawioraque ſolvunt.

I I.

Neque tamen pares in morbis iſtarum expulſionum & expeditiones & dignitates eſſe conſueverunt. Quorum morborum chronica magis indoles eſt, frequentioribus repetitiſque iſtiusmodi ſegregationibus, ut abigantur, egent, quin perennantibus, quique ob morbi vel gravitatem, vel pertinaciorem conſuetudinem neceſſarii œconomiæ motus ſine ſanitatis vitæque diſpendio non ſiſtuntur. Principatum vero omni tempore ſolventium morbos iſta organorum tenuerunt, quæ ex ſano etiam corpore excrementitios ſuperfluoſque humores eliminant: Cutem reneſque intelligi vel nemine monente liquet. Longe inferiora ſunt reliqua viſcera, peioris morbi indices, ſalivales v. gr. lacrimalesque glandulæ, tonſillæ, uvula, linguæ & faucium & narium membranæ mucoſæ, aurium folliculi ſebacei, tracheæ & pulmonum interiores tunicæ, hepar, pancreas, digeſtivorum reliqui liquorum fontes, uterus, vagina, ſpermatis organa.

I I I.

Id vero beneficii omnes & ſinguli ægri non accipiunt. Morbi vis, indoles maligna, virium naturæ ſolventium, moventium, propellentium, expellentiumque ſegnities, debilitates aliaque vitia organorum localia; turbulenta, inordinata, naturæ benigna molimina frænans, aliterque peccans medicatio, ægrum vel peſſumdant, vel in ipſa organa variis formis varioque eventu colluvies deponunt, non propria ſolum mole inimicas, ſed etiam fœcunditate. Et ſolent iſti quidem in organa abſceſſus morbos chronicos æque ac acutos, nunc ſine alio molimine intermedio inſequi, nunc ex clauſis ſolventium excretionum rivulis colligi.

IV.

Omnibus quidem & fingulis humani corporis vifceribus organisque ingratæ iftæ acceffiones adjunguntur, quin ex uno in alterum vifcus migrando derivantur. Secernentia vifcera, motus, fenfus, facultatifque percipiendi organa, corpus firmantia offa, verbo, quælibet corporis pars quandoque hofpitio eft, & pro fuo habitu, proque morbi hofpitifque indole, ipfum hofpitem fingit in inflammationes; canctos, ulcera, caries, fcirrhos, carcinomata, calculos, minimarum partium, corporis ftaminum, fi ita volupe eft, fenfibus medici non percipiendas, læfiones & ex folis effectibus cognofcendas.

V.

Non infrequens, inter alia vifcera, titubantia ifta morborum molimina uterus experitur, maxime fi a vi morbi, vel alia quacunque caufa propriæ vires fractæ fint, ipfeque male affectus. Sæpius tamen externa etiam violentia uterum vulnerando comprimendoque lædens inflammanfque varias depofitiones in eundem allicit, trifti partus difficilis (*a*); & in eodem partu perverfæ medicationis chirurgicæ exemplo.

VI.

Quæ violentam uteri læfionem excipiunt depofitiones, inflammatæ indolis funt & in quam inflammatio tranfit. Quodfi autem a morbo aliquid in uterum abfcedat, id modo inflammatur, modo lentius fine prævia inflammatione colligitur.

VII.

Utroque modo in utero fcirrhus nafcitur, nunc integrum uteri corpus; nunc unam alteramve partem, fundum, cervicem aliamque occupans. Frequenter omnino uteri inflammatio (*b*); non refoluta, non ulcerofa;

(*a*) Conf. *Mauriceau* Malad. des femmes groffes &c. T. II. Obf. 387 & 418. Utroque in cafu difficilem partum excepit obftructio uteri fcirrhofa, indeque fterilitas nata eft.

Conf. & *Hippocrates* de natur. muliebr. S. II. §. 31. & de morb. mulier. L II. S. II. §. 45. ed. Marin. *Patitur autem hæc* (loquitur de femina utero fcirrhofo vel indurato laborante) *ex partu*, *& frigore aut mala diæta & aliter*

(*b*) *Ætius* Terabibl. IV. Sermon. IV. Cap. 84. & *Paulus Ægineta* de re medica L. III.

ulcerosa; stimulo sublato & acriori sentiendi facultate, sedatur febris, quam inflammatoriam vocant; cessat dolor; remittit minimorum vasculorum vesicularumque obturamenta figuntur; propellentes vasculorum vires fatiscunt; spissatur lentor; durescit; novos humores sibi nectit, in similem lentorem figit; foecundaque lentoris officina paratur, uterum sensim expandens. Saepius etiam, quae hactenus profluebat, colluvies, qualis est fluoris albi; quin menstruorum, lochiorum, partum aeque ac abortum (c) insequentium, aliarumque uteri haemorrhagiarum (d), in utero restagnat, crassescit & in scirrhosum tumorem indurescit. Neque nunquam morbi chronici alius, insigni ejusmodi colluvie nondum levati, virtus tandem in uteri scirrhosum tumorem, eo derivatis contractionibus fibrarum spasticis atque humorum impuritatibus desaevit. Quin utero cum reliquis glandulosis vel secernentibus visceribus peculiare quoddam scirrhorum formandorum onus impositum videtur.

VIII.

Uteri sola debilitas, quaeque ex facili inordinatis motibus spasticis afficitur, scirrhi effigiem quandoque format. Frequenter autem imprudens medici officium (e); frequentior justo in morbo uteri inflammato, vel in puerperio venae sectio; refrigerantium repellentiumque usus, non consideratis naturae viribus; non aestimatis benignis in crisin moliminibus; nulla temporum ratione habita, similis in fluore albo aliisque corporis expurgationibus calidorum, spissantium repellentiumque usus, neglecta in morbis per secernentes canales evacuantia, aliique id genus medici & diaetae (f) errores idem praestare valent, titubante subinde in scirrhum abscessumque molimine.

IX.

Qui inflammationem excipit scirrhosus tumor ex dimissis sine refectionis a morbo sanitatisque vigore inflammationum symptomatibus, quin

 subsistente

L. III. Cap. 68. *In scirrhum induratur uterus, aliquando derepente nulla praegressa caussa: plerumque vero inflammatione praegressa, & neque soluta, neque in abscessum transmutata.* Razes ad mansorem divisionum L. I. Cap. 85. Huc etiam spectare videtur *Fabr. Hildani* Obs. Cent. I. Obs. 66.

(c) Scirrhorum uteri ex partu & abortu mentionem facit *Mauriceau* Malad. des femmes grosses &c. T. I. L. III. Cap. XII.

(d) Conf *Mauriceau* l. c. p. 425. & T. II. Obs. 112.

(e) *Claud. Galenus* de arte curativa ad Glauconem L. II. Cap. 4. apprime notat, scirrhos frequenter omnino ex medicorum imperitia oriri, quando erysipelata & inflammationes vehementer adstringunt & infrigidant.

(f) Conf. *Hippocrates* supra ad §. V. not. (a) excitatus.

subsistente potius lenta febricula cum ponderis in pubis regione sensu (g) dignoscitur. Lentior morbi decursus levioraque symptomata lentum potius tumorem, quam ulcerosum, natum esse, medicum docent. Scirrhum etiam matricis ex suppresso quodam profluvio vel morbo in uterum migrante natum generaliora hecticae febris cum locali morbo signa manifestant. Cessat enim fluxus, minuuntur, quin sensim, si totum uterum scirrhus occupat, menstrua cessant (h), quae in aliis (cum pars nempe uteri scirrho vitiatur) subsistunt, parciori flumine & cum dolore effunduntur, extenuatur corpus (i), ad labores segnius est (k), languet modo appetitus, modo nimis viget, hecticae febris, typicae erraticaeque schema observatur (l), saepius etiam os foetet, quin ulcerosum est, pubis sensim regio & hypogastrica cum quodam graviditatis simulacro elevatur, explorantique abdomen manui durus tumor resistit: ita vicinae regiones comprimuntur, dolens (m) regionis super pubem hypogastricae expansio fit, quae ne quidem manus quandoque tactum ferre potest. Inflammantur nonnunquam vicinae partes, eaedem in gangraenam vel suppurationem solvuntur, quin languor inferiorum partium, paralysis ipsaque gangraena insequuntur. Debile enim a lenta febre corpus non solum tardius movetur, sed & arteriarum, venarum nervorumque compressiones inferiorum extremitatum munera, nutritionem vitamque pellunt.

X.

(g) *Rhazes* l. c. signa tradit: *Sedationem caliditatis febris cum residuo gravitatis & magnitudinis in pectine, ut vel tactui quandoque appareat.*

(h) Conferri merentur effata *Hippocratica* de superfoetatione §. 13. *Durus fit uterus a callositate: his menses non apparent, aut pauciores, quam oportet, & per longius tempus apparent.* De natura muliebri S. II. §. 30. & 31. *Si indurati fuerint uteri, menses occultantur.* De morbis mulier. L. II. S. II. §. 45. & 46. *Si uteri velut in callum indurati fuerint, menses occultantur. Si obduruerint uteri, menses non prodeunt; sed pauciores & deteriores, & dolor incidit.*

(i) Conf. *Avicenna* Can. III. fen. 21. Tract. IV. Cap. 14.

(k) Conf. supra excitati *Aetius* & *Paullus Aegineta*, qui signum tradit, *gravitatem & aegrum motum non solum crurum, sed etiam totius corporis, atque ad actiones obeundas pigritiam adesse.*

(l) Conf. Ill. *Jo. Godofr. Brendelii* Differt. de phthiseos hecticaeque discrimine & setaceorum utrobique usu. Gotting. 1754. passim. *Hippocrates* de nat. muliebr. l. c. *Si indurati fuerint uteri, febris ipsam corripit, ac dentium fremitus.* De morb. mulier. l. c. §. 45. & 46. *Si velut in callum uteri indurati fuerint febris circumfrigerans corripit, & fremitus & dolor uteros habet, & imum ventrem & laterum mollitudinem & lumbos. Si obduruerint uteri, febris incidit, & rigor circa imum ventrem corripit, & lumbos, & laterum mollitudinem.*

(m) *Hippocrates* ll. cc. de morb. mul. & de natur. muliebr. *Si indurati fuerint uteri dolor habet imum ventrem & laterum mollitudinem & lumbos.*

X.

Ipſe uteri tumor ſive ſcirrhus, nunc indolens penitus eſt, nunc modice, cum orificium tangitur, vel abdomen comprimitur, dolet, quibusdam adhuc fibris integris, tenſis & nondum obſtructis, omnique inflammatione nondum penitus depulſa. Quin ſcirrho ulcus junctum vel in utero, vel in aliis viſceribus (*n*) obſervatur. Cui tumori exquiſitus, ſpontaneus, lancinansque dolor eſt, carcinodes cenſeri debet.

X I.

Pondus in pelvim deſcendere patientes conqueruntur, aliquid peregrini delabi obſervant, maxime cum erecto corpore incedunt, minus cum ſupinæ cubant. Raræ & moleſtæ ſunt lotii excrementorumque excretiones (*o*). In vagina, ſi exploratur, uteri deſcenſus notatur, quin extra vaginam quandoque durus tumenſque uterus prolabitur (*p*). Corpus uteri & orificium præter morem duriora tanguntur (*q*), inæquale præterea tangitur aſperius craſſiuſque orificium. Tumet uterus, pelvim integram replet. Viri acceſſum ægrius fert femina. Omnia ſane uteri tumorem loquuntur, inteſtini recti atque veſicæ compreſſionem; ita cur ſegniora ſint iſtarum partium officia liquet. Propter auctum pondus uterus deſcendit.

X I I.

Laborans hoc malo inveterato gravique femina viro nupta vimque feminis fecundi non percipiens, ſterilis manet (*r*). Ovaria compreſſa, atque, ſectione teſte, in mali conſortium tracta, exareſcunt, fecundæ

(*o*) Conf. *Miſcell. nat. cur.* A. 2. Obſ. 254. p. 378. & A. 9. Obſ. 126. p. 301. Iſto quidem in caſu ipſe uteri ſcirrhus in meditullio ulcus fovit; in hoc vero vomica teterrimi odoris, pure plena, meſenterium obſeſſum fuit.

(*o*) Cf. *Rhazes* & *Avicenna* ll. cc.

(*p*) Hoc utique ſæpiuſcule obſervavimus. Huc etiam pertinere videtur Obſ. *Ruyſchii* VII. Obſervationum Anatomico-Chirurgicarum p. 10.

(*q*) *Hippocrates* de nat. mul. l. c. *Si indurati fuerint uteri, os ipſorum connivet. Si digito contigeris, comperies os aſperum & digitum non intromittit.* de morb. mul. l. c. *Si uteri velut in callum indurati fuerint, oſculum exaſperatur. Si vero etiam digito contigerit, os uteri aſperum comperiet, & ſemper velut callus accreſcit.* (Optime cum hoc effato conciliari poteſt infra deſcribendus uteri ſcirrhus). *Oſculum durum fit, clauditur.*

(*r*) *Hippocrates* de nat. mul. ll. cc. *Si indurati fuerint uteri, non concipit.* & de morb. mul. ll. cc. huc & ſpectant ſupra ex *Mauriceau* citatæ obſervationes ad §. V. not. (*a*).

dæ veſiculæ ſuccique deſtruuntur. Integris etiam in minori malo ovariis, neque fecundis ex femina ſuccis deficientibus, uterus tamen durus, obſtructusque conceptionem fovere, nutrire, continere, cumque cervicem ſcirrhus obturat, recipere (*s*), nequit. In mitiori malo, ubi partem ſolam uteri tumor ſcirrhoſus occupat, & alterum ſaltem ovariorum integrum eſt, ſecunda nonnunquam conceptio creſcit atque perficitur: partus autem tempore triſtia præſagia (*t*) ſubnaſcuntur. Qui enim cervicis regionem ſcirrhoſus tumor occupat, clauſam cervicem ſervando fetumque retinendo partum fieri negat (*u*). Ubi alia uteri regio ſcirrhoſa fuerit, apertura quidem recte hiare poteſt, ſed vicinæ ſcirrhoſæ regioni fibræ motrices & a ſcirrho firmatæ, dum validis laboribus uterus conſtringitur, diſrumpuntur, & in abdomen fetus effunditur (*x*). Alias uteri ſcirrhoſa durities, ulteriori extenſioni obſtacula ponens, abortum excitat (*y*).

XIII.

Menſtruorum rivuli clauſi, & inflata abdominis tegumenta, graviditatis aliquam effigiem æmulantia, decipere prima ſpecie medicum

(*s*) Duplicem ejusmodi caſum recenſet *Fabr. Hildanus* Obſerv. Chirurgico-Medic. Cent. I. Obſ. 65. & 66. Hoc etiam malum explicare videntur, quæ *Hippocrates* diſſerit Libr. de ſterilibus §. 26. de callis oſculum uteri replentibus & extrahendis.

(*t*) Cf. *Fabric. Hildanus* l. c. Cent. 3. Obſ. 57. Corpus uteri ſcirrhoſum conjunctum cum ſitu perverſo effecit, ut internæ venæ rumperentur, internaque in abdomine hæmorrhagia ſubnaſceretur.

(*u*) Cf. *Hiſtoire de l'acad. Royale des Sciences* A. 1705. Obſ. anat. VII. p. 52. ed. Paris. Feminæ parturienti os uteri parum cum aperiretur, tandem laboribus ſuccumbenti fatalis partus fuit. Sectione inſtituta; ſubſtantia glanduloſa, utero continua, orificium ita obturatum repertum eſt, ut aliquot modo foraminulis pertuſum fuerit, per quæ menſtruus fluxus exſtillare, ſperma vero ſubire potuit.

(*x*) Cf *Fabr. Hildan.* Cent. I. Obſ. 67. Femina per ſex dies quæ fruſtra parturivit, mortua eſt. In ſectione uteri pars ſcirrhoſa, ipſe uterus ruptus, & in abdomine embryonis caput comparuerunt. *Gregor. Horſtius* Opp. Med. T. II. L. II. Obſ V. p. 66. Epiſtol. D. Tob. Knobloch. ad Greg. Horſt. In feminæ, ex partu difficili, ob pertinaciter clauſum os cervicis, mortuo cadavere ſcirrhum inſignis magnitudinis, a fundo uteri ad os uſque pergentem, ipſum uterum ruptum, & infantem extra uterum poſitum invenerunt. *Stephan. Blancard* Anatom. pract. rational. Obſ XXII. p. 233. Intra quatuor dies cum non potuiſſet parere femina, e vita diſceſſit: abdomine aperto diſruptus uterus in ſana parte & infans extra uterum locatus deprehendebantur. Scirrhus vero a fundo ad os alteram uteri regionem occupavit. *Miſcell. nat. cur.* A. 2. Obſ 254. p. 378. Uterus in partu diſruptus eſt propter tumorem uteri durum, cujus cavum ulcus nigrum, gangrænoſum comprehendit. cf. & ejuſdem anni Obſ LXXXV. p. 159.

(*y*) Cf. *Edmund Chapman* Treat on the improvement of Midwifry. Caſe XXXV. p. 134. ſeqq. Femina ex abortu mortua eſt: aperto abdomine amplus in utero cirrhus comparuit.

dicum (z) possent, ni integrum graviditatis schema cum scirrhoso habitu comparans e difficultatibus sese extricaret. Gravidis, ut specimibus quibusdam utamur, citius abdomen tumet, cum crescente abdominis elevatione sanitatis integritas, quæ primis conceptionis mensibus quædam ingrata perpessa est, maximam partem redditur. Scirrhi vero primum incrementum, nisi ex inflammatione nascatur, haud difficulter cognoscenda, lentum est, & perpetim cum abdominis augmento morbosa hecticæ febris reliquaque symptomata crescunt. Mammarum tumor cum sero lacteisque striis in scirrhosa non elevatur, embryo non commovetur, perspicuæ satis a medio graviditatis termino orificii uterini mutatæ formæ non succedunt. Causæ etiam morbique prægressi majus lumen affundunt.

X I V.

Illud etiam prætermittendum non est alia sæpiuscule præter uterum in eadem ægra labe scirrhosa, aliaque viscera laborare. Eadem enim, quæ in uterum migrat, colluvies commodam etiam, si abundet, si nova perpetim generetur, in aliis visceribus sedem nanciscitur, quin ab antiquis viscerum, chylo maxime servientium, vitiis, iisdemque frequenter scirrhosis, sanguinis habitus in primis jam fontibus ita depravatur, ut præter alias ejectiones & in uterum tenax humor peccansque materies evomatur.

X V.

Sua etiam sponte liquet, quamlibet uteri in substantia duritiem, quæcunque demum illa sit, pro scirrho non esse habendam. In scirrho enim colluvies deposita substantiam durat, vitiat, inflat, partesque vicinas lædit. Quæ sine collecta colluvie vel a nativitate, vel ab ætate durities uteri substantiam compellit, pro scirrhosa haberi nequaquam potest. Quis naturalem vetularum in utero duritiem scirrhi morbosi titulo dehonestabit, & medicamentis impugnabit?

X V I.

Uteri confirmatus scirrhus naturæ viribus non obedit, sed lenta tandem tabe ægram pessum dat, postquam in immensam quandoque molem

(z) Scirrhum uteri medico pro fetu imposuisse recenset *Mauriceau* l. c. Lib. III. Cap. XII. Aliam observationem, qua medicus gravidam pro scirrho laborante habuit, T. II. Obs. 286. p. 234. tradit, quæ plura momenta, non inutilia cognitu, complectitur. Similis fere casus exstat in *Miscell. nat. cur.* A. 9. Obs. 126. p. 301.

lem (*a*) excrevit, vel hydrops acceffit (*b*). Imprudenti medicatione excitatus & commotus in dolens carcinoma tranfit, aucto dolore & fanguinis fpontaneo fluore per incerta intervalla excuffo cognofcendum, reliquisque fignis, quæ carcinoma produnt. Qui in folidiffimam jam, fenfu omni carentem, vix amplius organicam maffam induruit, artis etiam auxilium repellit. Ubi vero quædam liberiora vafa medicamina recipiunt, ubi fenfu omni uterus nondum caret (*c*), & artis aptum auxilium ubi naturam juvat, impacti quandoque humores folvuntur, coquuntur, ex utero difcedunt, e corpore eliminantur, uterusque fuis officiis præftandis idoneus denuo fit.

XVII.

Immenfa medicamentorum farrago, qua internorum, qua externorum, ifti malo folvendo commendatur, quam recenfere tædiofum foret. Omnia tamen eorum fua laude fraudata non cupimus.

- - - - *fit, quod vis, fimplex duntaxat & unum*

Q. Horat. Flacc. de art. poet. v. 23.

Reliquis interim palmam ut plurimum præripiunt chalybeata (*d*) & mercurialia (*e*) cum debita quidem moderatione, pertinacia tamen & conftantia, adhibita, quæ quippe impacta optime folvere nata funt. Repetita per fedes evacuantia fi junguntur atque humorum colluviei effluxus

(*a*) Vidit. Excell. *Præfes* ejufmodi uterum fcirrhofum pondere fuo XV. libras fuperantem. Uteri XVIII. libras pendentis obfervationem *Gerard. Blafius* affert Obf. med. rarior. VII. p. m. 12. Similem defcribit *Regner.* de *Graaf* de mulier. organis Cap. VIII p. 248. & *Mifcell. nat. cur.* A 1. Obf. 128. p. 286. ad minimum tumor XL. libras pendebat. Mali originem *Regnerus* adfcribit relictis vel fetui, vel molæ, vel placentæ putrefactis, eandemque ex materia putrida, quæ uteri cavum adimplevit, & ex abortu ante XXV. annos abfque placenta facto, confirmat. Memoratu fane admodum digna funt hucque vel maxime fpectant, quæ *Hippocrates* in Libr. de natur. mulier. S. II. §. 31. de morb. mulier. L. II. S. II. §. 45. de origine induratorum uterorum differit, eos nempe oriri, *fi fetus in femina corruptus fuerit putrefactus; vel fi feminæ corrupti menfes computruerint. Quibufdam vero etiam ex partu* &c. cf. fupra not. ad §. V. (*a*).

(*b*) Cf. *Paulus Æginetа* & *Ætius* & *Avicenna* II. cc.

(*c*) Cf. *Claud. Galenus.* l. c.

(*d*) *Zacutus Lufitanus* Opp. T. II in Praxeos medicæ admirand. L. II. obf. 79. p. 62. memorabilem cafum enarrat feminæ, quæ fcirrhofo uteri tumore laborans in regione uteri tormina fenfit, cuique tumor durus & indolens in pubis regione eminuit, pertinaci per duos menfes chalybis ufu fanatæ, quo non fola medicamenta chalybeata exhibita, fed & omnia, quæ potu ciboque recepit, chalybe velut condita fuere.

(*e*) Mercurialium in fcirrhis folvendis efficacia fatis inter medicos probata eft, & infra defcribenda obfervatione ulterius comprobabitur.

flùxus concedatur, soluta etiam ex facili expelluntur, quin ipsa subinde natura a solutis se vindicat.

XVIII.

Binas scirrhi uterini observationes subjungimus, sanati alterius, alterius in dissecto corpore observati: ita duobus speciminibus supra exposita optime & illustrantur & confirmantur.

Et protinus quidem de anatomica scirrhi observatione exponemus. Statum morbosum puellæ viginti quasi annos natæ ista observatio dilucidat. Ipsius quidem morbi, dum viveret, nulla nobis cognitio fuit, a morte autem inquirentes ab animæ curatore intelleximus eam utero non gessisse; venereo olim morbo laborasse, inde in phthisin lentamque febrem incidisse, febrilem ignem corporis pinguedinem & plenitudinem, quibus antea cohonestabatur, consumsisse, atque ægram ante obitum frequenter misereque de acri abdominis dolore conquestam esse. Plura de morbi statu & symptomatibus rescire nobis non licuit, plena vero in omnem cadaveris habitum inquirendi facultas fuit.

Omnes consumti corporis notas animadvertimus, tenuem habitum, artus emaciatos, faciem aridam; musculos universi corporis tenues, albicantes, omentum parvum, pinguedine orbum, totum pellucens. Intestinorum vero uterique vitia inprimis memorabilia vidimus, ad concretiones scirrhosque maxime referenda. Omnes intestinorum flexuræ ut inter se cohærent & in angustum glomum colliguntur, ita & cum vicinis visceribus coaluerunt (*f*). Ita, ut exemplo utamur, cum lotii vesica & uteri fundo intestini coli flexura sinistra, quam S. romanum vocant, concrevit.

Scirrhosa quædam corpuscula toti peritonæo stipata inhærent, non soli peritonæo abdominis cavum amplectente, sed & in abdominis viscera producto. Lenticularis figura corpusculorum est, aliorum circularis, aliorum elliptica. Varia diameter duarum cum dimidia linearum, duarum linearum, lineæ cum dimidia, lineæ, quin varia serie minor. Plura horum corpusculorum cum seminibus milii vel sinapios comparari possunt: plura etiam in unum acervum hic illicve confluunt. Minor est ipsorum crassities, quam ob rem figura complanata exoritur cum levi ad utramque superficiem eminentia. Superficiei autem peritonæi cellulosæ inhærent, alteraque sua eminentia ipsam peritonæi tunicam strictim in

(*f*) *Th. Bartholinus* Histor. Anat. 76. C. II. in phthisico abdominis viscera inter se cohærentia vidit. Similem observationem ex lenta febre enecto describit Ill. *Kaau-Boerhaave* in Nov. Comment. Petropol. T. I. p. 370. Omnia abdominis & thoracis viscera concreta fuerunt. Viscerum concretionem præternaturalem Cel. *Phil. Conr. Fabricius* etiam describit in Sciagraphia Historiæ Physico-Medicæ Butisbaci & Sylloge observationum Obs. ult. p. 70. sqq.

in abdomen elevant. Non inepte itaque pro morbofis tunicæ cellulofæ peritonæi, quam pro lamina peritonæi habent, concretionibus haberi poffunt. Maximam copiam peritonæum alit abdominis cavum fuccingens, majorem etiam peritonæum, quod inteftinorum canali eft pro tunica externa vel communi, parciorem lien, dein hepar, parciffimam bilis receptaculum: minora etiam hujus cyftidis corpufcula funt. Commode ifta corpufcula ad fcirrhofas concretiones referuntur; folida enim fubftantia eft, firma, indurata, quæ homogenea apparet, etiam fi microfcopio luftratur, flava & in centro albicans. Nihil vel ductus vel vafis eo vel migrantis vel inde redeuntis confpicitur. Propria quafi tunica quodlibet corpufculum veftit, opaca, flavefcens, nullo labore ab ipfo corpufculo folvenda, cum per plures hebdomades vini fpiritus corpufculorum fubftantiam induraverit: ifto artificio corpufculi tunica robur accipit, & a medio corpore feparari poteft, medium vero corpus naturam magis friabilem nancifcitur: recens corpufculum ubivis homogeneum apparet. Cellularum peritonæi gelatina fpiffata & cum ipfis cellulis connata mediam fubftantiam corpufculorum procreaffe videtur, vicinas vero cellulas comprimendo compingendoque exteriorem tunicam formaffe.

Ejusmodi majora corpufcula alia, globofa copiofaque, breviffimo pedunculo in abdominis cavum ex omni mefenterio (g) & mefocolo pendent. Hæc quidem tunicam fuam externam ex mefenterii producta tunica nancifcuntur, atque pedunculum mefenterii duplicatura format.

Tument etiam obftructæ glandulæ mefenterii atque ftipato agmine mefenterium ita obruunt, ut glandula glandulam tangat, fibique ad latus incumbat. Variæ molis funt, aliæ nucem juglandem mole æmulantur, aliæ avellanam, copiofiffimæ minores funt. Craffa earum tunica eft, cinerea, femipellucens, qualis ex fpiffata gelatina nafcitur: ipfa fubftantia dura eft, friabilis, velut in grana difpofita, vel ex febo congelato collecta, albicans & in centro flavefcens. Vafa ex mefentericis fervientia glandulis optime confpiciuntur, quin lumina diftributorum in diffecta glandula comparent. A fpiritu vini induratarum & confolidatarum glandularum habitus melius cognofcitur, color in alborem magis vergit. Univerfam præterea inteftinorum crafforum concavam faciem glandularum feries legit, pifis majoribus minoribusque comparandam: iftæ quidem glandulæ ea lege in eadem ferie fefe excipiunt, ut duæ vix glandulæ lateraliter fibi adjaceant, fed omnes in eadem linea inteftini tractum fequentes fimplicem ordinem forment. Molliores autem funt hæ glandulæ, rubellæ, tenui liquore cinereo turgidæ, velut in fetu

(g) Mefenterii, mefentericarumque glandularum fcirrhi variæ formæ paffim defcribuntur, e. g. apud *Steph. Blancardum* Anatom. pract. ration. Obf. 37. p. 85. *Frid. Ruyfch.* Obf. Anatom. Obf. XIX. p. 23.

fetu thymus, tunica rubella clausæ: lymphaticas esse ultro liquet. A spiritu vini friabilis fit substantia, velut sebacea.

A naturali habitu nihil in hepate discessit, neque etiam in bilis cystide, si supra exposita corpuscula excipiantur. Tenax bilis, crassa, ex flavo rubella, qualis radicis curcumæ color est. Suetam duritiem lien paulisper excedit. Pallidi renes, cæterum immutati. Pulmones sine medio, sine mediis lingulis cum pleura ubivis cohærent.

Genitalium vero mutationes præ reliquis attentionem merentur, genitalia licet externa & vagina ad naturæ exemplar formata sint. Cum intestinis uteri fundus cohæret, cum vesica urinaria tota pars anterior corporis, similis posterior cum intestino recto. Totam reliquam pelvis capacitatem duriora corpora copiosa, crassa cellulosa revincta replent, vasis sanguiferis & musculis ita immixta, ut omnibus in unam massam confusis nil organici egregie distingui possit. Uteri substantia sueta paullum durior in fundo, ad cervicem naturalis, & egregie arbusculis suis distincta est. Ad orificii uterini partem sinistram & inferiorem tumor prominet albicans, oblongus, in plures lobulos minores eleganter incisus (*b*). Interior uteri superficies inæqualis est & aspera, peculiari substantia tecta, quæ cum pulpa ex ovis congelatis facta comparari potest, quæque ex innumeris corpusculis confluxit, minoribus, partim albicantibus, partim rubellis, in tomentum quasi collectis. Eadem substantia in tubarum originem continuatur.

Distinctæ & conspicuæ tubæ Fallopianæ non adsunt, sed ex utero per semipollicis quasi longitudinem in dextro latere canalis, in longitudinem modice plicatus, abit, qui deformem pelvis massam perforando in cæcum canalem scirrhosæ glandulæ inhærentem finitur. Vix in sinistro latere tubæ obscurum ad originem vestigium superest. Neque etiam ovarii species in deformi ejusdem lateris massa discernitur: obscura forsan rudera in cruento & spongioso deformis massæ spatio latent. Totam regionem pelvis sinistram corpora dicta indurata replent, quæ accuratissime glandularum mesentericarum supra descriptarum habitum speciemque præ se ferunt. Oblique omnia ita in pelvi sita sunt, ut sinistra ista corpora simul ad anteriorem regionem spectent. Quæ vero dextra sunt, ad posteriora magis pertinent, cum recto intestino cohærentia. Parciores in dextro latere istiusmodi scirrhi sunt, superiorem solam pelvim occupantes; inferiorem farcit cellulosa quædam crassa cum sanguiferis vasis, muscularibus fibris & adiposis globulis confusa. In medio hoc glomere ovarium collocatur, suetæ molis, sueta substantia spongiosa plenum vasisque sanguineis. Nullum inest corporis lutei effigies, neque

(*b*) Cf. Loca *Hippocratica* supra ad §. XI. excitata de osculis exasperatis & accretis callis.

que etiam plures veſiculas Graafianas hoſpitio excipit, ſed unicam majorem tres quatuorve lineas diametro æquantem, aliamque minorem. Verſus infimum lateris ſiniſtri corpusculum ſcirrhoſum tuba Fallopiana finitur.

XIX.

Hactenus adumbrata deſcriptio in dubio non relinquit, veneream colluviem depoſitam ſpiſſatamque eſſe in cellulоſa peritonæi & pelvis, in lymphaticis meſenterii, meſocoli & pelvis; glandulis atque in utero, in quo acrimonia rodens internam ſuperficiem exaſperavit. Abunde etiam perſpicimus colluviei abundantiam plures partes ſimul invadere, atque ovaria; tubas, uterique habitum naturalem deſtruendo ſterilitatem inducere; permanentem eam, ſcirrhoſæ licet feliciori cura concretiones reſolvantur. Quis enim medicamentis tubas & ovaria corpori reddet? Pulmonum cum pleura concretio, quales in pleriſque phthiſicorum cadaveribus notantur, eidem colluviei debetur. In toto corpore ulceris nulla veſtigia fuere.: memorabile ergo hæc obſervatio phthiſeos ſine ulcere (*i*) exemplum ſiſtit; ex ſolis ſcirrhoſis concretionibus ſubnatæ.

XX.

Obſervationum altera *ſanatum uteri ſcirrhum* recenſet. Femina octo & viginti quaſi annos nata; proceri corporis, ſanguinis ſuccorumque, cum valeret, pleniſſima; decimo & octavo anno ætatis puerum enixa erat. Abhinc eo tempore fluore albo uterino, cum nulla mali venerei ſpecie vel menſtruorum ſuppreſſione laborans ſterilem uterum geſſit hyſtericiſque affectibus vexatum. Superioris anni vere menſtrua cum albo fluore ſuppreſſa, excretumque ſub ſecundi menſis finem ſanguineum coagulum conceptionis ſimulacra fecerunt. Inde vero ab eo tempore febris lentæ inconſtantem moroſitatem perpeſſa eſt, frigus æſtumque volatiles, melancholica pathemata; ſitim aliave cum doloris ſenſu in pelvis & iliorum regione. Medicaſter in conſilium adhibitus calidioribus medicamentis malum valdopere auxit. Sub finem Maji Excell. *Præſes* morbi rationem cognoſcit ex ſymptomatibus æque ac loci affecti exploratione. Lenta febris augmenta capit, frequenter horrore & frigore corpus univerſum corripitur, quos ardores volatiles viciſſim, maxime faciei, excipiunt. Inquietudo ægram perpetim agitat. Sæpius reſpiratio propemodum ceſſat, ut ſe ſuffocatum iri metuat; ſimulque, dum ægrius ſpirat, ſpasmodicos dolores per univerſum corpus ſentit, qui

(*i*) Cf. Ill. Facult. Primarii *Georg. Gottl. Richteri* Progr. de phthiſi ſine ulcere. A. 1744.

qui vel vocem intercipiant, rigidum & immobile corpus tactumque cutis molestum & dolentem reddant. Situm supinum melius fert ægra quam erectum. Parca alimenta recipit, neque enim eadem appetit, neque ab iisdem reficitur; languet appetitus & corpus olim obesum emaciatur. De sensu ponderis, quod ad pelvim refert, conqueritur; corpus in pelvim descendere, pelvim replere, quin mobile esse, excretione alvi lotiique impedire & doloris plenam reddere animadvertit. Digitus explorans orificium uteri durum & in duo labia integerrime divisum deprehendit. Pone orificium tumor uteri durus integram pelvim replet, in superiorem pelvis aperturam longe descendit, vesicam urinariam & intestinum rectum comprimit. Orificium tactu pressum dolet. Nihil neque menstruorum, neque albi liquoris ex utero profluit. Per integrum mensem lunium rotulas chalybeatas ingenti copia cum lactis sero & herbarum recentium, beccabungæ, chærefolii, hederæ terrestris, lactucæ, nasturtii aquatici succo pro medicaminibus recipit. Aliquoties licet seri vis de die alvum laxet, morbus tamen immutatus manet, quin augetur.

Dolosas quidem morbus tectasque insidias struit hoc mense; uteri tumor imminui videtur, supra pelvim in abdominis cavum ascendere, dolore tactus liberari; quare sensus in pelvi ponderis cessat, facilis ingressio fit, intestinum rectum & vesica sine labore evacuantur, cum appetitu nutrimenta ingeruntur.

Minus vero tutas inducias esse per binas modo dies, sextum mensis septimumque subsistens sanguinis fluxus parcus, & insequentia symptomata suffocantia & spastica ea nocte, quæ inter septimam & octavam diem media est, monuerunt. Neque etiam constantia fuere gaudia. Vigesima enim & septima die parum ex genitalibus sanguinis profluxit. Inde vero aperto rursus agmine hostis invasit, augetur lenta febris, vagi paroxysmorum errores in typum ordinemque figuntur, quotidie horis vespertinis horrorem æstus, æstum sudor excipit, tandem & sicca tussis morbo adjungitur, reliquaque symptomata exacerbantur; præ lumborum dolore & difficiliori ingressu lecto adfigitur, ponderis tensionisque in pube sensus acuitur, vesica & rectum intestinum ægerrime deplentur, genitalia lumbique subinde punctionis dolorem derepente sentiunt.

Sub initium itaque Julii medicationis consilium ab Excell. *Præside* mutatum est. Per tres hebdomades quotidie matutino tempore alvus soluta est, primum electuario mundificante, dein altera totius intervalli periodo ob electuarii aliorumque medicamentorum tædia pilulis jalappinis cum refracta mercurii dulcis dosi. Simul qualibet tertia die tempore vespertino dulcem mercurium recepit. Prima decem, secunda quindecim, reliquæ viginti granorum doses fuerunt. Ita cum optimo successu uterus reseratus est. Vigesima & prima mensis Julii sequentibusque

busque diebus albicans lympha e genitalibus effusa est: a die vigesima & quinta lympha mutatur in copiosum sanguinem, cujus quidem quantitas sensim licet minuatur, ad medium tamen Augusti mensis modicum profluvium, morbumque solvens protrahitur. Non solum enim benignus nulloque dolore turbatus fluxus fuit, sed & omnem morbum abstulit: sub ipsum fluxum omnis lentæ febris simulacrum deletum est, omnis dolor sopitus, omnia symptomata pulsa, ipsa femina cum sanitate, si modicus uteri tumor permanensque sterilitas excipiantur, in constantem gratiam rediit: is etiam levis tumor rariori a fluxu isto critico mercurialium usu penitus solutus est. Sub initium jam Septembris viribus denuo valet, carne & pinguedine ut olim tecta est, indeque etiam menstruo profluvio recte purgata. Sequenti anno, sive hac, qua hæc scribuntur, tempestate, inconcussa sanitas manet. Ovariorum forsan, ut superiori observatione, læsio permanente sterilitate conceptum ab utero arcet.

EXPLICATIO FIGURARUM,

Priorem observationem illustrantium.

FIGURA I.

Externa genitalia, vagina & uteri cervix a sueta forma non recedunt.

Sectio uteri vaginæ & externorum genitalium longitudinem sequitur. Versus latus sinistrum uterus eo scopo depressus est, ut ovarium dextrum appareat.

a. Labia sinus externi.
b. Clitoris.
c. c. Nymphæ.
d. Urethræ orificium cum ambiente colliculo.
e. e. Sinus mucosi.
f. Vaginæ columna superior s. anterior.
g. Vaginæ columna inferior s. posterior.
h. Anterior cervicis uteri columna.
i. Similis posterior.
l. Spatium circulare inter os uteri in vaginam propendens & vaginam ipsam medium.

Præ reliquis vero partibus memoratu dignæ sunt.

A. Mem-


Fig. 1.
G
G
E
O
I
L
H
M
N
h
L
H
H
i
B.
g
A
e
d
c
c
b
a
Fig. 2
C
A
B
B
D

A. Membrana ad vaginæ oſtium poſita, quæ ex deſtructo hymene reſidua eſt: parum licet promineat, continua tamen, neque interrupta procedit, neque in carunculas diviſa.

B. B. B. B. B. Hisce in ſedibus ſectus eſt uterus, quo melius interiora compareant.

C. Interna uteri ſuperficies, aſpera & inæqualis.

D. Tubæ Fallopianæ ſiniſtræ initium.

E. Tuba Fallopiana dextra.

F. Deformes regionis ſiniſtræ maſſæ ſcirrhoſæ.

G. Spatium cruentum & ſpongioſum.

H. Confuſa regionis dextræ ſubſtantia.

I. Ovarium dextrum.

L. Major veſicula Graafiana perſciſſa.

M. Similis minor.

N. Pars ſuperficiei externæ uteri.

O. Scirrhoſa dextri lateris glandula, in quam tuba finitur.

FIGURA II.

Situs orificii in icone ita inverſus eſt, ut dextræ rimæ plaga ad ſuperiora ſpectet, ſiniſtra ad inferiora.

A. Os uteri prominens.

B. B. Superior vaginæ portio.

C. Rima orificii tranſverſa. Hac parte dextra rimæ plaga eſt.

D. Hac parte ſiniſtra rimæ plaga eſt, ſimulque apparet tumor orificii albicans & in lobulos diſtinctus.

F I N I S.

CXLII.

GEORG. DAN. COSCHWITZ

ET

GEORG. HENRICI HATZFELD,

DE

VIRGINE HYDROPICA,

UTERI MOLA SIMUL LABORANTE.

Halæ Sept. 1725.

PROOEMIUM.

QUodſi unquam effatum Hippocratis, Totum hominem morbum eſſe; pro certo haberi potuerit; ſane illud veritatis teſtimonium meretur reſpectu ſexus quem ſequiorem vocamus. Omnem enim hominem cujuſcunque ille ſexus fuerit, multiplicem diſpoſitionem ad morbos; ad corruptionem habere, nemo quidem eſt qui neſcit, & qui artem medicam ſecundum ſanam rationem exercent; optime norunt hominem ipſum corruptionis principia in proprii corporis mixtione ſecum portare, cauſamque mortis in ſinu proprio fovere: verum quicunque humani generis calamitates vere perſpectas habet, & in ſpecie, quibus ſanitatis & morborum cura concredita eſt, illis procul dubio nullum reſtare poterit dubium, quin ſerio affirment, quod ſexus muliebris, multas ob cauſas, præ virili, pluribus, iiſque gravioribus, imo aliquando vix perſcrutandis affectibus morboſis conflictetur.

Quem enim latet in quantas ſæpiſſime calamitates atque miſerias dilabantur foemellæ, ratione negotii generationis prolis: quibus moleſtiis afficiantur ſub multo aut toto graviditatis tempore: quantis doloribus ſubjiciantur, ante, ſub, & poſt partum, etiamſi legitimus ille fuerit. Quantum ipſis demum laboris non ſolum, ſed graviſſimi periculi adcreſcat atque immineat, ſi partus difficilis, & illegitimus, ex cauſa ſitus illegitimi fetus in utero fuerit, illi optime perſpicere valent, qui miſeris fœmellis in tali ſtatu ſuppetias ferre, manuſque auxiliatrices præbere, neceſſe habent.

Ne quidquam jam adferam, de vitæ ratione, cui utplurimum ſequior ſexus, ut minus mobili, per regulas modeſtiæ & morum, a juventute uſque adſtringitur; de qua citra omnem contradictionem fateri cogimur, quod multiplicem morborum multorum cauſam ſuppeditet, a quibus nobilior ſexus, ob mobile vitæ genus illi magis conceſſum, immunis ſæpiſſime manere poteſt, id ſane attentionem noſtram excitare poterit, quod naturale illud ſanitatis præſidium, quod ipſis fœmellis a ſecundo, annorum ſeptenario, ad ſeptimi uſque finem, a natura conceſſum atque datum eſt, multis ſane numeris, (ſi a regula naturali deflectat) cauſa læſionum ſanitatis, & afflictionum morboſarum evadat atque exiſtat.

Tributum lunare, quod menſtruum fluxum appellamus ſanitatis fœminarum præſidium eſſe, quamdiu ordinem naturalem ſervat, quis eſt qui neſcit? hoc enim vigente a ſanguinis abundantia, ſub vita ſedentaria illis maximopere noxia, tempeſtive præſervantur, & tanto aptiores redduntur illi negotio, cujus gratia fœmina prima, primo marito primario aſſociata fuit: ſed quis eſt qui neſciat; menſium initium frequentiſſime morborum muliebrium initium eſſe, nec menſium finem morborum finem conſtituere; ſed tum demum fœmellas utplurimum pluribus infirmitatibus ſubjectas fieri, quando ſupra citatus menſium terminus ſuum obtinuit finem.

 Et

Et sicut menstrui fluxus initium ac finis multis afflictionibus viam sternunt; ita sane nec reliquum successui hujus negotii tempus dicatum a tali culpa liberum manet, sed, dum variis anomaliis ac turbis negotium menstruum expositum est, ab his quoque variæ ægritudines, & læsiones, in specie circa abdominis viscera, ortum ducunt, a quibus partim debitæ secretiones impediuntur, partim humorum restagnationes, vasorum rupturæ, humorum effusiones producuntur, partim quoque insolitæ collectiones, & concreta solidescentia generantur.

Hujus rei ut aliquod exemplum notabile præsenti tractatione pervolvam, instituti nunc ratio jubet: cum studiis academicis publice valedicturo, mihique honoris publice titulum impetraturo leges atque statuta injungant, ut specimen aliquod inaugurale ante mei dicessum edisseram. Quapropter casum præsentem, de virgine hydropica uteri mola simul laborante, *ex communicatione Excellentissimi Dni Præsidis acceptum, resolvere atque pervolvere suscepi, spe fretus, quod* summum numen, *vires animi & corporis, pro indaganda veritate, non sit denegaturum.*

CASUS.

CHristina Iliassin, annos 54. nata, habitus corporis sanguineo melancholici, quæ in juventute vitæ generi laborioso addicta fuerat, & sub tristissima ac crudelissima gallorum in Palatinatum invasione fortunæ bona amiserat, ut postmodum aliis serviendo & famulando, necessitatem sibi comparare opus haberet, honestam tamen vitam agens, ad 38 annum circiter sanitate satis firma gaudebat, ut laboribus consuetis satisfacere posset. Cum autem semper plethorica esset, & abhinc vitæ genus mobile & laboriosum cum magis sedentario permutaret, mensium fluxum primo largiorem, deinceps immodicum & nimium, per duos aut tres menses durantem incurrebat; cujus rei pertæsa consilium implorabat medici, quod tunc temporis ita dirigebatur, ut tam V. Sbus ordinatis ac tempestivis, quam medicamentis temperantibus, temperatisque balsamicis & tonicis menstruus fluxus in ordinem satis felici successu redigeretur. Post quatuor demum circiter annos, cum ægra V. Snes præservatorias iterum negligeret, & ex vitæ tenuiore conditione, inferiorum præcipue partium refrigerationi, subjiceretur, iterum incidebat mensium fluxum non equidem immodicum, sed inordinatum, cum intercurrentibus sanguinis restagnationibus ad renes, calculum renalem sæpe mentientibus: quibus permota hinc inde apud medicos æque ac medicastros opem quærebat, & medicamentis lithonthrypticis utens variis atque diversis, mictum incidebat cruentum sæpius recurrentem, sub cujus continuatione aliquando etiam aliquid sabulosi & calculosi excernebatur.

Præfentem hunc moleftum adfectum abigere intendebat per multiplicem ufum remediorum partim domefticorum, partim pharmaceuticorum, traumaticorum & adftringentium, unde menfium experiebatur fuppreffionem ultra annum durantem, & hinc oriunda pathemata œdematofa circa pedes. Evanefcebant iterum tumores cum ægrotantis levamine, poftquam menfium fluxus in ordinem redactus fuerat: quæ tamen reftitutio non admodum conftans effe poterat, propter diætam victumque minus regularem, cui ægram exponebat curta fuppellex. Hinc menftrui fluxus, nunc defectus, nunc exceffus, nunc tumores œdematofi, nunc etiam vomitus cruentus intercurrens, per vices fe invicem excipiebant; ita ut per 7 vel 8 annos noftra perpetua effet valetudinaria, & ob vitæ honeftatem ubique notam, fimulque cognitam pauperiem, in Nofocomium reciperetur. Hic degens, ad annum 50. ufque non modo menftruum fluxum, fub circumftantiis fupra citatis retinebat, fed poft quinquagefimum quoque, exceffum ipfius ita patiebatur, ut ferme non amplius menftrui fluxus, fed hæmorrhagiæ uterinæ continuatæ titulum mereretur: dum fanguis per genitalia non modo continue ftillabat, fed per vices, modo menftruas, modo trimeftres, modo femeftres, præterea cum impetu & fœtore prorumpebat. Durante hoc ftatu color faciei manebat fatis floridus, vires autem fucceffive decrefcebant, appetitus erat vagus, mox proftratus, mox vero bonus: tumores autem œdematofi, foveam a digitorum preffione recipientes, conftanterque permanentes, ab inferioribus adfcendebant, ufque ad abdomen, quod tandem etiam atque etiam cum fenfu fluctuationis aquarum, & doloribus torminofis tumefcebat, ita ut refpectu hujus hydropem afcitem, in cruribus & pedibus tumorem anafarcoidem adeffe, non dubitare poffet. Decumbens ita, fub remediorum quæ pro re nata congrua videbantur ufu, ægra, octiduo ante ipfius mortem, fimul & femel conqueritur de graviffimis ac plane infolitis, intolerabilibus doloribus in abdomine verfus pubem excurrentibus, per nyćthymerum durantibus, adeo ægram excruciantibus, ut fere defperabunda abdominis incifionem anxie efflagitaret: & cum denique de mole aliqua gravi & premente in pudendis, (quafi vefica urinaria procidentiam minaretur) conquefta effet, mulierculæ adftantes perterritæ obftetricem proximam accerfunt, ut ægram inviferet, fimulque vifitaret, quidnam infoliti adeffet, poftquam antea enemata & carminativa ex medici præfcripto adhibita fuerant. Obftetrix adveniens vifitanfque affeverabat, fe intra vaginam uteri corpus aliquod folidum quidem deprehendere, fed fe nefcire fatebatur, quidnam exinde concludere deberet, ideoque ægram iterum relinquebat: quo facto poft duas circiter horas, adftantibus mulierculis, fub atrociffimis doloribus & accedente lipothymia, ex utero prorumpebat fruftum aliquod carnofum folidum, nullam certam figuram referens, nifi quam a loco detentionis acceperat; unde ad hujus figuram pyriforme quafi adparebat, cum fubfe-

quen-

quente copiosa sanguinis profusione, qui maximo fœtore inquinatus erat; manente tamen reliqua abdominis ascitici mole tumida. Obstetrix rediens frustumque exclusum, molæ titulum revera merens, adspiciens, dubia circa judicium hæsitans, hinc inde excurrens, rumorem facti spargebat, & demum revertens ad medici cujusdam, quo cum se casum communicasse ajebat, judicium (& quidem si relatio vera fuerit, satis ineptum) provocans, declarabat concretum illud exclusum quidem pro mola, sed cum additamento, quod non nisi læsa virginitate ægræ, ex concubitu vel cum mare, vel cum bruto quodam celebrato, progigni potuisset. Rumore ita per urbem sparso, ægra animo quidem sibi constans, sed viribus successive deficientibus, extremi vitæ periculi conscia facta, partim ab Ecclesiæ Ministro, partim a medico ordinario & jurato, de veritate facti interrogata, sub provocatione ad extremum judicium quod mox expectaret, respondebat, se nusquam licet paupercula fuisset, in hoc puncto leges castitatis violasse, nec unquam per totam vitam cum ullo mare rem habuisse; sed animam cum corpore a tali flagitio mundam ac liberam salvatori tradituram esse; quo facto sequenti die placide animam exspirabat.

Defunctæ corpus cultro anatomico subjectum sequentia perlustrantibus nobis offerebat:

Abdomen tumidum apertum totum aqua serosa flavescente repletum erat, ita ut plus quam 20 mensuræ ipsius effluerent, atque in illa omnia hujus cavitatis viscera natitarent, & quidem curioso adspectu, dum ad unum omnia sine exceptione, grandinibus quasi pellucidis, vel sacharo candisato, undiquaque adspersa apparerent.

Hepar in specie totum erat induratum, scirrhosum, ac pallidum: similem quoque læsionem patientibus glandulis mesenterii, instar nucum avellanarum conspicuis. Intestina multis flatibus erant extensa. Lien a sanguine turgescebat vehementer, coloremque habebat coeruleo-nigricantem.

Uterus iterum erat collapsus, & ferme ad magnitudinem naturalem redactus, post dissectionem tamen in ipsius cavitate vestigia sphacelationis reperiebantur.

In thoracis cavitate non minus serum extravasatum reperiebatur, & speciem hydropis pectoris designabat: de reliquo tamen præter duos in corde repertos polypos sat magnos nihil præternaturale hæc cavitas inspicientibus offerebat.

Mola ipsa exclusa in examen vocata, exteriore sui facie erat lævis & glabra, fibris carneis sat firmis dotata, & in summitate latiore vestigium cohæsionis immediatæ cum utero monstrastat: pondus ipsius erat $1\frac{1}{2}$ ℔. dimensio ipsius longitudine spithamam, circumferentia unam cum dimidia, æquabat. Per longitudinem dissecta, fibrosa & cavernosa apparebat,

ita

ita ut tres cavernæ longitudinales ſanguine congrumato repletæ eſſent: de reliquo nulla formalis aut diſtincta cavitas, nec quidquam aliud in ipſa contentum deprehendebatur.

RESOLUTIO.

Affectum in caſu propoſitum non ſimplicem, ſed complicatum, eundemque primario fuiſſe, quem Diſſertationis titulus ſiſtit, nemo ut ſpero inficiabitur. Hydropem enim præſentem, quæ in collectione ſeri extravaſati, vel ſub cute, vel in abdominis cavitate, hincque oborto tumore conſiſtit, deſignant partim tumores pedum œdematoſi ad abdomen uſque adſcendentes, perennantes, foveamque a digitorum preſſione accipientes: partim abdominis expanſio tumida, cum ſenſu fluctuationis aquarum: partim denique, & quidem omnium certiſſime, aqua non modo intercutis, ſed in abdominis cavitate ad 20 menſuras uſque effuſa, poſt mortem ſub ſectione reperta: ne dicam de pectoris hydrope particulari, quam aqua in ipſius cavo extravaſata referebat.

Molam vero uteri adfuiſſe, eaque ægram præſentem ſimul laboraſſe, (licet a priori demonſtratu difficillimum fuiſſet) a poſteriori tamen clariſſimum eſt, dum fruſtum illud carnoſum deforme, ſolidum, & cavernoſum, vita deſtitutum, ex utero ſub graviſſimis doloribus excluſum, de ſui præſentia abundantiſſime teſtatur. Conſentiunt enim in eo medici ad unum omnes, quod mola ſit concrementum aliquod vel membranoſo-vel carnoſo-fibroſum, modo parvum, modo prægrande, in utero mulierum aliquando generatum, diuque in utero geſtatum; in eo tamen a fetu & conceptu vero differens, quod neque illius formam referat, neque vita gaudeat, ſed tanquam maſſa informis, moleſque mortua in utero geratur, donec breviore aut longiore tempore abſoluto, tandem excludatur; vel etiam penitus in utero detineatur, & ſub ſectionibus poſt mortem reperiatur: cui germanico idiomate titulus imponitur: *Ein Mond-Kalb*, *Mond-Frucht*, *böſe Frucht*. Ubi tamen ſimul differentia molæ, ab uteri excreſcentiis bene notanda venit, in eo poſita, quod hæ ex ſubſtantia uteri proveniant, cum illo verum continuum conſtituant, &, ſi excludantur, uterum ipſum foras ſecum trahant: illæ autem per modum agglutinationis quaſi, cum utero quidem cohæreant (dum ad inſtar placentæ uterinæ in illo obfirmantur, per vaſa intercedentia nutrimentum capiunt) ſed motu uteri conſtrictorio ab interna illius ſuperficie diſſolvantur, & extra uterum protrudantur.

Sicut affectus ipſe complicatus exiſtit, ita quiſque facile agnoſcet; *ſubjectum* ipſius quoque haud ſimplex eſſe poſſe: aliud enim hydropis, aliud vero molæ eſſe debet. Hydropis itaque ſubjectum partim conſtituit exter-

nus habitus corporis, quatenus a fero extravafato & fub cute hærente turget atque expanditur, & fibræ ipfius relaxatæ & emollitæ, aquæ intercuti fpatium collectionis concedunt: partim abdominis cavitas, quippe quæ a fero extravafato repleta ultra modum extenditur, ita ut peritonæum, æque ac abdominis mufculi eandem expanfionem præternaturalem patiantur: ut taceam in noftro individuo de thoracis cavo, quod fimilem ob caufam hydropicæ collectionis fubjectum dici meretur.

Molæ fubjectum uterum fuiffe declaro, dum ejus concrementum non modo in utero fucceffive collectum, fed diu quoque affervatum atque detentum fuit, præterea cum ipfius fubftantia cohæfit, ejufque expanfionem & diftenfionem præternaturalem poft fe traxit.

Caufæ affectus dum exponendæ funt; primo in confiderationem venit hydropis *caufa materialis proxima*: quæ alia non eft, quam ferum extravafatum, ex parte cum lymphatico humore permixtum. Hoc enim ferum, dum in majore quam par eft copia intra fibrofam externi habitus compagem fefe infinuat, atque in illa ftagnat, expanfionem illius tumidam producit, fibras relaxat, molliores reddit; & quoniam fanguinis ingreffum fuperat, coloris pallidi, facilifque impreffionis fovearum caufa exiftit; ut tumor hydropicus anafarcam referens adeffe adpareat.

Cum vero fimul e vafis partium internarum lymphaticis ruptis profluat, & intra abdominis cavum colligatur, ibique egreffum ob peritonæi denfitatem haud facile inveniat; hic loci afciticum tumorem producit.

Hæc feri extravafatio *caufam antecedentem proximiorem* agnofcit vaforum lymphaticorum læfionem five illa confiftat in actuali ruptura, quam potiffimum copiofa illa collectio feri in abdomine, & thoracis cavo, fequitur, dum ex vafis continentis defectu, materia contenta effluxum patitur: five in nimia illorum diftenfione, a lymphæ & feri reftagnatione prægreffa, fub qua fubftantia tunicarum vafa lymphatica componentium, tenuior facta, feri tenuioris faciliorem & copioforem tranfudationem concedit.

Remotiorem autem caufam hydropici tumoris, æque ac ipfius vaforum lymphaticorum rupturæ optimo jure ponere poffum in hepatis & glandularum mefaraicarum induratione fcirrhofa: cum enim hæ partes tam depurationi fanguinis a fero, quam lymphæ depurationi & rectificationi dicatæ, pro hoc officio, quoad tubulos & ductus in iis confpicuos, apertæ ac liberæ effe debeant, mirandum non eft, fi in tali indurationis ftatu, vafis & ductibus hepatis & glandularum undique applicatis atque obftructis, ferofa colluvies in humorum maffa adaugeatur, & ita aucta, partim fibrofam teneriorum partium compagem emolliendo & relaxando; partim lymphatica vafa diftendendo, moleque fua perrumpendo, tranfitus viam fibi pariat: ne dicam, quod improbabile haud fit, lympham a diutiore cum fero falfo connubio, propter denegatam tempeftivam ab

invi-

invicem ſeparationem, acriorem factam, vaſculorum teneriorum lymphaticorum eroſionem poſt ſe trahere poſſe.

Hujus indurationis, præcipue in hepate culpam, & cauſam procatarcticam merito in menſium turbato negotio repono: cum enim per notabile tempus inordinatus hic fluxus variis reſtagnationibus ſanguinis, ad renes, æque ac ad ventriculum, & tam mictui, quam vomitui cruento, anſam dederit, nullum ſane reſtat dubium, quin hepar ſimile quid fuerit paſſum: unde a regurgitatione & reſtagnatione ſanguinis circa hepar & in ipſo facta, primo vaſorum hepaticorum expanſio & diſtenſio cum ſubſequente debiti toni relaxatione ortum duxit. Hinc facili negotio impuritates in ſanguine hærentes, & ad hepar delatæ, non modo debitam ſui ſequeſtrationem hic non invenerunt, ſed eadem facilitate locum quoque adhæſionis ſucceſſivæ in ductibus & tubulis repererunt, quos ſucceſſive oppilarunt; & cum quotidie majus ceperint augmentum, ſimile quoque damnum glandulis meſaraicis contraxerunt, dum lympha a ſero mucidior facta harum quoque tubulos anguſtiores, ſine magna difficultate opplere potuit.

Et hoc quidem in præſente caſu tanto facilius, quanto magis manum auxiliatricem præbuit remediorum traumaticorum & adſtringentium uſus, pro tollendo mictu cruento adhibitus; quem menſium ſuppreſſio ultra annum durans excipiebat. Horum enim uſu, aut potius abuſu, poſitiva quoque vaſorum & ductuum conſtrictio & anguſtatio producta fuit, ſub qua oppilatio a materia peccante ſuperius nominata, tanto firmiores agere potuit radices.

Molam uterinam ejuſque cauſas nunc quoque percontari ſi debeo; mox ab initio mentem meam declaro, me non ab illorum partibus ſtare, qui cum veteribus molarum generationem ex ſpermatis virilis & muliebris commixtione deducunt; atque ex inde concludere volunt, molas non niſi ex concubitu cum mare facto, generari atque produci: neque illorum, qui ex ſtructura membranacea quarundam molarum, illas ex materia ſpermatica, generatas concludunt; cum tota illa hypotheſis veterum de partium ſolidarum generatione ex variis humoribus, noſtris temporibus lubrica & falſa deprehendatur, omnibuſque jam notum ſit, corporis noſtri ſolidas partes, lympham nutritiam, tanquam proximam nutritionis materiam, cum ſanguine advectam, agnoſcere.

Quamobrem potius cauſam materialem, molarum in utero concretarum proximam, duplicem ſtatuo: quod nempe vel ex ſanguineo coagulo intra uterum collecto, vel ex ovulo muliebri, ad uterum quidem devoluto, ſed infœcundo, ſua capiant primordia. Dubium equidem videri poſſet; ex ſanguineo coagulo in utero collecto concrementum fibroſo-carnoſum oriri, cum notiſſimum ſit, ſanguinem coagulatum faciliori negotio in corruptionem putredinoſam abire, atque ab hac potius in liquamen fœtidum diſſolvi, quam in ſolideſcens aliquod fruſtum concreſcere:

adparet tamen poffibilitas hujus concretionis, ex generatione polyporum in corde; quippe qui maximam partem ex fanguine prius coagulato, & demum in fibras carneas mutato, conftant, ita ut ordinarie quafi ex uno latere concremento fibrofo coagulum fanguinis adhuc adhæreat, aut ipfi fibrofæ compagi interpofitum fit: ut taceam intimiorem fanguinis mixtionem, in qua curiofiores medici, fibrofam fubtiliffimam, feu lanuginofam fubftantiam jam dudum monftrarunt, atque abhinc afferuerunt, ex fanguine, præcipue arteriofo, partes noftri corporis folidas, materiam nutritiam, per appofitionem harum particularum, accipere; cum fibrofam hanc fubtiliorem fubftantiam potiffimum ad lympham in fanguine hærentem referant: unde haud contra rationem afleverari poffe autumo; quod in noftra etiam ægra, ex prægreffo inordinato menfium negotio, variifque ejufdem in cafu notatis anomaliis, concretio illa molaris materialiter primordia fua capere potuerit, quando nempe ex reliquiis fanguinis per uterum excreti, intra hujus cavitatem forfan remanentibus, ipfique utero adhærefcentibus, primum quafi corpus fuppeditatum fuit pro molæ uterinæ fubfequente efformatione; quæ tractu temporis & fucceffive, fub novo fanguinis arteriofi, per minores etiam uteri arteriolas appulfu, fuccedere, augmentumque capere potuit.

Sicut enim in formatione & nutritione fetus, fub fucceffiva uteri expanfione, per vafcula arteriofa uteri fubftantiam perreptantia fanguis arteriofus lympha nutritia refertus advehitur, ut inde partim placenta uterina cum adnexis, partim per illam ipfe fetus nutrimentum & augmentum capiat; ita non minus hoc negotium fuccedere valet in procreatione molarum: quando enim fub menftruo fluxu vafcula fanguifera uteri patent, cruoremque fundunt; neceffario uterus turgidulus exiftit, ejufque cavitas ceteroquin parva, pro neceffitate dilatari debet, quo fanguinem affluentem recipiat, receptumque iterum dimittat. Pofito itaque, quod hujus fanguinis aliqua portio fpiffior atque grumefcens, fibrofis illis ftaminibus referta, in utero detineatur, nec plenarie, uti fieri deberet, excernatur; fane hoc ipfo debita uteri, poft abfolutum menftruum negotium, contractio in ftatum naturalem impeditur, quo fit, ut vafcula etiam exiliora in uteri fubftantia haud debite claudantur, & ita affluxus fanguinei via aliqua aperta maneat, atque materia illa facile accedat, qua interveniente corpus illud p. n. in utero contentum cum ipfo conglutinetur, & adhærefcat: quo facto communicatio fanguinis per dictas vias tanto fit facilior, & indies ipfa mola femel concepta, quotidianum incrementum capit, uterum pro rata diftendit, eoque ipfo majorem vafculorum fanguiferorum numerum in confenfum rapit: adeo, ut non folum materiam nutritionis pro mola largiantur, fed etiam, prout in ejufmodi cafibus utplurimum fieri folet, fuperflua fanguinis affufi portio extra uterum ejiciatur, & quemadmodum in noftra quoque ægra factum eft, continuum fanguinis ex utero profluvium excitetur.

Alte-

Alteram caufarum materialium molarum uterinarum in fuperioribus, ovulum effe muliebre infœcundum, adftruxi: qua de re, ut mentem nunc explicem meam, notandum eft. (1) Ovula muliebria f. n. quidem femper conftituere materiam proximam fetus in utero formandi: (2) Quod ovulum pro formando exinde fetu ab ovario debeat fecedere & ad uteri cavum per tubam fallopianam devolvi: (3) Ovula ab ovario non fecedere aut excludi, nifi fuerint matura, atque ab immaturis per magnitudinem fefe diftinxerint: (4) Quod ovula licet ab ovario fecedentia, nifi acceffu fpermatis virilis debito fœcundentur, infœcunda maneant, titulumque fubventaneorum obtineant. (5) Ovula illa liquidum quod fpermaticum vocatur, continere mediante fubftantia membranacea, extrinfecus materiam contentam involvente, & hanc fubftantiam, Tò effe quoque dare membranis fœtum ambientibus, amnio nempe, & chorio. (6) Ovula ex ovario fecedentia a petiolo quafi pendere, eoque tanquam primo placentæ uterinæ & funiculi umbilicalis rudimento, uteri internæ faciei adhærere, perque illius cum vafculis uteri commercium, nutrimentum accipere.

Ex quibus omnibus in genere coll'go: 1. Ex fententia graviffimorum authorum ovula tam fœcunda, quam infœcunda ab ovario ad uterum defcendere: 2. Ovulum, quando ad uterum defcendit, vel ut fœcundum in utero denineri, atque in illo fœtum revera formari: vel ut infœcundum nullius ufus effe, fuique excretionem ex utero mereri. 3. Extra dubium quoque pofitum effe, quod concurrentibus reliquis circumftantiis, fub infequente proximo fluxu menftruo fæpiffime talia ovula fubventanea extra uterum una cum fanguine prolabantur & ejiciantur, infciis licet fœminis. 4. Poffibile tamen effe, nec fanæ rationi contrariari; quod aliquando ovulum tale præter meritum non ejiciatur, fed intra uterum detineatur, ibique petiolo fuo adhærefcat & agglutinetur, &, fi forfan circa negotii menftrui tempora ita contingat, per vafcula fanguifera magis aperta primordia nutritionis, accipiat; quæ tamen in tali cafu, deficiente fœcundationis principio, non in formatione fetus, & corporis mechanici terminatur, fed in fola membranofæ fubftantiæ explicatione, expanfione, & nutritione confiftit, quæ, cum in longum & latum fuccedat, craffitiem talem extraordinariam in illis tunicis, five pelliculis ovuli expanfis producit, qua intus quoque contenta materia liquida, S. n. corporis infantilis ftructuræ deftinata, plane difturbetur, & quafi confumatur; fruftumque tale informe fpongiofo-fibrofum, modo prægrande, modo minoris molis, pro diverfitate temporis geftationis, inde producatur; quod eadem fymptomata hæmorrhagica, de quibus antea dictum eft, præfentia fua, ex iifdem quoque rationibus producere valet: qua utraque deducta & explicata caufa non nego, mihi verofimile videri, quod illa concrementa molaria, quæ fubftantiam non

modo, sed figuram quoque magis membranoso - fibrosam referunt, ac polypos quasi æmulantur, ex sanguinis coagulo probabiliter oriantur: illa vero, quæ magis ad ovalem rotundam accedunt formam, ac intus cavitatibus gaudent, firmiusque compacta sunt, ex ovulo generata fuerint.

Causam antecedentem hujus molæ duplici quoque modo in nostra ægra quæri posse existimo: si nempe ponamus, molam præsentem ex sanguinis coagulo in utero concrevisse; ejus genesin facile derivare possumus a sanguinis discrasia, partim spissa, partim mucescente, cui subjectus fuit, tam ratione temperamenti sanguineo melancholici, quam respectu diætæ, & vitæ generis. Ex temperamento enim sanguineo ad statum plethoricum disposita fuit, qui sub reliquis circumstantiis dispositionem ad spissitudinem, ex melancholici temperamenti concursu familiarem, tanto facilius promovere potuit. Victus ratio de cetero tenuis & crudior fuit, ita ut ex pauperie cibis eupeptis frui non potuerit, sed corpus crudioribus alimentis nutrire debuerit: accedit vitæ genus sedentarium ac minus mobile, quo ægra per ultimos vitæ annos constanter gaudebat; a quo defectus debitarum secretionum & excretionum partium heterogenearum ortus fuit, & tanto majorem occasionem ad mucescentiam & spissescentiam sanguinis præbuit: qua præsente tanto faciliori negotio concrementum tale solidum, sub reliquis mensium anomaliis, firmas agere potuit radices. Ne dicam de mœrore, tanquam causa morali accedente, cui propter rem angustam domi, suorumque bonorum amissionem, ex parte exposita fuit; cujus efficacia in producenda humorum spissitudine satis superque cognita esse potest.

Quodsi vero ex ovulo muliebri prognata fuerit hæc mola, supponit necessario ejus generatio ovuli quod ab ovario secedere debebat maturitatem, & debitam magnitudinem, quæ denegari ægræ nostræ non potest, ex conditione reliqui corporis, quod ad debitum augmentum & incrementum perfectum pervenerat; simulque sanguine abundabat: porro simul supponit sanguinis humorumque congestiones extraordinarias, ad illas partes generationi dicatas, quorum accessu motus in ovario peculiaris, pro dissolutione ovuli ab ovario, ejusque receptione in tubam, & uterum, excitari potuit: de quibus non minus dici potest, quod non defecerint in nostro subjecto. Si enim varias illas menstrui negotii turbas & anomalias considero, sub quibus mox sanguinis graviores profusiones, mox pertinaciores detentiones; cum regurgitationibus vagis, modo ad renes, modo ad ventriculum, modo denuo ad uterum considero, nemo sane dubitare poterit, de sanguinis restagnatione circa ovaria, tanquam utero maxime vicina, simul facta, unde horum membranæ magis distendi, ovulique faciliori secessui plures occasiones præberi potuerunt: alias ut nunc taceam caussas occasionales, quæ forsan adesse

po-

potuerunt, & in sequentibus, sub dubiarum quæstionum resolutione adduci debent.

Symptomata, quæ sub morbo hactenus recensito & examinato cardinali ægram exercuerunt nostram, varia deprehenduntur, eaque sat gravia, & ex parte periculosa. Primum ex illis erat sanguinea congestio & restagnatio circa renes, calculum renalem sæpe mentientes: cum enim uterus æque ac ovaria vasa venosa ita dicta spermatica a venæ cavæ distributionibus accipiant, perquam facile fieri potuit, ut sub variis motibus sanguinis circa has partes factis, sanguis proxima via per emulgentes venas impetuosius quam par est, ad renes repelleretur, aut ejus regressus citior e renibus ad minimum difficilior redderetur, molestæque sensationes ex infarctu orirentur. Sub quo rerum adparatu, cum remedia diuretica & lithontryptica simul in usum vocarentur, & congestiones sanguinis ad renes augerentur, ratio facile liquet, cur sabulosi & calculosi concrementi quidquam simul generatum, & aliquando excretum fuerit. Hanc eandem caussam sequutus quoque fuit mictus cruentus, dum partim sub copioso sanguinis infarctu vascula distenta fuerunt atque aperta in substantia renum corticali, partim etiam a calculis generatis aliquo modo læsa, ut sanguinem per medullarem, aut tubulosam substantiam ad pelvim dimitterent. Nec minimum aut leve constituebat symptoma, vomitus cruentus, quo ægra vexabatur, propter varias sanguinis restrictiones, quæ in abdomine occurrebant, ex intempestivo & inordinato remediorum adstringentium usu; unde primo mensium suppressio, deinde turbulentus successus sequebatur: & cum partim inter uterum & vasa hæmorrhoidalia interna aliquod commercium occurrat, partim a sola intempestiva adstrictione generaliter facta, sanguinis motus per venam portæ turbatus esset, simulque in hepate obstructionis & indurationis labes occurrens liberiorem promtumque sanguinis transitum impediret, tanto faciliori negotio regurgitatio ipsius per ramum V. P. splenicum ad lienem, cum firmiore detentione circa ventriculi fundum oriri potuit: ut ita partim sub toni ventriculi relaxatione, partim sub spasticis constrictionibus, excretio illa sanguinea sequeretur.

Aliud adhuc symptoma grave atque molestum constituebat perpetuum sanguinis ex utero profluvium, quo ægra post 50. etiam annum laborabat, proventus sui caussam sine dubio agnoscens in molæ uterinæ præsentia, qua uterus distentus atque expansus erat, ut vasculis uterinis apertis sanguinis portio, quæ non tota molæ generationi & nutritioni impendebatur, in uterum proflueret, atque ex illo demum erumperet.

Nil itaque mirandum est, quod sub tali sanguinis perpetua, & sæpe satis impetuosa profusione, hincque sequente successivo defectu, ap-

pe-

petitus & vires proftrationem paterentur, tumorefque incrementum cape-rent quotidianum.

Ratione prognofeos circa præfentem noftrum cafum formandæ, facile quilibet perfpectum habebit, poft mortem eam inutilem effe; nec ullum hinc amplius in ægram aut morbum redundare poffe commodum: ne tamen penitus illam prætercam, ad minimum dicendum eft, quod fub confummato morbo nec alia prognofis de feliciori morbi exitu formari, nec felicior eventus fperari potuiffet. Hydropem enim quod fpectat, ex iis quæ fuperius dicta funt, & quæ fectionis hiftoria continet, facile liquet, caufam ipfius antecedentem, tam proximam, quam remotiorem, removeri non potuiffe, &, cum hydrops fine illarum remotione tolli nequeat, fimilem prognofin de illa quoque formari debere. De uteri mola fentiendum eft; quod ipfius exclufio fimpliciter confiderata, abfolute fuerit neceffaria, fi aliqua ægræ falus inde fperari debuerit: quod tamen, fi citius & fub minore mole exclufa fuiffet; & antequam ægræ vires ita confumtæ fuiffent, major etiam fpes, refpectu menftrui negotii in ordinem redigendi, remanfiffet.

Pofita tali prognofi, an *cura* adfectus præfentis fit adornanda & commendanda; fane dubius fum; cum ipfius prout jacet incurabilitas jam pateat. Ut tamen aliquod in medicinam practicam redundet emolumentum; paucis ad minimum notandum eft, melius actum fuiffe, fi ægra noftra fub ipfo diuturno & chronico morbo non quævis remedia fine difcrimine ufurpaffet, fed partim victu, vitæque genere mobiliore caufas antecedentes evitaffet, a quibus infarctus, obftructiones vifcerum, & humorum impuritates ortum ceperunt: partim medici fidi confilio fefe unice commififfet, qui curam eo direxiffet, ut per plethoræ tempeftivam remotionem, aut imminutionem, fanguinifque debitam attenuationem, caufas obftructionum removeret; menftruum negotium in ordinem redegiffet, nec tot tantifque anomalis ac tumultuariis conatibus & moliminibus, anomaliam quoque motuum circa menfium negotium produxiffet. Hoc enim certiffimum eft, quod ex perverfo illo ufu modo diureticorum, & lithontripticorum calidiorum, modo traumaticorum & adftringentium, pofthabita legitima caufarum verarum confideratione & ponderatione, plurimæ moleftiarum illarum morbofarum productæ fuerint.

Reftant adhuc quæftiones aliquæ dubiæ, quæ circa materiam de molis ordinarie moveri folent; & quarum una ad minimum, in præfente quoque cafu difcuffionem meretur.

Prima illarum eft: an molæ vita gaudeant, nec ne? Notiffimum eft, apud varios authores fententiam foveri de molis, quod fi non omnes, tamen aliquæ vivant, vivæque fuerint exclufæ, nec non volantes fuerint deprehenfæ. Verum, fi hiftoriæ, quarum plurimas Schenckius collegit, examinentur; in aprico erit; vel molas tales quibus vitam adfcribunt, (fi vere vixerunt) non veras molas, fed potius monftra fuiffe,

cer-

certam aliquam figuram, bruti cujufdam; aut volucris referentia, vel falfo vitam illis adfcriptam fuiffe, aut ad minimum non tali fenfu, quali aliis rebus animatis vivis tribuitur, fed vitæ vocem illis authoribus idem effe, quod nutritio aliis dicitur; id quod adparet ex quibufdam veterum locis; quando afferunt, molam vivere inftar fungi: id quod declarat molam in utero nutriri, expandi, & in longum latumque excrefcere. Quodfi autem ejufmodi veris molis vita tribuatur eo fenfu, quo de fetu, quod vivat, dicitur, fane falfiffima eft fententia: ad vitam enim qualem nos agimus, requiruntur organa vitæ ac motus, & legitimus fanguinis circulus per eadem celebrandus: cum autem in ejufmodi concrementis molaribus neutrum illorum fit reperiundum de illis quoque dici non poteft, quod vivant. Et quamvis aliqui, fe motum palpitabundum in molis exclufis deprehendiffe teftentur atque affirment, facile tamen concipi poteft, quod hic motus in mola obfervatus, vel revera non adfuerit, vel fi adfuerit, fimilis fuerit illi motui, qui in panniculo carnofo brutorum mactatorum adhuc calentium aliquando deprehenditur, & a fibrarum motricium tono refiduo dependet; aut ab aere externo allabente per modum contractionis cauffatur.

Altera quæftio eft: an mola vera adeo fit dura ut ferrum eludat; & hac duritie a carne naturali fefe diftinguat?

Nota hæc, veræ molæ in tanta duritie pofita, recenfentur inter alia, „a *Paulo Zachia quæft. med. legal. Tom. III. conf.* 39. fequentibus ver- „bis: immo non fatis fuiffet ad hoc, ut hic fanguis coagulatus mola „dicatur, illam habuiffe confiftentiam carni familiarem, fed opportuit „illam habuiffe confiftentiam, qualem habere folet caro molæ, hæc „enim fecundum id, quod omnes auctores dicunt, tam dura eft, ut „neque ferro fcindi poffit: ita Ariftot. fupra citato libro 4. de part. „animal. c. 7. & quotquot medici de ea re experientiam fecerunt, ita „ut in molæ definitione hoc epithetum præduræ carnis addatur".

Puto tamen hoc affertum magis ad figmenta anilia pertinere, æque ac alteram illam fabellam, de mola volante in Belgio communi, latibula hypocaufti tranfcurrente, locumque priftinum, e quo egreffa erat, quærente. Quis enim quæfo carnem de reliquo fibrofam tantæ unquam vidit duritiei, ut fecurim, enfem, cultrum, eluderet; id quod tamen de molis quibufdam apud Schenckium legitur: fed cum monumenta illa de molis ita duris relicta, a veteribus maxime fint pofita, qui non adeo exacte & accurate femper rimabantur naturæ arcana; factum forfan eft, ut relationibus muliercularum jufto plus fiderent; & ex eo, quod una aut altera cultro minus acuto inftructa molam aggreffa fit, indicium illud ut verum affumferint. Ne dicam, quod etiam ex alio fundamento hæc durities molis adfcribi potuerit: cum enim hiftoriæ referant, ex utero excreta, aut in utero defunctarum reperta fuiffe concreta offea dura, quæ pro molis habita fuerunt, exinde forfan gene-

ralis ad omnes facta fuit applicatio molas, quasi omnes tanta gaudere deberent duritie: quod tamen falsum deprehenditur.

Tertia quæ utplurimum controvertitur quæstio circa molarum generationem, præcipue ad præsentem quoque casum adplicabilis, erit; an virgines, illæsa virginitate, gestare possint molam? an vero ex molæ generatione fundamentum accusationis desumi possit factæ stuprationis?

Ad decidendam hanc quæstionem ante omnia in memoriam revoco, quæ superius de causa molarum materiali duplici dicta sunt; quod nempe vel ex coagulo sanguineo, vel ex ovulo oriantur. De priori generationis modo dubium sane foveri poterit nullum, quod in virginibus æque facile succedere possit, ac in fæminis maritatis, quoniam in illis pariter ac his, sanguis menstruis intervallis per uterum excernitur, atque ab illa excretione reliquiæ sanguinis non modo grumosi, sed fibrosi remanere possunt, e quibus primordia sua mola capere potest, dictoque superius modo concrescere.

Alterum vero quod attinet generationis modum ex ovulo succedentem, pag. 16. & sequ. descriptum ac evolutum; primo intuitu dubium quoddam circa illum moveri posse videtur, an virginibus competere possit; an vero solitarie ad fæminas maritatas sit restringendus. Affirmativam dum sustineo; quod nempe salva virginitate talem quoque concipere possint virgines molam, primo monendum esse duco: me hic loci non differere de virginitate morali, aut castitate mentis theologice considaranda, sed sermonem mihi esse de virginitate corporali & physica; quo sensu illas virgines, recepto loquendo modo, vocamus, quæ neque per legitimum matrimonium viro nuptæ sunt, neque extra hunc statum unquam virum, & concubitum cum viro passæ sunt.

De his itaque notum est, quod eadem cum fœminis maritatis possideant generationis organa, & inter illa quoque ovaria, vesiculis illis, quas ovula vocamus, referta atque instructa; porro, quod superatis pubertatis annis eandem ad generandum dispositionem obtineant, habilesque ad concipiendum reddantur, dum de illarum maturitate, & habilitate generandi fluxus menstruus tunc proveniens atque succedens luculentum adfert testimonium; deinde quod ab hoc tempore, a largiore ad partes genitales facto sanguinis & humorum adfluxu, ovaria quoque pedetentim disponantur, ut ovula illis inclusa magis magisque maturescant, moleque sua crescant, atque majora evadant; ut tanto promtius, si forsan motus aliquis extraordinarius accederet, ex ovario discedere, & per tubam fallopianam ad uterum devolvi possint.

Hæc cum communia habeant virgines cum fœminis maritatis, quæstio maxime intercedit; an motus ille extraordinarius ovulum ab ovario propellens, in utrisque ab una eademque provenire possit causa? Est quidem plurium authorum opinio, quod ovulum ab ovario sine concubitu

bitu cum mare vix fecedere poffit, prout celeberrimus Bohnius loquitur, & quod acceffus auræ feminalis, aut fpermatis virilis ad ovulum, caufam conftituat quafi unicam hujus feceffionis, per actuationem liquidi in ovulo contenti, ejufque expanfionem, qua facta, proprio quafi motu ovulum a membranulis illud continentibus divellatur. „ Verum „ ipfe celeberrimus Bohnius fatetur contrarium, quando ita dicit: ficut „ autem experientia innotefcit, per petulcam nonnullarum lafciviam, & „ nefandas frictiones ac titillationes interdum, & fine omni maris co- „ habitatione, aliquod ovulum ad uterum provocari, fubventaneum „ equidem: ita nec ratio deeft, quin in ejufmodi fubjectis fibi relictis „ aliquando fimilis fubftantia generetur, quatenus vel a ftimulis vene- „ reis intrinfecis, vel extraordinario fanguinis & fucci genitalis orgaf- „ mo, exagitationem inteftinam & feceffum portionis lymphaticæ unius „ alteriufve ovuli, impraegnationis motui fimilem, contingere, non im- „ poffibile eft ".

Huic ad latus ponere fas eft Illuftr. Bergeri deductionem; quando in eruditiffimo tractatu de natura humana, p. 460. fequentem in modum loquitur. " Ut nihil dubitem, quin & lutea ifthæc corpora, & „ pori ac meatus, exigui valde contractique, jam ante exiftant, & „ cum maturefcentibus ovulis pandantur, & œftro inprimis venereo „ amplientur, & hient, exitumque maturis concedant ovis, quum etiam „ os uteri, claufum ante & conftrictum, in partu multum dilatari de- „ beat & aperiri. Quod ova quoque fubventanea docent, quæ, ut ipfe „ fatetur Cl. Bohnius; fine complexu venereo per folam fricatricum fa- „ lacitatem, vel per nocturnas pollutiones; ex ovariis in uterum de- „ volvuntur. Quorfum præcipue facit, quod ovulum plene maturum, „ & continua lymphæ acceffione eoufque irriguum, ut repleri amplius „ non poffit; ad egreffum ex ovario paratiffimum fit, quia fubftantia „ ejus glandulofa, in cujus finu gignitur, & adolefcit, debitum nacta „ incrementum, papilla fua magis magifque extuberat, & ambientem „ ovarii tunicam paulatim emollit & perfodit; retractaque fub æftu ve- „ nereo fibrarum motricium contractione finum fuum aperit, & per hu- „ jus ovariique hiatum, ovulum, adjuvante niduli hujus fibrofi conftri- „ ctione; qua contracta, avulfaque vafcula, a quibus illud pendet, fine „ ullius effufione fucci, idem dimittunt, illæfum & virgineum in ovidu- „ ctum expellit & protrudit ".

E quibus rationibus cum fatis fuperque poffibilitas feceffionis ovulorum ab ovario, fine omni cum mare concubitu, elucefcat, nec minus vera hujus feceffionis, tam materialis, quam inftrumentalis caufa, dilucidata fit, non poffum quin huic & Excell. Domini Præfidis fententiæ, quam in *Tractatione Phyfiologica*, *cap. de generatione* propofuit, fubfcribam.

Accedit in favorem hujus afferti obfervatio non minus curiofa, quam

Dominus Præfes ante aliquot abhinc annos notavit, in puella 16. circiter annorum, quæ fubitanea morte extincta, ob veneni forfan propinati fufpicionem, cultro anatomico fubjiciebatur: apud quam, cum curiofitatis gratia partes quoque genitales perquireret, an forfan phyficum & materiale quoddam virginitatis fignum in juvencula effet reperiundum; nihil extraordinarii quidem in uteri vagina, aut utero ipfo deprehenfum fuit; fed ipfa vagina tanta gaudebat anguftia, ut virum nondum paffam fuiffe defunctam in propatulo effet: verum tamen in ovario dextri lateris mutatio notabilis occurrebat, dum cicatricula præfente, ovulum feceffum pifi mediocris magnitudine a parvo pendebat petiolo, verfus tubam ejufdem lateris declinans, atque paululum ipfi adpropinquans, cum tamen, uti jam dictum eft, facti congreffus ne minimum quidem veftigium appareret, nec fama de inhonefto vitæ genere, ullam fufpicionem præberet. Unde probabiliter concludere licet, ovulum hoc ante obitum, fub animi forfan commotione, & clanculo viri defiderio, motibufque fanguinis orgafticis hinc obortis, tanquam maturum ab ovario expulfum fuiffe, & tractu temporis, vel fub fequente menftruo fluxu per uterum fimul ejici, vel fi aliæ caufæ occafionales acceffiffent, molari concremento fundamentum præbere potuiffe.

Pofitis his, atque præmiffis, quod nempe ad ovuli feceffionem, ac devolutionem ad uterum, fimpliciter fine refpectu ad fœcundationem, confideratam, maris concubitus abfolute non requiratur, fed quod motus humorum orgaftici, & folidarum partium contractorii & ftrictorii pro illo negotio fufficiant, imo principaliter ne dicam unice, materialiter & inftrumentaliter illud abfolvant; citra ulteriores ambages concludo, idem æque contingere poffe in virginibus, ac in fœminis maritatis.

Quamquam enim lubentiffime concedam, in fœminis maritatis, fub amplexibus venereis viri, hoc longe facilius promtiufque contingere, majoremque quoad gradum ibi fubeffe, ex præfentia objecti, animi, humorumque commotionem; id tamen manifeftiffimum eft, quod folus concubitus in fe fpectatus id non efficeret, nifi cum voluptuofa illa fenfatione, animum & corpus adficiente, conjunctus effet atque maritatus. Cum autem notorium fit, quanta infit vis, fanguinem & humores orgaftice commovendi, imaginatione firmiori, qua juniores perfonæ objectis amandis & amabilibus frequenter fatis inhærent, & quam facili negotio, fub ejufmodi ideis, (etiam fub infomnio formatis) fanguinis copiofus affluxus ad partes genitales fpeciatim invitetur, imo per totum corpus impetuofius feratur fanguis, a folo momentaneo quafi adfpectu objecti amabilis; non video, quo jure virgines ab illis pathematibus excludere poffimus.

Humanum enim eft, quod patimur in hoc paffu omnes, & imbecillitas hæc a peccato originali; (quatenus affectus animi, in fe etiam boni,

boni, ab illo maculantur & contaminantur) dependens, ita communis eft, ut toti humano generi fine exceptione familiaris exiftat in ftatu fecundum naturam. Et licet optime fciam, in ftatu gratiæ aut regenerationis, imo etiam fub fanæ rationis ufu, affectus hofce domari & poffe, & debere, neminem tamen inficiari poffe exiftimo; primos quoque in hoc genere motus in nobis remanere; licet deinceps fupprimantur, atque in hoc etiam paffu tritum illud proverbium valere: naturam expellas furca, tamen ufque recurret.

Cum itaque virgines eodem gaudeant corporis mechanifmo, quo fæminæ fruuntur, iifdemque animi facultatibus dotatæ fint; atque ex utroque fundamento, & utriufque confpiratione, ad motus varios fufcipiendos & fubeundos fint aptiffimæ, nullum reftare poteft dubium, quin etiam ex caufarum occafionalium concurfu, ad molarum conceptionem ex ovulo infœcundo aut fubventaneo fint difpofitæ. Adnumero autem hifce caufis, partim commotiones & congeftiones fanguinis ad ovaria & uterum, quæ ex reftagnatione ipfius, morbofa, fub tumultuariis menfium anomaliis contingunt, quales in noftro præfente fubjecto præfentes fuerunt: partim illas fanguinis ad partes generationi dicatas congeftiones, quæ ab animi defiderio lafcivo, per converfationem cum maribus; lectionem fcriptorum venerem excitantium, fimilibufque ideis, fubjecto vigili, aut fomniante, aut tandem per frictiones, ac titillationes petulcas, excitari poffunt: quæ ultimæ tanto magis fuffulciuntur a diæta lauta, atque vita otiofa, ftatum plethoricum augente.

Hæc funt B. L. quæ fub temporis fpatiique anguftia tecum communicanda exiftimavi. Non diffiteor plura adhuc dici potuiffe in hac materia, fpero tamen ea quæ prolata funt, tanto gaudere pondere, ut univerfus fequior fexus, multo magis virgines, ab accufatione falfa concubitus perpeffi, fi quondam molas conceperint veras, infontes declarari poffint: quo jure quoque frui poterunt viduæ, ne opus fit in fimili cafu fecundum Zachiæ decretum, ad concubitum cum marito ante aliquot annos defuncto, celebratum, operofe recurrere, & ita ipfarum honeftatem defendere. Vale meoque labori qualicunque.

F A V E.

CXLIII.

ABRAHAMI VATER,

ET

JOAN. GOTTLIEB VATER,

MOLA PRÆGNANS.

Vitemberg. 10 Maij 1729.

Q. D. B. V.

PROOEMIUM.

SExus fœmininus, quia eadem corporis ſtructura & conformatione cum maſculino, eodemque viſcerum & organorum vitalium, animaliumque apparatu gaudet, iiſdem quidem morbis, quibus viri, obnoxius eſt, ob ſpecialem tamen partium genitalium diſpoſitionem, uterumque, propagandæ ſoboli, fœtuique intus concepto nutriendo ac perficiendo dicatum, multis quoque ſpecialibus, ipſique propriis affligi ſolet. Fœminæ humanæ, quia non certis ſtatiſque temporibus, brutorum more, ad venerem inclinare, inque amplexus viri ruere, ſed quovis tempore, quo religio & honeſtas id permittit, ad conceptionem aptæ eſſe debebant, ab annis pubertatis ad ætatem uſque provectam menſtruam experiuntur purgationem. Tributo hoc lunari nutrimentum ſuperfluum, fœtui in utero nutriendo deſtinatum, in corpore largius collectum, illo abſente, ſtatis intervallis cum ſanguine debet eliminari. Hic ipſe fluxus vero a variis cauſis retardatus aut cohibitus, vel nimius aut irregularis ſolum redditus, innumerabilium ægritudinum exiſtit fons & origo. Ceſſat quidem hæc ſolennis evacuatio poſt factam conceptionem, & regulariter per totum graviditatis tempus, abſque ulla noxa, ſubſiſtit, ingravidatio tamen multa ſæpe, eaque gravia, poſt ſe trahit incommoda. Sequuntur mox a conceptione in fœminis, etiam ſanis, horrores, nauſea & vomitus, cum faſtidio certorum ciborum, in primis carnium. Accedit quandoque appetitus inordinatus, interdum plane abſurdus. Urgent ſubinde dolores capitis, dentium atque lumborum, cum laſſitudine & gravitate artuum. Superveniunt palpitationes cordis animique deliquia, & quæ ſunt alia, gravidis familiaria, ſymptomata. Oritur ſiquidem tunc in utero atque circa eundem nova ac plane inſolita humorum commotio, augetur turgeſcentia in vaſis uterinis, concitatur major verſus uterum affluxus ſanguinis, afficitur genus nervoſum in organis iſtis, ſicque alterato circulo univerſali ſanguinis, ac per conſenſum liquidi nervei in nervis, totum corpus valdopere afficitur, & varias patitur mutationes. In corporibus jam tum impuris, ob defectum purgationis menſtruæ, cumulantur cruditates, viſcera abdominis, uteri mole a fœtu creſcente aucta, premuntur, digeſtioneſque ac ſecretiones confunduntur, unde aſthma, obſtructiones alvi, tormina ventris, paſſiones hyſtericæ, tumores pedum, varices, ſeu venæ ad rupturam uſque intumeſcentes, aliique morbi inducuntur. Appropinquante partus tempore tantum abeſt, ut potius tum maxime graviſſima & periculoſiſſima mala immineant, id quod tot partus difficiles, laborioſi & infelices, hoſque preſſo pede inſequentes febres continuæ, inflammatoriæ ac putridæ, cum purpura, convulſionibus & deliriis, ob uteri læſionem in partu, retentionem ſecundinarum, fluxumque lochiorum

vel prohibitum, vel nimium, conjunctæ, quibus puerperæ frequenter e vivis tolluntur, evincunt. Haud raro fit, ut gravidæ ne quidem partus tempus legitimum attingere, fœtumque suum ad maturitatem perducere queant, sed eundem a variis causis in utero enecatum, aut viventem adhuc, e sede sua exturbatum, præmaturo partu, cum ingenti virium dispendio, & vitæ discrimine excludant. Innumera propemodum sunt, quibus, culpa modo matris, modo fœtus, modo utriusque, abortio producta apud Auctores legitur. Nimis longum & a scopo nostro alienum foret ea omnia heic enumerare, eo quod de iis tantum, quæ a parte fœtus fiunt, occasione singularis observationis, agere præstitutum nobis est. Offerebatur quippe nuper fœtus abortivus unius & dimidii circiter mensis, suæ intus adhuc cohærens secundinæ, cujus portio, uti ex tabulæ, huic dissertationi præfixæ, figura IV. videre licet, carneam substantiam & soliditatem, qualis est molarum, nacta erat. Editus est hic abortus a fœmina apparenter sana, nulla causa manifesta occasionali, motu nempe corporis indecenti, sublatione ponderis, animique per iram, terrorem vel gaudium commotione &c. praeunte. Dedit ejus inspectio nobis occasionem, speciminis inauguralis loco, demonstrandi, secundinæ in molam mutationem subsecuti abortus non solum in gravida nostra veram extitisse causam, sed illum in aliis quoque fœminis facile posse provocare. Ob materiæ affinitatem simul de aliis, iisque singularibus abortus causis, in funiculo & secundina embryonum abortivorum observatis, nec non de molarum natura & origine agere constituimus. Erit hic qualiscunque labor Lectori benevolo forte tanto minus ingratus, quo magis ad Theoriam rationalem de abortu & molarum generatione, ac in primis ad observationes quasdam Auctorum de molis prægnantibus illustrandas faciet. Faxit Deus ut totum institutum cedat in sui honorem, Reipublicæ literariæ emolumenum, proximique ægrotantis solatium.

THESIS I.

REm ut ab ovo seu conceptione exordiamur, neminem fugit, generationem apta utriusque sexus organorum genitalium conjunctione, seminis masculini prolifici in arvum muliebre effusione, ovulique fœminini maturi fœcundatione fieri. Abdita & abstrusa conceptionis ratio ab omni tempore ingenia acutissimorum naturæ venatorum mirum quantum exercuit. Nolumus commemorare ingeniosa veterum Physicorum commenta, quibus isti, posthabita corporis, ejusque viscerum structura, ac neglecto observandi studio, negotium hoc explanare studuerunt. Ipsi recentiores, accensa licet per solertes corporum humanorum perquisitiones, & curiosas non minus quam utiles viscerum præparationes, luce, nondum conveniunt, sed magnus adhuc inter illos ea de re observatur dissensus. Generationem quidem ex ovo tantum non omnes

nes hodie admittunt, quia vero femen mafculinum craffum ovum intrare nequit, tum quid illud fit, quod e femine ovo communicatur, illudque foecundum reddit, adhuc dubium eft. Partes fpirituofas, aut fi nomen fpirituum Tibi minus arrideat, atomos circulo fanguinis attritas, attenuatas atque fubtilifatas, adeoque fumme agiles femini denegabit nemo, qui exiliffimos, quos materia feminis in teftibus virorum pervadit, vaforum fanguiferorum meandros, tubulorumque fecretoriorum labyrinthos perpendit. Ab hac aura genitali e femine virili exhalante, & in ovulum penetrante ftamina in eodem præexiftentia vivificari & explicari, hocque conceptionis actu ipfam quoque animam rationalem produci affirmamus. Novam de vivis in femine mafculino animalculis hypothefin excogitavit *Leuwenhoekius*, lynceus corporum minutiffimorum quondam fcrutator, quorum unum vel alterum nidum fibi in utero efformare evincere conatus eft. Arrifit hæc fententia ob uteri, quam præ fe fert, fpeciem, non paucis, plerorumque tamen animi a gravibus rationum, quæ obftant, ponderibus fufpenfi tenentur, quo minus fubfcribant.

THESIS II.

Inter dubia, contra hoc fyftema generationis per animalcula mota, præcipuum & validiffimum effe judicat *Chefeldenius in the Anatomy of the human Body Lib. IV. Cap. I. p.* 220. quod defumitur a generatione mixta, qualis eft muli ex afino & equa. In mulo quippe obfervamus, illum de utriufque generantium corporis conformatione participare, id quod cum theoria *Leuwenhoekiana* vix ac ne vix quidem conciliari poffe videtur. Quandoquidem enim fecundum hanc corpus foetus unice ab animalculo vivente, cum femine mafculino communicato, dependet, mater vero tantum nidum præbet, idem etiam fimilitudinem cum corpore maris obtinere deberet, perinde ac femen vegetabile, cuicunque demum terræ commiffum, plantæ fuæ fpeciem producit. Hanc difficultatem tolli exiftimat citatus *Chefeldenius*, fi confideremus, quanta fit vis imaginationis matris in embryonem, quantus in hoc effectus a terrore vel defiderio matris, quanta denique mutatio partium a caftratione in animalibus contingat. Mirum igitur videri non debere, fanguinem maternum, cui animal a conceptione ufque ad partum nutrimentum debeat, fufficientem fimilitudinis foetus cum corpore matris caufam effe poffe. Si dicendum quod res eft, eadem difficultas premit quoque hypothefin, qua conceptionem per ftaminum in ovulo præexiftentium vivificationem a contagio feminis mafculini fieri, ftatuitur. Enim vero fi analogiam foetus cum corpore paterno explicare velis, hanc ab indole feminis paterni, aut imaginatione matris derives neceffe eft. Quo quo igitur nos vertamus, ubivis infuperabiles, quæ animum dubium ancipitemque redTttt 2 dunt,

dunt, in hoc negotio difficultates occurrunt. Sigillatim tamen generationem per animalculum dissuadet numerus horum animalium, unica seminis effusione ejectorum, enormis, e quo unum saltem vel alterum procreationi sobolis inservire, reliqua vero omnia, licet viventia, &, ut *Leuwenhoekius* loquitur, anima vivente prædita sint, interire creduntur. Recte arguit *D. Bontekoe* ex hac sententia, sperma humanum parvulis puerulis esse plenum. Licet enim *Leuwenhoekium* id male habeat, isque, id, tanquam a se nunquam dictum, deprecetur *Epist. ad Societ. Reg. Anglic. in Anat. Contempl. p.* 175. obstat tamen, nihil quo minus animalcula illa, quibus, ex ipsius placito nihil, ut homines evadant, præter nutrimentum, in utero materno hauriendum, deest, homunculi vocentur. Tunc vero non quadrat comparatio eorum cum seminibus vegetabilium, ab illo ejusque asseclis pro excusatione hujus systematis allata, qua dictorum animalculorum eandem, ac seminum plantarum, rationem esse dicitur, quorum pariter non omnia, sed paucissima saltem novis plantis generandis inservire, observentur.

THESIS III.

His difficultatibus deterriti, cum plerisque recentiorum, conceptionem, ovuli fœminini, staminumque in eodem contentorum a contagio seminis masculini fœcundatione fieri statuimus. Quandoquidem vero bina ovaria a lateribus uteri posita, cum hoc per ligamenta teretia imperforata tantum cohærent, cumque ejus cavitate immediate non communicant, tubæ vero Fallopianæ altera extremitate libere in cavitate pelvis fluctuant, quibusdam via hæc minus commoda visa fuit, per quam seminis pars subtilior ad ovulum transeat. Movit hoc accutissimum quondam *Schellhammerum*, ut conceptionem ope circuli sanguinis universalis, quo purior seminis virilis portio, sanguini in utero communicata, ducatur ad ovaria, fieri assereret. vid. *Thes. Physiol. Disp. XII. thes.* 27. & 28. Alii de novo ovario, in uteri orificio interno stabiliendo, solliciti fuerunt, de quo videri potest *Epist.* Clariss. *Ettmülleri* ad *Ruyschium*, hujusque *Responsio in Advers. Anat.* Verumtamen quia ovariorum istorum duorum, & oviductuum, cum uteri cavo communicantium, nullus alius usus esse potest, fœtus quoque haud raro in tubis Fallopianis reperti fuerunt, & præterea in ovario post conceptionem, ovulique separationem, corpus luteum observatur, tum quid contra fœcundationem ovuli in dictis ovariis jure, & cum fundamento in re possit objici, nos quidem non videmus. Pulchre eandem hanc conceptionem quoque confirmat observatio celebratissimi *Ruyschii*, quam habet *Thes. Anat. V.* qua in muliere a paucis diebus gravida ovum fœcundatum, in majorem molem extensum, se deprehendisse docet. Legi quoque merentur quæ *idem. Advers. Anat. Dec. III. p.* 15. habet de vestigio in ovario post imprægnationem, ab

excusso

excuffo inde ovo, relicto, ubi ovulum, non perrupta membrana ovarii, fed per dilatatum orificium præexiftens, & quidem calice in ovario relicto, ab hoc fecedere, ac tubæ Fallopianæ fauces intrare, graviter monet. Ad corpora lutea quod attinet, ifta non demum ex initu virili excitari, neque ad maturitatem perduci, fed in iifdem conclufum ovulum folummodo fœcundari judicat doctiff. *Santorini Obf. Anat. C.* 11. *p.* 223. ex eo, quod illa, nullo pertufa ofculo, alba valida membrana circumfepta, in intemeratis virginibus invenerit. Ex obfervatione corporis hujufmodi lutei valde tumentis, cerafi minoris magnitudine, in virgine matura, dirifque imi ventris cruciatibus perempta, porro concludit, in virginibus & mulieribus, quibus ob decus & religionem viros adeundi adempta eft facultas, graviffima fubinde oriri poffe fymptomata. Eam ob caufam etiam celeb. *Morgagni adverf. Anat. IV. p.* 51. & cum eo alii, præeunte jam tum *Malpighio*, dubitant, an veficulæ in ovario, hactenus ova appellatæ & creditæ, fint vera ova, nituntur que potius demonftrare, vera ovula in luteis iftis glandiformibus corporibus latitare minutiffima, poft impraegnationem accrefcere, veficulas e contrario, pro ovis vulgo habitas, decrefcere, vero ovulo fœtuique in nutrimentum cedere, atque ejus expanfionem, accretionem & feparationem promovere. Digna utique, judice clariff. *Heiftero in Compend. Anat. Not.* 33. *p.* 265. eft hæc res, ut uberius perveftigetur, donec ad majorem certitudinem in eadem perveniamus.

THESIS IV.

Ovum ita fœcundatum, motu inteftino oborto, turgefcens ex ovario prorumpit, ac a tuba exceptum ad uteri cavitatem fertur, ibidemque radices fenfim agit. Uterus quippe poft coitum fœcundum, teftante *Ruyfchio l. c.* ob affluxum fuccorum largiorem, mole jufto major, ac fubftantia ejus craffior, & facies interior, primis a conceptione diebus, villofa apparet. Ovuli etiam exterior fuperficies a fibris chorii explicatis & elongatis pariter redditur villofa & fibrofa, quæ tenues radiculæ in cryptas uteri patentes fe fe infinuant, & placentæ poftea generandæ fundamentum ponunt. Hoc, nec alio modo ovi cum utero cohæfionem fieri, ratio non tantum fuadet, fed etiam experientia confirmat. Quamvis enim ova fœcundata, & embryones recenter concepti, per abortum expulfi, rariffime ad Medicos perveniant, fed communiter non attendantur, & peffum eant; offerebatur tamen Excellentiffimo *Dn. Præfidi*, Patrono, Patrueli & Præceptori noftro fummopere colendo, aliquando inter alia frufta carnofa, cum ingenti hæmorrhagia a fœmina excreta, capfula exigua, pifi majoris magnitudinem vix excedens, extus radicibus fibrofis, muci tenuis inftar, obfita, quam ftatim ovulum, nuper fœcundatum, effe idem agnovit. Eadem aperta

 effiue-

bat liquor in cavitate contentus. Ceterum nihil in ea deprehendere licuit, præterquam ovuli tuberculum prominens in ſuperficie interna, ſicut hoc in Fig. I. delineatum dedimus. Tuberculum hoc nihil aliud, quam rudimentum futuri fœtus eſſe, non dubitabit, cui aliorum ea de re obſervationes conferre placuerit. Ita *Heiſterus l. c. Tab. VI. Fig.* 27. exhibet ovulum ejuſdem magnitudinis, in cujus interiori latere, remoto chorio, per amnii membranam, & liquorem tranſparentem, corpuſculum tale, embryonem adhuc informem repræſentans, conſpicitur. Plura talia ovula fœcundata, extus piloſa & fibroſa, occluſa adhuc, & aperta, in quorum cavitate embryonum rudimenta, ſeminis lactucæ ac grani hordei magnitudine, apparent, ſed nulla partium diſtinctio videtur, habet *Ruyſchianus Theſaur. Anat. VI. Tab. I. & II.*

THESIS V.

Ovum hoc pacto in utero radicatum, ope radicum iſtarum fibroſarum, nutrimentum ex ſanguine materno haurit, idque ad fœtum traducit, licet de via, per quam ſuccus nutritius a matre ad embryonem pervenire debet, Auctores non parum adhuc inter ſe diſſentiant. Videlicet quia embryo non ſolum cum ſecundina ſua, interjecto funiculo umbilicali, vaſa umbilicalia, duas arterias & unam venam complectente, cohæret, quibus mediantibus circulatio humorum, a primo conceptionis momento, ex tenello embryonis rudimento ad membranas ovi inchoatur, & ad partum uſque continuatur, ſed etiam liquori amnii, quem idem ore capere & deglutire poteſt, innatat, tum nutritionem alii unice per funiculum umbilicalem, alii per os tantum, alii vero utroque modo fieri, propugnarunt. Nimis longum foret omnia argumenta, quibus quiſque pro roboranda ſua ſententia utitur, repetere. Ad nos quod attinet, obſtare nobis videtur nihil, quo minus utramque viam nutritioni fœtus ſatis commodam judicemus. Fœtum quippe adultum liquorem amnii, abſente licet reſpiratione, ore capere & deglutire, præter alia confirmat obſervatio *Heiſteri in Compend. Anat. Not.* 37. *p.* 271. qua ſe in fœtu vaccino ſuccum amnii conglaciatum, ac cum ſucco in ore, faucibus, œſophago, & ventriculo unum fruſtum continuum conficientem, inveniſſe, teſtatur. Quod experimentum uti facillimum eſt, ita a quocunque, cui dubia hæc res adhuc viſa fuerit, repeti, hocque ipſo ſcrupulus omnis adimi poteſt. Neque contrarii ſumus illis, qui cum Illuſtri *de Berger*, Patrono & Præceptore noſtro ſumme venerando, in elegantiſſimo Tractatu de *Natura humana p.* 476. *ſeqq.* nutritionem per os a prima ſtatim conceptione defendunt. Nam quia extra omne dubium poſitum eſt, organa corporis noſtri non ſucceſſive generari aut formari, ſed vel jam ante impregnationem, vel certe in ipſo conceptionis momento una & ſemel in ſtaminibus exiſtere, & accedente nutritione

faltem

ſaltem explicari; tum porum quoque oris a prima ſtatim conceptione exiſtere, veroſimillimum eſt. In ſtaminibus, conceptionis actu, motum inteſtinum-vitalem oriri, ovum eodem agitari, ex ovario prorumpere, & per tubam ad uterum tranſire, per antea dicta evicimus. Requirit hoc ad minimum aliquot dierum ſpatium, intra quod tenellum embryonem nutriri debere ſuadet ratio. Cum utero ut idem concreſcat, opus prius eſt radicum fibroſarum in externa chorii facie expanſione & elongatione, quam itidem ſine novo nutrimento, rudimento fœtus communicato, fieri non poſſe quilibet videt. Hoc nutrimentum vero quia, ante cohæſionem cum utero, non aliunde, quam ex humore ovuli proprio in cavitate, hujuſque membrana amnio, incluſo, derivare licet, nullaque alia, præter porum oris datur via, per quam idem ad embryonem poſſit devenire, tum in hunc, quam exiguus etiam concipiatur, illud premi concludimus. Suadet id porro augmentum & incrementum oris, canalis alimentorum atque viarum chyliferarum, quæ uti eo jam tempore exiſtere nemo dubitabit, ſic ad eorundem cavitatem apertam ſervandam, & cum embryonis incremento ſucceſſive ampliandam, influxu alicujus nutrimenti opus eſſe ſponte conſequitur. Neque de nihilo, ſed notatu admodum dignum eſt, quod vel in minutiſſimis embryonibus, quamprimum ſaltem partes externæ quodammodo diſtingui poſſunt, oſculum hiare & patulum eſſe obſervemus.

THESIS VI.

Qualis vero embryonis, in utero concepti, a primo ortu, uſque ad ſui perfectionem, ſit conſtitutio, quomodo idem de menſe in menſem augeatur, creſcat, parteſque ſuas explicet, partus potiſſimum præmaturi ſive abortus, diverſis menſibus editi facta accurata comparatione, manifeſtant. Ex unius quippe inſpectione embryonis, in primis minoris, quales primis menſibus expelluntur, propterea, quod ſæpiſſime ab aliquo jam tempore vitam amiſerunt, in utero nihiloſecius relicti, æque minus ac ex tempore conceptionis, quod ſubinde ſatis incertum eſt, ætatem fœtuum, determinare licet. Neque tamen ſola hæc plurium abortuum comparatio, ſed concurrentium quoque circumſtantiarum ponderatio, collatis ſimul obſervationibus accuratis aliis, requiritur. His enim poſitis de occurrentibus phænomenis ſatis certo licebit judicare. Videlicet in principio, ut ſupra jam demonſtravimus, & ex Figura I. apparet, rudimentum ſaltem corpuſculi embryonis, in interiori ovuli ſuperficie, lateri adhuc cohærens, conſpicitur, quod ſenſim a ſecundina ſecedit, & ope funiculi umbilicalis ſuſpenditur. Equidem in hoc rudimento fœtus nulla, ope microſcopiorum, cognoſci poteſt partium diſtinctio, omnia tamen organa jam tum adeſſe, per antea demonſtrata, & quia augmentum embryonis ſola partium præſentium explicatione fit,

fit, evictum eft. Ubi enim corpufculum ejus ad grani hordei fimilitudinem folum accedit, caput, ut ex *Ruyfchii Tab. VI. Tab. II. Fig.* 2. & 4. patet, jam a trunco fecedens diftingui poteft. Ita incrementa capiens embryo in fine primi menfis digiti tranfverfi magnitudine, qualis ibidem Fig. V. & a nobis Fig. II. delineatur, caput non folum a corpore diftinctum, & artuum rudimenta, tuberculorum inftar, protuberantia, exhibet, fed os quoque apertum, itemque oculorum, narium, auriumque veftigia, microfcopiorum ope, poffunt videri, manifefto indicio, partes corporis omnes non demum fucceffu temporis generari & formari, fed jam a primo ortu adeffe, & fola extenfione venire in confpectum. Ab hoc tempore omnia evadunt manifeftiora, ita ut circa dimidium fecundi menfis, in embryone pollicem latum longo, qualem Fig. noftra IV. exhibet, oculos clarius, inque illis apertis pupillam, prætera narium & aurium hiatus, os prægrande apertum; inque hoc linguam, & in manibus ac pedibus digitos breviffimos vel nudis oculis videre queas. In fine fecundi menfis fœtus jam digiti articulum longitudine adæquat, omniaque membra externa luculentius apparent. In digitis articuli unguiumque veftigia, imo ipforum organorum genitalium rudimenta per microfcopium confpiciuntur. *Vid. Fig. n. V. & Ruyfchii Tab. III. Fig.* 2. 3. 4. qui eundem etiam tum demum, quando omnia ejus membra, ne digitis quidem exceptis, abfoluta confpiciuntur, fœtum, ante hoc vero tempus, accurate, loquendo, embryonem appellandum effe judicat. Tertio menfe fœtus digiti longitudinem habet, uti *Fig. n. VI.* exhibetur, in cujus funiculo vafa umbilicalia diftincta videntur. Ita idem crefcit in magnitudine, ut quatto menfe fpithamam adæquet. Grandiori eodem facto, & largius propterea nutrimentum affectante, placenta redditur manifeftior, ipfeque, appropinquante dimidio geftationis tempore, motu evidentiori gravidam de fua præfentia reddit certiorem. Expletis novem menfibus, deftinato partus tempore, perfectus exitum parat, perruptifque clauftris & carcere fuo in lucem prodire conatur. Ante hoc autem tempus, & citius, ac par eft, expulfus, manifeftas, pro diverfitate ætatis differentes, imperfectionis notas monftrat, & abortus vocatur.

THESIS VII.

Caufæ, quæ fœtum, quocunque geftationis tempore in utero enecare, illumque e fede fua præmature exturbare poffunt, innumeræ quidem funt; omnes tamen eo redeunt, ut abortus vel culpa matris, vel fœtus, vel utriufque concitetur. Noftrum nunc non eft enumerare omnia, quæ abortum concitaffe ab Auctoribus obfervata fuerunt, fed res nobis in præfenti unice erit cum caufis fingularibus, in fœtibus tenellis, eorundemque fecundina a nobis aliifque annotatis. Labes fœtuum minutiffimo-

tissimorum omnes, ob summam exiguitatem, dignosci non possunt, nec vitia secundinæ & funiculi omnia oculis patent, quæ tamen in sensus incurrunt omnino notari, nutritionemque fœtus turbando, abortum promovere censeri merentur. Unica quippe via, qua nutrimentum a matre ad fœtum ducitur, est placenta, cujus ope ovum cum utero cohæret, & succum nutritium e sanguine materno haurit. Patitur illa varias læsiones, quæ si in fœtibus abortivis observantur, abortum potissimum concitasse, debent reputari. Licet enim prava placentæ & funiculi umbilicalis constitutio non aliunde, quam a vitioso nutrimento, a matre accepto, possit repeti, indeque culpa magis in matrem quam fœtum redundare videatur; nihilo tamen secius quia vitiosa hæc dispositio non una & semel, sed sensim inducitur, & translationem nutrimenti ad fœtum vel turbando, vel plane intercipiendo, efficit, ut abortus, accedente quacunque levissima, vel etiam nulla, causâ occasionali, prorițetur, jure meritoque culpam in illam conjiciendam esse, statuimus. Parum hac de re apud scriptores medicos, forte quia tales abortus minores Medicis vel rarissime offeruntur, vel partium harum exilissimarum conditio ab iis non satis accurate attenditur & examinatur, memoriæ proditum legitur. Præivit tamen nobis hac in re accuratissimus corporis humani, singularumque ejus partium scrutator *Ruyschius*, qui vitia placentæ & funiculi in embryonibus abortivis minutissimis in operibus suis diligenter consignavit.

THESIS VIII.

Notavit quippe laudatus vir in *Obs. Anat. Chirurg. Obs. X I.* singularem funiculi umbilicalis distorsionem in fœtu septimestri, mortuo in lucem edito, mortis in utero causam fuisse. *Idem Obs.* 71. testatur, vidisse se multoties infantulos, recenter in lucem editos, quibus abdominis, cutis & musculorum pars in ambitu funiculi ita defuerit, ut intestina eo loco tenuissima saltem pellicula tegerentur, qui omnes, in ventre licet nondum enecati, paucis tamen ab utero diebus ad tumulum delati fuerint. Magis curiosæ adhuc sunt *ejusdem* observationes circa funiculi umbilicalis constitutionem præternaturalem in abortibus priorum mensium. In supra citato quippe Thesauro V I. plura habet embryonum exempla, quorum funiculus umbilicalis vel justo tenuior, vel crassior, ac par est, repertus fuit. Interdum eum rudimento fœtus crassitie vix cessisse; frequentius a se observatum esse docet. Pertinet huc singularis observatio *Sennerti Prax. L. 4. P. 2. S. 6. Cap. 2.* qua fœminam post partum naturalem, sed laboriosum, septies abortiisse, fœtusque abortivos ejusdem plane magnitudinis, pollicis nempe articulum æquantes, & vasorum umbilicalium instar fili subtilis albi, membrorumque delineationem exhibentes, non obstante, quod nunc primo, secundo

& tertio, nunc quarto & quinto menfe abortum paffa fuerit, edidiffe refert. Recte inde concludit, primariam tot abortuum caufam fuiffe fanguinis aut potius nutrimenti inopiam & defectum, non quidem in matre, quæ fanguinea fuit, fed in fœtu, ad quem ob tenuitatem & exilitatem funiculi idem in fufficienti copia non potuit derivari, reftagnans vero in fecundina, hujus incrementum promovit. Vid. *Bonet. Anat. Pract. L.* 3. *Sect.* 38. *Obf.* 1. §. 6. Neque tamen craffitie & tenuitate folum, fed nimia longitudine quoque & brevitate funiculum peccare poffe, e figuris *Ruyfchii* edocemur. Idem Tab. II. Fig. V. l. c. rudimentum funiculi in hydatidem mutatum, & *obf.* 14. funiculum tot hydatidibus refertum, ut totus concatenatio veficularum, aqueo humore refertarum, videretur, delineavit. Singula vero hæc funiculi umbilicalis vitia merito pro caufa primaria adductorum abortuum haberi, dubitabit nemo, qui iifdem translationem nutrimenti ad fœtum, & humorum rurfus ex fœtu ad placentam circulationem non potuiffe non intercipi, pependerit.

THESIS IX.

Eadem eft ratio fecundinæ, feu membranarum fœtum ambientium; inprimifque chorii, ac inde oriundæ placentæ. Nam quia illa unica via eft, per quam nutrimentum ad fœtum ducitur, tum, quod vitio quodam laborans, abortus exiftat caufa, repugnat nihil. Exhibet hujufmodi placentam, aut potius totam fecundinam, poft exclufionem fœtus ad tempus in utero retentam, in fuperficie fua interiori tuberculis duris obfitam, *Ruyfchius l. c. Tab. III. Fig.* 7. Eandem fere faciem habebat ovum, cum fœtu unius menfis, a funiculo pendulo, Excellentiffimo Dn. *Præfidi* aliquando oblatum, fed mulierum morofitate iterum ereptum, hac tamen differentia, quod eminentiæ, interius occurrentes, non duræ, fed veficulæ fanguine grumofo plenæ fuerint. Neque vero tubercula dura folum in interna fecundinæ fuperficie inventa fuerunt, fed tota quoque fecundina, aut faltem notabilis ejus portio fubftantiam craffam, carnofam & fcirrhofam fubinde induiffe, in abortibus obfervatum eft. Hoc ut clarius intelligatur, conditionem fecundinæ naturalem, qualis illa primis menfibus fit, & quomodo facies ejus fucceffu temporis mutetur, tandemque in illa generetur placenta, paucis expendemus. Ambiunt nimirum embryonem in ovulo duæ membranæ, chorion atque amnios, quarum hæc tenuiffima & tranfparens fuccum nutritium, fœtui deftinatum, continet, ifta vero denfior quodammodo & craffior, ex duplici lamella, interiori tenui & nervofa, ex exteriori villofa, confitans, fibras fuas in ambitum fenfim explicat, eafdemque, pro generatione placentæ, in uteri fubftantiam infinuat. Placenta, quod notatu dignum, non nifi in unico loco, non obftante, quod ovum fœcundatum, in tota peripheria fibrofum & villofum appareat, generatur, cujus

jus phænomeni, noſtra quidem ſententia, nulla alia cauſa eſt, quam quod ibi funiculus cohæret, vaſorumque umbilicalium trunci eo loco ramos ſuos, horumque extremitates expandunt, expanſaſque profundius intra uteri cryptas implantant, ut largius, pro formatione placentæ, hauriant nutrimentum. Ex ipſorum quippe horum vaſorum ramificationibus, inter duplicem chorii lamellam varie inter ſe complicatis & implicatis, generatur corpus illud craſſum & ſolidum, quod a figura placenta audit, primis menſibus ob tenuitatem vaſculorum valde obſcurum, fœtu vero grandiori facto, & circa medium geſtationis tempus, ob largiorem nutrimenti affluxum, conſpicuum. Quam craſſa autem, denſa, firmaque tandem videatur ejus ſubſtantia, vaſculoſa tamen eſt, inque ſtatu naturali, nec carnoſa, nec ſcirrhoſa eſſe debet.

THESIS X.

Secundina ergo primis menſibus ſive cum fœtu, ſive poſt eundem expulſa, nec ſubſtantiam membranoſam ac exterius fibroſam, ſed craſſam, ſolidam, carnoſam, vel plane ſcirrhoſam habens, ad ſtatum præternaturalem merito refertur. Conſiſtentiam iſtam denſam duramque placentula, embryone extincto, aut per abortum expulſo, ad tempus in utero relicta ab hujus compreſſione nanciſcitur, quæ diutius retenta & utero adhuc connexa, creſcit, & graviditatem veram mentitur, excluſa vero maſſam informem exhibet, a mole mola vocatam. Illam vero interdum ante fœtus extinctionem & expulſionem indurari & incraſſari, eumque nutrimento debito privando, abortui anſam dare, probant inter alia fœtus abortivi primorum menſium, quorum ſecundinæ, cum iſtis adhuc cohærentes, molæ naturam nactæ ſunt. Hujuſmodi eſt embryo abortivus unius & dimidii circiter menſis, figura IV. a nobis delineatus, cujus ſecundinæ notabilis portio in alterutro latere, appendiculam & caudam quaſi efformans, in molam degeneravit. Sic quoque ſecundina, quam fig. noſtra III. repræſentat, quoad totum folliculum non ſolum juſto craſſior, carnoſa atque ſcirrhoſa eſt, ſed debitam quoque magnitudinem excedit, ſi cum tenello embryonis rudimento, quod fœtu fig. II. delineato, longe minus eſt, comparetur. Secundinam quippe illam hac duplo majorem eſſe ocularis inſpectio probat. Si rationem incrementi ſecundinæ quæras, in promptu illa eſt; nec longius debet accerſi. Extincto namque, ob denegatum, per ſecundinam incraſſatam, nutrimenti affluxum, fœtu, hæc nihiloſecius cum utero conjuncta manet, & nutrimentum ex eo perpetim haurit. Hæc ſecundinæ fœtum ambientis converſio in molam non parum facit, ut, quid de molis prægnantibus, ab Auctoribus obſervatis, ſentiendum ſit, nunc appareat clarius. Sic in *Miſcell. Nat. Curioſ. An.* 1. *obſ.* 36. *de Ovo prægnante*, in ſcholio ex *Alexandr. Bened. L.* 25. *de morbor. Curat. Cap.* 29.

 legimus,

legimus; *nobilem Venetam excrevisse molam instar polypi, in cujus medio, facta dissectione fœtus masculinus inventus fuerit, quem monstrum illud*, quale credebatur, *in se genitum inter eas angustias accrescere non sit passum, annexum tamen*, quod probe notandum, *huic polypo fuisse umbilicum.* Aliud, idque recentius exemplum adducit *Kerckringius Spicileg. Anat. Obs.* 95. *p.* 184. cui ab obstetrice exhibita fuit mola, corporis figura instar cyprini, desinens in caudam bifurcatam, capite & ore perforato, cyprino simili, in cujus medio ventre infantem perfecte efformatum, quantus fœtus unius mensis esse solet, reperit. Non impedit figura monstrosa, in molis his observata, quo minus illas vera ova fœcundata, aut secundinas fœtuum contentorum, induratione in monstrosam illam figuram excrescentes, fuisse, cum *Kerckringio* judicemus, uti, vel ex ipsa figura ibi adjecta, molarumque origine & natura, nunc exponenda, plenius patebit.

THESIS XI.

Horrorem cuipiam incutere valent, quæ de molis, harumque figura varia monstrosissima, rerum non solum inanimatarum, & animatarum, avium, piscium &c. faciem referente, sed de ipsis quoque animalibus in utero genitis, & partu editis, apud scriptores memoriæ prodita leguntur. In *Miscell. Nat. Curios. An.* 1. *obs.* 1. *in scholio* integer exhibetur catalogus molarum in quo harum alias cordis, pericardio inclusi, stellæ marinæ arborescentis, & urticæ marinæ figuram, aliam magnitudine gallinæ, caput figuratum cum rostro ad similitudinem aquilæ, & aliam caput ovillum cum dentibus in maxilla prominentibus, cute pilosa, & oculis ovillis &c. retulisse narratur. Si dicendum quod res est, plerasque harum molarum figuras in phantasia observantium effictas potius, quam re ipsa ita formatas fuisse putamus. Quantum enim illa interdum valeat, testatur observatio *D. Joannis de Muralto in Miscell. Cur. Dec.* 2. *An.* 1. *obs.* 119. *p.* 305. de *Abortu a balneo vulturino*, quem ita describit: *Abortus repræsentabat ovum instar nucis, aut juglandis. Hoc forinsecus alicubi fibris & glandulis pertextum ac asperum, & intrinsecus lympha turgidulum erat, ubi loco capitis apparuit bulla exigua, & anterius puncta duo nigra. Membrum virile cum testibus conspicuum fuit, itemque pedes & manus exiguæ. Corculum pulsabat, & vena umbilici, per hepar traducta, suffultum esse videbatur.* Si relatio hæc cum fœtibus abortivis comparatur, nemo non videt, abortum hunc non ipsum fœtum, sed ovum potius fœcundatum, in cujus cavitate liquor amnii, & haud dubie ipse fœtus continebantur, fuisse, Auctorisque phantasiam organa ista externa effinxisse. Eadem est ratio animalium variorum, ranarum, lacertarum, bufonum, serpentum, murium atque glirium, canum, leonum, elephantum &c. quæ in supra citato *Scholio*, & in *Casp. a Rejes Campis Elys. Quæst.* 36. *p.* 257.

p. 257. in utero humano generata & partu exclusa recensentur. Fabulosa vel omnia sunt, vel si tales figuræ ab utero exclusæ fuerunt, pro molis, ita figuratis, aut fœtibus ipsis monstrosis haberi debent. Nugis porro annumeramus, quæ de molis viventibus, currentibus, atque volantibus ab aniculis superstitiosis narrantur, licet a *Bartholino* transmissa icon sceleti hujusmodi molæ volatilis *in Miscell. Nat. Curios. An.* 2. *Obs.* 160. delineetur, isque præterea addat, familiarem admodum hanc molam esse in Belgio, vulgo illam Suyger, seu sanguisugam vocari, post fœtum prodire, &, cubiculi angulos pervolitando, mulieres inquietare, quæ omni studio feram istam persequantur, ut enecatam comburant, ne in uterum revertendo, puerperam vel interficiat, vel fœtum commordeat, eidemque sugendo infesta sit. Haud dubie *Bartholinus* hæc de auditu tantum nunciavit, sicut aliquando antiquum Medicum, *Mathiam de Gradibus* fecisse legimus, qui de mola volatili inquit: *Non vidi quidem, sed audivi de animali, in matrice generato, cum aliis, quod, cum exivit matricem, volavit.* Rectius hac in re audiuntur Medici Batavi ipsi. Scribit vero *Kerckringius loc. cit. Obs.* 38. ita: *Quia anicularum commentis, quæ de bestiis, quæ infantes consumunt, aut ab iis consumuntur, fabulose narrant, nec credo, nec te credere vellem, quisquis hæc legis, nisi oculatus ipse testis bestias illas videas, nostrate lingua suygers appellatas, quas una cum fætu, aut sine fætu in lucem edi, sæpe audire, nondum videre contigit. Ideo binas placentas deformes æri incidendas curavi, quarum alteram & vixisse, & cucurrisse narrabant, credo, ut tanto plus gratiæ inirent, & magis a rei novitate commendarent id, quod asserebant, mulierculæ. In altera & caput & pedes, oculos, os & nasum ostendebant nihil horum videnti.* Et *Ruyschius Observ. Anat. Chirurg.* 28. obstetrices fere omnes Amstelodami, at quanta urbs! examinasse se ait, quid circa molas observaverint, hasque omnes uno ore dixisse, sese corpuscula quidem, e corpore mulierum excreta, nunquam tamen viventia, multo minus volantia, offendisse. Frequenter etiam in supra allatis, aliisque, hujus notæ, relationibus subfuisse fraudem, suadet recentissimum in Anglia exemplum, per novellas publicas notum, ubi fœmina, haud dubie lucri captandi causa, cuniculos vivos peperisse videri voluit, sed carceri tradita, & fraude detecta, parere desiit.

THESIS XII.

Ortum molarum quod attinet, eundem cum Veteribus non a prava conceptione, siderum influxu, semine animalium brutorum improvide hausto, semine masculino in utero corrupto, utriusque feminis, masculini & fœminini temperie diversa, sanguine menstruo in utero retento & corrupto, a quo appellationem *Mond-Kälber* derivat *Sennertus*, vel quacunque alia causa, sed unice a placenta seu secundina

 fœtus,

fœtus, consentientibus hodie Medicis rationalibus omnibus, deducendum esse putamus. Licet enim etiam sanguis in cavum uteri effusus, compressione & conquassatione in fibrosam, carnosam & polyposam quasi substantiam in fœminis, ipsisque virginibus quibusdam, (omnium enim, quibus idem contingit, defensionem hoc loco non suscipimus,) interdum concrescat, & in se ita cogatur, ut *Ruyschius* eundem sibi ab obstetricibus sæpius, molarum loco, oblatum fuisse, testetur, pro vera tamen mola iste reputari nullatenus debet. Similiter nec sarcomatibus aut excrescentiis carnosis, ex uteri substantia enatis, & utero interdum per pedunculum adhuc adhærentibus, itemque tumoribus quibuscunque extra uterum, huic vel aliis visceribus cohærentibus, hoc nomen competit, nisi forte vocabulum molæ in sensu latissimo, ad imitationem quorundam Auctorum, sigillatim *Frommani* in observatione de *Mola abdominis singulari in Miscell. Nat Curios. An.* 2. *obs.* 18. propterea, quod tumor abdominis ab iis ortus graviditatis quandam speciem præ se fert, accipere velimus. In sensu stricto unice molæ audiunt placentulæ fœtuum, compressione uteri, in carneam aut scirrhosam substantiam mutatæ. Harum illas, quæ ex placentulis, post exclusionem fœtus in utero relictis generantur, *Ruyschius* quidem in *Obs. Anat.* 28. pseudomolas vocat, id tamen non nisi in oppositione ad molas, ex falsa conceptione oriundas, a Veteribus pro veris reputatas, fieri, collatio observationis 88. sufficienter probat, ubi *Idem* de molarum origine & natura disserens, molas nihil aliud, quam placentulas retentas, & ab utero compressas, nec unquam ex falsa conceptione ortas esse, more suo, graviter & erudite monet.

THESIS XIII.

Quæ a nobis hactenus de ortu & natura molarum exposita sunt, pulchre confirmat mola nostra prægnans. In hac oculis nostris se sistit fœtus humanus, unius & dimidii mensis, ope funiculi umbilicalis ab interna ovi, seu secundinæ suæ superficie suspensus, quoad organa externa jam satis conspicuus. Capsula eum ambiens substantia sua membranosa, & in ambitu villosa naturalem, qualis eo tempore esse debet, secundinæ constitutionem docet, portio vero ejus incrassata & carnosior reddita, quia textura cum molis convenit, originem molarum non aliunde, quam ex placentæ incrassatione & induratione repetendam esse, testatur. Eadem hæc mola nostra certiores nos porro reddit, molas potissimum ex secundinis embryonum minimorum, primis mensibus, mox a conceptione, extinctorum, aut per abortum expulsorum oriri. Harum quippe radices fibrosæ, tenues & molles a nutrimento viscido & spisso omnium facillime incrassantur, & uteri compressione juvante, in substantiam firmam & compactam abeunt, quod secus fit in matura, quæ

post

poſt partum naturalem, vel abortum fœtus grandioris in utero relicta, communiter vel putredinem concipit, vel alia ratione immutatur. Conſentientem in eo habemus ſæpius laudatum *Ruyſchium*, qui *Obſ. Anat.* 28. docet, placentulas duorum, trium, quatuorve menſium, ſi diutius, quam par ſit, in utero remaneant, præterquam quod in ſubſtantiam molarum mutentur, non adeo multum periculi, placentas vero fœtus maturi, aut ſeptimeſtris vel octimeſtris, ſi remaneant, omnino plus inferre, & ſæpiſſime in hydatides mutari. Addit *idem*, quod ipſe hujuſmodi hydatidum, ex utero ejectarum, copiam frequentius obſervarit. Similis partus veſicularis, a clariſſ. *Valliſnerio* obſervatus, *in Ephemerid. Germ. Cent.* 9. *Obſ.* 73. recenſetur ac delineatur, ejuſque novæ obſervationes de alio partu veſiculari, ad rem adeo obſcuram illuſtrandam, adjiciuntur in ſcholio. Idem fœtus noſter molæ incluſus, & cum eadem per funiculum adhuc cohærens, teſtatur ulterius, non ſemper requiri prævium abortum pro placentæ in molam converſione, ſed hanc illum interdum antecedere, ejuſque, & ipſius fœtus interitus exiſtere cauſam. Placenta fœtus extincti in molam mutata non ſemper mox eliminatur, ſed interdum ſatis diu in utero retinetur, & incrementum capiens ingravidationem mentitur. Nec impedit illa, quo minus vera, illaque ad præſtitutum uſque a natura partus terminum durans, interdum ſuccedere poſſit imprægnatio, ſicut recte docet *Hartmannus Obſerv.* 84. *de Abortu cum mola in Ephemerid. Germ. Dec.* 3. *An.* 4. Quantumvis enim metuendum ſit, & frequenter omnino fiat, ut mola, in utero exiſtens, fœtus noviter concepti præmaturæ excuſſioni, non ſecus ac in gravida noſtra, anſam præbeat, eandem tamen nutritioni & perfectioni ejuſdem non ſemper obeſſe, tot molarum, in partu legitimo una cum fœtu excluſarum, exempla ſufficienter probant. In primis ſingulare eſt exemplum, quod *Hertius in Ephemerid. Nat. Curioſ. Cent.* X. *Obſ.* 23. recenſet, illuſtriſſimæ dominæ, quæ poſt puellam editam, plurimas molas, cum graviſſimis ſymptomatibus, & ſummo vitæ periculo excluſit. Non multum diverſa ab hoc ſunt, quæ Magnif. *Chriſtianus Vaterus*, Patronus, Patruus, & Præceptor noſter ſumme venerandus, in diffuſiſſima praxi ſua notata, nobiſcum communicavit, & ipſi nos novimus fœminam, quæ, perfecto partu & placenta uterina excluſis, poſt triginta circiter horas, novis ad partum doloribus correpta, loco alterius, quem adeſſe ſuſpicabatur, fœtus, magnam molam excrevit. Notandum tamen eſt, non omnia, quæ ſive in partu, ſive extra eum excluduntur, uteri concreta, ſtatim eſſe placentas in molas converſas, cum alias opus foret, tot præceſſiſſe abortus, quot excluduntur molæ. Vidimus enim ſuperius, ipſius ſanguinis polypoſam concretionem faciem molarum referre. Exemplum hujuſmodi ſanguinis congrumati, pro mola habiti, in fœmina hyſterica, difficultate menſium laborante cum lacte in dextra mamma, in Praxi obſervare licuit, nec ipſis molis, ex *Hertii* ob-

ſervatione

ſervatione ſupra deſcriptis, alia, quam talia polypoſa concreta permixta fuiſſe, ſuſpicionem facit mola quarto a gravida edita, quam hepatis vitulini parenchyma ſua ſubſtantia retuliſſe, *idem* dicit. Partus vero cum molis conjunctus valde difficilis & periculoſus redditur, quandoquidem eædem uteri conſtrictionem, pro excluſione fœtus, non ſolum impediunt & remorantur, ſed exitum ante fœtum molientes, ipſam quoque vitam eidem ſæpius præſcindunt. Sufficiant hæc, occaſione molæ prægnantis, de abortus cauſis ſingularibus ac molarum natura & ortu hac vice expoſuiſſe.

EXPLICATIO FIGURARUM.

Fig. I. *exhibet ovulum humanum fœcundatum, piſi magnitudine, in quo*
a. *ſuperficiem externam fibroſam*
b. *cavitatem interiorem*
c. *tuberculum in ſuperficie interna, rudimenta fœtus continens, indicat.*

Fig. II. *monſtrat ovum nucis moſchatæ magnitudine, exterius pariter piloſum, cum*
d. *embrione, a funiculo pendulo, unius circiter menſis, in quo*
e. *caput*
f. *artuum veſtigia, tuberculorum inſtar eminentia,*
g. *funiculum umbicalem denotat.*

Fig. III. *ſiſtit ovum juglandis magnitudine, ſed non membranoſum atque exterius piloſum, verum ſubſtantiæ ſolidæ, carnoſæ atque ſcirrhoſæ, qualis eſt molarum, in cujus interna cavitate*
h. *membrana amnios fluctuans, &*
i. *rudimentum embryonis deformis, præcedente longe minoris conſpicitur.*

Fig. IV. *repræſentat pariter molam gravidam, ſeu ovum, cujus pars maxima*
k. *membranoſa & exterius piloſa, e cujus cavitate*
l. *embryo unius & dimidii menſis a funiculo ſuſpenditur*
m. *portio ovi elongata, molæ naturam habens.*

Fig. V. *exibet fœtum duorum menſium, articulum digiti æquantem, in quo organa omnia externa jam diſtincte apparent.*

Fig. VI. *ſiſtit fœtum trium menſium, digitum longum, in cujus funiculo vaſa umbilicalia jam diſtincta videntur.*

FINIS.

GER.

Tab. XXV.



Disput. Medico-Pract. Tom. IV. VATER MOLA PRÆGNANS. pag. 712.

CXLIV.

GER. RUTGERI HANKOPH

DE

MOLA OCCASIONE MOLÆ OSSEÆ IN VETULA OCTOGENARIA INVENTÆ.

Gottingæ 1746. Sept.

Q. D. B. V.

I.

ARgumentum de mola, speciminis inauguralis in usum, experiri pro mearum modulo virium ne dubitarem, consilio benevolentiaque factum est Experientissimorum Virorum, *Casparis Mulleri*, & *Johannis Antonii Friderici*, Medicinæ Doctorum, Reipublicæque Hamburgensis Medicorum Ordinariorum longe celeberrimorum. His gratissimus debeo molæ osseæ, in octogenaria, repente extincta, visæ, historiam: quam in dissertationis, cui occasionem dedit, exordio, legi fas est:

Fœminæ 80. fere annorum, morte subitanea, die 24. Aug. anni 1745. extinctæ, cadaver, jussu Magistratus, nobis, Physicis & Chirurgo ordinario, dissecandum examinandumque demandabatur.

Denudato itaque & perlustrato corpore nulla læsio externa, vel ullum illatæ violentiæ signum in aliqua ejus parte conspiciebatur.

Dissecto abdomine omentum membranosum prorsus, sine omni fere pinguedine apparebat: hepar non solum variis in locis induratum; sed etiam in vesica fellea magnus reperiebatur calculus. Lienis hinc inde substantia quoque materia calculosa infarcta erat. Ventriculus cibo vacuus, intestinorumque ductus flatibus magis quam excrementis repletus, coloris erant consueti, ut in senibus, ex marasmo mortuis, esse solent. Mesenterium glandulas plerasque habebat induratas.

Remotis nunc intestinis, cum uterus nobis sub aspectum veniret, inopinato obstupebamus spectaculo: hic enim adeo extensus erat, ut credidisses eum esse mulieris, quæ medium gestationis tempus jam absolvisset.

Dissecto utero concretum quoddam osseum, uteri orificio lateribusque arcte adhærens, apparebat, quod recens extractum 22. unciis medicinalibus æquipendebat. Quo serra per longitudinem discisso, facile intelleximus, molam esse crusta ossea obductam.

In renibus & vesica nihil præternaturale observabatur.

Pectoris viscera erant flaccida & compressa, uti in senibus esse solent.

In capitis partibus internis nihil notatu dignum erat.

De valetudine præterita defunctæ inquirentibus, adstantes referebant eam multis jam abhinc annis de doloribus colicis atque hystericis conquestam fuisse, contra quos varia a diversis agyrtis & vetulis commendata remedia adhibuisset. Ut tibi de hujus observationis veritate eo magis constet, non solum figuram concreti hujus molaris, sed ipsum etiam corpus transmittimus.

Hamburgi, d. 25. April. 1746.

C. MULLER D.
Physicus.

J. A. FRIDERICI D.
Sub-Physicus.

I I.

Perluſtranti mihi, quoad licet, locupletiſſimam eorum penum, quæ de molis memoriæ legimus prodita: id nominis generatim videtur tribui cuipiam ſolido corpori, quod utero humano præter naturam innaſcitur. Latina vox, intepres Græcæ τῆς μύλης, ſive τοῦ μϐλϐ, eſt: quarum alteram Græci antiquiores, inde ab *Hippocrate*, alteram nonnulli ſequiores uſurpant. Dicta fortaſſis eſt, aut pondere ab inerti, cæmenti molaris inſtar habente, ἔιρηται μύλοσ, inquit *Moſchion* (*a*), παρὰ τὸ βάρος, καὶ διότι βραδέως κινεῖται· aut ἀπὸ τοῦ μόλϐ, ab eo, quod permoleſtum geſtatu eſt. Molucrum ex fragmentis *Afranii* legas apud *Varandæum* (*b*), μόλυνσιν *Ariſtoteli* (*c*), μυλόσαρκα *Heſychio* (*d*), vocari (*e*).

I I I.

Molarum autem omnium duo ſumma licebit conſtituere genera, quorum alterum veras, alterum nothas complectitur. Mola vera ipſum eſt humanum ovulum, idque fœcundum, atque utero receptum, ſed mortuo, pridem ante excluſionem, embryone, variam placentæ & involucrorum mutationem perpeſſum. Duplices iterum hæ molæ ſunt, aliæ, quæ exanimem, varieque mutatum fœtum, ſaltemve ejus rudimentum, continent, quas gravidas dudum *Garmannus* (*f*) dixit, prægnantes *Ill. Vaterus* (*ff*): aliæ, quæ embryone carent, ob illum adhuc tenerrimum, colliquefactum intus, atque ex *Ruyſchii* (*g*) mente, prorſus deletum.

I V.

Molæ nothæ, a figuræ quadam ſimilitudine dictæ, plures in claſſes diſpeſci poterunt: complexas & ſarcomata polypoſque uteri variæ compagi-

(*a*) Περὶ γυναίων πάθων, κεφ. 135. *In Gynæc Spach. p. 16.*
(*b*) *De morb. mulier. L. 2. c. 5.*
(*c*) *De gener animal. L. 4. c. 7.*
(*d*) *In Lexico.*
(*e*) *Bernh. Gordonius*, Monſpelii ſub finem Seculi XIII. clarus, *Lilii medicinæ Practic.* 7. *c.* 16. fratrem Lombardorum molam appellat. Maligno & inimico in Valdenſes animo dictum, quos eo tempore per Galliæ Tranſalpinæ magnam partem diffuſos fuiſſe conſtat.
(*f*) *Diſſ. de gemell. & part. numeroſo*, *cap.* 1. §. 5. qua memorabile exemplum extat, itemque *Diſſ. de homine ex ovo*, *pag.* 18. §. 37. *Chemnit.* 1682.
(*ff*) *Diſſ. de mola prægnante*, *Vitebergæ* 1732.
(*g*) *Theſaur. anatom. VI. variis locis.* Plura vid. infra ad §. 8.

compaginis, & placentas a priftino partu fuperftites, mirifice nonnunquam mutatas: tum fteatomata aliquando vifa; neque demum non ex quorundam fententia, ovula hypenemia, five fubventanea. De fingulis deinde plufculum agere attinebit.

V.

Nolim multis verbis hærere in percenfendis tot venerandæ alioquin antiquitatis, de molarum definitione atque origine fententiis. Plerique inde a *Galeno* (*h*) genitam in utero informem fine offibus & vifceribus carnem, κύημα ἄμορφον καὶ σαρκοειδὲς, ut *Plutarchus* (*hh*) loquitur, *Ætius* (*i*), *Ægineta* (*k*) & *Mofchion*, σκλήρωσιν μήτρας, duritiem uteri, appellant: hi quidem eo nomine ab aliis reprehenfi. Illarum autem appellationum, amice exponendarum, licet aliæ aliis effe queant probabiliores: facile tamen patet, nullas convenire illis molis, quæ hodie prægnantes dicuntur; nifi folius formæ externæ, rationem habeas. Neque molarum origines, ex veterum de generatione fententiis repetitæ, inde ab *Harvæi* tempore; quo animalium ex ovo generatio pleniori luce collultrari cœpit; locum tueri commode queunt: etfi omnibus id agas nervis cum *Jo. Bapt. a Lamzweerde* (*l*), ut *Hippocratem* (*m*), menftrua nimia incufantem, quæ paucam languidamque genituram exceperint, aut craffam, quam vocat, genituram, quocunque licet modo, explicatum eas, cui nihilominus, voce *Demetrii Pepagomeni* (*n*); μεγίστε ἡγεμόνος dignitas inviolata erit.

VI.

Sunt molæ veræ, ab abortu, primorum utique menfium, fua difcrimina. Si enim receptis ftandum notionibus eft, ovulum abortivum fub uteri geftatione naturali inter prægreffa varia figna eliditur, eftque & illius & inquilini embryonis jufta quædam proportio, quæ viciffim ætati temporique, quo exit, refpondet: neque placenta cum involucris ovuli, figuræ fabricæque confuetæ contraxerunt mutationem, neque in ipfo corpufculo alia, quam nuperæ mortis, indicia funt. At mola fecus ifthæc habet omnia. Nam obfervata longe plurima docent, ovum in

Xxxx 3 molem

(*h*) *De ufu partium L.* 14. *c.* 9.
(*hh*) *in Præcept. connubial.*
(*i*) *Tetrabibl.* 4. *S.* 4 *c.* 8.
(*k*) *De re medica L.* 3. *c.* 69.
(*l*) *Tractat. peculiari de molis uteri.*
(*m*) *De morb. mulier. I.* 97 *Linden. De fterilit.* 20. *De morb. mulier. II.* 62.
(*n*) *De Podagra, in proœmio.*

molem luxuriasse, prorsus alienam ab exilitate latentis intus exanimisque, non heri demum aut nudius tertius, sed jam dudum, rudimenti humani, & hoc ipsum longiori inde a morte tempore plurimum vitiatum, duritiemve saltem variam & decolorem habitum, nactum fuisse, simulque placentam cum velamentis in deforme quoddam, & insolitæ compaginis chaos abiisse. *Cum reperio fœtum*, *Ruyschii* (o) de fœtu, in membranis ovuli extincto, atque ab aeris aditu remoto, verba sunt, *utcunque parvum, collapsum esse, & præditum colore cineritio, quum alias colore sit candido; semper tum certus sum, mortuum jam fuisse aliquandiu, in utero materno, nec dubito, quin sæpe tempus a morte sit satis magnum.* Et ne sola placentæ magnitudo fallat, dignum est notatu, quod idem alio memorat loco (p). Illam primis mensibus, ob adhærentes cruoris grumos, majorem apparere, atque isthoc tempore semper ita observari, separato autem cruore, naturalem ejus modulum esse.

VII.

Extant molarum ejusmodi prægnantium, ipsum etiam ante *Harvæum*, quod non indignum observatu est, exempla longe plurima. A nobili veneta commemorat *Alex. Benedictus* (q) excretam instar polypi, cujus in meditullio masculinus quidam fœtus hærebat, *quem*, ut ille ait, *monstrum istud in se genitum, inter eas angustias accrescere non patiebatur: annexus tamen huic polypo umbilicus erat.* *Valleriola* (r) uxorem suam, refert, molam quandam utero gessisse menses duodecim, subinde ea gestatione gravidam factam, tandemque maximis cum symptomatibus parturire cœpisse, fœtumque quadrimestrem, molæ alligatum, exclusisse. *Kerkringio* (s) Amstælodami ab obstetrice sanguisuga quædam uteri, ut ferunt istarum muliercularum fabulæ, oblata fuit, id est, mola hujus generis, figura cyprinum piscem imitata, qua fœtus continebatur unius circiter mensis. Ac memoratu dignissima est historia, quam a *Valisnierio* acceptum reliquit *Malpighius* (t). Quadragenaria fœmina, jam quinquies partu perfuncta, dum lactat filium, spem uteri concipit. Septimo mense, non sine gravissimis symptomatibus, utero ejiciuntur, ovum primo, idque anserini magnitudine, deinde ingens vesicularum aqua turgentium vis. Aperto ovulo, hæret intus

(o) *Adverfar. Dec. II. p.* 27.
(p) *Adverfar. Dec. II.* 10 *p.* 29.
(q) *Oper. de re medica L. XXV. de morb. mul. c.* 29.
(r) *Obf. med. l.* 5.
(s) *Specileg. anatom. Obf.* 95.
(t) *In hiftoria vitæ fuæ ad Societ. fcient. Londinenfem*, *Oper. pofthum p.* 87. *Lond.* 1697.

intus embryo, fed mirifice vitiatus. Nam caput pedesque & crura deeffe videbantur, folo fuperftite trunco, in quo cor erat amplum cum aorta venaque cava, inter geminos utriculos, pro pulmonibus habitos. In imo ventre deformis fanguinea moles vicem hepatis gerebat; pancreatis lienisque loco indigefta glandularum congeries erat, ventriculus autem cum inteftinis mollibus & friabilibus, patebat. Veficularum incredilis erat multitudo, quarum lympha neque fervebat ab alcalinis, neque cogebatur acidis. Molam prægnantem gemellos continentem *Ephemerides naturæ curioforum* (*v*) exhibent. Brevitatis intereft, plura exempla filentio præterire.

VIII.

Illam autem potiffimum *Valifnierii* obfervationem penitius perpendenti, plurimum confirmari merito videbitur altera hujus generis molarum claffis, in quibus plane abolitus embryo fuit: ifque aut paullo maturior, aut inter ipfa vix nafcentis humanæ figuræ primordia, mortuus, cum liquidiufculus adhuc eft, utque hic fui non memoris *Galeni* (*w*) utar verbis, lacti recens coacto fimilis; præfertim cum fceleta fœtuum menftruorum *Kerkringiana* (*x*) fufpecta multis effe foleant, qui natura duce, cum *Ruyfchio* (*y*) ne humanam quidem formam tum inveniunt. Embryones ejusmodi in ovulo fuo omnino refolvi & deleri, *Ruyfchii* (*z*) pridem affertum fuit: quo obfervante placentas horum ovulorum, in quibus colliquefactum rudimentum fœtus difparuiffe verofimillimum erat, tranfmutatas in aliam prorfus formam, defcribi fæpenumero legas. Molas, placentam cum vaforum reliquiis, & membranarum, continentes, exhibuit, atque depictas dedit *Kerkringius* (*zz*), nullo intus deprehenfo fœtu, quem infciis mulieribus, excidiffe opinabatur. An veri quadam fpecie, merito dubites: cum, experientia tefte,

(*u*) *Cent. IV. obf.* 164.
(*w*) *De Semine I.* 1.
(*x*) *Anthropogen: ichnograph. C.* 6. *p.* 12.
(*y*) *Thef. anat. VI. n.* 43.
(*z*) *Thef. anat. III. N.* 16. *Thef. VI. N.* 42. *N.* 43. *n.* 3. *N.* 81. *n.* 5. Abolitionis inchoatæ memorabile exemplum eft *Thef. eod. N.* 93. Neque minoris momenti effe poffet, quod legitur *Thef. anat. IX. N.* 24. de crure humani fœtus fine mufculis, mire mutato, atque ex atheromate placentæ, fœtus alius vivi, maturi, & robufti, modo editi, pendente, fuperftite forfan ab abolitione alterius gemelli: nifi *Ruyfchius* ipfe in *Adverf. anat.* quæ longe fenior confcripfit, *Dec. I.* 8. *p.* 21. hunc cafum ad monftra referret. Huc pertinet obferv. *Mangeti*, *Biblioth. anat. T. I. p.* 474. de mola texturæ carneæ, partimque fibrofæ & duriffimæ, in cujus meditullio officula latebant.
(*zz*) *Spicileg. anat. Obf.* 38.

ſte, facilior ſit integri abortus ovuli, quam ſolius embryonis tenerioris excluſio.

IX.

Fabricæ naturalis placentæ & involucrorum varia eſt & mira commutatio, frequentiſſima tamen in hydatidum racemos, ut præter obſervationem *Valiſnierii* memoratam, alia *Bidloi* (*a*), ſimulacro expreſſa, & tot *Ruyſchianæ*, etiam in tenerrimis embryonibus, docent. Quæ quidem metamorphoſes, tum & ipſius embryonis conditio, ſatis teſtantur, mortuum hunc aliquandiu ante molæ excluſionem fuiſſe: ſive hæc ipſa eo ſpatio, quod ſpem uteri ſecundum naturam circumſcribit, ſive longo poſt intervallo contigerit. Si ante noni menſis finem, principiumve decimi, abortum cum mola aliquando dici legas, ut *Bartholino* (*b*), id eſt, cum placenta, mutationem a naturæ modulo alienam paſſa: utique, ſi grandior jam fœtus fuerit, ut in memorata *Bidloi* hiſtoria, qua ſemeſtris exhibetur, abortusque itidem vocatur, Etſi veriſimillimum eſſe queat, illum exſpiraſſe dudum ante excluſionem, ætatemque non geſtationis menſibus, ſed corpuſculi, ad naturalem hujus magnitudinis fœtum relati, incremento, forſan æſtimatam fuiſſe. Cum autem plurima molarum generatim dictarum, quæ diutius geſtatæ, cum fœminis etiam conſenuerint, notata extent exempla, in tertium quidem annum ab *Hippocrate* (*c*), in quintum a *Savonarola* (*d*), in duodecimum a *Zacuto Luſitano* (*e*), in decimum ſeptimum a *Paræo* (*f*), prætereo enim plura: quam maxime videtur probabile, harum in numero, raro ſtudioſius inſpectarum & exploratarum, non tantorum vitio virorum, ſed temporum aliarumve cauſſarum, multas prægnantes fuiſſe; præſertim, ſi argumentum ab analogia non diſpliceat, fœtuum quippe, provectioris etiam ætatis, diutiſſime geſtatorum, atque a morte varie induratorum. Quorum e cenſu ſaltem decantatum illud lithopædion Senonenſe (*g*), fœtumque annorum quadraginta ſex, integumentis ovi maximam partem oſſeis circumdatum, atque diſſertatione *Cel. Orthii* (*h*) deſcriptum, ſatis erit appellaſſe. Humani aliquid paſſus videtur Vir ſummus, *Hieron. Mercurialis* (*hh*), qui perſcriptam ad ſe

ab

(*a*) *Oper. Anatom. Chir. Exercitat. II. de hydatidib. p. 18.*
(*b*) *Hiſtor. anatom. var. Cent. III. hiſt. 1.*
(*c*) De *morb. mulier. I. 97. Lind.*
(*d*) *Pr. maj. Tr. 6. c. 21. rubr. 27.*
(*e*) *Med. Princ. Hiſtor. T. II. l. 5. c. 16. Obſ. 3.*
(*f*) *Op. l. 22. de hom gen. c. 24.*
(*g*) *Vid. Collectanea anonyma de diuturna graviditate, Amſtelod. 1662.* quibus continetur etiam *Jo. Alboſii* obſervatio lithopædii Senonenſis.
(*h*) *Præſide Excell. Rud. Jac. Camerario hab. Tubing. 1720.*
(*hh*) *De morb. mulier. L. I. c. 3.*

ab amico hiftoriam, de fœtu duodecim annis geftato, negat veram, fed molam, ut ait, fuiffe.

X.

An iftæ tum placentæ, tum involucrorum mutationes, ab embryonis demum morte contingant, an viciffim, prægreffis illis, lentoque gradu conceptis, embryo velut in herba deficiat, utramque in partem agitari poffe videtur. Multæ omnino funt cauffæ, quibus germen illud, nullo placentæ vitio, emarcefcere queat: aliæ procatarcticæ externæque, aliæ internæ, ut febres variæ, continuæ & intermittentes, nifi exacerbatio vel acceffio abortum civerit, aliique deinde acuti & chronici morbi. Horum quidpiam antegreffum effe potuit, neglectum in obfervatione, folius cura fpectaculi, quod præ oculis erat, occupata. Neque in mutuo illo uteri materni ovulique, lanugine chorii vafculofa ifthic defixi, commercio, explicandi adjumentis caremus: etfi de communi utriufque fanguinis circulo, cum ipfo, poft alios, *Ruyfchio* (*i*) dubitari poffe credas. Verofimile viciffim eft, fi in placenta funiculoque vitii quid concipiatur, quod perquam facile fieri, non uno loco monet *Ruyfchius* (*k*) ruinofum illud hofpitium, cum gravi perturbatione vitalis circuli in tenello inquilino, ac internecione demum, conjungi. Ubi vero alumnus nutritione per os jam perfruitur, minus fortaffe fola placenta morbofa nocere videri poterit: quod, nifi fallor, conjicere licet ex obfervatione *Dekkeri* (*l*), inter alias memorabili. Is, fœminam, calculi renum valetudine conflictatam, confueto tempore filiolam refert peperiffe fanam, quantum in confpectu erat: fed in placenta calculi bis centum, maximo nucem æquante myrifticam, vaforum ramis adfiti hærebant. Exemplum vivi & incolumis juftoque editi tempore fœtus, cujus in funiculo umbilicali tumor durus repertus fuerat, carnofæ & heterogeneæ fabricæ, pauco humore mixtæ, videre licet penes *Ruyfchium* (*m*). Rarius tamen cum *Jac. de Sandris* (*n*) accufandam effe ipfius uteri læfam fabricam, facile teftabuntur tot hiftoriæ fœminarum, tum ante, tum poft exclufionem molarum hujus generis, fanos fœtus enixarum, quarumve a morte, in utero molæ variæ, ipfo nihil vitiato, aut diuturnitate demum, vifæ fuere. Hiftoriæ uteri cartilaginofi fcirrhofique, explicandæ *Ætii* & *Æginetæ* σκληρώσει, minus huic argumento, inferviunt.

XI.

(*i*) *Thef. V. n.* 41. & 57. *Thef. X. n.* 58. *aliisque locis.*
(*k*) *Potiffimum Thef. VI. paffim.*
(*l*) *Exerc. Pract. circa meth. med. C.* 8. *de diur. p. m.* 666.
(*m*) *Thef. anat. IX. N.* 3.
(*n*) *De nat. & præternat. fanguin. ftatu, p.* 251.

X I.

In reddenda ratione fabricæ ovuli, a naturali degeneris, sufficiet opinor, magnorum virorum conjecturas sequi : cum quibus, si quis in hoc erraverit genere, sine periculo errata littora releget. Quare, sive quis hydatides concipi, cum *Ruyschio* (*o*) asseruerit, si confluens in tunicam vasorum sanguiferorum cellulosam humor, concavum canaliculi paullatim compressum aboleat, aut ipsis ultimis vasculis hærens ea distendat (*p*); sive cum *Boerhaavio* (*pp*) a folliculis Malpighianis ortum illarum deduxerit; sive in his collecto oleo, in sebum quiete coacto, aut ex hydatidibus demum, *Ruyschium* secutus (*q*) steatomata produci censuerit; sive osteogoniæ præternaturalis & hæc exempla, cum *Abr. Cypriano* (*qq*), a fistularum minutissimarum compressione, arctiorique post interceptum liquidi influxum compagine, arcessiverit; sive denique humorem, qui ossium quoddam ferrumen sit, in sanguine perpetim cum aliis liquidis hospitari, & huc præterea derivari, ex *Malpighii* (*r*) sententia dixerit: ubivis ille quidem in maxime similibus veri, fortassis etiam amice conciliandis, versari poterit. Nam, si dicendum, quod res est, istarum εἰς ἄλλο γένος μεταβάσεων explicatio, modis etiamnum non carere dicenda est.

X I I.

Veniendum protinus ad molas nothas erit. Ac sarcomatum quidem, tum solitariorum, tum multiplicium, numerosa passim extant exempla, præsertim in locupletissima *Ephemeridum Academiæ naturæ curiosorum* penu. Antiquitus jam ab *Ætio* (*s*), caruncularum ejectarum mentionem fieri deprehendas. Magnitudine sui generis omnes superabat rudis ista & informis carnea moles, quam pedem fere longam, latam semipedem, tres quatuorve digitos altam, quindecim annis ab honesta vidua, quam descensus uteri specie fefellerat, gestatam, ac demum, cum men-

(*o*) *Thes. anat. VI. N.* 104. *p. m.* 71. quo loco corrigit pristinam de glandulis placentæ transformatis sententiam, *Obs. Anat Chir.* 33. *p.* 43.

(*p*) *Adverſ. Dec. I.* 2. *p* 7. & *Thes. VI. N* 102. *n.* 2.

(*pp*) *Epist. ad Ruyschium p.* 41. Digna quoquo lectu est *meditatio Malpighii Op. posth. Hist. vit. p.* 88.

(*q*) *Dilucid. Valvular. cap.* 4. *observationum hoc capite contentarum vigesima quinta, p. m.* 79. *Adverſ. Dec. I.* 2. *p.* 8.

(*qq*) *Epist. elegantiss. de fœtu* 21. *mensium matre salva & superstite e tuba Fallopiana exciso*, *ad Thom. Millingtonum.*

(*r*) *Locis plurimis*, *præsertim Oper. posthum. cit. Hist. vit. p.* 51.

(*s*) *Tetrabiblo* 4. *Serm.* 4. *c.* 80.

menftrua nihilofecius ftatis temporibus folverentur, his aliquando præter modum fufis, elifam non fine doloribus memorat *Dodonæus* (*ss*). Sufficiat de his generatim audiffe *Ruyfchium* (*t*): *Aliquando*, ait ille, *utero expelluntur farcomata, quæ pro molis habentur; farcomata, inquam, quia præter carnem nil in iis deprehendi: Ejufmodi excrefcentias uterinas, per pedunculum utero adhærentes obfervavi in ipfo utero, dum mulieres in partus laboribus effent, & excretarum iconem exhibeo.* Sarcomata ejufmodi, virginum uteris contenta, memorant *Ephemerides nat. cur.* (*tt*). Aliud inftar dactyli, orificio uteri interno adhærefcens, in puellæ cadavere invenit *Kerkringius* (*v*): aliud ex lapfu gravi in utero puellæ enatum, *Bartholinus* (*w*) notat. Neque defunt eorundem exempla, quæ fimul aut hydatides, aut fteatomodes quid exhibuerint. Sæpe farcomatis hujus fynonymus eft polypus uteri carnofus, ipfi etiam *Ruyfchio* (*x*): aliis, ut vocum anceps ufus eft, quæcunque folidæ compaginis in utero luxuries, five pluribus pendula petiolis, five non, eo nomine appellatur. Atque huc molas fpongiofas, fungofas, glandulofæ fabricæ inftar habentes, membranofas demum variæ tenacitatis, referre queas, quarum omnium multoties mentio fit. Membranofas faltem per brevitatem *Peyeriana* (*y*) obfervatione illuftrabo, qui in utero vetulæ virginis, globofa quædam corpora, quibus molarum nomen dare libuit, venis & arteriis prædita, uteroque adnata, feptem numero, ut icon adjecta docet, maximum anferini magnitudine ovi, proximum ab hoc, cruftæ velut lapideæ obvolutum, obfervavit. Ventofæ five flatulentæ molæ, lectu non infrequentes, plerumque aut non perfpicue fatis defcribuntur, aut ad molas generatim non pertinent.

XIII.

Placentas aut partes earum, a priftino partu, abortuve fuperftites, *Ruyfchius* non uno loco refert molarum indigeftas figuras, a compreffione uteri poft emiffum fœtum, imitari, variamque mutationem concipere, atque alias durari (*z*), alias vero in hydatidum congeriem refolvi

(*ss*) *Obf. medicinal.* c. 49.
(*t*) *Obf. Anat. Chirurg.* 58. p. 75. *Conf. Thef. Anat.* III. nr. 7. not. 2.
(*tt*) D. c. II. *Ann.* I. *obf.* 39. *Dec.* III. *ann.* 7. & 8. *obf.* 100.
(*v*) *Spicileg. anat. obf.* 53. p. 114.
(*w*) *Hift. anat. rar. Cent.* II. 97.
(*x*) *Obf. Anat. Chir.* VI. p. 12.
(*y*) *Parerg. anat. & med.* VI. *de muliere hydropica, cui abdomen erat plenum tumoribus, & uterus tuberofus.* p. m. 127.
(*z*) *Thef. anat.* III. n. 7. *Thef.* IV. n. 29. & *alibi.*

refolvi (*a*), tum quantæ erant, tum, ut intus quippiam, vel glandulofæ inftar fabricæ, vel fibrofæ, vel fteatomodes quid appareat, non fine fanguiferorum tuborum reliquiis. Ac placentas quidem abortivorum fœtuum, quadrimeftribus non provectiorum, frequenter indurari: feptimeftrium autem, & maturiorum, in hydatides degenerare (*b*). Attamen is alibi hydatidem in funiculo umbilicali embryonis, qui granum hordei æquabat (*c*), & placentulam fœtus trimeftris, quæ fimilium rudimenta veficularum conceperat, defcribit (*d*). Sunt ejufmodi veficularum antiquiora paffim teftimonia: tum eo nomine, tum molæ aquofæ, a *Lud. Mercato* (*e*), *Hildano* (*f*) aliisque dictæ. Hanc *Roder. a Caftro* (*g*) primus, nifi plane fallor, monuit, a rariore uteri vero hydrope non fatis diftingui: Nam longe fequior explanatio *Kerckringii* (*h*) ad ovariorum hydropem pertinet. Ex iis, qui a novis propiores, præter *Ruyfchium*, *Bidloum*, & *Ephemerides nat. curiof.* obfervatas hujus generis hydatides memorant; *Mangetum* (*i*) & *Stalpartium van der Wiel* (*k*) nominaffe fufficiat.

XIV.

Quæ *Ruyfchianæ* fententiæ, de refiduis placentis, aut earum partibus, objici foleant, non ignoro quidem, neque illum hic defenfum dare aufim: fubdubitare tamen licebit, fintne perpetua, quæ timeri a retentæ fragmento placentæ folent. Graviter caufam ipfe fuam dixit *Ruyfchius* (*l*): utque fimilia plura prætercam, vidit *Kerckringius* (*m*) placentæ portionem, quæ menfe quarto a partu exclufa fuerit incorrupta; quanquam in ea obfervatione rarum illud fateor, inviolatam fuiffe. Hujus funt etiam loci, perfrequentia molarum exempla, quæ non embryonem tantum, fuis inftructum fecundis (*n*), continuiffe, fed etiam cum fœtu maturo prodiiffe, eumque vel proxime vel longiori

(*a*) *Obferv. anat. Chirurg.* XXVII. & XXXIII. *Adverf. Dec.* II. 10. & *frequentiffimis exemplis in Thefauris, præfertim* VI. & X.
(*b*) *Obferv. anat. XXVII.*
(*c*) *Thef. VI. N.* 45. *n.* 1.
(*d*) *Thef. VI. N.* 102. *n.* 2. & *alium N.* 103.
(*e*) *De mulier. aff. L.* 3. *c.* 8.
(*f*) *Obf. Chirurg. Cent.* 2. 53.
(*g*) *De morb. mul. L.* 3. *c.* 7.
(*h*) *L. c. obf.* 10.
(*i*) *Bibl. anat. Tom. I. p. m.* 474. *in annot. ad Graaf. de mulier. org. c.* 15.
(*k*) *Obf.* 70
(*l*) *Adverf. Dec. II. X. p.* 31.
(*m*) *L. c. obf.* 36.
(*n*) *Eph. Nat. Curiof. Dec. II. A.* 5. *obf.* 233.

ri tempore prægreſſæ, & ſubſecutæ viciſſim, leguntur. Mulieris ab *Hildano* (*o*) mentio fit, quæ ſeptimo menſe molam enixa, nono incolumem filiam peperit. Si audias *Ruyſchium*, non diſparia multoties memorantem, iterum placentas intelliges accuſari, a priſtino reſiduas partu, ſaltemque placentarum, ſub ipſa difficiliori ſeparatione, digitis, ut fit, divulſarum reliquias. Utque ovulum fœcundum non uni & eidem uteri loco conſtat inhærefcere: ita, ſi quod ſupervenit, id alia vacuaque uteri areola, excipi & germinare poſſe, non inficiandum.

XV.

Steatomatum ortum ſupra attigi, neque transferendis huc exemplis, quæ plurima obvia ſunt, molarum etiam pinguium nomine, opus eſſe arbitror. *Antiquæ muſcoſa ex ilice ſylvæ* decerpam unicum, quod offert *Jo. Arculanus* (*p*): *Vidi*, ſunt ejus verba, *molam ex humore phlegmatico, groſſo, ad ſimilitudinem pultis factæ per ſuperfluam milii decoctionem in aqua, quæ tantum excrevit, ut poſt mortem patientis facta anatomia, eſſet majoris quantitatis, quam reſiduum corporis uteri.* In his, aliisve utero præter naturam detentis, conſpectos memorari cortices cartilagineos oſſeosve, rarum itidem lectu non eſt.

XVI.

Glebas cruoris coacti, tenacitatem nactas variam, ſæpe etiam aliquid membranacei velamenti adeptas: & molarum ſpecie, & placentarum, decipere poſſe, monemur a *Ruyſchio* (*q*). *Cum hæc*, inquit, *& ſimilia mihi occurrunt, ad hæc duo reſpicio: primo an funiculi umbilicalis abrupti veſtigium ſuperſit; ſecundo an vaſis ſanguiferis gaudeant ejuſmodi maſſæ, ſine quibus vocari non poſſunt placentulæ retentæ. Et inſuper notandum, in placentulis reſiduis quantumvis vaſa ſanguifera adſint, ut plurimum ſanguine caſſa ea reperiri, ita, ut magis fibras, quam vaſa ſanguinea referant.*

XVII.

Ovula denique hypenemia (*r*) ſive ſubventanea dari, minime inficiandum: id eſt, matura quidem, ſed non in ſpem prolis, ovariorum

(*o*) *Obſ. Chir. Cent.* 2. *obſ.* 54. cum obſ. 52. molam fœtum comitantem deſcripſiſſet

(*p*) *Comment in Noni Rhaſis ad Manſorem cap.* 83. *p. m.* 169.

(*q*) *Obſ. anat. Chirurg.* 29. Thrombum ſimul carnoſum & veſiculis obſitum exhibent. *E N. C. Cent. V. obſ.* 5..

(*r*) *Galeni* vox eſt de gallinarum fatuis ovis. *De uſu partium L.* 14. *c.* 7.

rum luteis corporibus excuffa, utεroque excepta. Nam ut non alia; ac matura & fœcunda in molas veras degenerare queunt: ita merito dubitandum eft, an immatura excludi ovario utcunque poffint. Omnino autem de hypenemiis hifce *Drelincurtio* (*s*) affentiendi, momentofum fatis eft: haud quippe fecus uterino fotu illa putrefcere, tetroque dilabi effluxu, ac gallinarum ova fubventanea, incubitu quovis in tabum tota diffluunt. Erunt fortaffe, qui cum *Hardero* (*t*) molas quidem plurimas ab ovulo fœcundato, repentina quadam cauffa corrupto, repetant: at quasdam faltem ab his ovulis deducant; quodque perfuadeat, inveniant in obfervatione *Malpighii* (*v*), relatu non indigna. *Ingenti & nifu, & dolore, & fanguinis profluvio, excluferat aliquid utero mulier. quod placentæ figuram referebat, fex digitis longum, latum tribus, craffum dimidio. Laceris erat limbis, rubebat extrinfecus; maceratum aqua, pelliculas & frequentia vaforum ora, & nonnihil operis reticulati, confpectui dabat. Intus recondebatur ovum, columbini magnitudine, ichore turgens flavo, & mediocriter lento. Membranæ ovi fuperficies interna candida erat lævifque, externa copiofas dimiferat appendices, alias aliis longiores, ex quibus folliculi membranei pendebant. Ipfo in ovo nil erat concreti, neque organici.* Quod fi vero, aut colliquefactum deletumque hic embryonem, aut hydatida id ovum fuiffe, quisquam objecerit: quid refponderi queat in argumento, quam maxime ambiguo, videant, quos penes norma ftatuendi effe poteft. Adeo σφαλερὴ μὲν πεῖρα ἡ δὲ κρίσις χαλεπὴ in hoc genere eft.

XVIII.

De molarum igitur verarum origine cum nihil attinebit plura addere: tum proclive confpectu eft, his quidem ipfis, ex fummorum fententia virorum præftitutis, pleraque placita amice explicata accommodari poffe. Nam five cum ipfo ftatuas *Graafio* (*x*) *materiam illam*, verbis ejus utor, *qua ovulum abortivum duorum aut trium menfium fæpius obvolutum inveniatur, & quam aliqui molis annumerent, nihil aliud videri, quam placentam præter naturam undique ovulo illi agglutinatam*; five cum *Jo. Claudio de la Courvée* (*y*), verum quidem conceptum,

(*s*) *De Conceptu Conceptus five fyftematis de humano fœtu.* P. I. Perioche 20. Conf. *Lamzweerdium Tr. de molis uteri* fupra memorato eadem fentientem.

(*t*) *In Pæonis & Pythagoræ i. e. Harderi & Peyeri Exercitat. Anatom. & Med. famil. Hecatombe*, *Exercit.* 45.

(*v*) *Op. pofth. Hift. vit.* p. 87.

(*x*) *De mul. org. c.* 15.

(*y*) *Paradoxorum de nutritione fœtus in utero*, pluribus locis.

ceptum; fed placentæ. tunicarumque confufione in rudem ejusmodi molem coactum; five denique generatim conceptum depravatum, molam voces: erit nullibi non, quod conciliari poffit cum ea fœcundi præter naturam mutatione ovuli, quæ aut a morte inquilini, aut ante illam inde futuram concipitur; cum ob fuperftitem fucci nutritii ex utero aliquem commeatum, fiquidem fanguinis materni propiorem aditum vel adultiori negas embryoni, in alienam luxuriem degenerat. Nihil autem morbos quosdam hæreditarios cauffarum afferre, ad fœcundum ovulum in molam veram corrumpendum, ut quibufdam placet: quotidiana experientia teftimonio eft, & vel fupra memorata *Dekkeri* obfervatio eloquitur. Inde eodem infans malo contemeratus nafcetur, minime quidem mola. Nihilofecius, ac matris gravidæ quædam valetudo, nifi abortu noceat, non tardabit incrementa embryonis, & inde partum: fed maturum jufto tempore fœtum, at languidum, debilisve corpufculi, producet. Ex molis nothis, farcomata, prægreffam, ut ajunt, continui folutionem arguunt: five illam hæmorrhagia profufior, per rhexin quandam, five lentum uteri ulcus cum febre longa; five difficilior partus, uterive catarrhus diuturnus & acris, five foris illata vis, ut in exemplo *Bartbolini* fupra allato, nefaria etiam illa, intulerit. Steatomatis origines, vel a folliculis mucofis colli uteri, eodem licebit modo explicare, quæ *Boerhaavius* (*yy*) tumores cyfticos folliculis cutis febaceis concipi pereleganter docuit. Poftremo fponte patet, quænam iftæ fint molæ, quibus infeftari vel virgines vel viduæ poffint.

XIX.

Cuinam denique molarum claffi accenfenda ifta fit, quæ fpecimini huic occafionem dedit, doceri mallem, quam temere conftituere. Coram, fi placet, Lector honoratiffime intuere illam imagine expreffam, quanta erat, bulbis compofitam duobus, iisque turbinatis, interpofito veluti collo conjunctis; altero bulbo majori, cujus longior diameter prope major erat digitis quinque, brevior quaternis: altero minori, duorum utrinque circiter digitorum. Ubivis circumdabatur offeo cortice, fubflavo, foveis quibusdam & colliculis viciffim afpero, at folido, craffitie dimidiæ lineæ Rhenolandicæ, nonnullis locis paullo ampliore, tantæque duritiei, ut eburneæ dentium laminæ vix cederet. Hunc offeum corticem veftiebat foris membrana, tenuis illa quidem, at facile, dum deglubitur, in binas hifcens bracteas. Exterior, in ipfis bulbi majoris lateribus cruoris amplas reliquias exhibebat, quin vafculorum etiam fanguiferorum, exficcato cruore confpicuorum, ultro citroque tractus quosdam: nonnullis quoque locis, tenuiffimarum fibrarum rara quadam hirfutie, obfita videbatur. Nihil cruoris, extantiumque fibrarum

(*yy*) Opufculi anatomici Ep. 1. quæ eft Boerhaavii ad Ruyfch.

rum apparebat in bulbi majoris ultima & poftica fuperficie, quam bafin dixiffes, neque in bulbo minori; quem prominuiffe in vaginam, alterum utero latuiffe conjicio: ut bulbus ille major non uteri fundo, fed fornicibus parietibufque adhæfiffe videatur. Interior teneriorque veftientis membranæ bracteola, offeo cortici firmiffime coaluerat, fed externæ interjectis celluloſi operis luculentis quibusdam ruderibus commiffa. Sub offeo cortice circumquaque erat alius fabricæ aliquid linearum circiter duarum triumve fpatio, quod compofitum videbatur cellulis modo compreffis compactisve, modo patentibus, membranaceæ olim texturæ; nunc alibi tenacioris, alibi vetuftate ipfa friabilis. Coloris erat candidiffimi, & fubinde in cellulis reconditum quidpiam hærebat albæ materiæ, quam cum *Malpighio*, in exemplo perfimili mox memorando, vocarem gypfeam, nifi propius vifa fuiffet ab illa abeffe, quæ perantiquis fteatomatibus continetur, ad candelæ fcilicet flammam non fine veteris mephiti adipis colliquefacta & accenfa. Hanc denique fabricam, intus quaquaverfum excipiebat & fuccingebat carnofum quoddam involucrum, durum, tenaciffimum, fibrarum perfpicuos tractus referens; ut fi carnem fale fumoque conditam, deinde fpiritui vini commififfes, nam & idem color erat. Craffities carneo huic involucro erat alibi fefquilineæ, alibi altero tanto amplior. Habebat hæc mola fpecus plurimas, quæ omnes hoc carneo pariete intus veftiebantur. Maxima erat, utriufque bulbi junctam longitudinem emenfa, quæ icone confpicitur. Non deerant in receffibus penitioribus, aliæ; fed anguftiores, & fortuitæ figuræ omnes. In una majoris bulbi, carneus ille paries, mollior ibi quidem, membrana lævi, fatis adhuc mollicella, obductus apparebat. His caveis caute & patienter apertis luftratisque, fperabam, faltem in modo memorata, me aliquid rudimenti humani, ficcati duratique, deprehenfurum; fed vacua & fterilia erant omnia. Parum diffimilis molæ hujus, illa fuiffe videtur, cujus fragmentum dono fibi datum a *D. Felice Adamo Mulebancher*, Germano, commemorat *Malpighius* (z). *Exterius omnino offea erat, & circularium fibrarum contextum exhibebat, ambientis forte olim fecundinæ portiones: interius vero obfervabantur inæquales concretæ offeæ portiones, cum interpofitis particulis quafi gypfeis, & fanguineis, carneifque concretis & reficcatis fruftulis.*

XX.

Quodfi vero molæ hujus fabricam cum tot Ruyfchianis molarum verarum exemplis conferam; fi, eodem & *Graafio* (a) tefte, placentam in molis veris reliquam ovuli partem ambitu majore complecti recorder,

(z) *Op. pofth. Hift. vit. p. m.* 50.

(a) *Loco fupra allato.*

corder, quia forte, confumto coactove humore, connivens amnion placentæ incrementis abfconditur; fi, *Ruyfchio* multis locis teltante, vafa placentæ in fibras abire, & placentæ degenerantes, tum ob intertextas vafis fibras, tum ob vafa in fibras abeuntia, carnei quid referre poffunt; fi denique placentæ mutationem, huic molæ perfimilem, vel in fœtu illo differtationis *Orthianæ*, fupra memoratæ, contempler: non plane forfan a verofimili abero, fi molam hanc fufpicer alteri verarum claffi annumerandam, quarum embryones intus deleti abolitique fuere. Nam ipfa molæ fabrica, & ætas vetulæ, diuturnitatem, datumque mutationi ovuli fpatium, abunde teftantur. Caveas in vifceribus molæ, carneo pariete obductas, cavernofa placentæ ftructura facile concipere potuit, & carneum illud platyfma ex placentæ reliqua fubftantia fieri. Cellulofa textura inter carnem illam & offeam corticem, fteatomatofa materia plena, ex cellulofo nexu, qui chorio cum placentæ fuperficie communis eft, orta videtur; ipfe cortex ex membranis ovuli, non difpari modo, ac de membranis aliis offeam texturam adeptis crebro conftat. Membrana denique illa, quæ corticem offeum obvolverat, aut chorii luxuriantis bracteola, aut aliquid præter naturam producti effe potuit, ut cruoris in utero thrombi, fimili involucro veftiti, aliquoties in *Ruyfchianis* libris leguntur. Sarcoma quo minus credam fuiffe; & vel virginis illius octogenariæ apud *Peyerum* (*b*) exemplo, admoneri poffe videor, cujus in utero vetulta farcomata, adhuc adnata, luculenter obfervabantur. Sed conjecturas faltem afferre me fateor, eafque in argumento difficili, quod anamnefticis collultrare fignis licet. Nihil enim horum explorare datum eft Clariffimis Illis Viris, qui hujus obfervati copiam mihi facere non dedignati funt.

XXI.

Signa molarum & curationem pluribus adjicere, brevitatis propofitæ vetant rationes. Facile patet, multum effe momenti in caufis anamnefticis, fedulo perquirendis, unde diagnofis accipere plurimum lucis poteft. Neque molis intercipi femper menftrua, vel *Paræi* (*c*), *Hildani* (*d*), & *Dodonæi* (*e*), exempla confirmant. Curationis cardo in expellenda auferendaque mola dicitur verti, five id agas medicamentis, five variis, quibus in extrahendo fœtu ufus eft, inftrumentis, five demum, quæ optima ratio eft, blandioribus manuum non armatarum

(*b*) *Loco fupra memorato.*
(*c*) *Oper. L.* 23. *de hom. gener. c.* 41.
(*d*) *Cent.* 4. *obf.* 19.
(*e*) *Obf. medicin. c.* 49.

rum adminiculis, eo quidem tempore, cum parturitio quædam inftat: Omnem autem ancipitem vim effe, gravifſimisque opportunam cafibus, nemo inficiabitur. Præftabit abftinere nifi certiffima non adhærentis firmius molæ figna fint, nifi mitiffima nudæ manus fufficiant artificia, falſtemque fymptomatibus eo confultum ire modo, quo hyfterica demulcire folent. Namque nifi elidantur molæ cum ipfis, ut frequenter fit, menftruis, aut cum partu abortuve, quo quidem cafu convenient, quæ vel nimia menftrua, vel puerperium abortusve depofcunt: ad finem plerumque vitæ hærere inter variam valetudinem confueverunt.

FIGURARUM TABULÆ EXPLICATIO.

Fig. I. Exhibet molam illam offeam.

Fig. II. Repræfentat interiorem molæ partem, uti fecundum longitudinem diffecta in confpectum venit.

Fig. III. Eft pars abfciffa.

F I N I S.

Tab. XXVI.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Disput. Medico-Pract. Tom. IV. HANKOPH DE MOLA. pag. 730.

CXLV.

JOH. GEORGII SCHMID,

DE

CONCREMENTIS UTERI.

Basileæ 1750 Julii.

§. I.

MAteriam dissertationi inaugurali aptam conquirens in hanc forte incidi. Etiamsi vero apud veteres æque ac recentiores vestigia illius haud obscura deprehendantur, lucidiori tamen collustratione eam vel ideo censui dignissimam, quod iste, quem spectat, affectus, sæpius ac vulgo quidem putant, & interdum sub alius morbi schemate occurrat. Cumque sub practici cujusdam, non sine maximo honore mihi nominandi, manuductione, proximum istius affectus cognoscendi & edomandi modum ulterius inspicere, atque adeo quod propria experientia denegavit, aliena compensare licuerit, eo confidentius eum exponere in animum induxi; observato, præprimis hac in re, *Galeni* monito, de sanitate tuenda p. m. 202. b. dicentis : " *Experientia normæ vice semper habenda* „ *est eorum, quæ excogitaveris, nec scribendum pro utili quidpiam est, quod* „ *non sis expertus, nisi tamen hoc ipsum testeris non esse tibi adhuc expertum.*

§. II.

Sub concrementis uteri intelligo massas filamentoso-membranaceo-polyposo-carnea substantia contextas, vel in uteri cavo, vel in ejusdem vasis hospitantes, ac numero, magnitudine & duritie adeo diversas, ut aliæ duriores & coriaceæ, aliæ molliores & viscidiores, pelliculisve gracilioribus constructæ, quædam majores & ad integram fere libram accedentes observentur.

§. III.

Ante vero, quam ad eorundem genesin & differentiam ostendendas pedem promoveam, instituti ratio postulat, ut proponam, quibus phænomenis, signis & symptomatibus ea rite cognosci ac detegi queant. Horum autem numerum præcipue absolvunt, quæ sequuntur: mensium nimirum conditio filamentosa, glutinosa, putrida; fluor eorum mox largior, mox parcior; anxietatum præcordialium, palpitationum cordis crebrior & repentinus insultus; phlogoses; urina plerumque pallida, tenuis, & ob spasmos pluries insistentes, modo uberiore, modo vero exigua quantitate manans, copiosisque non raro filamentis mucidis circumvolitantibus referta, pressiones & dolores illorum, qui partus comitantur, æmuli, circa pubis & ossis sacri oras subinde impetentes; mammæ materia lactiformi cruda turgentes, ipsiusque uteri non raro prolapsus. Cum autem sæpe numero in gravidis una cum fetu concrementa gestentur, indeque symptomatum indicatorum quædam aut alia sub forma

appareant, aut ipfius graviditatis confequentiis attribui foleant, e re omnino eft, ut curatius in cætera aliaque inde a puerperio deprehenfa phænomena inquiratur. Dumque non minus frequenter tanta extra graviditatem concrementorum copia uterum eo ufque diftendit, ut ipfam graviditatem fubeffe credas, tum hujus abfentia ex tumore ventris diufculo, non acuminato, fed in omnem dimenfionem interdum æquabiliter, interdum vero confufe fefe expandente, juncto fubinde motu fimili motui fetus, phænomenifque indicatis concurrentibus dijudicari atque æftimari debet.

§. IV.

Hifce præmiffis proximum jam eft, ut, quo generentur concrementa modo, exponam. Quo quidem confilio haud incongruum duco, ut, dilucidationis ergo, eorum morborum, qui cum adfectu noftro adfinitatem alunt, nafcendi rationem in auxilium traham. Duo autem potiffimum modi, uti §. 2. innui, in iftis producendis concurrere mihi videntur, quorum prior in ipfis uteri vafis, pofterior in ejus cavitate contingit. Illum ut rite evolvam, pauca quædam de uteri peculiari fabrica fupponere placet. Nemini non ex anatomicis perfpectum eft, uterum duabus membranis, quarum interior pluribus exiguis porulis pertunditur, fibrarumve carnearum variis plexibus conftructum effe, quarum ope ita comparatus eft, ut in ampliorem molem extendi & intertexta illi vafa ejus extenfioni obtemperare poffint. Nec minus notum eft, vafa hæcce omnem illam uteri fphæram ea ratione perreptare, ut arteriæ cum arteriis venæque cum venis per miras contorfionum fpiras convolvantur, creberrimis inofculationibus conjungantur, & ex arteriis, antequam in venas, valvulis deftitutas, replicentur, plurimi tubuli finufque membranacei retis in formam impliciti, compluribus exiliffimis ofculis in cavum uteri hient. Jam qui ad uteri a corde diftantiam, quæ haud exigua, illiufque vaforum intricatam ftricturam attendit, ultro concipiet, cur illorum vigore, qui in ftatu f. n. jam exiguus eft, ex cauffis inferius proferendis infracto, humores eo appellentes haud difficulter extra motum ponantur & fubfiftant, unde, debita fphærularum ipfos conftituentium divifione fublata, plures maffulæ flocculentam & ramofam veluti naturam adeptæ in mutuum amplexum & cohæfionem ruunt, quo fit, ut non folum moles fucceffive & ulteriori femper humorum per anaftomofes confluxu augeatur, fed & vafa eandem molem increfcentem continentia magis magifque extendantur & adinftar farciminis f. varicis diducantur. Quod affertum probare mihi videntur ipfi cordis & pulmonum polypi, qui concordi auctorum confenfu, a nulla alia cauffa, quam a folo vel in corde vel vafis illi illigatis quiefcente parietibufque adhærente fibrofo cruore producuntur, & in ejufmodi maffam effinguntur. Tales maffæ non mi-

minus in aliis corporis partibus, v. c. ſinu cerebri falciformi, plexu choroïdeo, ſectionibus cadaverum a *Bartholino*, hiſtor. anat. rar. cent. 2. & à *Wepfero*, obſervat. pract. de capitis affectibus, *Bonet.* Sepulchret. anat. *Pejer.* Hiſtor. anat. repertæ fuere.

§. V.

Progrediamur jam ad alterum fiendi modum explanandum, quem non ſine ratione ſequenti modo concipere licet. Sanguis ex hiantibus oſculis uterinis expreſſus & in uteri alveum ejuſque membranam internam propulſus, mora & inhalatione particularum ſubtiliorum in venas bibulas, in coagulum mucidum, ſpiſſum, degenerat, uteri parietibus villiſque firmiter agglutinatur, ex quibus admodum, ceu in graviditate, dilatatis, novum ſemper pabulum imbibendo & in majorem ſenſim ſenſimque molem excreſcendo, uterum tandem dilatat & tumore duriuſculo inflat. Quæ opinio firmo ſatis talo nititur, cum ipſa autopſia jejunam quoque plebem doceat, ſanguinem e vena miſſum, in quiete per exiguum temporis ſpatium poſitum, maſſarum concretarum formam induere, imo tantum aliquando ſubire duritiem, ut vel cultro acuto diſcindi vix queat. Simile propemodum argumentum ſuppeditat ipſe celeberr. *Ruyſch.* Theſaur. anat. 6. qui ex ſui ipſius ſanguinis ſero membranam ſtaminibus & fibris pertextam ſola conquaſſatione confecit. Taceo polypum narium, fungoſam pedum & vaginæ uteri excreſcentiam, quæ ex ſimilibus comparative cauſſis deduci poſſent.

Non temere autem mihi videor perſuaſiſſe, uno eodemque tempore tam in ipſis uteri vaſis, quam in ejus cavo, pro re nata, concrementa gigni poſſe. Quando enim in hoc concrementa ſic efformata ipſius parietibus affiguntur & quaſi adligantur, tum, pondere ſuo vaſorum membranas prominentes coarctando, cruorem inhærentem in progreſſu ſuo ſiſtunt & compingunt, ut tranationi per vaſa ineptior redditus in polypoſam tandem maſſam abeat. Vel quando vice verſa polypoſa hæcce monſtra in vaſis uterinis hoſpitantia liberum humoribus per ea ferendis denegant permeatum, tum ob provenientes inde ſpaſmodicas contractiones, ſanguis eo verſus congeſtus, lentus, ſpiſſus & filamentoſus, extremitatibus vaſorum expulſus, ſenſim ſenſimque concreſcit atque in maſſas plus minuſve magnas fatiſcit.

§. VI.

Ex iſtis allatis ſymptomatum modo enarratorum ràtio obvia erit. Obſturatis enim canalibus uterinis, ſanguis cæterique ex illo ſcaturientes humores alia patentia loca verſus denſo agmine meant, eadem nimis oppleta extendunt, nervos vicinos premunt, tendunt & ad ſpaſmodicas con-

contractiones follicitant, unde a duabus iftis cauffis preffo invicem pede fe fequentibus, progreffus liquidorum inæqualis & inordinatus redditus, anxietatibus, phlogofibus, mammarum inflationibus, hæmorrhagiis, doloribus, anfam fœnerat frequentiffimam. Et inde quoque dif.alefcit, quare ob exquifitum illum confenfum plexuum nervoforum abdominalium renes eodem tempore conftricti, lotium limpidum, tenue emulgeant.

§. VII.

Ex hifce omnibus, opinor, patefcet, eximiam differentiam concrementa & molas intercedere. Molæ enim, quæ pariter cum & fine fetu geftari folent, non tantum maffam rudem, informem, rudimenta atque lineamenta quædam fetus utplurimum in interaneis fuis habentem, exprimunt, fed & originem multum diffidentem agnofcunt. Cum autem Authores practici circa hanc in diverfas plane abeant fententias, liceat præcipuas, ad noftrum fcopum potiffime facientes, recenfere. Primum autem inter hos allegare placet Illuftr. *Hoffm.* Tom. III. Medicin. rat. de caufis morborum rite cognofcendis, §. 46. pag. 154. dicentem: „ *Perperam autem ejufmodi maffæ, videlicet concrementa, habentur pro* „ *molis, quæ nihil aliud funt, quam polypofæ ejufmodi a mucido ftagnante* „ *intra venas uterinas fanguine concretiones, quibus ejectis ob vaforum ni-* „ *miam diftenfionem & apertionem largiffima fanguinis ejectio fequi neceffario* „ *debet. Id tamen interdum accidit, ut aliquot placentulæ abortivæ in uteri* „ *cavitate maneant, ibique auctæ ac induratæ varia fymptomata producant,* „ *quorum cauffa mola a medicis communiter dicitur & adftruitur &c*". Eandem ratione molæ proventus fovent fententiam *Kerkring. Tulp. Junker.* Ipfeque vetuftiffimus artis noftræ parens, æque ac *Schenckius*, *Sennertus*, *Mauriceau* aliique, molas maxime e falfo vel imperfecto conceptu, imaginationeque prava nafci & interdum vita præditas effe tradunt.

Hifce lucem affundere videtur Cl. *Harder.* in Thefauro obfervat. med. rar. obfervatione 9. ubi de molis fic differit: " *Ad molæ generationem* „ *ovum non maturum modo fed fœcundatum infuper requiritur, quod pri-* „ *maria naturæ intentione in uterum per oviductum devehitur, ut ex ipfo* „ *fetus naturalis, ceu ex conceptu legitimo, progignatur. Hæc ipfa autem* „ *naturæ actio cum a violento quopiam pervertitur, molæ generatio in pro-* „ *cinctu eft. Ejufmodi quid a perverfa matris imaginatione vel vehementiori-* „ *bus animi pathematibus frequenter accidit. Imo, cum ipfæ partes in ovo ea-* „ *rumque fibrillæ tenellæ admodum fint, quin ab humorum (quibus alias nu-* „ *triuntur) acrimonia vel impetu vehementiori rumpi vel erodi, indeque in* „ *unam maffam rudem ac indigeftam coalefcere queant, extra aleam ponen-* „ *dum autumo &c*".

Qui-

Quibus perpenſis apparet, concrementa a molis, ortus & formæ ratione, quam maxime differre, quoad phænomena vero, effectus, imo & ipſam quoque curationem, multum inter ſe convenire. An vero clarioris diſtinctionis ergo id ſolum molam appellare licet, cui fetus rudimenta inſunt? Num mola a fruſtulis ſecundinarum in utero relictis peculiaris concrementi ſpecies nominanda? An molæ vitali monſtri nomen tribuendum?

§. VIII.

Series cauſſarum, quibus concrementa ortum debent, cum ſit examinanda, eam omnia ea conſtituere aſſero, quæ ſanguinem in uteri vaſis congerere, ſpiſſum & immeabilem reddere, vel eundem, in uterum titulo lochiorum expreſſum, concreſcere faciunt. Quapropter huc referri meretur primario abortus & cum eo ſociata uteri hæmorrhagia, a qua corpori interdum vix ſuccus & viribus fomes relinquitur. Mirandum enim non eſt, quod ſub larga nectaris vitalis profuſione tonus vaſorum mirum in modum enervetur & ad provolvendum a tergo adhuc urgentem ſanguinem ineptus reddatur, unde is, propter glutinoſam ſuam quam in ſinu fovet indolem, mox ſpiſſeſcere incipit & ſub tali ſtatu ad ſtagnationem atque coagulum pervenit. Eodem vero tempore in ipſo quoque uteri alveo concrementorum fundamenta ponuntur, quando liquor ex vaſculis uterinis egeſtus, villis & ſpongioſitatibus uteri adhærens, non rite expurgatur; tum enim diſſlatione particularum tenuiorum & concurſu pituitoſi ex ſinubus uteri extillantis humoris conglutinatur, atque tandem in molem carneam plus minuſve magnam tranſit. Non ſuperfluum autem erit ipſius immortalis *Stahlii* hac de re audire mentem, quam colleg. ipſius caſuali magno, cap. 76. pag. 797. legere licet: " *Feminas*, „ inquit, *quæ abortum paſſæ ſunt, non ſolum eas, quæ puerperis præſcri-* „ *buntur leges, ſed multo ſtrictiores obſervare atque id curare potiſſimum* „ *oportere, ut purgamina lochialia debite ſuccedant, inſimul uterus a ſarcina* „ *recrementorum & reſtitantis ſubſtantiæ membranoſæ ſcite levetur, hiſce enim* „ *inſuper habitis, excreſcentiæ ſuccreſcunt fungoſæ & membranaceæ, ex qui-* „ *bus in majorem progreſſis molem, concrementa, molarum faciem exhibentia,* „ *proveniunt.* Vid. quoque caſuum ſubnexorum 2.

§. IX.

Huc quoque referri poteſt fluxus lochiorum, per calidiora volatilia, pellentia, adſtringentia, refrigerantia, animi pathemata, diætam inconvenientem, turbatus. Humoribus enim durante graviditate in vaſa uteri diſtenta valde & relaxata magna copia impulſis, inibique aggregatis, exitu per notatas cauſſas præcluſo, inducitur ſtagnatio, quæ eo magis

prævalefcit, dum uterus conftrictoria, qua pollet, virtute, ad debitam configurationem rediturus, cruorem intus cefpitantem fiftit, cogit, arctiufque compingit. Quod fi vero membranæ uteri cruore fpiffo & vifcido ex vafculis plorato tunc obfidentur, tum ad concrementa viam defcripto modo pandunt.

§. X.

Merito indicatæ modo cauffæ fubjungenda eft menftrui fluxus fuppreffio, a quacunque ratione inducta, propterea quod maximam cum illa adfinitatem & efficaciam fere eandem habeat. Nam humore excernendo in alveolis vaforum uterinorum aggefto ipfa fupra metam diftenduntur, violenta diftenfione ob imminutam fibrarum cohæfionem debilitantur, ut fluidis propellendis non amplius fufficiant, fed occumbant, illifque ideo in fpiffum & mucidum coagulum tranfeundi occafionem præbeant.

§. XI.

Quodfi concrementorum natales ulterius rimemur, ex imprudenti quoque emmenagogorum v. c. martialium, chalybeatorum & calidiorum ufu, remotius derivanda funt. Quamvis enim corporibus laxiori habitu præditis atque idcirco menfium fegnitie laborantibus, vegetum folidorum robur reftaurando, vividumque hinc humorum motum excitando, falubrem forte præftent effectum, in fubjectis tamen activioribus quam maxime noxium exercere folent. Intenfo enim folidorum, quem excitant, motu, humorum maffa potiffimum verfus vafa uterina determinatur atque ex arteriolis impetuofius ruit, quo ipfo fit, ut tubuli ac venæ, ob fpafmodicas, quibus torquentur, ftricturas, eandem in fuis diverticulis incarcerent, fubtiliora reprimendo dimittant, lentiora refervent, eaque craffiora & vifcidiora faciant, ex quibus coadunatis maffæ tales concretæ refultant. Quod eo facilius adducor ut credam, quum mihi videre licuerit, fluxum menftruum adhibitis dictis modo emmenagogis quantumlibet fufficientem, nihilominus variis cum moleftiis & morbidis ftipatum fuiffe pathematibus, quæ nonnifi remediis adverfus obftructiones directis, refipuere.

§. XII.

Facillimum quoque in noftrum affectum aditum præbent opiata, vel fævis motibus hyftericis vel doloribus quibufcunque, præfertim partus vel puerperii tempore, perverfe oppofita; fiquidem illa nerveæ texturæ partibus vim ftupidam inferendo elaterem plus minufve derogant, ut fublato inter folida & fluida æquilibrio, his igitur tardiori circulo per

vafa

vafa flaccida circumlatis, indeque lentorem & fpiffitudinem adeptis, profiliant obftructiones, idque facilius iis in locis, quæ antea jam labe affecta fuere. Huc quadrat, quod *Gualter. Harris* tractatu de morbis acutis infantum, libro 2. obfervatione 8. hac de re tradit: "*Inter omnia*, „ inquit, *tempora*, *quibus narcotica tenero fexui inaufpicatiffime folent ex-* „ *hiberi*, *nullum mihi videtur magis infelix & infauftum*, *quam illud puer-* „ *perii tempus. Et quanquam neque obftetrices vulgares*, *neque medici ipfi* „ *in torminibus & vigiliis puerperarum narcoticis audacter uti fæpe minime* „ *erubefcant*. *tamen perfuafiffimus fum*, *fanam prius & firmam fæminarum* „ *valetudinem narcoticis tunc temporis ufurpatis præter modum fæpiffime læ-* „ *di*, *depravari & præ aliis omnibus cauffis propterea in morbidum ac va-* „ *letudinarium ftatum perverti. Hinc igitur illis obftructiones pertinaces*, „ *menfium fuppreffio - - - fupervenuint. Hinc denique morbida labes tempera-* „ *mento adeo clavo trabali figitur*, *ut neque chalybeatis*, *neque aliis quibuf-* „ *libet poffit in folidum tolli &c*".

§. XIII.

Enarratis modo cauffis ea vix inferior eft, quæ a terrore animique triftitia, longius præprimis protracta, dependet. Vigore profecto mentis, quæ arctum cum corpore fovet commercium, concidente, vegetum quoque functionum corporis exercitium exfpirare quotidiana docet experientia. Neutiquam igitur mirandum, quod, ob defectum debitæ vaforum fyftoles, humores lentiori per ea tranfmeent curfu, atque idcirco in ductibus anfractuofis ac reticularibus ftagnare foleant. Quum vero eodem tempore fecretiones & excretiones itidem diminutæ maffæ liquidorum dyfcrafiam & acrimoniam concilient, derepente fit, ut liquida particulis acribus referta fenfibilibus meatuum parietibus inimicas in tranfitu puncturas imprimere, adeoque fpafmodicas conftrictiones, humoribus tranffluxuris viam obturantes, eorumque circa loca anguftata aggregationes & ftagnationes, procreare valeant.

§. XIV.

Cauffis, quas adduxi, remotis adnumerari merito poteft vapor carbonum accenforum, corpori admiffus ex ignitabulis pedibus fubjectis. Hic enim undiquaque quafi conclufus, quando, præcipue circa fluxus menftrui periodum, in uteri fefe infinuat interiora, vaforum robur jamdum exiguum, rorem nervorum lymphaticum contaminando, infringit & tantum non profternit, hinc ex defectu facultatis ipforum contractivæ, fegnior fit fanguinis progreffus, ejufque divifio imminuta, quæ adferente cel. *Hoffm.* med. ejus ration. Tom. II. part. 3. pag. 435. §. 10.

 „ *Fer-*

„ *Fertilem infarctuum, obstructionum & concretorum, quæ polyporum for-*
„ *mam habent & vasa periculosissime occludunt, materiam & caussam sub-*
„ *ministrant.*

Non immerito quoque caussarum remotarum adscribi debent numero arctæ nimis abdominis, partu absoluto, ligaturæ, quippe quæ uterum sanguine lochiali nondum purgatum comprimendo coarctant, eoque modo sufficientem ipsius fluxum prohibent, efficiuntque ut in mæandris arctioribus incarceretur & in densum coagulum convertatur.

Probabile præterea videtur, improvidas obstetricum manus, quibus parturientes haud infrequenter contrectare solent, ex caussis remote agentibus minime excludi posse. Quando enim fœtuum vel secundinas ægre hospitium suum deserturas rudi manu extrahere conantur, fit, ut non solum vasa cum secundinis concreta violenter dilacerando, ea ad immodicam sanguinis effusionem lacessant, sed & eorum robur deprimendo infarctus & obstructiones proliciant. An vero fetus uteri cuidam parti arcte nimis incumbens quodam modo huc contribuit?

Inter caussas præcipuum quoque locum altamque considerationem meretur coitus intempestive & incongruo tempore celebratus. Cum vero meum non sit, hæc ulterius prosequi, indicasse tantum sufficiat. Dispiciant ii, quibus hæc & notiora sunt & convenientiora.

§. XV.

Prolata clare evincere arbitror, ea præsertim ex sexu fœminino subjecta concrementis generandis apta declarari posse, quæ vel maritata, vel facta defloratione, unum alterumve sustinuere partum. Illa enim eam ex graviditate partuque patiuntur corporis sui mutationem, quæ vel leviter adjuta, concrementorum genesi apprime velificatur. Nam ob paulatinum fetus incrementum, uterus hospitio ipsi inserviens, in omnem dimensionem attollitur, vasa illius præsertim venosa tubulique diducuntur, debilitantur uberique eapropter humorum eo labentium copiæ minus obnituntur. Unde evacuatione eorundem sub lochiorum nomine vel insufficienter facta, vel omnimode sufflaminata, eo, quem §. 3. & 4. determinavimus, modo, concrementa principium & augmentum capiunt.

Non est igitur, quod opinemur, personas cælibes, castitatis studiosas, tam facile concrementis concipiendis habiles esse; siquidem nec vires vasorum tantam in illis ecclipsin experiantur, ut copiosiori, quam par est, humorum impetui cedant, nec angustus compitorum diameter eo usque ampliari soleat, quo humor alias vix trajiciundus vi vitæ larga quidem quantitate intrudatur.

Minime autem eæ, quæ rebus venereis litant, nostro affectu excludendæ sunt. Quum extra omnem dubitationis aleam positum sit, cum

las-

lafcivis cogitationibus, tum noxia qualicunque ftupratione, infolitum & orgafticum humorum verfus uteri plagas invitari fluxum, qui impetuofa vi obftacula meatuum perruens, eis januam patefacit. Quid autem facilius eft, quam ut, œftro venereo tum deferbente, vafa concidentia fluorem contentum comprimant, tractuque temporis ad ftagnationem & indurationem difponant.

§. XVI.

Miffa vero ulteriori cauffarum difquifitione, ordo rei poftulat, ut paucis concrementorum profequar prognofin; cujus caput circa hæc maxime redit: concrementa, quo propiora origini, quo teneriora & numero pauciora funt, & quo minorem cum vafis f. fubftantia uteri inierunt concretionem, quo magis vigor folidorum conftat, eo facilius artis & naturæ præfidiis expelluntur. Facilem eorum expugnationem maxime quoque fecundat plena & fufficiens fuccorum bonorum copia; hæc enim cum non tantum vegetarum virium confervationi materiam præbeat, verum & continuo fuo ad partes obftructas appulfu, eafdem humidas flexibilefque reddat, hinc iftis cauffis una junctis concrementa ex cavitatibus vaforum liberius excuti, vel a cohæfione cum utero promtius disjungi poffunt.

Ætas quoque junior profecto a concrementis multo promtius & felicius liberari folet ætate adulta, cujus vero rei hanc fubeffe autumo rationem: in illa vafa funt laxiora, flexibiliora, fuccis magis referta, virefque in genere validiores; quapropter hoftes efficacius oppugnare, eofdem loco movere, atque dein ex fuis latibulis projicere poffunt.

§. XVII.

Ex adverfo autem extirpationi concrementorum multum refragatur ipforum abundans cumulus, qui inprimis in canalibus uterinis exiftens alluenti humorum maffæ influxum & tranfitum valde præcludit. Unde, quum ea in cæteros largiori nimis flumine rapiatur, illi ultra elafticitatis fuæ fphæram diftenduntur, divelluntur, tubulique a cruore ultra capacitatem fuam implentur, quo fit, ut copiofum profundant fanguinem, qui vel vitæ ufuram brevi abripit, vel malorum faltim lernam mirifice exaggerat. Ifte quoque uteri ftatus fubinde efficit, ut univerfus progreffu temporis humorum apparatus pravam & impuram tincturam nancifcatur, fecretionum & excretionum quarumvis exercitium legitimum fufpendatur, atque obftructiones tam in ipfo utero, quam & aliis cum illo colludentibus partibus confirmentur. Quamobrem facile poftmodum contingit, ut motus febriles lenti incendantur, qui corpus pedetentim extenuando, vires peffundando, tabem & tandem mortem accerfunt. Confer.

 caf.

caſ. 2. Quando autem concrementa a longo tempore uterum occuparunt, & incondite per purgantia, venæſectiones immoderatas, pellentia, tractata fuere, tum ea tandem in duram ac ſcirrhoſam naturam declinant, adeo ut, ſicuti ex hepatis, lienis, meſenterii ſcirrho hydropes ſæpius progerminant, hinc uteri hydropes, frequentiſſime autem exulcerationes, cancri ex dolore inguinum & lumborum perennante, tumore duro, inæquali, renitente & ad contactum dolores pungitivos acerrimos imprimente, colore rubicundo & quandoque ſublivido, cognoſcendi, ſed vel peritiſſimæ manus freno haud compeſcendi, reſultant. Cui veritati diverſorum auctorum adſtipulantur monumenta.

§. XVIII.

Quodſi autem utero concrementis ſcatente, ſpaſmiſque circa illius confinia vehementius inſiſtentibus, ægra abdomen refrigerat, vel in iram abripitur, vel veneri poſt indulget, quam facillime inflammatio proritatur, quæ tantum non ſemper lethifera eſt.

Inter exitialia quoque mala, quæ concrementa provocant, diriſſimum illud eſt, quod ex putredinoſa, in quam tandem prolabuntur, corruptione producitur. Putredo nimirum uterum inficiens, quæ inter alia a frigoris in pube ſenſu, urina fœtida, turbida, ſquamulas & ramenta abraſa exhibente, indicatur, ſolidorum & fluidorum texturam ocyus diſſolvit, vires vitamque brevi ſuffocat.

Inter truculentos præterea effectus, quos affectus noſter poſt ſe trahit, obſervatur, quod nonnunquam adeo magnum oſtio uteri adnaſcatur concrementum, quo fœtui, expleto geſtationis tempore prodituro, illud prorſus occluditur. Unde embryo in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutus, in idem quoque periculum matrem conjicit, niſi præſentanea auxilia, quæ ſi ullibi, certe hic, neceſſaria ſunt, experiatur. Huc forſan referri poteſt caſus, quem *Th. Bartholinus* in hiſtor. anat. rar. cent. I. hiſtor. 94. item les eſſais & obſervations de médecine de la Societé d'Edimbourg, Tom. 4. art. 33. recenſent.

Frequentibus tandem nobis conſtat obſervationibus, fæminas exundanti concrementorum mole afflictas rarius concipere, rariſſime fœtum omnibus numeris abſolutum ſanitateque fruentem in lucem edere, creberrime autem abortus fata incurrere. His calculum adjicit *Stahl.* in colleg. caſuali magno, p. 236.

§. XIX.

Ratio, quare concrementa, neque perverſo regimine, neque medicaminum noxiorum uſu tractata, diutius in uteri latebris citra notabile ſanitatis vel plenarium vitæ diſpendium foveri poſſint, in eo potiſſimum con-

continetur, quod humorum ad uterum provolutorum progreſſus, licet per quædam oppilata ipſius vaſa perturbetur, tamen in alia per anaſtomoſes illis juncta ſatis libere & quantum ad vitæ qualemcunque continuationem opus eſt, utcunque adhuc exerceri queat.

§. XX.

Priuſquam, quo modo concrementa ex utero profligari queant, monſtrem, monere præliminariter juvat, id negotium ob maxima, quæ remedia perrumpere debent, obſtacula, cunctabundum eſſe. Apprime profecto huc nervoſum illud magni *Boerhaav.* quod in aphoriſmis, de fibris debilibus & laxis, dat præceptum, trahi poteſt: "*In applicatione remediorum præſens debilitas tarditatem jubet, nec enim alibi perniciosior mutatio ſubita.* Sed tranquilla peragit hic poteſtas, quod violenta nequit. Curatio autem, ut eam accedam, hiſce innititur fundamentis: Ut (1) ſpiſſa & denſa iſta coagula modeſte reſolvantur, mobilia reddantur & ad exterminationem diſponantur. (2) Spaſmodicæ criſpaturæ demulceantur, (3) Vaſorum a nimia extenſione debilitatum robur reſtauretur.

§. XXI.

Priori fini impetrando inter ſimplicia eminentius ſe commendant, quæ temperatiorem præ ſe ferunt activitatem. Hoc nomine veniunt rad. 5. aperientes, leviſt. bardan. cichor. tarax. vincetox. pimp. alb. aron. Hb. veron. fumar. capill. vener. cent. m. chamædr. agrimon. beton. meliſſ. hed. terreſtr. chærefol. lam. Plin. cum fl. bellid. calend. ſambuc. quæ commode vel decocti vel infuſi forma exhiberi poſſunt. Porro conveniunt ſal cent. m. juniper. ſal de ſeignette, tartar. vitr. arcan. tartar. Tartar. ſolub. liquor. terræ. fol. tartar. ſplen. ſchr. Eſſ. ſuccin. & inprimis Pil. *Stahl. Becher.* quarum inſignem hic uſum *Hoffman.* med. rat. Tom. 4. de febris uterinæ curatione §. 3. ſequentem in modum commendat: "*Sunt evacuans clemens maxime & accommodum. Nam roborando tam inteſtinorum, quam ipſius uteri per extenſionem nimiam robore exuti, tonum, blande ſimul ſtimulando, imum ventrem ac inteſtina a ſordibus, ipſum quoque uterum à ſtagnante corrupto ſanguine repurgant, eoque quamoptime & inflammationem & febrem aliave ſæva a recrementis retentis oriunda pathemata arcet. Quin eadem hæc curandi ratio apprime ex uſu eſt, quando ſecundinæ vel ipſius pars aut aliud quoddam exturbandum concretum in utero reſtitat.*

§. XXII.

§. XXII.

Minime vero iſthæc in hoc opere ſufficiunt, niſi alia exteriori corpori adplicata & alteri indicationi ſimul ſatisfacientia illis aſſocientur, cujus quidem ratio ſatis evidens eſt; quum illorum quædam ad loca affecta proxime pertingant, hoſtem in origine quærant, ideoque eo palpabiliores ibidem præſtent effectus. Elogiis ſane hoc in negotio præ aliis digna ſunt enemata, quæ, ſiquidem conficiantur ſpeciebus morbo rite oppoſitis, ob uteri cum inteſtino recto viciniam mutuamque ope vaſorum hæmorrhoidalium communicationem, concrementa ipſi infixa vividius remediis internis attentare; &, cum ſimul balnei interni munus obeant, tenui calidave aura colliquare & eliminare poſſunt. Dictos vero ut aſſequantur effectus, componi poſſunt ex Hb. hed. terreſtr. meliſſ. ſummitat. cent. m. fl. chamom. verbaſc. bellid. furfur. trit. addendo pro re nata Pil. *Stahl. Becher*. Hæcce quibuslibet diebus ad ℥vj. poſt alvi eductionem vel excrementis alio laxante clyſtere evocatis, infundi debent.

§. XXIII.

Ulteriora & immediata, quæ concrementa poſtulant, remedia, in injectionibus, ſtatim poſt enixum factis, quærenda ſunt. Ab his enim uterus non tantum non læditur, verum & ſaluberrimas inde experitur alterationes, quando ſcilicet ex illis talia haurit, quæ teneræ ſimul illius ſenſibilitati nullam vim inferunt. Hunc vero ſcopum maxime adimplent decoct. ex rad. juniper. fl. ſambuc. cum tantillo extract. myrrh. aquoſ. croc. & nitr. id autem caute tenendum, ne, ſi frigida ſint, ea inde emergant damna, quæ ab enematibus frigide injectis orta eſſe, auctores conſignarunt.

Non mediocris tandem uſus ſunt ſpongiæ prædicto decocto impletæ & regioni pubis ac genitalium impoſitæ. Nec minorem præſtant effectum unguenta ex ol. chamom. verbaſc. lumbr. terreſtr. confecta & ſubacta cum ſpirit. vin. camph. ſpirit. ſerpill. vel balſam. embryon.

Tandem quoque ſuppetias ferunt ſtuphæ ex Hb. menth. meliſſ. origan. ſalv. fl. chamom. ciner. clavellat. nec non ſacculi ex rad. irid. fl. caryophyll. pimp. alb. Hb. rut. meliſſ. fl. ſerpill. chamom. inciſ. & cont. irrorentur ſpirit. ſerpill. quibus id præterea obtinetur, ut imbecilles vaſorum vires erigantur & ad vivaciorem concrementorum concuſſionem & expulſionem animentur.

§. XXIV.

Verum enim vero præfcripta hæc medicatio, quando graviditas concurrens comperta eft, ne abortui vel aliis confectariis pejoribus occafio præbeatur, circumfpecte limitanda eft. Conducunt enim tum folum, quæ contra concrementa leniffime tantum attenuando, viafque ab illis occupatas fenfim fenfimque aperiendo, agunt. Cui nomini infcribi merentur infuf. theiform. ex rad. & hrb. modo defcript. parata, Pil. *Becher.* vel *Stahl.* correctæ, enemata & ipfa quoque unguenta. Horum autem ufus non continuus, fed eo ufque fit interruptus, donec uterus a fetus onere fublevatus fit. Tranfacta illa periodo prædictis crebrius infiftere, illifque injectiones adjungere, proficuum eft.

Haud inferioris tunc dignitatis reputandum id auxilium, quod obftetrix perita hoc tempore præftare poteft, quando nimirum concrementis uteri cavum tenentibus debito ante modo ad exitum præparatis, defuncto ftatim partu, priufquam uterus recludatur, digitis oleo inunctis & unguibus refciffis, quos prudenter circumductos ad fundum ufque uteri exporrigat, locum, ubi adhæreant, explorat, dein digito uterum inter & concrementa inferto, hæc cautiffime, & eodem modo quo fecundinas cum utero firmius connexas divellit & fenfim fenfimque extrahit, fummopere cavendo, ne uterum arripiendo, vel eundem quoquo modo lædendo, crudelibus hæmorrhagiis & convulfionibus cauffam exhibeat.

§. XXV.

In hæmorrhagiis, quæ, uti jam dictum, non raro contingunt, follicite a ftypticis vel aliis perverfis fiftentibus, ne nova concrementa vel inflammationes aliave pejoris genii pathemata introducantur, cavendum eft; fed id potius curandum, ut impetuofus fanguinis effluxus moderetur per gelatinofa ex raf. C. C. Eboris, rad. cichor. fcorzoner. quibus addendum nitr. dep. porro MR. ex aq. fragar. til. mille fol. corall. r. oc. 69. ppt. fuccin. fpec. de hyacinth. extract. cort. cafcarill. liquor. anod. m. *Hoffm.* fyrup. papav. rh. utque uterus poftliminio fignificatis fubfidiis a quifquiliis in ipfius anguftiis hærentibus, quantum fieri poteft, abftergatur.

§. XXVI.

Evocatis fic quibufcunque concrementis, uteroque follicite purgato; atoniæ vaforum a nimia diftenfione natæ, juxta tertiam indicationem propterea eft medendum, quo concrementorum fons, ex eadem dubio procul denuo pullulaturus, tempeftive præfcindatur. Quo quidem fine præter Pil. *Becher.* vel *Stahl.* præclaram ac excellentem poffident efficaciam,

elixir. ſtomach. temperat. *Hoffm.* cum eſſ. ſuccini, mac. remixtum, vina amaricantia ex rad. gent. r. caryoph. pimp. alb. zedoar. ariſtoloch. r. Hb. C. B. meliſſ. marrub. alb. baſilic. cort. aur. citr. cinnam. acut. cum vino vel aqua parata & immediate ante prandium ſumta.

Externe conveniunt ſacculi ex herb. majoran. ſalv. menth. fl. ſerpill. cheir. ſem. anis. fœnicul.

Allegata hæc auxilia votis eo citius reſpondebunt, quo magis ſex rerum non naturalium juſtus uſus curæ cordique habetur. Cumprimis quæcunque fortior refrigeratio, æque ac nimius & anxius calor, ob damna quæ inferunt certiſſime, ſedulo evitari, & ex adverſo, quantum licet, æqualis aëris & caloris temperies conſervari debet. In victu ille error, qui alimenta mollia, juſcula tenuia, crebrius & præter conſuetudinem aſſumere præcipit, omni ſtudio fugiatur. „ *Ea enim*, ipſo *Hippocrate* teſtante, *partes ſolidas effœminant*, hinc chylum & ſanguinem viſcidum & impurum reddunt. Quocirca pro ſubjectorum & conſuetudinis ratione, ſolidiora magis & tono organorum chylopoieticorum proportionata, utpote quæ, ſecundum *Celſum*, *minus facile concoquuntur*, *ſed ſi concocta ſunt*, *plus alunt*, eligere præſtat.

§. XXVII.

Silentio tandem non eſt prætereundum, tanta a prodiga ſanguinis miſſione, ad concrementorum expugnationem plerumque adhibita, exſurgere damna, quanta vix ab ullo alio heroico remedio exſpectare poteris. Quanquam enim perſuaſum mihi ſit, prudentem & modicam ipſius emiſſionem, in corpore evidenter plethorico exiſtente, utilitatis non expertem eſſe, longe tamen aliter circa eandem ſentire oportet, quando vires ſunt extenuatæ, penuria ſanguinis urget, ipſaque concrementa ex longo jam tempore uterum obſedere. Sanguinis enim, qui genuina certe morbi medicina eſt, ulteriori conſumtione viriumque ſimul privatione accedente, concrementa tantum abeſt, ut minuantur, ut potius radices altiores vixque eradicandas agant.

Ut ea, quæ de affectu noſtro diſſeruimus, experientia quoque illuſtremus atque corroboremus, liceat quoſdam caſus ſubjungere.

CASUS I.

Mulier quædam 22. annum emenſa, poſtquam duos incolumes progenuerat liberos, in ultimo autem puerperio inſufficientem uteri purgationem habuerat, ſub tertia, quam experiebatur, graviditate, abortivit. Hinc, quum purgatio uteri rurſus negligebatur, variis eiſque graviſſimis, ab impuritatibus & concrementis uteri procedentibus, ſympto-

mo-

matibus, impenfis nimirum hæmorrhagiis; obftructionibus menfium corripiebatur. Plus vice fimplici vana graviditatis fefe lactabat fpe. Immodicus laxantium; aquarum foteriarum, ufus, officia præftabant confueta. Interea temporis emanente menftruo fluxu, venter infolitum in modum intumefcebat; variæque a quinto menfe parturientium fimiles motitationes a gravida perfentifcebantur, mammæ lactiformi quoque materie turgebant, adeo ut nemo non graviditatem veram fufpicaretur præter medicum amplifsimi nominis, qui propter intenfiffimas cordis palpitationes, ingentem & inæqualem ventris tumorem, cunctaque, præfertim ab aliquot annis, gravidæ percepta phænomena de graviditate ambigens, liquido copiofa utero inhærere concrementa credebat & invicte probabat. Hoc refpectu lenia præparantia, gelatinofa, emulfiva, ultra 5. feptimanas exhiberi juffit, quibus finitis levis accedebat hæmorrhagia, poft illam vero tanta concrementorum quinque integris diebus perennans excretio, ut duorum fœtuum molem longe excederent. Rejecta hæcce concrementa referebant maffas partim duriufculas; carnofas & ex membranis convolutis conflatas, partim vero fubftantia polypofo-cartilaginea compaginatas. Poftea decenti uteri abfterfioni & concrementorum extirpationi; beneficio infuforum refolventium; incidentium & elixiriorum confortantium; externe per injectiones in medendi methodo commemoratas; fpongias pubi adplicatas, enemata; tam falubri effectu impendebatur ftudium, ut ægra ad firmam fanitatem traducta, ad conceptionem, partum & grata matrimonii pignora habilis reddita fuerit. Similem huic cafum refert *Stahl.* in colleg. cafual. magno. pag. 795.

CASUS II.

Nobilis quædam annorum 20. temperamento cholerico - fanguinea in matrimonio; quod cum infigni inibat tædio, gravida facta, non ita multo poft; cum ex infueto corporis motu; quem maritum fuum in campos fequutura, inftituere neceffe habebat; tum vero multiplici tædio abortiebat. A quo tempore, cum uteri a fcoriis abfterfio pofthabebatur, folitæ afflictiones morbidæ revirefcebant, infultus hectici per novæ graviditatis interventum continuo infiftebant; ac crebriori venæfectione adminiftrata, diæta rigidiori præcepta, plane in nervum erumpebant. Medicus feptimo graviditatis iftius menfe in confilium accitus, poftquam ex fignis fupra dictis concrementa in utero præfentia cognovit, aciem mentis eo convertebat, ut tam fuccis & viribus exhauftis per decocta fimplicia; furfuracea; gelatinofa aliaque domeftica, quam & corporis exficcationi a fuccorum inopia productæ confuleret enematibus humectantibus, antifpafmodicis, repetitis & divifis portionibus quotidie infufis. Quibus factum; ut gravida; quo propius ad puerperii tempus accedebat, eo majorem experiretur fanitatis confirmationem; adeo ut partu feliciffimo gavifa, filiolum perfecte

ſanum prius, deinde obſtetricantis ope concrementa multiformia, ſed a ſanguinis congrumati indole maxime diverſa, ab uteri amplexu jam divulſa, adeo copioſe in lucem ederet, ut mole filiolum vivum longe ſuperarint. Quo quidem modo, uti eo uſque ægra ad convaleſcentiæ recuperationem, fetus nutritionem, ejuſve felicem excluſionem rite diſponebatur, ita in debita a puerperio depuratione uteri gnava ac ſolers ponebatur cura, quæ adeo expedite ſuccedebat, ut patiens aliquot liberorum mater poſtliminio facta fuerit.

CASUS III.

Generoſiſſimi ſtemmatis virgo, licet, pro regionis more, vitæ voluptuoſæ & cibis inhiaret crudis, firma tamen ſemper fruebatur valetudine, ſed cum in matrimonio, quod cum ſummo militiæ præfecto duodevigeſimo ætatis ſuæ anno contrahebat, delicatius viveret, male ſe habere cœpit. Tandem poſt reiteratas, quas ſuaſu medicorum admiſit, venæſectiones, ex improviſo tuſſim ferocem, hæmoptoen, quibus abortus accedebat, incidit. Hoc tempore uteri non tantum abſterſio minus penſi habebatur, ſed & contra prædicta mala venæſectionibus & expectorantibus ſolum pugnabatur. Non multo poſt denuo concepit utero, verum in iſto graviditatis ſtatu, hæmoptyſis, tuſſis immanis recruduere, appetitus & vires periere, corpus indies marcore magis magiſve conſumtum eſt, ut inſtar ſceleti ægra appareret, nec extra lectum eſſe poſſet. Ad expugnanda hæc mala priores arceſſebantur medici, qui venam novies per intervalla pertundi jubebant, victumque ex juſculis gallinaceis, cremore hordei, avenæ, commendabant. Tantum vero abeſt, ut ea inde exſpirarint mala, quin potius inſigne ceperint augmentum. In quo confuſo rerum ſtatu alius medicus anxie efflagitatus ægram a prioribus medicis tum derelictam acceſſit, qui, cum immedicabile ulcus æque in pulmonibus ac in utero præter fœtum vivum & concrementa augurabatur, ægræ, ut levamen quoddam acciperet, ſolidiores ac palato gratos præcepit cibos, quibus vires & ſuccos deperditos revocaret. Pectoris adfectus adgrediebatur aqua aſthmatica, quæ ex pulmon. vitul. lacte caprillo, hrb. veron. ſcord. auric. mur. pulmonar. fl. borrag. bugloſſ. ſacch. candit. parabatur, & cum tantillo aquæ veron. vinoſ. commiſcebatur, interpoſita emulſione ex ſem. C. M. pin. mund. aquæ ſcabioſ. veron. q. ſ. Uteri vitiis obviam ibat elixir, quod Pil. Stahl. extract. mille fol. caſcarill. beton. liquor. terræ fol. tartar. continebat; externe: unguenta ex oleo verbaſci, cham. cum ſpiritu vin. camph. maritatis, quod ad finem graviditatis uſque continuari juſſit.

Inſuper ad abdomen ſuccis deſtitutum humectandum, repetitis quotidie vicibus minutam enematis ex furfur. trit. & tantillo cinnam. concinnati portionem, infundi curavit. Hiſce, ut par erat, adhibitis, tuſſis complacabatur, vires cum adpetitu eouſque reſtaurabantur, ut miſella ambulandi facultatem reciperet, & exacto ſex hebdomadum ſpatio filiolum vivum, ejuſ-

 dem

dem medici cura, a mala, quam ex matre obtinuerat, corporis sui constitutione dein vindicatum, auspicatiisime pareret. Secundinas extus putredinosa corruptione infectas, sequebantur varia semiputredinosa concrementa. Omnia ab hoc tempore supra memorata symptomata silebant, ut ægra lætam convalescentiam sibi promitteret. Sed spem fallebat mors, quæ 8 post partum dies subito ingruebat. Et ecce ipso mortis momento non tantum copiosa humoris ichorosi, grumosi, fœtidissimi ex uteri sinu ferebatur quantitas, sed & dextrum abdominis latus, in quo putredo inchoare observabatur, mirandum in modum tumefiebat.

CASUS IV.

Alia haud infima stirpe nata, præter aliquot infantes, quos exclusit feliciter, aliquot quoque passa est abortus. Cum vero novæ graviditatis suspicionem haberet, ut ejusdem certa fieret, historiam eorum, quæ ludebant, symptomatum, a medico ordinario exacte conscriptam, cum sæpius citato medico communicavit. Qui, quum eandem aliasve, in quas inquisivit porro, circumstantias in suis pependit momentis, uterum fetus loco concrementis gravidum esse adseverabat, debitamque post ipsius ægræ visitationem, curam præscribebat. At, quum dictis & præceptis plane nullam ægra habuerat fidem, decimo graviditatis istius putatitiæ mense, doloribus parturientium ideam gerentibus afflicta, varia ejiciebat concrementa. Nihilominus paulo post dolores sæviori Tyrannide cruciabant, dumque grande ac durum, quod uteri orificio firmius incumbebat, concrementum, nulla peritissimi obstetricantis opera, educi poterat, ægra convulsionibus sollicitata, brevi fatis concessit. Uterus post mortem dissectus plura, quorum scirrhosam quædam præ se ferebant indolem, concrementa fovisse deprehensus est.

CASUS V.

Alia tertium supra decimum octavum annum agens a secundo puerperio, in quo lochiorum destituebatur profluvio, mensium anomaliis, symptomatibus ordinariis stipatis, obnoxia, sensit in dextro supra inguina latere, durum, minus vero dolorificum, tumorem, qui, cum ea tertia vice conceperit, majorem occupare cœpit ibi ambitum. Tolerabiliter vero ea sese gessit ad ipsum usque pariendi tempus, quo laborioso admodum partu infantem enitebatur vivum, brevi autem extinctum. Lochia tenui manabant copia doloribusque acerbis, sub quibus diversa, scirrhosæ prosapiæ & nucis juglandis magnitudinem habentia, concrementa prodierunt. Elapso decem mensium spatio denuo graviditatem incidit, in qua, doloribus persistentibus iisdem, alvus erat contumax, ventris tumor eo usque augebatur, ut tangens orbem ferreum dixisses. Tandem medicum consuluit, qui concretum induratum in dextro cavitatis uterinæ pariete argumentatus injici jussit quo-

tidie enemata ex decoct. aven. cum fl. chamom. hrb. meliff. &c. abdomen autem inungi linimentis emollientibus. Quibus pauciffimis tantum efficiebatur, ut partus jufto penitus tempore fequeretur tranquillus, fecundinæ fecederent integræ, & obftetricis antea informatæ miniftetio concrementum in medio craffum, fcirrhofum, in margine autem tenue, tenax, filamentofo-membranaceum, abfque notabili extraheretur cruentatione. Poft id autem de folida uteri purgatione ad præcavenda talia concrementa medicus cogitans, prioribus remediis adjungi præcepit vapores ex hrb. meliff. beton. fl. chamom. furfur. trit. præterea injectiones circumfpecte factas, eo cum fucceffu, ut ægra ad fanitatem pervenerit exoptatam & fobolem dein procrearit.

CASUS VI.

Mulier viginti & quod excurrit annorum, per totum matrimonii tempus nullam procreavit fobolem, fed primis ftatim menfibus abortivit, deinceps autem varia fœtidi odoris exclufit concrementa, idque iterum iterumque ipfo viduitatis, in quam fato delapfa erat, ftatu, cum hæmorrhagiis largiffimis menfiumque obftipatione. Hifce demum plenarie deficientibus, non folum abdomen, verum & mammæ, ceu gravidis fieri folet, tumefiebant, quanquam vitam ageret virtute vera & illibata fulgentem, ab omnique impudicitia quam maxime alienam. Tandem poft 8. circiter menfes, fub moliminibus dolorificis, ejecit concrementum longitudinem trium ulnarum, craffitiem autem Brachii mediocris æquans, præterea polypofa duraque fubftantia præditum, poft id autem varia minora membranofo fibrofæ naturæ excludere perrexit. Qua falutari eccrifi peracta medicus id operam dedit, ut uterum a fentina, quam amplectebatur adhuc, rite mundaret per injectiones, fomenta & alia quæ eo collineabant. Horum continuato ufu ægra ftata quavis periodo catamenia experiri cœpit, imo perfecta adhucdum utitur incolumitate.

Vela autem contracturus hæc, quæ rudi fortaffis minerva & incompta dictione perfecutus fum, fagaciorum judicio & penfitationi, ea, qua decet, modeftia, commendo, cunctofque, ut erratis veniam dent, ac, quæ deficiunt, fuis obfervationibus fuppleant, etiam atque etiam rogito.

T A N T U M.

CAROLI

CXLVI.

CAROLI FRID. KALTSCHMIED

DE

MOLA SUPPURATIONE CONFECTA; RELINQUENTE GLOBUM PILORUM PUGNÆ MAGNITUDINIS CUM TESTA SEBACEA.

Jenæ 1 Octobr. 1752.

INter innumeras, quas ſexus ſequior ex uteri affectionibus patitur, ærumnas haud raro evenit, ut loco fœtus, rudis, ut ita dicam, indigeſtaque moles carnoſa formetur, quæ mola vocatur, cujus diſquiſitionem diſſertationi reſervamus. Hac vice vero caſum ſpecialem referre placet de triſti ex ejuſmodi mola eventu. Mulier triginta annorum, quæ per aliquot menſes ex ſymptomatibus, gravidis alias familiaribus ſe gravidam eſſe crediderat, imprimis ex tumore infimi ventris gravidæ ſimili, quatuor menſes cum nullis conflictata gravioribus ſymptomatibus ſpem graviditatis veræ concepit firmiorem. Quinto vero menſe tormina ſentit in infimo ventre per intervalla vehementius affligentia, quæ tamen remediis primo domeſticis fugata. Sexto vero menſe recurrentia nullo etiam a medico commendato prudenter remedio potuerunt mitigari, ſed tumore ſucceſſive aucto incredibili cruciatu uſque ad undecimum menſem affecta tandem febri hectica interiit. Ad ſectionem cadaveris acceſſi, uterumque ejuſdem magnitudinis ac ſi gravida eſſet inveni, ſed coloris ex fuſco nigricantem. Ex aperto eodem ultra tres menſuras puris ſatis cocti exhauſi & tandem tabulam materiæ ſebaceæ trium unciarum rotundam in altera parte convexam in altera vero planam reperi. Planæ partis medio adhærebat globus pilorum admodum compactorum pugnæ magnitudinis interſtitiis hujus materia ſebacea repletis. In hunc globum ex uteri fundo penetrabat arteria craſſitie calamum ſtramineum æmulante, in medio globi in minores ramos diſperſo & in ſubtiliſſimis membranulis ſebaceæ materiæ interjectis terminato, quæ membranulæ etiam cum pilis firmiter cohærebant. Uterus vero ſex librarum pondere totus ſcirrhoſus ſex in ſubſtantia ſua recondidit abſceſſus, ex quibus apertis noyem

novem puris unciæ fluebant, variafque minores cavitates materia ichorofa fœtida repletas aluit. Globum pilorum cum tefta five tabula febacea adhuc commonftrare poffum. Molam adfuiffe extra dubium eft, quæ, ubi excludi non potuit, inflammationi & fuppurationi fuccubuit, ubi per irritationem materiæ acris continuò parietes uteri irritantem, uterus inflammationi fubjectus in fubftantiam abiit poftea fcirrhofam & cancrofam indolem concepit, quam cavitates vel pure vel ichore repletæ fatis fuperque commonftrabant. Cæterum teftam hanc febaceam collectam & quantitatem materiæ febaceæ pilis intertextam minus mirabitur, qui refciverit, methodum medendi ex aniculorum fuafu ab ægra receptam. Ubi enim commendata a medico remedia contra dolores atrociffimos non valuerint a medici confiliis receffit & anicularum admifit opem. Ita ipfi fuaferunt, ut pinguia in majori quantitate devoraret & olei olivarum quantitatem crebrius affumeret. Hinc per aliquot menfes ultimos pinguia in tanta quantitate affumfit, quantam ventriculus affumere permifit. Copiofam itaque pinguedinem affumtam in maffam fanguineam delatam per uteri vafa ad globum pilorum derivatam & per rupta vafa extravafatam in utero vero pure repleto coagulatam facile poffumus concipere.

F I N I S.

CAROLI

CXLVII.

CAROLI FRID. KALTSCHMIED
DE MOLA SCIRRHOSA
IN UTERO INVERSO EXTIRPATA.

Jenæ 20 Julii 1754.

MUlier XXX. annorum, primipara, ubi circa dimidium geſtationis tempus ex motu fœtus ſe gravidam ſentit, ſimul tormina per intervalla patitur quandoque ſatis atrocia, quæ quidem variis admotis fotibus mitigantur indies tamen gravidam denuo vexant. Octavo menſe partu præmaturo, ubi quidem infans ſervatus eſt, non liberatur ab his doloribus, ſed poſt partum ita potius affligitur, ut febre & ſpaſmis ſubſequentibus vitæ periculum ſubiret maximum. Alvus tumida, dura, calor præternaturalis, dolor vehemens, pulſus durus, & ſenſatio pulſationis in utero ab ægra percepta inflammationem uteri ſatis produnt, lochiis interim rite ſuccedentibus & obſtetrice non inepta certiſſime aſſerente, ſecundinas integras eſſe ejectas.

Octavo die accedens ob orificium uteri internum jam nimis coarctatum accuratius cavitatem uteri perveſtigare, etiam doloribus exquiſitis obſtantibus, non poteram. Venæ ſectione igitur in brachio dextro inſtituta & interne adhibitis temperantibus, externe partim injecto in vaginam ſimul tumidam decocto leniente & fœtu blande reſolvente & leniente adhibito dolores non ſolum mitigantur, ſed etiam per intervalla ceſſant tumorque abdominis imminuitur, ita, ut tertia ſeptimana ſymptomata ceſſarent, præter dolorem gravativum in utero, qui etiam adhibitis poſtea blande evacuantibus, aperitivis, roborantibus externis & internis pertinax reſtitit. Sexto poſt partum menſe denuo ſe gravidam eſſe ſentit & varie partim doloribus, partim ſpaſmis, quandoque febricula per totam graviditatem vexatur, quæ tamen ſymptomata adhibitis congruis remediis ſubinde fugantur, ita, ut tandem partum ederet octimeſtrem ſed difficillimum per XL. horas durantem, infante etiam poſt partum decedente. Infantem ab obſtetrice extractum uterus inverſus ſequitur, qui obſtetricem mira facie ita turbat, ut opem meam poſtularet. Accedens extra vulvam corpus duriſſimum pomum majus magnitudine ſuperans invenio fundumque uteri a tergo hujus corporis duri ſcirrhoſi deprehendo, molliorem quidem, doloroſum tamen & tumidum. Cultello adortus ſcirrhum provide a fundo uteri removeo, quod tamen

ob arctam cum utero cohæſionem, non ſine aliquali uteri læſione fieri poterat, nec ſine atroci dolore. Reſecto ſcirrho læſum uteri fundum balſamicis adhibitis cum fotu emolliente & leniente repono, orificio uteri ſatis obtemperante. Injecto poſtea per tres dies decocto ex herba plantaginis & hyperici cum melle roſarum ſuperadditis medicamentis decentibus internis doloribus mitigatis puerpera non aliter ſe habet, ac ſi facillimo partu fuiſſet gaviſa. Jam ſupra memorata ſymptomata partum priorem ſecuta explicatu erant facillima. Ubi enim omnis inflammatio vel diſcutitur, vel ſuppuratione tollitur, vel in ſphacelo terminatur, vel in ſcirrhum abit, ultimum hoc rariori caſu hac vice in mola evenit. Cum enim rarius molæ per totam ſubſtantiam ſatis compactæ deprehendantur, ſed potius ut plurimum variæ in iis cavitates vel ſanguine grumefacto, vel alio liquore magis vel minus acri ſcateant, vix evenire poteſt, ut indurentur, ubi potius ſanguis grumefactus in putredinem abit, uteri inflammationem mola non rejecta producit, ægramque in anceps vitæ conjicit periculum. Hæc utique mola magis fibroſa, carnea & compacta ſcirrhum edere facilius potuit, qui poſtea a me diſſectus non aliam monſtrabat ſubſtantiam, quam quæ in ſcirrhis deprehenditur glanduloſis mediocris magnitudinis, qui colore ex flavo albicante internam ſuſtantiam mammas vaccarum æmulantur. Ægra interim optime convaluit. Inſuper maximum in hac felici curatione latet momentum in prolapſu uteri in partu difficili ſecuti, ita ut merito hic alterum malum alterius fuerit medela. Maximo enim cum periculo ſcirrhus hic ab utero fuiſſet ſolutus & operatio ancipiti periculo non caruiſſet, niſi peſſimus hoſpes foras proceſſiſſet.

F I N I S.

CXLVIII.

RUD. JAC. CAMERARII,

ET AUCTORIS.

GEORGII FRIDERICI ORTH,

DE

FETU XLVI. ANNORUM,

Tubingæ 28. Junii 1720.

PRÆFAMEN.

SUperatis divino auxilio examinibus gratiofæ Facultatis medicæ, fupereft adhuc Differtatio inauguralis. Diu quidem me mecum varia volutaffe meletemata, lubentiffime confiteor, quippe ita cum arte Afclepiadea comparatum eft, quod quædam adeo fint difcuffa, ut profecto naufeam moverem, fi cramben bis coctam denuo recoquere vellem: Alia vero tantis obnoxia difceptationibus, altercationibus, diffenfionibusque (*a*), ut præftet; illa intacta relinquere, quam ulcus adeo malignum tangere, & fic tricis inexplicabilibus fefe implicare (*b*). Hæc autem mala fenfim fenfimque in medicina oborta etiamfi diverfis gaudeant originibus; omnia tamen & fingula ex neglecta experientia provenerunt (*c*); ficque mifer Afclepiades unico tantum videbat oculo, unde non potuit non fieri, ut fæpius cefpitaret. Quamobrem poftquam multi cordati magnique Viri id confpexiffent, & obfervaffent, relicta experientia quotidie novos in medicina fungorum inftar repullulare errores; toti fefe manciparunt obfervationibus, focietates eo fine fpectantes erexerunt; experimenta maxima induftria collegerunt, illa bona fide & fine præjudicatis opinionibus annotarunt, & ex collatione tam fuorum, quam alienorum ad certiora magis magifque progreffi funt (*d*); qua felicitate præcipue noftra ætas gaudet (*e*). Quid enim quæfo!

(*a*) Hinc *Ciceronianum* effatum: *Nefcio, quomodo nihil tamen abfurde dici poteft, quod non dicatur ab aliquo philofopho.* *Lib. II. de divin.* egregie quoque in medicam artem quadrat.

(*b*) Preffo fequor pede monitum Viri plurimum Rever. *Werenfelfii* in peterudita Differt. de Logomachiis Erudit. Cap. II. §. 3. p. m. 26. *Tutius* eft, inquientis, *mala hæc tacite fecum deplorare, quam palam reprehendere, raraque temporum,* juxta *Tacitum* Hift. L. I. c. 1. *fit felicitas, ut fentire quæ velis, & quæ fentias, dicere liceat.*

(*c*) Aft fecundum *Baglivum* Opp. Med. p. 2. § 7. *Medicina non ingenii humani partus eft, fed temporis filia.*

(*d*) *Medicina* enim *non adeo incerta eft, nec adeo levibus, ut vulgo putant, innixa fundamentis, fed regulis certis, multoque ufu confirmatis fuffulta eft.* vid. *Bagl.* l. c. p. 6.

(*e*) Vid. *Behrens* felect. Med. fect. III. p. 32. Nec fine infigni hoc factum medicinæ emolumento, quod Societas Academiæ naturæ curioforum imperialis, infignes labores focietatis Anglicanæ, indefeffa induftria Academiæ Regiæ Scientiarum, quæ Parifiis, in magno illo Eruditionis emporio, adhuc viget atque floret, acta medicorum Hafnienfium, Berolinenfium, Vratislavienfium &c. fatis fuperque teftantur.

quæso! in causa est tot sententiarum, tot opinionum, tot denique sectarum, quam luxurians ingenium, speculationes, mira fingendi libido, præjudiciorum cohors (*f*). Caveamus itaque ab hisce idolis, nec coram istis & philautia nostra tanquam fœcunda præjudiciorum matre genua flectamus (*g*): Sed prælucente pharo experientiæ tantorum Virorum hos sequamur, hos imitemur, horum premamus vestigia. Sic tandem saluti ægrorum consulimus, neque tempus inutilibus Chimæris cerebrinis terimus (*h*). Huic itaque scopo dicavi quoque laborem meum præsentem

(*f*) Nam juxta *Boethium* de Consolat. Philos. II. p. 29.

Nubila mens est,
Vinctaque frænis,
Hæc ubi regnant.

Conf. *Baglivium*, *Francois*, *Barchuysen*, *Nenter* &c. passim. It. Viri Magnifici summeque reverend. D. D. *Pfaffii*, Patroni summopere Colendi, Dissert. de Præjudicat. Opinion. in Relig. Dijud. fugiend. §. 12. 13. ubi plurima quæ de Theologia proferuntur, egregie quoque ad medicinam applicari queunt, impr. quæ p. 27. leguntur verba: *Cum enim veritatis ea sit affectio, ut animum hominis reddat docilem, mansuetum, pacificum, sincerum, nulloque partium studio in diversa distractum; præjudicatæ opiniones contraria ipsi vitia infundunt, hominesque adeo in transversum agunt, ut sibi solis sapiant, & omnem institutionem respuant, & contradictionem non patiantur, & insano quodam furore errores suos propugnent, & lites infinitas ferant, hæreses innocentibus impingant, dissentientes omni modo non injuriis solum verbisque sed & factis persequantur, schismata forment, & licet de veritate sæpius convicti sint, sententiam tamen hactenus defensam non mutent, sed ex partium, quas semel tuendas sumsere, studio eadem semper lyra oberrent.*

(*g*) Hinc innumeri errores, hinc præjudicia illa, quibus deinceps emendandis atque eradicandis vix sufficit tota hominis ætas, vel clarissima quævis veritatis demonstratio, quæ tamen tam efficax alioquin est, ut ipsum mendacium veritatis egeat specie, si credi velit. vid. D. D. Pfaff. Dissert. allegat. §. 6. p. m. 13. It. D. D. *Barthii*, Cognati beate defuncti Dissert. de præjudiciis.

(*h*) *Bagliv.* Prax. Med. Lib. I. c. 7. §. 10. *Medici*, inquit, *valde litterati, Philosophiis & Theoriis plusquam par est addicti, & ad instar araneæ ab indigestis cogitationibus sapientiam perpetuo educentes, nunquam boni Practivi evadent, nisi diuturno praxeos usui & exercitationi omnino se subjecerint. Morbi enim abditum quid sunt, suosque effectus modis tam reconditis & ab humanæ mentis acie adeo remotis absolvunt, ut difficile sit quidquam in illis investigare, nisi adhibeatur observatio.* Audiamus quoque judicium *Riedlini* de tali medico solis ratiocinationibus dedito & præjudicio receptæ hypotheseos laborante. Dum de tali medico ita disserit, *quod sine dubio de illo actum videatur, qui non restare quod discat sibi imaginatur, & iis quæ didicit contentus, ulterius non inquirit, sed saltem ne sententiam mutare cogatur vel falsa asserere audet, dum enim sic raro in veræ causæ cognitionem devenit, non nisi fortuna suos curabit ægros.* Id circo jam olim Divus noster Senex in suis præceptionibus medicis sedulo commendavit, ut *ex plebeiis sciscitent, si quid ad curandi opportunitatem conferre videatur, sic enim censet artem medicam commonstratam fuisse, quod singula ex fine observata, & ad eadem congregata fuerint.* Inde etiam prognatum est tritum istud proverbium, quod sæpius optimus theoreticus

præſentem inauguralem, obtulit enim ſeſe forte fortuna ante aliquod tempus mihi caſus plane ſingularis atque mirabilis, nec diffiteor niſi hoc naturæ phænomenon oculis meis vidiſſem, & manibus palpaſſem, parum illi fidei tribuiſſem. Poſtquam vero hæc mihi obtigit felicitas, non potui me continere quædam pro modulo ingenii de iſto in chartam conjicere, quæ forſan curioſis arcanorum naturæ ſcrutatoribus non omnino eſſent ingrata. Potuiſſent quidem imbecillitas mentis, eruditionis defectus, & quæ amplius poſſent deſiderari, à tali conatu me deterrere, ſed memor proverbii triti ſæpius tamen veriſſimi, audentes fortuna juvat, hæc non curo, mihi ſufficit, ſi ea quæ ſine præjudicio ſenſibus meis percepi, candide Tibi B. L. refero, & qualescunque meas cogitationes ſubnecto, ultra poſſe nemo obligatur. Si tibi arrident, ulterius eruditione tua adauge, omiſſa adde, ſicque opus perfice. Sin minus, emenda, & meliora in ſcenam profer, & obligaberis tibi omnes genuinos artis filios. Nil itaque ſupereſt, quam ut omnis eruditionis, bonitatis, ſumma omnium bonorum tam cœleſtium quam terrenorum fontem inexhauſtum flexis adorem genubus, velit gratia ſua divina mihi aſſiſtere, & vires deficientes ſupplere, quo omnia quæcunque proferam, quicquid ſuſtineam feliciter cedant. Faxit!

---

§. I.

Caſus itaque noſter, ad quem omnis tendit nervus, huc redit. Contigit Anno quo vivimus MDCCXX. menſe Martii in pago ſuevico prope Gemundam, *Leinzell* appellato, ad nobilem quendam pertinente, quod fœmina quædam nomine *Anna Müllerin*, ſiccioris & gracilioris corporis habitu prædita, hilaris atque alacris ad ultimum uſque vitæ terminum, annorum circiter XCIV. Vidua quadragenaria, ante XLVI. annos ſe gravidam pronunciaſſet. Menſes emanſere, abdomen intumuit, tandem tempore inſtantis partus dolores quoque parturientium ſenſit. Dum vero à matre atque adſtantibus expectabatur infans, ſpes fefellit, poſtquam enim ſine ullo alio effectu, niſi quod aquæ effluxerint, per 3. imo uti poſtmodum chirurgus perſcripſit 7. circiter ſeptimanas hi dolores duraſſent, exhibito uti chirurgus retulit neſcio quo medicamento, forſan anodyno, à quodam medicaſtro, omnium cum admiratione ceſſarunt, & nullis ſubſequentibus gravibus ſymptomatibus, mulier ſatis bene vixit, niſi quod tumor abdominis remanſerit, & pondus

cus malus ſit practicus. Quod tamen de vera, ſolida ac experientia innixa theoria nunquam intelligendum, & avunculus meus nunquam non ſatis devenerandus D. D. *Lentilius* in præfat. ad tabul. conſultat. longe lateque demonſtravit.

dus quoddam gravativum ibidem fenferit. Probe tamen hic notandum fymptoma, quod ab exhibito ifto pulvere fubfecutum & à Rever. D. Paftore loci feq. perfcriptum: *Cum Medici de ea defperaffent, neque partus proceffiffet ullo modo, neque quidquam fupereffe videretur præter incifionem, denique balneator Aalenfis albo dato pulvifculo effecit ut, in abdomine rumperetur nefcio quid, poft id vero tempus tumor fuo loco manferit immotus.* Sed mox altera vice imprægnata, uterus mirum in modum elevabatur variis moleftiis fuccedentibus, tempore vero partus folenni unicus tantum prodibat infans, quod & fimiliter tertia vice accidit, qui ambo adhuc fuperftites, filio venatore Epifcopali (*Bifchoffsheim*) exiftente, filia vero in Gallia degente. *Menfes fuos, & naturali ordine, patitur hæc mulier.* Tumore igitur priftino non fubfidente, dolore ifto gravativo, præcipue fi loco fe movere fedemque mutare intendebat, ut & fi dextro lateri incumbebat, dolore in finiftro latere infra umbilicum fpatio volæ manus urente continuante, ufque ad finem vitæ indefinenter de graviditate conquefta eft. Irridebantur quidem non tantum a plebecula, fed etiam prudentioribus hæ infolitæ querimoniæ, aft hoc non obftante, firmiter inhærebat fuæ opinioni, adeo ut ante viginti annos, cum à D. D. Wohnlich Phyfico Gemundenfi in ædibus fupra memorati nobilis jocando interrogaretur: *Quando demum paritura effet*, non tantum hunc Practicum fed etiam tunc præfentem Chirurgum Heubacenfem Knaufen eo adegerit, quo ftipulata manu pollicerentur, fe illam poft mortem incifuros effe: Imo minata eft, fi promiffa non fervarent, fe ex fepulchro redituram, ac iftos inquietaturam effe. Ita vixit adhuc ufque ad XCIV. ætatis annum, qua ætate morbo quodam afthmatico pectorali correpta, fenio confecta & viribus fenfim fenfimque remittentibus, de reconvalescentia defperabat, hinc mortem fores pulfantem obfervans, defiderium fuum repetitis minis reiterat, & à perilluftri familia petit, quo poft obitum cadaver à Chirurgo Heubacenfi, mortuo interim laud. D. Wohnlich, aperiatur. Cui anxio petito etiam annuebatur. Per tres enim quatuorve dies ægritudine quaffa, XI. Martio anni currentis fatis ceffit, hinc altero die à prædicto Chirurgo ejufque genero corpus defunctæ juffu atque permiffu Illuftris *Domini de Lang* apertum eft. Incidebant abdomen tumidum, integumenta removebant, interiora perluftrabant, pleraque vifcera exceptis pulmonibus fana reperiebant, uterus autem præcipue verfus latus finiftrum p. n. turgebat. Hic curiofitatis ergo difciffus, ecce mirandum naturæ phænomenon globus videlicet offeus Figur. I. magnitudine maximæ fphæræ luforiæ in fcenam prodit, qui lateri finiftro uteri mediante carne fquamofa, magnitudine floreni, firmiter adhærebat, quo etiam in latere in utero plurimæ confpiciebantur glandulofæ excrefcentiæ. Stupebant non immerito, infolitumque hoc productum

ductum ad ulteriorem rimationem animos incitabat. Separato itaque globo ab utero, ac feorfim confiderato fequentia fefe fiftebant; exterius totus fere erat offeus, figura fere fphærica, pondere circiter ℔viii. fuperficie non glabra fed afpera, prominentiis ubique parvulis obfita Fig. I. E. in ifto vero latere, quo utero adhærebat, aliquo modo erat cartilagineus neque adeo durus, uti in reliqua circumferentia. Neceffe quidem fuiffet, ut caute ac circumfpecte vel ferra vel alio adaptato inftrumento apertus fuiffet, ne interiora læderentur, fed nefcio quo fato, vel imperitia vel nimia feftinatione eo deducti, ut fecuri fcinderent globum, moxque diductis hemifphæriis in confpectum veniret fœtus mortuus Fig. II. fexus mafculini, ad partum maturus, non putridus, fed livido defunctorum colore præditus, aliquatenus, referente Paftore, inftar carnis fumatæ fubfufcus, aft perhibente Chirurgo, recens & fœtui hoc momento defuncto fimillimus, nullum fœtorem fpirans, corpufculum uti & vifcera quoad tactum jufto duriora deprehendebantur, & propter liquidi defectum aliquantulum exficcata ac indurata, omnibus membris infuper, imo unguiculis, abfolutus, totus ficcus, uti & reliquum concavum fphæræ, adeo, ut nullum veftigium ullius liquoris in interftitiis appareret. Situs cæteroquin erat naturalis, & fortuna juvante in latere dextro aperturam inftituebant, hinc parum læfus infans, nifi in latere finiftro, Fig. II. J. ubi profunda facta incifio, & duæ coftulæ Fig. III. extractæ. Funiculus umbilicalis Lit. F. 4. l. 5. digitorum fpatio ab umbilico, referente Paftore, involucro accretus, altera vero portio Lit. G. fub humero dextro tendebat ad pofteriora, ubi huic involucro offeo vel potius parti cartilagineæ denuo firmiffime annexus erat. Prope ofculum caveam quandam Lit. C. manus dextra D. impreffit, craffities autem involucri, quamvis non ubique æqualis, in plerifque tamen locis calamum fcriptorium æquavit. His igitur effati mulieris convicti, ob rei raritatem attoniti, fignificabant nobili de *Lang*, qui una cum parocho aliisque oculatis teftibus hujus pagi nomine atque figillo de illius veritate teftati fuere. Nec horum relatione contentus fuiffem, nifi infans fuo adhuc involucro, hinc inde membranis cruentis cincto, tectus, jubente Sereniffimo Duce Würtembergiæ (qui Sereniffimus Princeps, uti fama fert, illum à fuo Archiatro longe famigeratiffimo D. D. *Zellero*, Patrono ac promotore pie colendo, condiri & incomparabili Technopylacio Stuttgardienfi indi ibidemque affervari clementiffime curavit) fpectatiffimæ huic Facultati medicæ exhibitus fuiffet, & fic tam Excellentifs. *Dn. Præfidi*, Patrono fummopere venerando, quam mihi & pluribus aliis confpicere licuiffet. Cujus accuratiffimam effigiem fub finem Differtationis fubnectere ac B. L. bona fide communicare allaboravi, quo omni modo illius defiderio pro viribus fatisfaciam. Denique hoc etiam non diffitendum, fœtum huncce partim ab aeris continuo

attractu, partim à liquoribus Aloëticis, Myrrhatis, quibus Chirurgi putredinem arcere studebant, non parum pristinum colorem immutasse, & livido obscuroque colore, corpusculo quodammodo rugoso, & exsiccato sese aspectui nostro exhibuisse.

§. II.

Ad meliorem hujus observationis dilucidationem præstat quædam, priusquam ad altiora progrediamur, de Generatione humana in medium proferre. Habitaculum, in quo homo superbiens primum fingitur, atque enutritur (*a*), situm est inter stercora & urinam (*b*), videlicet uterus (*c*), figura pyri vel lagenæ (*d*), substantiæ membranoso-spongioso-

(*a*) Ordinarie, p. n. etiam in aliis cavitatibus aliquando fœtus hospitatur, uti infra videbimus.

(*b*) Quare vid. *Blancard.* Anat. Ref. c. 28. ita differentem: *Situs est in hypogastrio sive abdominis vel imi ventris parte infima, quæ pelvis dicitur, ubi inter vesicam & intestinum rectum tanquam inter duo pulvinaria collocatur, ut homines ex fragili & peritura materia inter stercus & urinam nati, ac in terram & cinerem resolvendi, vilis & abjectæ suæ conditionis memores superbiæ alas demitterent. Primario tamen hic uterum collocatum existimamus. quia locus ille generationi aptissimus est, nam non solum sine ullius partis læsione pro fœtus amplitudine in magnam distenditur molem, verum etiam ab omnibus externis injuriis protegitur & conservatur, ab anteriori namque parte ab osse pubis, à posteriori ab osse sacro, à lateribus ab ossibus Ileon tanquam tutissimis mœniis circumdatur, atque etiam parituro fœtui inde exitus ad inferiora facilis est.*

(*c*) Vid. *Graaf.* de Part. Genital. Mul. It. Disput. pecul. sub Præsidio D. D. *Salzmanni*, Patroni ac Præceptoris omni honoris cultu prosequendi, 1712. habitam. In homine consueto naturæ ordine non nisi unicus est, in brutis animalibus multis duas in partes, quæ cornua dicuntur, abit. Nonnunquam tamen etiam in mulieribus duplex, vel saltem bipartius visus. vid. *Bauhin.* Append. ad *Rousset.* de Part. Cæsar. p. 225. Hist. Acad. Reg. Scient. MDCCV. p. 501. Act. Angl. 1669. Eph. N. C. I. 1. Obs. 110. II. 5. p. 143. *Riolan.* Anthrop. L. II. c. 34. *Jo. Fabri* Hist. Mexic. Not. f. 547. *Sylv.* Append. Isagog. Anat. Quod vero omnino defecerit, rarissimum. Eph. N. C. II. 7. obs. 141.

(*d*) In graviditate sensim sensimque magis globosa redditur, accuratissimam figuram vid. apud *Ruysch.* Thes. Anat. VI Tab. 4. & 5. Magnitudo accurate determinari nequit, utpote quæ uti illa ventriculi ratione ætatis, vitæ generis, & contentorum mire variat. Ut plur. tamen in non gravidis longitudo est trium pollicum, latitudo duorum semis, crassities duorum digitorum. In gravidis vero in insignem sæpius molem excrescit, uti etiam in statu p. n. vid. Eph. N. C. I. 1. obs. 128.

giofo- fibrofæ (*e*); inferius ofculo quodam craffo (*f*) in vaginam definens (*g*), quæ in coitu penem recipit. Hujus utrique lateri annectuntur ope validi cujusdam ligamenti a veteribus vas deferens mulierum appellati, ligamentorum latorum uteri (*h*), & aliquatenus per Tubas Fallopianas, Ovaria (*i*) five teftes muliebres, corpora globofa intus veficulis five ovulis fcatentia (*k*). Tubæ autem Fallopianæ nil aliud

(*e*) Præcipue notari merentur fibræ uteri in cervice & mufculus conftrictorius; de quibus vid. *Verheyen*. Anat. Corp. H. Tract. cap. 33. Supplem. Tract. V. c. 23. Fibras hafce utero denegat *Vieuffens*, & iftas pro vafculis nerveo-lymphaticis venditat; quod tamen minus recte nobis videtur, quippe uterus illis quam maxime indiget, quo fefe conftringere & tempore partus hofpitem expellere poffit.

(*f*) In virginibus & gravidis utplurimum anguftiffimum, ut vix tenuem admittat ftylum, imo nonnunquam, ne caput aciculæ minoris. *Ruyfch*. Thef. An. VI. num. 85. neque aperitur, nifi in amplexu venereo, ad recipiendum femen in uterum, ut & tempore partus, in quo ad miraculum ufque dilatatur. Poft eundem denuo clauditur, quamvis etiam diu hiet, quale exemplum vid. in Difput. alleg. de utero. p. 17. unde reprehendendæ funt iftæ fœminæ, quæ poft partum jufto citius conclavia relinquunt. An tempore fluxus menftrui quoque aperiatur hoc orificium, ad dirimendum iftis relinquo, qui adhuc inter fe certant, utrum ifte fanguis ex utero vel vagina excernatur.

(*g*) *Bartholin*. Cent. III. epift. 2. Exemplum refert duplicis vaginæ duplici orificio præditæ latiori & anguftiori. In non defloratis rugofa & bovis palatum non inepte refert, quas rugas *Julius Cafferius* Tab. anat. XVII. fingulari cura depingi curavit; in iis vero, quæ fæpius veneri indulgent, vel fæpius pepererunt, vel denique diuturno fluxu menftruo vel albo laborant, abolefcunt dictæ rugæ, & vaginæ facies interior lævis atque fere æqualis evadit. Hæc vagina eft fedes Pretiofi iftius Cimelii fexus fequioris, puta Virginitatis, quæ anne in fimplici Orificii Vaginæ coarctatione, utrum in coarctatione per carunculas, utrum vero in membrana ifta illibata, quam hymen vocant, confiftat, hic difquirendi non eft locus. Qui plura defiderat, adeat *Graaf*. cap. V. p. 189. *Columbum*, *Pareum*, *Laurentium*, *Mauriceau*, *Pineum &c.*

(*h*) Dicuntur etiam Alæ Vefpertilionum feu Ligamenta Aliformia & magis tefticulis infervire videntur, quam utero in fitu confervando, qui ultimus ufus vulgo iftis tribuitur.

(*i*) Ita appellatur, quoniam idem in mulieribus effe videtur, quod ovarium in Pennatis & Oviparis, quam Analogiam *Fabricius*, *Harveus*, *Honorat. Fabri*, *Joh. van Horn*, *Steno*; *Kerkringius*, *Swammerdam*, *Drelincurtius*, *Fr. Redi*, *Malpighius*, *Perault*, *Ol. Jacobæus Obf. de Ranis*, *Bohnius*, *Peyer*, *Garmannus*, *Denis*, *Wepferus*, *Ruyfchius*. *&c.* ad oculum demonftrarunt.

(*k*) Maxima vix pifum æquant, nonnunquam 10. 12. 25. in uno ovario reperiuntur, & à plurimis pro ovulis principioque materiali fœtus venditantur, quod exinde probant, quoniam in teftibus illarum, quæ conceperunt, cicatriculæ confpiciuntur, quæ nil aliud funt, quam veftigia ovulorum expulforum: Sic in ovario cavitas pifum majus admittens, rubens villisque obfeffa, vifa eft in muliere impægnata *Ruyfch* Obf. Tab. 53. fig. 1. *Bidloo* Anat. Corp. Hum Conf. Eph. N. C. II. 7. p. 383. 2do. humor intus contentus ebulliendo confiftentiam, colorem & guftum albuminis ovi adipifcitur. 3tio. Conceptio in ipfo ovario vid. Hift. Acad. Reg. Sc. MDCCI. p. 143. vel Tuba Fallopiana. 4to. Fimbriæ foliaceæ ovario poft mortem

aliud sunt, quam isti canales ex utero versus ovarium ascendentes, per quos ovula in uterum deferuntur (*l*). Si enim ejusmodi ovulum seu aura seminali seu crasso etiam semine (*m*) foecundatur (*n*), transit per

mortem instar digitorum applicitæ. Ibid. MDCCIV. p. 41. MDCCI. p. 22. ut plura experimenta, quæ illorum existentiam comprobant, subticeamus. Conf Hist. Ac. R. Sc. l. c. It. MDCCV. p. 66. Act. Hafn. Vol. II. p. 210. 219. Vol. V. p. 33. Act. Anglic. Vol. VII. p. 74. Quibus non possumus non suffragari, hoc tamen etiam non diffitemur, reperiri interdum in ovariis hydatides, quæ ovula mentiuntur, quarum tamen discrimen accurate commonstravit *Tauvry* Tr. de la Nourrit. du Fetus p. 46. His vero non obstantibus fuerunt non pauci, qui hanc opinionem in dubium vocarunt, ut *Diemerbroeck* Anat. L. I. c. 20. & præcipue D. *Mery*, Chirurgus Parisiensis, quibus addimus Du. *Verney*, *Mauriceau*. Lib. Obstetr. c. 2. *Blegny* Zod. Gall. Ann. 2. Mens. Mart. obs. 1. *Guil. Lamy* Libell. Gallic. Opusc. de Anima sensit. annex. *Leeuwenbœck*. Anat. Part. II. p. 175. *Hieron. Barbati* Diss. de Format Organis. Concept. & Nutrit. foetus, *Vidussi*, de la *Motte* &c. quorum argumenta hic recensere angustia pagellarum prohibet.

(*l*) Cavitas, qua hiant in uterum minima est, & non nisi flatum vel tenuem stylum transmittit, dein consendunt testium dorsum, altera vero extremitas libere in abdomine fluctuat, & tam ampla est, ut sæpius calamum scriptorium admittat, ubi in fimbrias foliaceas desinit, quæ in coitu ovarium amplectuntur; vid. *Graaf.* de Genital. Mulier. *Drelincurt.* de fœt. Hum. Conc. Perioch. 6. 7. & 8. *Lang.* Opp. Med. Physiol. p. 228. Hist. Acad. R. Sc. MDCCIV. p. 41. MDCCVI. p. 32. & ovulum blando motu exprimunt atque excipiunt; In medio cavitas parvum digitum æquat. Interim in coitu multum ampliantur tubæ, qualem observavit *Bidloo* Tab. 53. Anat. C. H. It. *Wepferus* de Cic. Aquat. Nox. c. 9. e contrario sæpissime coalescunt, adeo ut *Ruyschius* Obs. Chirurg. 83. fateatur se non credidisse illas in mulieribus adeo frequenter obstructas esse, nisi tot cadavera dissecuisset. Ejusmodi obstructionem tubæ dextræ conceptione iterata subsecuta vid. in Eph. N. C. II. 1. obs. 183. It. duarum tubarum coalitionis exemplum singulare refert venerabilis senex D. D. *Scheidius*, Patronus ac Mæcenas maximopere Devenerandus, in *Diss. Sist. Paradox. Anat. de Generat. Hom. p.* 17. Non tamen omittenda est cautela, quam innuit *Morgagn.* Advers. Anat. p. 34. istas sæpius primo intuitu clausas videri, quæ post accuratiorem perquisitionem apertæ occurrerint.

(*m*) Sic *Ruysch*, Thes. An. VI. p. 4. in muliere in adulterio deprehensæ, & mox post conceptionem occisæ, non in utero tantum sed & in tubis semen crassum deprehendit.

(*n*) Hic magnæ lites glíscunt in medicorum scholis, an videl. ovulum in ovario; an vero demum in utero fœcundetur. Quod primum attinet, denuo in diversas abeunt partes illius sententiæ propugnatores, alii enim putant, impraegnationem fieri per tubas Fallopianas, quod tamen alii rursus negant, vid. *Transact. Anglic.* num. 147. *Lang.* Opp. Physiol. p. 229 *Casp. Barthol. de Diaphragm.* Struct. c. 3. sect. 3. Act. Hafn. Vol. V. p. 46. & potius auram seminalem in massam sanguineam transire & per circulationem ad ovarium deferri statuunt, unde quoque alterationes, quæ post conceptionem contingunt, deducunt. Conf. *Verheyen* Suppl. Tr. V. c. 4. Quod vero priorem concernit opinionem, ita autumant, quod, instar pennatorum, in quibus ova quoque ab ovario sine maris commercio abscedunt, idem quoque in fœminis præcipue salacioribus contingat, & in utero demum ovula fœcundentur. vid. *Bohn*, Circul. Anat. Conf. *Lang* l. c. p. 231.

per tubam in uterum (*o*), ubi mediantibus fibrillis à chorio prodeuntibus inftar radicum in tubulos uterinos, ex arteriis provenientes implantantur (*p*), & ut plurimum parti pofticæ uteri adhærefcit (*q*). Ibi nutritur, augetur, fetus intus formatur, donec tandem maturus nono vel initio X. menfis membranæ cum ambientes (*r*) rumpuntur (*s*), & poft effluxum aquæ gelatinofo - fubcruentæ (*t*) ex ergaftulo fuo eluctatur. Membrana exterior qua cingitur, chorion appellata, craffa, fpongiofa, vafculofa, uteroque contigua eft: amnion vero interior tenuis, pellucida, priorique contigua exiftit, nullis vel pauciffimis vafculis referta (*u*). Illa vero ovuli pars, quæ pedunculo & nunc utero adhæferat, conftituit placentam uterinam, fubftantia

(*o*) Relinquit membranam exteriorem in ovario, quæ abit in corpus fpongiofum vel villofum. Præter hæc ovula, reperiuntur quoque fimiles veficulæ circa uteri orificium, quæ a non paucis liquorem feminalem pariter continere ftatuitur. vid. D. *Naboth.* Differt. de Sterilit. *Blegny* Zodiac. Gallic. T. I. p. 20. *Henrici* Diff. de Veficul. Seminal. Mulier. cui opinioni refragatur *Gœlicke* Hift. Anat. p. 183. *Ettmuller.* Epift. Probl. de Ovario *Nov. Ruyfch.* Adverfar. Anat. Dec. I. Art. 2.

(*p*) *Nenter* Phyfiolog. cap. XI. Membr. II. p. 336.

(*q*) *Heifter* compend. Anat. p. 61.

(*r*) Appellantur unico vocabulo fecundinæ, de quibus vid. Integr. Tract. *Nic. Hobokeni*, & *Carol. Drelincurt.*

(*s*) Ordinarie, nonnunquam non ruptæ una cum fœtu inclufo prodeunt.

(*t*) De hujus ufu plura vid. in Eph. N. C. II. 2. p. 216. *Gualter. Needam.* Tr. *de format. fœtus*, multa quoque de membranis & humoribus habet. *Claud de la Courvée* Parad. de Nutrit. Fœt. in utero, *Bohn.* Circul. Anat. Phyfiol. Progymn. II. p. 28. 29. conf. *Berger.* Tr. de Nat. Hum. P. II. c. 2. p. 470.

(*u*) Uti primo intuitu apparet, per injectiones tamen Ruyfchianas & Cowperianas copiofa fefe oculis fiftunt. Ea parte qua fœtum refpicit parva corpufcula in ruminantibus fatis confpicua occurrunt; quæ multi Anatomici, inter quos quoque Excell. D. D. *Zellerus* referendus, pro glandulis habent, per quas liquorem amnii feparari volunt. Hinc in eruditiffima *Differt.* de *Vafor. Lymphat.* *Adminiftrat.* p. 10. objectiones, quæ contra illarum exiftentiam in amnio proferri poffent, fequentibus egregie diluit verbis: *Si in amnio glandulas ideo negare vellemus, quod non omnibus impregnationis temporibus confpiciantur, vapularemus fane. Nam in peritoneo aliifque membranis pariter non omni tempore æqualiter confpiciuntur, aft in hydrope aliifque glandularum obftructionibus optime patent.* Hifce duabus tunicis nonnulli addunt tertiam fcilic. Allantoidem, vid. Hift. Acad. Reg. Scient. MDCCI. p. 28. & MDCCII. p. 38. *Munnik.* Anat. Thef. 33. *Graaf.* Tab. 12. Conf. *Drelincurt.* Melet. de tunic. fœt. allantoid. quæ tamen nonnifi in quibusdam brutis reperitur & pro collectione urinæ infervit, in homine vero recte negatur, vid. *Cowper. Bohn.* Circ. Anat. Progymn. 2. *Heifter.* compend. anat. p. 61. *Ruyfchius* quidem accuratiffimus alius Anatomicus Thef. anat. IV. p. 15. Pfeudo allantoidem admittit, fed illa non nifi chorii interior vel amnii exterior lamella eft. Tribus hisce quartam addit *Needham.* l. c.

ftantia quam maxime vafculofa præditam (x), quæ fuccum nutritium (y) ex utero fufcipit, & eum per venam umbilicalem tranfmittit, per arterias autem umbilicales fanguis e fœtu ad placentam revehitur (z), quæ una cum vena & uracho (a) communi quadam membrana cinctæ, conftituunt funiculum umbilicalem (b), per quem nutritur infans. An vero per os à liquido illo glutinofo eum ambiente quoque nutrimentum capiat, adhuc difceptatur (c). Situs infantis in utero fedens percipitur,

(x) *Ruyfch.* Thef. Anat. V. Tab. 1. Non pauci glandulas huic parti tribuunt.

(y) Diverfæ denuo hic proftant opiniones, fub qua forma fuccus hicce nutritius ad corpus embryonis deferatur, de quibus vid. *Lang.* Opp. Phyf. p. 243. p. 239. Qualis fit humor, vid. *Stahl.* Theor. med. Phyfiol. p. 519. videl. Lymphalis, tam Terreo-mucidus, quam pingues particulas comprehendens, hic fanguini venæ umbilicalis commixtus per hanc ad fœtus corpufculum progreditur. Conf. Diff. *Saizmannianam* de Circul. Sanguinis in Fœt. 1714. Argent. habit. §. 3. quæ fententia nobis præ cæteris arridet.

(z) De hoc circulo vid. Diff. modo allegat.

(a) Multum difceptatur inter Anatomicos an urachus fit pervius, & canalis officio gaudeat, fin minus. Qui prius affirmant, in medium proferunt exempla varia, uti fecit *Dn. Littre.* Hift. Acad. Reg. Scient. Conf. Eph. N. C. III. & IV. p. 465. nec non *Franc.* à *Frankenau* in *Diapedefi Reftit.* p. 23. Urinæ tranfudationem ex veſica per urachum ad tunicam allantoidem experimento probare conatus eft. Sic & ex analogia brutorum conjecturam faciunt, in quibus præcipue majoribus nullum ferme fupereft dubium, quemadmodum enim illa urinam, quæ liquori gelatinofo amnii nutritio mifceri nequit, in peculiarem membranam vel interftitium amnii & chorii deponunt, fimili prorfus ratione urinam in fœtu excerni debere. Sunt vero etiam non pauci, qui perforationem multiplici experientia convicti negant, fic *Mauriceau* Tr. de morb. Mulier. Lib. II. cap. 4. p. 229. teftatur, fe plus quam 40. fœtus fecuiffe, in quibus omnibus urachum, qua umbilicum fpectat, cœcum deprehendit. Conf. *Ruyfch.* Thef. Anat. IV. p. 14. V. p. 28. VI. p. 63. Alii vero, quo fefe falva perforatione urachi hisce explicent tricis, illum ultimis menfibus claudi ftatuunt, vel cum *Dn. Ridley* in Act. Erud. MDCCV. p. 122. papillam pone ejus orificium ponunt, quæ ejus perforationem dubiam reddit, qua vero refecta, cavitas pennam anferinam æquat, & tubulum facili negotio admittit

(b) Ex cujus vaforum reptatu inftar funiculi contorti apparet, ex qua contorfione oriuntur noduli, ex quibus obftetrices mira præfagiunt, vid. Eph. N. C. II. p. 392. Exempla deficientis vid. ibid It. Journal. des Sçavans. MDCLXXIII. fol. 69. *Stalpart* van der *Wiel* Cent. Pofter. Part. I. Obf. 32.

(c) Negat *Litter* Hift. Ac. Reg. Sc. MDCCI. p. 120. Aliique, qui pro excrementitio habent, Conf. Diff. D. D. *Marc. Mappi de Aquis in quibus tempore geftationis fœtus quafi natat.* Arg. 1685. habit. Alii nimium huic liquori tribuunt, & ab illo folo nutrimentum fœtum capere fibi perfuadent, uti *Charleton*, *Entius*, *Everhardus*, *Courveus*, quos fecutus effe videtur *Stalpart* van der *Wiel* Diff. de Nutrit. Fœt. & *Berger.* de Nat. Hum. c. 2. L. II. Nobis tamen medium tenere lubet, & fœtum primis menfibus per umbilicum, ultimis vero per os quoque nutriri ftatuimus. Conf. *Segeri* Diff. *de Hippocr. Orthodox. in Doctrin. de Nutrit. Fœt. in utero c.* 2. *Needham.* de Format. Fœt. p. 74. Act. Erud. MDCLXXXVI. p. 617. *Deufing* de Gener. Fœt. *Rogerfii* Analect. Inaugur. in Ephem. Gallor. MDCLXV. Menf. Febr. recenf. modum quomodo per os nutriatur ingeniofe defcripfit D. D. *Lentilius Jatromn. Theor. Pract.* p. 366.

pitur (*d*), capite & collo inclinato, cubitis ad inguina applicatis, & calcaneis ad nates retractis: manibus ſ. potius pugnis caput tangit. Partu autem appropinqüante utplurimum ita ſeſe vertit, ut caput inferiora petat. orificio uteri opponatur, pedeſque cum natibus ſurſum vergant.

§. III.

Paucis itaque his præmiſſis, facillime eluceſcit in quantum noſtra obſervatio recedat a communi generationis negotio, ſive enim conſideres matrem, ſive fœtum, ſive denique ejus clauſtrum, varia obſervabis inſolita, quæ ſigillatim examinabimus. Quod primo attinet matrem, oculis noſtris ſeſe ſiſtunt ſymptomata, quæ toto geſtationis tempore paſſa eſt atque ſenſit. Menſium emanſio, & uterini orificii conſtrictio ſolennia quidem graviditatis ſunt ſigna, ſed iſta ſæpiſſime fallere quotidiana teſtatur experientia (*e*), quippe nonnullæ plethoricæ ad medium uſque (*f*) imo per totum geſtionis tempus (*g*) fluxum menſtruum ſervant, quid quod ipſa noſtra gravida ſubſequentibus temporibus illum experta eſt. Poſtquam vero accellerat intumeſcentia ventris ſuccellſiva, potuit eo facilius illa de graviditate ſuſpicionem movere, præcipue cum tempore legitimo dolores parturientium ordinarii ſubſecuti fuerunt.

§. IV.

Inſolita autem, quæ hic contigerunt, erat tempus tam reſpectu dolorum ad partum tendentium, quam geſtionis diuturnæ fetus. Sæpius quidem contingit, quod per aliquot dies, imo integram ſeptimanam perdurent, præcipue in delicatulis & primiparis, quæ, ſi dies partui deſignatus properat, *wann ſie auſgerechnet haben*, & forte flatus incarceratus tormina quædam excitat, ſtatim ſeſe ad pariendum accingunt, pariens imprudentia obſtetricum, reliquarumque adſtantium præcocibus hortamentis

(*d*) Videlicet ordinarius, cum quo p. n. fœtuum ſituationes non ſunt confundendæ, quales varios deſcripſit ac delineavit *Rueff. Tr. de concept. & generat. hom.* tot. lib. 4.

(*e*) Sic dantur, exempla, quamvis rariora, quæ conceperunt, etiamſi nunquam fluxum menſtruum paſſæ fuerint, vid. E. h. N. C. II. 1. p. 114. 117. Ann. 3. obſ. 132. *Bartholin.* Cent. IV. hiſt. 37. *Schenck.* obſ. med. lib. 4. obſ. 1. *Marc. Donat.* lib. 4. hiſt. med. admir. c. 23. *Hildan.* V. 45. *Rhod.* Cent. III. obſ. 54. *Piens de febb. in ſpecie* c. 8. o. m. 2. 8. ſeq. M. *Sebiz.* Spec. Pract. P. V. ſ. 2. c. 1. &c. Uti & molas aliosque morbos uterinos menſes impedire & graviditatem mentiri poſſe, autopſia edocet.

(*f*) *Nenter.* phyſiol. p. 340. §. 8. *Solenander.* Sect. V. conſ. 15. § 38. 39. *Braſſavola* in Hipp. libr. 5. aph. 60. *Pechlin.* obſ. l. 1. obſ. 36.

(*g*) *Schenck.* l. c. obſ. 147. *Roder. à Caſtro* de morb. mulier. l. 3. c. 18.

tis ad labores excitatur (*h*), natura pellentibus præmaturis turbatur, irritatur, dolores ſpurii excitantur, ante fetus debitum ſitum, ante uterini orificii aperturam, ante denique effluxum aquarum ægra miſere excruciatur, ut ſæpius convulſiones quoque accedant, & ſic antequam veri ad partum niſus oriantur parientis vires conſumuntur, ſicque dolores juſto diutius protrahuntur. Contingit hoc quoque, ſi membranæ ſecundinarum ſunt firmiores, vel adſunt ſcirrhoſæ excreſcentiæ in vagina præcipue circa orificium uterinum, vel ſi illa coaleſcit, vel aliæ ejus læſiones fetus exitum impediunt. Sic & calculus magnus veſicæ, fetus atque uterus male conformatus, vel ſituatus, gemelli æquali enixu ad exitum promoti, nonnunquam etiam molæ & ejuſmodi obſtacula ad dolorum prolongationem anſam præbent (*i*). Dum enim principium vitale ea quæ in utero continentur, ſuo tempore excernere nititur, excretio autem per varia accidentia impeditur, tunc vel auget niſus ſpaſticos & per tempus aliquot continuat, vel ſi ſuæ ſalutari intentioni compos fieri nequit, omnino ſuum officium derelinquit. Id accidit quoque noſtræ parienti, poſtquam enim per tres vel potius ſeptem integras ſeptimanas, quod plane inſolitum, continuaſſent hi niſus ſine ulla neque fetus, neque ſecundinarum excretione ſubſecuta, non quidem ſponte ceſſarunt, ſed arte ſufflaminata & anodyno forſan ſopita natura munus ſuum debitum deſeruit, & fetus ſuis involucris cinctus remanſit in ſuo ergaſtulo.

§. V.

Gerebatur autem noſter fetus per 46. integros annos in ventre materno, quod profecto mirandum, & fœtum per tantum temporis tractum in utero unquam hoſpitatum fuiſſe, me latere, ingenue fateor. Per annum (*k*), per XIV. menſes (*l*), per nonnullos quoque annos

(*h*) Piaculare facinus appellat *Veslingius* Epiſt. 50. annex. Tr. *Bartholin.* de inſolit. part hum. viis: *Gravidam nondum maturo partu ad fetus enixum compellere.* Conf. Excell. D. D. *Lentilii* Jatromn. Theor. Pr. p. 422. 423. *Pechlin.* obſ. l. 1. 32.

(*i*) Cong. *Lang.* opp med. diſp. de offic. medic. in part. diffic. §. 6. ſeq. It. *Diſſ. inaug. ann. current. de Dyſtockia Argentor habit.*

(*k*) Vid. Joh. a *Sande* Deciſ. Friſic. lib. 4. Tit. 8. def. 10. *Beuſt.* de matrim. part. 1. c. 36. *Mynſing* lib. 6. obſ. 60. n. 12. De partu undecimeſtri vid. *Harpprecht.* conſil. 51. *Bonet.* Sepulchret. l. 3. ſ. 38. obſ. 4. 5. 6.

(*l*) Vid. *Gothofred.* ad Novell. 39. Journ. des Sçav. MDLXXXIII. p. 216. quid quod aliqui 16 & 19 menſe excluſos fetus narrent, vid *Spiegel.* de format. fet. P. III. c. 7. *Blegny* Zodiac. Gall. A. I. p. 25. *Bonet* l. c. obſ. 6. conf. *Zacchiæ.* Quæſt. med. legal l. 1. tit. 2. quæſt. 6. *Schenck* obſerv. rar. De quodam infante, qui in utero materno duos integros annos commoratus, editus vero poſtea in lucem, quaſi compenſaturus moram ſolum ambulaſſe & locutum fuiſſe. *Gregor. Horſt. Marc. Donat.* p. m. 373. quod tamen fabulam ſapit.

annos (*m*) fetus geſtatos, vel demum anno 26. ſenſim ſenſimque fruſtulatim excretos (*n*), vel uti fetus muſſipontanus lapideus vel Senonenſis anno 28. exſectos fuiſſe (*o*), obſervatores teſtantur. Aſt tantum temporis ſpatium ſine notabili incommodo & ſine corruptione fœtum in matre extitiſſe, rariſſimum, hinc forſan etiam evenit, ut D. D. *Wohnlich* hujus mulieris querimonias riſum jocumque faceret. Maximæ quas conqueſta eſt moleſtiæ conſiſtebant primo in pondere quodam gravativo, quod in uteri regione ſenſit, & præcipue in ſurgendo oneri erat. Non quidem negaverim in omni graviditate ejuſmodi ſenſum percipi, hinc propter remanſionem infantis neque venter ſubſidere, nec iſtud incommodum evaneſcere potuerunt, hinc quoque altera, ut & tertia vice gravida, propter pondus duplicatum moleſtiæ augmenta ſumſere, hoc tamen nobis etiam dandum, a ſucceſſiva induratione involucri, hoc ſymptoma ſucceſſive quoque creviſſe, & induratas ſecundinas majus acquiſiviſſe pondus, quam ſi priſtinam retinuiſſent ſubſtantiam (*p*). Alterum incommodum, quod paſſa eſt, fuerat dolor urens in latere ſiniſtro, dextro ſi incumbebat, qui anne ab adhæſione provenerit illo in latere in utero, & a pravo uteri ſitu, an vero quod hic fetus in una hæſitaverit tubarum, in ſeqq. dilucidabimus, quamvis non videatur abſonum, tantam molem induratam, ſi etiam in utero extiterit, præcipue ſi uterus male erat locatus, illud latus, quo adhærebat, vi ponderis aliquo modo deorſum traxiſſe, ſicque ejuſmodi ſenſum dolorificum excitaſſe. Tandem in latere ſiniſtro ſæpius

(*m*) De fetu ſceleti inſtar duobus fere annis poſt legitimum partus tempus excreto vid. Eph. N. C. l. 1. obſ. 1. conf. *Bonnet*. Sepulchret. l. 3. ſ. 38. obſ. 4. §. 2. per quinquennium vid. Journ. des Sçav. 1685. p. m. 543. Schol. ultra Sexennium in utero geſtatum E. N. C. Dec. II. 5. obſ. 174. fetus oſſicula 13. annos in utero retentos, muliere interim bis pariente, vid. ibid. 3. 4. obſ. 87. per 25. annos in utero exiſtente Journ. des Sçav. l. c. conf. Nouvell. de la Rep. des *Lettr*. MDCLXXXV. p. 997.

(*n*) Vid. Eph. N. C. II. 8. obſ. 134. conf. *Bonnet*. l. c. Huc quoque referri meretur exemplum ab *Excell. D. Præſide*, *Præceptore Venerando*, mihi relatum, de quadam fæmina, quæ gravida, atque ordinarium pariendi tempus tranſgreſſa ſucceſſive per alvum oſſicula infantilia rejecit. Hæc muliercula etiam antea per alvum aliquando materiam mucoſam ſubcruentam inſtar fluoris albi excrevit, ſed qui nemine animadvertente, ſponte rurſus evanuit. Unde mihi videtur ab ulcere forſan vaginæ inteſtinum fuiſſe exeſum, uti hinc inde obſervationes proſtant. *Foreſt*. l. 28. obſ. 77. Jo. *Lang*. l. 2. epiſt. medic. 39. *Marc. Donat*. l. 4. hiſt. med. mir. c. 22. E. N. C. 3. 4. obſ. 87.

(*o*) Vid. *Strauſſ*. de fœt. Muſſipont. *Bartholin*. hiſt. an. cent. 2. obſ. 100. *Sennert*. Med. Pract. Part. II. l. 4. ſect. 4. c. 8. *Bonet*. Sepulchret. l. 3. ſect. 38. obſ. 4. Multi tamen de veritate hujus hiſtoriæ ſubdubitant, fabuliſque annumerant, dum e contrario noſter caſus, qui in multis cum iſta convenit, certiſſimus.

(*p*) Juxta phyſicos: quo quid durius, eo denſius, pondera autem corporum ſunt, ut denſitas, & variant, prout denſitates variant. vid. *Teichmeyer*. phyſ. exper. p. 85.

ſæpius torminibus, flatulentiiſque vexabatur, quoniam vel tuba vel uterus una cum hac mole in illud latus propendens inteſtina compreſſit, unde ejuſmodi incommoda excitata eſſe videntur. Reſtitat adhuc ſingulare illud phænomenon ſenſus nempe rupturæ, ab exhibito pulviſculo, referente Rever. D. Paſtore, ſubſecutus, quoniam autem neque inſpectio anatomica, neque literæ tam Excell. D. Præſidi quam nobis traditæ ſingularem quendam effectum patefecerunt, hinc de illius certitudine ambigo, judiciumque meum ſuſpendo: obiter tamen notamus Excell. D. D. *Nebel. in Diſſert. all. de extr. fœt. H. ex uter. p.* 34. ſimilem ferme caſum in medium proferre.

§. VI.

Merito hic diſquiſitioni ſubjiciendum problema, *utrum noſter fetus in utero, an vero in tuba fallopiana conceptus fuerit?* Primum declaravere ſectores & apertionis cadaveris ſpectatores, quoniam vero poſtmodum duos adhuc ediderat infantes, hoc reſtitante in viſceribus maternis, multi Celeberr. Viri ſuſpicati ſunt, annon potius in tuba hæſitaverit, præcipue quoniam nullus accuratus Anatomicus ſectioni interfuit, ſicque ſitus a Chirurgis, quod tamen præfiſcine dixiſſe velim, facile falſus aſſignari, & non tam ſollicite obſervari potuit. Neque immerito! Fuiſſe enim in tubis (*q*) ut & aliis corporis partibus (*r*) fetus conceptos generatoſque, autores teſtantur. Et una tuba obſtructa per alteram ovulum impraegnatum utero immitti, ibi incrementum capere, ac tandem maturum infantem in lucem facillime poſſe prodire, quivis facile poteſt comprehendere: ſic quoque hunc fœtum in una tubarum hæſitaſſe, altera aperta

(*q*) Vid. *Abrah. Cypriani* Epiſt. ad *Thom. Millington*, qui fœtum hum. mortuum poſt 21. menſes a prima impraegnatione ex tuba uteri dextra feliciſſime extraxit, matre ſalva, & poſtmodum adhuc bis pariente. Conf. *Elsholz. Epiſt. de concept. Tubar.* Eph. N. C. I. 4. & 5. Append. p. 74. Act. Erud. 1701. p. 82. Act. Acad. Reg. Sc. 1702. p. 277. 398. Act. Angl. num. 47. quamvis auctor ultimæ obſervationis *Vuſallus* neget conceptionem in tuba, ſed in utero ſecundo factam, Graafiumque cum aliis deceptum fuiſſe. Conf. *Riolan.* Anthropogr. L. II. c. 35. *Marquard.* Empir. Pract.

(*r*) Uti in abdominis, ventriculi &c. cavo, vid. *Salmuth* cent. 1. obſ. 64. cent. 3. obſ. 94. Eph. N. C. I. obſ. 110. II. 7. obſ. 10. & 237. Journ. des Sçav. 1669. febr. ex *Mauriceau* Tr. des malad. des femmes groſſes. Conf. *Hild.* cent. 1. obſ. 64. *Laur. Strauſſ.* de fœt. Muſſipontan. p. 91. Pecul. Tr. de fœt. extra uterum in abdomine genito Autore *Deuſingio*. *Bonet.* Sepulch. l. 3. ſ. 38. obſ. 3. §. 9. 10. obſ. 4. §. 8. De fetu in veſica urinaria reperto vid. Act. Lipſ. 1717. p. 307. In tumore ſtrumoſo fæminæ poſt obitum aperto invento, medii digiti longitudinem æquante Eph. N. C. II. 10. obſ. 56. Notæ quoque ſunt hiſtoriæ fetus Aurelianenſis Ibid. l. 1. p. 255. Toloſani, cujus hiſtoriam *Baile* operibus ſuis annexit. Conf. *Hartſœcker* cont. conj. phyſ. p. 136. Act. Angl. Vol. VII. p. 137.

aperta remanente, & ita per illam fecunda & tertia vice ovulum impraegnatum; in uterum devolutum; ibi nutritum & tandem foetum editum fuisse, non fine ratione autumant, praecipue si addis istud; quod chirurgus postmodum transcripsit: *Ich befande gleich, daß sich die Kugel nicht völlig in der* matrice *befunden, jedoch ist ein dünnes Häutlein um die völlige Kugel gewesen, daß ich doch der völligen meinung bin, daß es von grosser Ausdehnung der Kugel, und denen noch 2 getragenen Kindern: Welches starck auf die lincke Seiten getrieben gewesen, und den rechten Gang zur Geburth nicht verrichten können. In keinen besondern Sack war es nicht gelegen &c. rechter Seit war die mutter noch zimlich, aber lincker Seit, wo die Kugel angeheffter war, da ist alles wunderlich mit allerhand Drüßen und Maasern zu sehen gewest.* Literae autem Pastoris retulerunt: *daß die* matrix *so klein gewesen, als bey einem Kind von 2 Jahren.* Sic & huc referendum symptoma illud, dolor scil. urens in sinistri lateris regione umbilicali, ut & tantum temporis spatium; quod in ventre materno extitit. Ex tuba enim, si ibi accreverit; & majorem in molem excreverit, minime potuisset in uterum devolvi; & in lucem; nisi administrata sectione, protrahi, hinc ominabantur; ibi demum in ejusmodi osseam compagem secundinas degenerasse; nam ex utero tam tempore partus, quam postmodum conatibus naturae vel ruptis secundinis vel illis inclusum foetum, etiamsi uterus prave fuisset collocatus; attamen facilius & certius prodiisse. Neque concipi posse; conjiciebant; hunc globum in utero & simul duos infantes subsecutos tempore gestationis ibi hospitatos fuisse. Quae omnia & singula; etiamsi non parvi mihi videantur momenti, suspicionemque de conceptione tubaria corroborent; in utero tamen hunc globum extitisse & per dies vitae ibidem gestatum fuisse; multi sine ullo impedimento fieri potuisse & factum fuisse existimarunt; quod enim spectat infantes annis subsecutis editos; nil impedire; sibi persuaserunt; duos infantes simul peculiaribus suis tunicis involutos (*s*) posse in uno utero subsistere, quod non tantum superfoetatio; de qua plurima evolvimus exempla (*t*), sed & si illam negas (*u*), vel diversas aetates embryo-

(*s*) Non quidem negaverim gemellos plerumque uni chorio & duplici amnio inclusos esse, bene tamen monet *Rommel. naturam nulli regulae certe sese adstringere*, vid. Eph. N. C. 3. 7. & 8. p. 76.

(*t*) Vid. infr. §. 8.

(*u*) Uti novissime de la *Motte* in dissert. *sur la generation & sur la superfetation* ausus fuit, cujus summam vid. in Journ. des Sçav. 1718. Mois Juillet p. 95. seq. conf. *Zacchiam* l. 1. 3. q. 3. n. 1 Jo. *Valverdam* anat. l. 3. c. 14. *Augustin.* de civit. Dei c 6. Sed his egregie respondet *Viardel* obs. de Part. l. 1. c. 6. in fin. & affirmat. una cum *Forest.* Schol. ad l. 28. obs. 45. *Horst.* de caus. similit. *Laurent.* anat. l. 8. q. 22. *Plater.* prax. med. tit. 3. l. 2. c. 1. p. 473. *Zach.* l c. *Schott.* phys. cur. l. 3. c. 30. *Vid. Vidius* de tuend. valetud. l. 14. c. 7. *Foes.* not. ad *Hipp.* l, de superfoetat. f. m,

embryonum, sic diversam illorum magnitudinem objicias, quotidiana experientia de gemellis testatur, qui unius ejusdemque ætatis, magnitudinisque existunt, & tamen angustis hisce limitibus includuntur, nisi quod uterus paulo magis amplietur, utpote qui mirum in modum extendi potest, quod gravida nostra non sine summis molestiis experta est. Quoniam autem fetus a primis spasmodicis constrictionibus propter situm uteri vitiatum & forsan imperitiam obstetricis excerni non poterat, multo minus tempore secundi & tertii partus hi nisus quicquam valuerunt efficere, quo majorem globus acquisivit soliditatem, quo diutius in utero extitit, quo magis exsiccatus, quo magis accretus uteroque impactus, imo natura laboris sui hic frustra antea tentati memor, jam nil quicquam amplius ad illius expulsionem suscepit, quibus accedit fetus in globo lenta mors atque extinctio, hinc illius quoque motus, quos nonnulli requirunt, cessarunt. Tandem non parum contra conceptionem tubariam pugnare, objiciunt, infantis magnitudo, quæ a maturo ad partum fetu vix recedebat, & quod omnibus membris erat perfectus, non compressus, sed naturalem habebat situm & figuram, quæ minime convenire cum fetu tubario, neque tubam in tantam molem posse expandi, neque ad hujus vegetationem sufficiens largiri nutrimentum, perhibent (x). Quod meum igitur qualecunque attinet judicium, certi quid hic determinare nequeo; quippe tota res valde incerta atque dubia & solum ex relatione chirurgi atque Pastoris pendet, cui quantum fidendum, unius cujuscunque judicio relinquo.

§. VII.

Causæ quæ ad partum difficilem, & fœtus retentionem ansam præbent, diversæ existunt (y), quas tamen supra jam obiter tetigimus, hinc præcipuas paucis tantum repetamus. Dependent autem vel à matris, vel ipsius infantis; vel obstetricantium vitio atque culpa. Si fœminæ

114. Nec reticenda quæstio ingeniosa, quam *Casp. Bauhin.* App. ad *Rousset.* de Part. Cæsar. movet: *Num mulieres, quæ superfœtare solent, vel plures quam duos fetus generant, uterum bipartitum habeant?*

(x) Placet hic subnectere judicium anatomici consummatissimi D. D. *Salzmanni*, *Patroni æternum deveneràndi*, de ejusmodi infantibus in tubis conceptis dum in differt. suo sub Præsidio habit. *de utero mul.* hæc leguntur verba: *Sed quales fuerunt fetus illi? Sceletis quam embryonibus similiores, emaciati, exsucci atque exsangues, adeo ut totus corpusculi habitus satis indicaverit, istos non a matrice veluti benigna matre, sed a noverca esse enutritos.*

(y) Vid. *Lang.* Opp Disp. XLII. XLIII. Differt. Inaug. Ann. current. Argent. habit. De *Dystocbia.* Bonet. Sepulchret. L. III. S. 38. obs. 7. Schol. 1. Differt. Excell. D. D. *Nebel.* de *Extractione Fœtus H. ex Utero.* §. 3. 4. 5. seq. Consulantur Autores de Morb. Mul. Conf. Act. Hafn. Vol. III. obs. 14.

minæ nimis plethorico atque obefo corporis habitu funt prædita, difficile concipiunt, difficulterque pariunt (z); Si è contrario debiles funt, morbofæ, gibbofæ vel delicatulæ, quoque non fine magno labore parere folent; Primiparas plerumque difficiliori partu effe obnoxias, obftetricum quotidiana autopfia teftatur, & quidem vulgo vel nimis juniores, vel nimis annofæ (a). Non parum tandem ad dyftockiam confert prava partium generationi infervientium conftitutio; dum vel Scirrhofæ excrefcentiæ, ulcera, membranæ &c. vel vaginam vel uterinum orificium occupant, vel prolapfus infelicem reddit partum: It. offis coccygis induratio, fique nimis introrfum fpectat (b), calculi veficæ, dolores jufto diutius emanentes, languefcentes, præmaturus aquarum effluxus ficque viarum ficcitas, uti & uteri perverfus fitus (c), quando videlicet in pelvi prave locatus, per ejus oftium diftortum fœtus in lucem prodire nequit. Si enim pelvis nimis angufta, non rotunda, fed juxta utrumque latus nonnihil extenfa atque ovalis, vel etiam plana nimis eft, uterus dextrorfum, finiftrorfum, vel antrorfum propendet & ejus oftium ad finiftrum vel dextrum pelvis latus, vel etiam ad os facrum convertitur, & ab accumbente fœtu difficilius aperiri poteft, præcipue fi caput ejus majufculum fuerit. Sic quoque embryo multum partum felicem retardare imo impedire valet, fi male in utero collocatus, in Tuba vel ovario conceptus, fi utero perrupto inteftinis incumbit, fi ejus membranæ jufto firmiores ut rumpi nequeant (d), fi fœtus male conformatus (e), jufto grandior (f), debilis (g), morbofus

Eeeee 3

(z) Vid. *Foreft.* L. XXVIII. obf. 74.

(a) Hoc ultimum nonnulli indurationi Juncturarum offium innominatorum adfcribunt, vid. *Lang.* l. c. Phyfiol. p. m. 252. conf. Eph. N. C. II. 7. p. 461. *Pineum*, *Rouffet*, *Bauhin*. *Fernel*. *Riolan* *Gorræum*, *Hildanum*, *Hoeferum* &c. Negatur ab Illuftr. *Franc.* à *Frankenav* Satyr Med. Cont. VII. § 2. It. *Pareo* L. de Generat. Hom. cap. 13. *Bartbol.* A R. Lib IV. c. 16. *Binninger* c. II. obf. 44. J. R. *Salymann*. obf. ann. 23. Jan. 1612. *Nenter*. Phyfiol. p. 348. Ex quibus omnibus & fingulis concludo fœtum noftrum difficillime in lucem prodire potuiffe, præcipue poftquam dolores ceffarant, orificium uteri in ftatum priftinum fefe conftringeret, fœtufque lente interiret, omnis fpes ullius partus evanuit, ac nulla alia medela, quam fectio paragr. ult. proponenda, fupererat. Etfi enim proftent exempla embryonum, quos per varias infolitas vias provida natura expulit, vid. Eph. N. C. II. 2. p. 231. II. 8. obf. 100. Schol. III. 4. obf. 131. 5. & 6. obf. 106. *Tulp.* L. IV. c. 39. 40. Hift. Acad. R Sc. Tom. IV. p. m. 31?. attamen illa plane funt fingularia, & inter centum mulieres vix una de tanta felicitate fibi gratulari poteft, qualia contraria exempla leguntur apud *Job.* à *Meckren.* p. 387.

(b) Vid. *Bonet.* Sep. L. III. S. 38. obf. 3. §. 12.

(c) Vid. *Deventer* de Art. Obftetric. c. 27. Conf. fingularem obfervationem, quam ex *Sennerto* allegavit *Verduc.* Chirurg. P. I. c. 36

(d) *Mauriceav.* ob. 662.

(e) Vid. *Schenck.* *Barthol.* *Tulp.* eph. N. C. paffim. &c. præcipue autem *Bonet.* fepulchr. L. III. S 38. obf. 6.

(f) *Foreft* L. XXVIII. obf. 20.

(g) Eph. N. C. II. 1. obf. 107.

bofus (*b*) vel plane mortuus: Si funiculus collum circumdat; fi cum mola fœtus geftatur, fi gemini æquali enixu ad partum properant [*i*], & quæ funt fimilia. Obftetricum denique imperitiam multum etiam ad partum difficilem contribuere, res eft cuivis proh dolor! nota, & fupra jam fatis fuperque demonftravimus. Reftat igitur caufa, quæ noftrum fœtum in ventre materno detinuit, quoniam autem de ejus fitu minime fumus certi atque convicti, B. L. vitio nobis non vertat, fi denuo conjecturis infiftimus. Si in Tuba latitavit, res eft confecta, ex tuba enim fœtum perfectum & omnibus membris abfolutum per ordinarias vias prodire poffe, nemo nifi vefanus affirmabit. Si vero in utero hofpitatus fuerit, tunc maxime verifimile mihi videtur fupra memorata caufa de fitu uteri vitiato, illumque nimis finiftrorfum inclinaffe, & fic partum impediviffe. Cæterum anne aquarum effluxus, non fubfecuto infante, & denuo viæ reficcatæ, utrum dolores intempeftive mitigati, utrum membranæ jufto firmiores, aliæque caufæ externæ, pofito quod in utero extiterit fœtus, moram non injecerint partui, non omnino à veritate abludit. Quia igitur natura, poftquam omnem adhibuiffet operam, hujus fœtus exclufionem promovere, ficque fcopum fuum attingere non poterat, deferuit labores, & reliquit hunc globum in corpore in loco minus ad actiones vitales neceffario, hinc etiam mulier fecum fine ulla fanitatis periclitatione geftabat, imo fine magno incommodo per totum reliquum vitæ curriculum, quippe neque ad fanguificationem, neque ad fanguinis circulationem, neque ad nutritionem, neque ad refpirationem neque ad reliquas actiones hujus indurati globi tanquam rei plane alienæ opus habuit, & omnes actiones ad vitam neceffarias, hoc globo non obftante in corpore fuo exferere poterat, unde evenit, ut etiam mulier parum moleftiæ fentiret. Sicuti è contrario fi ejufmodi indurationibus infeftantur vifcera nobiliora, & ad fuftentationem vitæ fumme neceffaria, tunc non poteft non fieri, quin morbi hydropici, tabifici, febres lentæ &c. preffo fequantur pede, donec tandem plerumque mors fcenam claudat.

§. VIII.

Sed devolvor ad quæftionem Pyrrhonicam: *anne videlicet hic fœtus tamdiu in vifceribus maternis hæfitaverit?* Hifce autem parata eft refponfio, quod non tantum à tempore conceptionis, graviditatis, doloribus ad partum tendentibus, & ab induratione offea involucri figna poffint depromi;

(*b*) Hydropici vid. M. A. *Severinum* de recond abfceff. nat. p. m. 226. Eph. N. C. I. 1. obf. 42. Plures morbos in infantes utero adhuc inclufos a matre derivari poffe vid. *Jo. Mauric Hoffmann*. Difqu. C. H. Anat. Pothol. Specim. X. p. 16.

(*i*) Fœtus gemellus, quorum alter fuo capite alterius capiti infiftens impedimento fuit, quo minus neuter nafci potuerit vid Eph. N. C. III. 4. obf. 122.

mi, ut pote quod nonnisi longo temporis intervallo potuit in ejusmodi substantiam duram degenerare; sed etiam ab ætate mulieris dispalesce-re potest, quæ prope conficiebat centum annos, post finem autem septi-mi septenarii utplur. mensium fluxus & habilitas ad conceptionem cessat, unde quivis sanæ mentis compos videbit, illam antea concepisse. Uti & illud dubium, utrum videl. antequam duo infantes in lucem fuerunt editi, an vero demum postea fuerit conceptus hicce fœtus, nullius est momenti, omnia enim ante secundam & tertiam impraegnationem signa graviditatis aderant, partus instabat, nil subsecutum, venter tumebat ut antea, quare primum in dubium vocitem? Si igitur gravida erat, nec fœtus edidit, remansit ille in ventre materno, & quidem etiam per tempus gestationis reliquorum infantum. Hunc etiam fœtum, & primum prognatum infantem pro uno eodemque venditare maximam redolet insaniam, quippe non tantum fœtus per tantum temporis spa-tium in utero vivere nequiverat, sed etiam tumor ventris, editis du-obus infantibus non subsidebat, sed in statu pristino una cum reliquis graviditatis signis permansit. Si vero quis neget potuisse fieri impraegna-tionem fœtu in utero jam existente, huic respondeo, vel fœtus noster utero inhæserat vel tubæ, si posterius affirmat, nullam video rationem, quare non per alteram tubam apertam potuerit ovulum in ovario fœ-cundari, & in arvum naturæ deportari, si prius defendit, eum relego ad superfœtationem, quam tot comprobant exempla (*k*), & prioribus mensibus eam contingere, conceptionemque iterari posse, egregie de-monstravit *Harderus* (*l*), Plurimique alii Cordati Viri (*m*).

§. IX.

Progredior itaque ad fœtum ipsum, qui ferme partum maturum tam magnitudine quam reliqua figura repræsentabat, omnia membra e-rant absoluta, situs naturalis, sicque in hisce omnibus nil reperiebatur singulare, nisi quod funiculus umbilicalis spatio quatuor circiter digito-rum ab umbilico disruptus fuit, quod anne rudi Globi tractationi & apertioni Chirurgorum sit adscribendum, an vero tractu temporis fri-abilis

(*k*) *Borrich.* Act. Hafn. Vol. V. 3ia. exempla recenset, It. Eph. N. C. II. 7. obs. 31. & 165. p. 319. Conf. *Lentil.* Micellan. Med. P. III p. 301. *Schenck. Sennert. Donat. Wolf.* Cent. XVI. Memorab. f. 987. *Harßdörffer grosser Schauplatz* Hist. 141. 24. *Bartholin.* cent. IV. hist. 14 *Rousset.* de part. cæs. S. VI. c. 7. *Brassavol.* comm. ad V. aph. 38. *Franc.* a *Frankenau.* satyr. med. cont. XII. De Superfœtat. *Salmuth.* Cent. III. obs. 33. *Bonet.* Sepulchr. L. III. 37. obs. 6.

(*l*) Eph. N. C. II. 2. obs. 185. p. 410. *Adr. Spigelius.* Fabric. Corp H. L. VIII. c. 23. existimat, os uteri gravidis hiare, tantoque magis, quo viciniores sunt partui, cui tamen opinioni subscribere nequeo.

(*m*) *Sennert. Sperling.* de Format. Fœt. p. 79. *Zacchias*, *Bauhin.* ad *Rousset.* &c.

abilis factus, ficque fponte ruptus fuerit, ambigo, & ut verum fatear, prius valde verifimile mihi videtur, quippe exacte illo in loco, ubi ex umbilico emergit, & verfus pofteriora vergit, globus difciffus fuit, & frequenti ejus apertione & demonftratione, facile dilacerari potuit; quid quod ex ipfis literis Reverendi D. Paftoris loci ad me datis innotuit, funiculum ibi parietibus involucri adhæfiffe, & ab inciforibus feparatum fuiffe, ex qua feparatione forte dilaceratio prognata. In globo enim ruptum fuiffe, dubitationem mihi injicit totius fœtus bonus habitus; nullibi inventum putrilaginofum, nullibi flaccidum, funiculus itaque folus, quamvis totus effet exfuccus, & aridiufculus, non tamen adeo erat friabilis, ut fponte abrumperet. Neque fœtus in utero fuis volutationibus & calcitrationibus illum difregit, quia vix loco fe movere poterat, & fi factum fuiffet, quod tamen captum humanum fuperat, neceffario maxima hæmorrhagia fubfecuta fuiffet, quod tamen in fectione fecus repertum. Quamvis hoc quoque non negaverim, quoniam nullus amplius liquor per ifta vafa vehebatur, illa exficcata à leviffima externa violentia lædi potuiffe.

§. X.

Fœtum intra ampliffimum hocce temporis fpatium mortuum fuiffe, quis dubitat; Non quidem negaverim, poffe fœtum ultra ordinarium geftationis terminum in fuo ergaftulo aliquamdiu fervari vivum, aft per femi ferme feclum, ut in noftro contigit fœtu, nec ratio nec experientia fuadet. Antequam vero ad caufas progrediar, quæftio eft difcutienda, *quo tempore nofter fœtus fuerit defunctus?* utpote quæ exinde eo melius innotefcunt. Ante partus legitimum tempus in utero interiiffe nulla proftant indicia, fed potius mater manifeftos embryonis motus fæpius fenfit, hinc vel in partu à conftrictionibus forfitan fpafmodicis continentis jugulatus fuit, vel fubfequentibus demum temporibus è vivis fuit ereptus, & quidem non propter refpirationis defectum, quem nonnulli, fed falfo accufant, multo, minus flammulæ vitalis in utero extinctionem [*n*], cujus tanquam non entis nullæ funt affectiones, nifi per metaphoram intelligas principium agens vitale, animam puta immaterialem; quæ tamen non extinguitur, fed folummodo à fuo corpore feparatur, neque meconii retentionem neque putrefactionem liquoris amnii, neque folum alimenti defectum pro genuinis caufis agnofco [*o*]: Sed potius ftati partus temporis tranfgreffionem, & fœtus diuturnam retentionem in anguftis carceribus in caufa fuiffe reputo, quod profecto plane aliquid extraordinarium erat, quicquid autem in Corpore Hum. fit contra ordinarium naturæ curfum, illud ut plur. fum-me

(*n*) Vid. Eph. N. C. II. 2. *obf.* 90. *Schol.*
(*o*) Conf. *Lang. Opp. Med, Phyfiolog.* p. 252. 253.

me periculofum, & corpus tenellum embryonis facillime lædere vivacitateque privare poteft. Ad hoc non parum quoque contulit degeneratio & induratio membranarum; quamvis enim non negaverim, placentam totam non fuiffe induratam; hoc tamen autopfia docuit, illam partem; quæ verfus fœtum fpectabat, omnino occalluiffe, etfi non tantam duritiem acquifiverit, uti reliqua circumferentia, & vafa umbilicalia omnino obliterata atque claufa fuiffe, unde fanguinis circulus à fœtu ad matrem & vice verfa fenfim fenfimque impeditus, alimonia fubtracta, fanguinis refluxus tandem totaliter cohibitus, neceffario lentam mortem intulit. Poffet quidem objici à continuo arteriarum impulfu, vafa non potuiffe occallefcere, fed ipfarum arteriarum offificatio, quæ fæpiffime contingit, fcirrhi in partibus arteriis fcatentibus; & fimilia contrarium fatis fuperque teftantur, de quibus tamen infra pluribus agemus. Denique multum etiam ad interitum noftri tenelli contulit aquarum Amnii defectus, deficit autem hoc liquamen vel ftatim ab initio vel tractu temporis vel ruptis fecundinis effluit, vel per poros tranfudat, vel fpiffefcit. Quamvis igitur nulla in globo obfervari poterat fiffura, attamen partus tempore multas effluxiffe ex muliebribus aquas ex literis Chirurgi nuper ad Excell. D. Præfidem datis innotuit, hinc hoc quoque nutrimento fubtracto fœtus non potuit non mortem cum vita commutare [†].

§. XI.

Quod vero maxime notatu & admiratione dignum eft in noftro pufillo, in eo confiftit, quod tamdiu & quidem per XLVI. annos incolumis ac fine ullo putredinis figno confervatus fuerit. Poffunt quidem in locis ficcis corpora exficcari; atque fic diu putredo arceri, omnes enim fermentationes & putrefactiones fiunt in liquido, & fic per aquam & in aqua. Hinc Hyemali tempore, ubi corpora animalium conglaciantur, diu à putredine confervantur, nam in omni fermentatione & putrefactione aqua diffolvit illa principia, quæ mutuam actionem, & reactionem præftant, uno verbo, principia fermentationis [*a*], nam

Tabe fluunt carnes; corrodunt omnia vermes;
Sic fpecies hominis fit putrefacta cinis (*b*).

Sic dantur etiam peculiari virtute prædita loca, in quibus corpora fatis diu

(†) Conf. *Pechlin Obf.* L. I. 29.

(*a*) Vid. *Teichmeyer Phyf. Experim.* p. 244. Conf. *Comenii Difquif. d. Calor. & Frigor. Nat.* p. 64.

(*b*) B. *Eugen. Jun. Epifc. Tolet. in Eleg. de morte* v. 13.

diu incorrupta manent, ut Tolofæ in fratrum minorum cœnobio in loco fubterraneo fepulti per DC. annos a putredine non corripiuntur (*c*). Sic cerebri medulla mollis & non fœtens in craniis poft 70 circiter annos e puteo Dominicanorum Caftrenfium eruta (*d*). Talia exempla hinc inde plura proftant, repertorum fcilicet in tumulis incorruptorum. Sic in Hammoniorum Libiæque regione arenarum fyrtes ventorum turbine fublatæ incautos viatores obruunt, unde horum cadavera a flagrante folis æftu torrentur, exarefcunt, & fub titulo mumiæ ad nos tranfportantur (*e*). Sic æftivo tempore patibulo fufpenfi a fole exficcantur, & diu intacti pendent. Sic cadavera ad ufum medicum (*f*), & fumo carnes animalium exficcantur, quod omnibus mulierculis notum. Verum enim vero non tantum adultorum cadavera mediante fole, igne (*g*), & locorum naturali ficcitate exfucci confervantur, fed quoque infantes in utero materno fceletorum inftar reperiuntur, quod fæpiffime triftis proh dolor! edocet experientia (*h*), magna enim vis eft lenti aft diuturni caloris animalis, a quo fucceffu temporis ejufmodi fceleta uterina in offeas etiam ftatuas transformari poffunt (*i*), præcipue fi mater ficci & ftrictioris eft habitus corporis, vel fi vinolenta, fpirituofifque affueta liquoribus, vel fi alio quocunque modo, alimonia fœtui fubtrahitur, vel aquæ deficiunt & nimis cito effluunt. Non autem fola fpontanea ficcatio cadaverum a putrefactione præcavet, fed poffunt etiam fervari condimentis (*k*), ac liquoribus

(*c*) *Bartholin. Hift. Anat. Cent.* I. *obf.* 62. circa fin. Conf. *Jo. Henr.* à *Pflaumern Mercur. Ital.* p. 49.

[*d*] *Borell. Cent.* 2. *obf.* 36. p. 133. feq.

[*e*] *Schrœder. Pharm. med. chym.* lib. 5. claff. 1. p. 833. *Lang. opp. lect. de mater. med.* p. 434. *Camerar. hor. fuccifiv.* c. 70. *Olbar. Kunftkammer.* p. 71. *Happel. relat. cur.* A. I. p. 702.

[*f*] *Croll. Bafil. Chym.* p. 358. *Lang.* l. c. *Schrœd.* ibid.

[*g*] Uti Americanorum & Virginienfum cadavera regia ficcantur. vid. *hift. antip.* P. I. p. 170. ex navigat. *Richard. Greinville*, It. p. 183. ex navig. *Smithi.*

[*h*] *Bartholin. cent.* 1. *obf.* 12. It. in animalibus. ibid. *cent.* 2. *obf.* 2. *Eph.* N. C. II. 7. *obf.* 20. Conf. Mumiam iftam leporinam Eph. N. C. I. c. p. 45. It. Excell. D. *Rommelii difcurf. phyf. med. de fœt. lepor.* qui egregie demonftrat: *quomodo etiam citra putredinis fœtorem utero materno bene valente embrya exarefcant.* Conf. *Mifcell.* N. C. I. 1. *obf.* 1. *Schol.* 9. & 10. *obf.* 162. III. 7. & 8. *obf.* 24. *Pechlin.* l. 1. *obf.* 28. *Hildan. cent.* 2. *obf.* 52.

[*i*] Vid. Eph. N. C. II. 7. p. 45.

[*k*] Sic reges peruvianorum pinguedine arboris cujufdam odoriferæ condiuntur, cujus tanta eft virtus, ut cadaver imbutum corrumpi non permittat. vid. differt. M. *Chrift. Hoffmann. de Pollinctur. Antiquit.* 1669. *habit.* §. 16. Ita quoque Auguftus in Ægyptum veniens corpora Alexandri M. & Ptolomæi multis ante annis in fepulchris condita, ita fervata confpexit, ut extarent adhuc cutis, & omnia membra vid. *Georg. Pafchii invent. nov. antiqu.* p. 37. feq. Conf. Eph. N. C. II. 8. obf. 137. p. 297.

ribus balfamicis (*l*), fpirituofis, aromaticis, falinis (*m*) &c. quæ dif-folutiones partium impediunt, vel liquidum ad putredinem inclinans tem-peftive a reliquis terreftribus partibus feparant. Sic anatomiæ peritis nota eft famofa ifta balfamatio *Bilfiana*, quam tamen nonnulli in dubium vo-carunt. Merito quoque hic commemorandæ mihi veniunt *Gabrielis Clau-deri*, *Nic. Stenonis*, ut & *Anatomici Amftelod. Confummatiffimi Ruyfchii*, qui ultimus cadavera liquore & arte balfamandi tam nitida fervat, ut co-lor atque confiftentia naturalis cutis mufculorumque vifui & tactui fefe exhibeant. Neque reticendus liquor quidam balfamicus, refinofus, fua-vemque odorem fpirans, quem poffidet Excell. D. D. *Salzmannus*, qui etiam egregie putredini refiftit. Huc quoque eft referenda pollinctura ve-terum atque recentiorum (*n*), fi videl. cum vel fine exenteratione, pu-tredinis & putoris amoliendi gratia, cadavera humana condiuntur, quod penes noftrates magnatibus confuetum eft, in nonnullis autem regionibus cuivis condiri fas eft (*o*), ita ut in Egypto nemo moriebatur, cujus funus quocunque modo non condiretur, piffafphalto validiffimo faltem (*p*). Sic & nix corpora ad fatis longum temporis fpatium a diffolutione præ-fervat, quam ob rem *Bartholinus* corporum in Grœnlandiæ parte, Spiz-berga, fepultorum incorruptionem nivium fali, putredinem inhibenti, in univerfum adfcribit [*q*], quam tamen rationem pro genuina vendi-tare non audeo. Tandem fi corpora ab aëris attactu præfervantur, quo-que illibata permanent, omnes enim effervefcentiæ, fermentationes, pu-trefa-

[*l*] Quibus affinis eft liquor ille mirandus, cui Tulliolæ, Ciceronis filiæ, corpus illæfum innatavit. *Pflaumer* l. c. p. 320. Cujus corpus per 1500. vel 1700. annos in-corruptum eft inventum tefte *Cœl.* Rodigin. l. 3. *Ant. Lect.* c. 15. 23. Quamvis rela-tioni huic vix fidem adhibeat *Cafp. Sagittarius*, Tulliolæ cadaver in cineres crematum fuiffe, firmiffime arbitratus.

[*m*] Uti fal mirabile *Glauberi*, de quo judicium vid. *Borrich. Epift. ad Thom. Bar-tholin.* 89. *cent.* 3. *p.* 285. Huc etiam omnia falia funt referenda conf. *Paracelf.* l. 3. *de conferv. rer.* f. m. 15. quamvis *Kircher. Oedip. Ægypt.* T. III. *Synt.* l. 3. c. 3. §. 2. p. 398. neget, falia corpora confervare, fed potius diffolvere. conf. diff. *Gerber.* De condit. Mort. Thef. 14. Neque nitrum eft omittendum vid. *Herodot.* L. II. c. 86. p. 120. feq. Conf. *Diff. alleg. Hoffm.* §. 13. *Vesling. Epift. Pofth.* 39. p. 151.

[*n*] De hac pecul. vid. Differt. D. D. *Andr. Rivin.* It. *Hoffmanni modo alleg. Gothofr. Gerber. diff. inaug. De conditur. mortuor.* 1712. *Francof. ad viadr. habit.* conf. *Gryphium de Mum. Uratilav. Joach. Struppium de Mum. Ægypt. Phil. Camerar. hor. fuccif. cent.* 1. cap. 14.

[*o*] Sic Chilenfes omnia cadavera inhumata per menfes aliquot herbis aromaticis involuta adverfus putredinem afservant. Barlæus *de Reb. geft. fub Mauric.* p. 271. conf. *Rochefort. de inful. antill.* P. II. p. 262. *Alex. de Rhodes hift. Tunquin.* l. 1. c. 21. p. 64. *Cotovic.* Itin. c. ∞. p. 153.

[*p*] Vid. *Bellon.* l. 2. obf. c. 47.

[*q*] L. *de ufu niv.* c. 11. & c. 6. *Sturm. Phyfic. Elect.* p. m. 613.

trefactiones &c. unice fere ab aëre dependent, hinc in vitris per antliam pneumaticam exfuctis & epiftomio claufis poffunt confervari fructus, alias fermentationibus obnoxii, item & flores, carnes &c. fine ulla alteratione [r]. Quare olim perfis folenne erat, ut, priufquam corpora mortuorum humaffent, cera oblinirent [s], ne fcilic. ab aëre, aqua aliifque externis injuriis tam cito corrumperentur. Ita & infulæ coreæ incolæ mortuos triennio domi infepultos pictatis loculis includunt [t], quod & Sinenfium quidam in morte parentum fuorum faciunt [u]. Ita quoque infecta varia fuccino incruftata [v] reperiuntur, quæ propter denegatum aëris acceffum nunquam corruptioni funt obnoxia, ad cujus imitationem ductu Exc. D. D. *Henningeri*, nunc beate defuncti, maffa quædam refinofa ex maftiche & terebinthina conficitur, huicque infecta impacta ab omni putrilagine diutiffime præfervari queunt. Hoc ultimum aëris videl. denegatum aditum in caufa quoque fuiffe reputo, quod nofter grandævus fetus tamdiu incorruptus imo parum immutatus fubftiterit in fuo ergaftulo, quoniam enim nullibi tam propter continentis five uteri five tubæ arctiffimam claufuram, quam propter involucri offificationem aër exterior libere accedere poterat, adeo præcipitem & vehementem corruptionem non fubiit, & fub hoc ftatu fatis longo tempore, internam fuæ mixtionis penitiorem everfionem non eft expertus, donec globo adaperto vix effera putredinis vis infringi & fufflaminari poterat, quamvis claufus per multos adhuc annos incolumis fervari potuiffet. Sic etiam molæ [x], aquæ peculiaribus folliculis & membranis inclufæ [y], per lon-

[r] *Teichmeyer.* l. c. p. 156, conf. Excell. D. D. *Wedel.* dec. 5. exerc. 6.

[s] Poft. *Ciceron.* L. 1. *Tufc.* *Strabo* obfervavit l. 15. p. 505. inquiens; *Θάπτουσι δὲ κηρῷ περιπλάσαντες τὰ σώματα.* Ita Æthiopes, tefte Herodoto l. 3. mortuos fuos jam arefactos gypfo induxere.

[t] *Neubof. defcript. Sinæ* c. 18. p. 403.

[u] Ibid. c. 5. p. 283. Conf. linum asbeftinum, quo olim corpora magnatum fervabant integra & incorrupta vid. Eph. N. C. II. 2. p. 113.

[v] *Theodor. Kerkringius* integra cadavera fuccino circumfufo condivit, quam folutionem fuccini ille folo regimine ignis fieri affeverabat. Chinenfes per artem chimicam ex pice & refina arborum fubftantiam conficiunt fuccino fimillimam, tefte *Martino Martinio* in atlante finico. vid. *Morbof. Polyhift. Litter.* Tom. II. L. II. P. II. c. 37. §. 3. Conf. *Phil. Jac. Hartmann. Hiftor. fuccin. Pruffic.* It. *Jo. Dan. Majoris Tr. de Natalibus fuccin. non Maritim.* It. *Franc. Satyr. med. Cent.* 1. §. 2.

[x] De harum natura & origine plura egregia habet. *Ruyfch.* obf. anat. chir. obf. 58. p. m. 74. Conf. Eph. N. C. II. 2. p. 397. *Rof. Lentilii Jatromnem.* P. I. c. 56. c. *Schol. Lamfwerd. hiftor. molar.* It. *Hift. Morb. Uratiflav.* 1699. p. 115. conf. corpus illud ovatum, quod loco fetus perfecti partu rejectum eft. Eph. N. C. II. 9. obf. 18. Mola per quinquennium in vagina uteri geftata vid. *Bonet. Polyalth.* Tom. III. l. 5. c. 24. Conf. *Lentil. Mifcell.* P. I. p. 272. per 15. annos vid. *Bonet. Sepulchr.* l. 3. f. 21. obf. 57. §. 1. per fedecim annos *Hildan.* cent. 5. obf. 49. Septendecim. vid. *Pareum* l. 23. c. 34. per totam vitam *Wedel. Sem. Pathol.* c. 59.

[y] E. g. Hydrops ovarii atque tubarum, de quo notabiles hiftorias vid. in *Nuckii*

longiſſimum tempus, imo nonnunquam placentæ & ſecundinæ incorruptæ [z] aliquamdiu in utero geſtari poſſunt, quæ tamen alias minimo aeris acceſſu putredine conſumuntur. Non parum denique ad hujus fetus conſervationem contulit defectus aquarum, cum enim humiditas ſufficiens, primarium inſtrumentum fit inteſtini fermentativi, adeoque & putredinoſi motus; & quidem mediocri ſui abundantia, non modo magis præcipitem, ſed etiam magis ſubtilem hujus inteſtinæ agitationis effectum ſortiatur: facile inde concluditur, quod defectus ipſius, quo major exiſtit, eo etiam ſegniorem, languidiorem, atque tardiorem hujuſmodi corruptionem poſt ſeſe trahat [a].

§. XII.

Reſtitat denique involucrum, quo fœtus cingebatur, quod plane oſſeum ac quaſi corneum erat, non cartilagineum [b] [excepto illo in latere, quo utero adhæſerat] ſed in tota circumferentia inſtar cranii humani perfecte oſſificatum, & ubique parvis monticulis obſitum. Hic autem globus nil aliud erat quam ſecundinarum moles, quæ conſiſtunt, uti ſupra innuimus, ex Chorio, Amnio & Placenta uterina, hæ membranæ in partu diſrumpuntur, fœtuque edito ut plurimum una cum placenta ſponte ſequuntur, vel mediante funiculo umbilicali cui adhærent facili negotio ex utero extrahuntur, quam ob rem ſecundinarum nomen quoque adeptæ ſunt, quaſi eſſent ſecundus partus. Nonnunquam quædam etiam particula harum membranarum capiti infantis adhæret, quos infantes obſtetrices mire felices prædicant, hinc quoque titulum: *Eines Glücks Häubel* imponunt [c]. Hæ ſecundinæ quam maxime ad putrefactionem inclinant, & in mulieribus etiam ſaniſſimis, quamprimum ex utero prodierunt, ſpatio nonnullarum horarum expedito putreſcere conſpicimus [d], quare illarum etiam retentio, ſi ſemel mi-

 aſmate

Adenograph p. m. 84. Eph. N. C. II. 2. obſ. 95. Excell. D. *Præſidis Differt. Siſt. Bigam Obſervat. Med.* cap. I. Saccatus Eph. N. C. II. 7. obſ. 141. II. 1. obſ. 183. 8. obſ. 233. Hydatides. Conf. *Straus. Pal. Med. Maur. Cordeum Commentar.* V. *in L. de morb. mulier Schenck.* Obſ. L. III. *Jo Bapt. Cortes* p. II. *prax. Med. c. de Hydr. Pechlin.* Obſ. L. I. obſ. 19. *Bonnet. Sep.* L. III. S. 21. §. 4.

(z) Per unum & dimidium annum geſtatæ vid. Eph. N. C. II. 1. obſ. 31. Conf. 3. obſ. 117. *Act. Hafn.* Vol. II. obſ. 22. *Theodor. Kerkring.* Obſ. Anat. 30. *Laz. River.* Cent. II. obſ. 3. Conf. Eph. N. C. II. obſ. 184. ubi tamen non ſine moleſtia, attamen ſine vitæ diſpendio ultra ſeſquimenſem retentæ. Nonnunquam magnam in molem excreſcunt, ſi in utero retinentur, uti animadvertit *Ruysch. Obſ. Anat. Chir.* 28. 58.

(a) Vid. Differt. Illuſtr. D. D. *Stahlii de Cancro* p. 12.

(b) Exemplum globuli cartilaginei in utero reperti vid. Eph. N. C. II. 1. p. 427. 437. Cartilagine - oſſei p. 213.

(c) De Galea vel Pileolo infantum vid. pecul. Tr. *Drelincurt.* It. *Diemerbroeck.* Anat. L. I. c. 30.

(d) Vid. D. D. *Lentilii. Jatromnem.* p. 304.

asmate putredinali funt inquinatæ, ut plurimum lethalis. Chorion igitur & Amnion in noftro fubjecto degenerarunt in fubftantiam offeam; Placenta autem in parte convexa, qua utero adnata, retinebat fubftantiam fuam fpongiofam, concava vero fœtum refpiciente in cartilaginem abiit. Externa cruenta membrana, quæ globum hinc inde tegebat, anne à Chorio, & quidem ejus exteriore lamella nondum offificata, utrum ab utero vel tuba hinc inde accreta, parum liquet, quoniam de loco, in quo globus hæfitabat, nil certi conftat. Cæterum prominentiæ hinc inde in offe confpicuæ juxta Excell. D. D. *Zellerum* nil aliud erant quam glandulæ fecundinarum imprimis Amnii induratæ.

§. XIII.

Potuiffe igitur membranas hafce & fecundinas in offa tranfire, nullum eft dubium; quippe molliffima & fluidiffima corpora in fubftantiam duriffimam & folidiffimam transformari queunt, quod in gemmis manifeftum eft [*e*]. Uti & aquæ; ut ita loquar, petreficantes [*f*]; non obftante liquida fua fubftantia, obvia quævis objecta, uti fide digni viri teftantur, in lapideam, adeoque folidam fubftantiam, fi non convertunt; lapideam tamen cruftam iftis inducunt [*g*]: Ita nec mollis atque ex parte liquida fructuum arboreorum fubftantia obeft, quo minus durum fatis ac folidum officulum intus generetur: imo in ipfis arborum fructibus, antequam maturefcant, duri iftius interni nuclei corticis rudimentum, veluti gluten quoddam liquefcens obfervatur [*h*]. Idem fere contingit in microcosmo, fic offa in Embryone quam maxime funt molliufcula, donec tandem fucceffu temporis offefcant, fic plurimæ cartilagines mora temporis offeæ evadunt, imprimis in capite, uti os occipitis & maxillæ inferioris abunde declarant, imo membranæ, uti in offe frontis fontanella demonftrat [*i*], item tendines in offa transmutantur, uti à *Bartholino* [*k*] erudimur: Sic quoque nervi in offa

(*e*) De vegetatione Lapidum prolixiffime egit *Bagliv. Opp. Med.* p. m. 497. feq. 593. 594. Conf. *Suppl. Act. Erud.* T. VI. p. 25. *Bernb. Paliffy. de Natur. Font. Metallor.* &c. *Rob. Boyle. de Gemm. Nicol. Stenonem in Prodr. Libr. de folid. intra folid.* &c. *Helmont. Thom. Schirley de Cauf. Lapid. Jo. Conr. Brodbeck. Diff. Sift. Scrutinium Phyfiolog. Gemmarum.*

(*f*) De aquis lapidificis vid. *Act. Erud.* MDCCXIII. p. 440. Conf. Eph. N. C. II. 1. p. 367. De terra petreficante vid. *Jour. des Sçav.* MDCLXVI. Dec.

(*g*) Vid. *Morhof. Polybift.* Tom. II. L. II. P. II. c. 31. §. 5. p. m. 408. *Sturm. Phyfic. Elect.* p. m. 536. 537.

(*h*) Vid. *Differt. Elegantiff. fub. Præfid. D. D. Scheidii* Argent. 1687. *habit. De Duobus officulis in Cerebr. Hum. repertis.* p. 3.

(*i*) Sic quoque perioftium offeum obfervavit D. *Peyerus* in Eph. N. C. II. 7. obf. 205.

(*k*) *De Diaph.* p. *Pechlin.* L. II. obf. 40.

offa faceffunt, qualem hiftoriam *Wepferus* (*l*) refert: Sic Teftæ ovorum, antequam ad maturitatem pervenerunt, molles exiftunt, qualia etiam ova incruftata à mulieribus (*m*), quam ab alliis animalibus quadrupedibus (*n*) edita fuiffe, autores teftantur. Et quid fentiendum de calculis? qui in omnibus fere tenerioris texturæ corporis partibus generantur (*o*), imo corpora mollia in calculos degenerant, uti exempla proftant de integris hominibus [*p*]; quorfum etiam metamorphofis uxoris Lothi ab aliquibus refertur, de fœtu petrefacto fupra memorato [*q*], de Cerebro petrefacto [*r*], de glandula pineali lapidea [*s*], de Cranio petreo [*t*], de mola petrefacta [*u*], de Rene lapideo [*v*], Cyfti-

(*l*) *De Cicut. Aquat.* p. 88.

(*m*) *Bartholin. Hift. Anat. Cent.* I. obf. 4.

(*n*) De Cane oviparo vid. Eph N. C I. 2. obf. 250.

(*o*) Vid. *Excell.* D. D. *Mezgeri Scrutinium* λιθογενεσίας §. 4. feq.

(*p*) Vid. *Barthol.* l. c. Cent. II. obf. 100. *Aventini Annal. Bojor.* L. VII. De fœmina quadam Venetiis ex efu pomi horrendis doloribus correpta, atque exinde 24. horarum fpatio mortua, in lapidem valde durum converfa, qui effectus pomo venenato, quod comederat, tribuebatur. vid. *Rob. Boyle de firmit.* §. 73. De integris fceletis, imo gigantum vel animalium brutorum vid. *Kircher. Mund. fubterr.* L. VIII. Sect. II. c. 2. & 4. *Hamel.* de *Corp. Affect.* L. I. c. 7. n. 7. Conf. *Difp. Spleiffii De Corn. & Offib. Foffil. Conftad.* Eph. N. C. II 7. obf. 234. De nido qui una cum pullis prope urbem Luneburgenfem in lapidem tranfiit, vid. *Albert. Magn.* Tr. I. c. 7. ubi quoque horrenda de integris civitatibus, exercituum turmis, lectu & auditu digna reperies. Similia vid. apud *Fallopium*, *Rucum*, *Purcham*, *Acoftam*, *Agricolam*, *Philipp. Camerar. in defcript. Ptolom. augment. five Occidentali Notit. Cent.* II. c. 20. It. *Ortelium in Defcript. Ruffiæ* de pecudum gregibus & armentis illico petrefactis. Quibus adde *Jo. Daniel Majorem Differt. de Cancris & Serpentibus petrefactis ad D. Phil. Jac. Sachsen, epiftolicâ*, una cum hujus refponfione: *De Miranda Lapidum Natura.* Conf. Eph. N. C. II. 1. obf. 367. Probe tamen hic notandum, num ejufmodi naturæ producta, vel fuapte Sponte hanc vel illam figuram affectent, & femper: an vero cafu aliquo fuam conformationem & Confiftentiam reliquerint, aliamque affectarint. Hinc *Agricola de Natur. Foffil.* Lib VII. hanc proponit regulam: *Cum natura lapides arborum fimiles procreet, diligenter videndum eft, an corticem, & medullam aliaque habeant. Quæ fi abfunt, non ftipites in lapides converfi funt, fed natura fecit lapides; ftipitum fimillimos. Sic etiam lapides, fecundum Licetum Libr. de Anul. Antiquor. Cap. V. fi non tantum externa lineamenta, fed etiam figuram inteftinorum exprimunt, animalia fecundum fe tota in lapides converfa funt, & præcipue in lapides falfos.* vid *Differt. Spleiffii mod. alleg.* p 10.

(*q*) Vid. *Barthol.* l. c. It. *Albos. Hædui Defcript. pecul. Schenk.* L. IV. Obf. *Sennert.* L. IV. *Prax.* P. II. Sect. 4. c. 8. conf. §. V. not. 5.

(*r*) Eph. N. C. I. obf. 26. & 130. *Barthol.* C. VI. *Hift. Anat.* 91. c. 3. *Epift. Med.* 8. *Pechlin.* L. II. obf. 41. ubi quoque ex Obferv. *Cattieri* exemplum meningis petrefactæ refertur.

(*s*) *Diemerbroeck* Anat. L. III. c. 6. *Schuyl Præf. in Tr. Cartes. d. Hom.*

(*t*) *Barthol. Hift. Anat. Cent.* II. obf. 100.

(*u*) *Wedel. Semiol. Pathol.* c. 59.

(*v*) *Joh. Dolæus Encyclop. Med.* L. III. c. 13.

Cyſtide fellea lapidea (*x*), & oſſea (*y*), veſica integra lapidefactâ [*z*], Mammis ſaxeis [*a*], liene lapidoſo [*b*], &c. Quid quod toto die in bobus, cervis [*c*] arterias oſſificare comperimus, quod etiam in hominibus [*d*] cumprimis ſenibus exemplo Celeberr. *Wepferi* non admodum raro evenit. Ita quoque ſinus in Cerebro Falciformis totus oſſeus fuit deprehenſus [*e*], ut nil dicam de membrana cerebrum à cerebello dividente, quæ in nonnullis animalibus, ut canibus, vulpibus conſueto naturæ more oſſeſcit: Sic uterum induratum fuiſſe legimus [*f*], ſic valvulæ ſemilunares in corde interdum oſſeæ evadunt, uti & non raro in ſenibus primus & ſecundus Tracheæ annulus [*g*]: Sic quoque oſſicula in Cerebro [*h*], in vaſis aliiſque partibus p. n. generantur [*i*]. Sed quid porro immoror pleriſque hiſce inſolitis, converto me potius ad ea, quæ quotidie in corpore humano fiunt, nempe ad callos [*k*], qui ex alimento extremitatum oſſium fractorum exſudan-

(*x*) *Fernel. 6. de Part. Morb. & Sympt.* 5.

(*y*) *Rhod.* Cent. III. obſ. 3.

(*z*) *Borell* C. I. *Obſ. Phyſ. Med.* 5. Eph. N. C. 1. obſ. 27.

(*a*) *Heurnius* L. I. *M. M. ad prax.*

(*b*) Vid. *Foreſt.* conf. *Pawium* Obſ. 5. Membrana Lienis Lapidoſa. *Pechlin.* l. c.

(*c*) Huc trahe os de corde Cervi Offic. de quo vid. *Renodæum* L. III. *de Mater. Med.* c. 19. *Jonſton. de Quadruped.* p. 57. Eph. N. C. II. 3. obſ. 38. *Riedlin. Lin. Med. Ann.* 2. p. 520.

(*d*) *Willis Pharmac. Rat.* P. I. p. 162. conf. *Pechlin.* L. II. obſ. 41. huc quoque aliquo modo referenda occalleſcentia Vaſorum. vid. *Dodonæum in Not. ad cap. Benivenii.*

(*e*) Eph. N. C. II. 1. obſ. 127. Conf. 6. obſ. 71. *Botall.* Obſ. Anat. II. *Job. van Horne*, *Pechlin* L. II. obſ. 40.

(*f*) *Harder. Apiar.* obſ. 51. Eph. N. C. I. 4. & 5. obſ. 57. Conf. *Hildan.* Cent. III. obſ. 57. *Mangett. Biblioth. Med.* Pr. T. III. f. 863.

(*g*) Conf. *Pechlin.* l. c.

(*h*) Vid. *Diſſert. Excell. D. D. Scheid. pecul. ſupr. cit. Unzer* L. I. *de Nephrit.* c. 5. *Holler. Schol.* in L. I. *de morb. int.* c. 48. *Kerkring. Spicil. Anat.* obſ. 35. Eph. N. C. II. 1. obſ. 131. &c. Calculos in Cerebro vid. Eph. N. C. II. 1. p. 332. conf. p. 76.

(*i*) Lapides cum oſſibus intra cor genitos vid. *Thom. Eraſt.* in *Conſil. Scholzii*, Eph. N. C. II. 1. p. 336. *Plater. de funct. læſ.* c. II. *Zacut. Luſit. Pr. Admirand.* L. II. c. 161. *Kerkring.* l. c. obſ. 78. *Horſt.* L. IV. Tom. II. obſ. 47. *Plater.* L. III. p. 636. *Paw.* Obſ. 5. *Wierus de Præſtig. Dæmon.* L. IV. c. 16. Lapilli in pulmone reperti *Act. Erud.* MDCCXV. p. 462. per tuſſim rejecti Eph. N. C. II. 2. p. 378. *Zacut. Luſitan.* L. I. *Prax. Adm. Obſ.* 95. 96. De oſſiculo quod inter carnem muſcularem femoris bovini reperitur tanquam ſpecifico antodontalgico vid. *Excell. D. D. Lentilii Miſcell. Med.* P. II. p. 424. oſſiculum retro laryngem natum Eph. N. C. II. 2. p. 275. Arteriæ magnæ & Cæliacæ trunco oſſicula innata Eph. N. C. II. 1. p. 214. in omento Ibid. p. 77. in ventriculo ibid. Duo lapilli in arteria circa uterum vid. Ros. *Lentil. Jatromnem* p. 23. in Glandula Bronchiali *Breßlauiſche Natur-Geſchicht* MDCCXVII. Nov. p. 342. in utero *Journ. des Sçav.* MDCLXVI. Dec. In ventriculo Ibid.

(*k*) Vid. *Diſp. Inaug. Argent.* 1681. *habit. de Callo à Nic. Anton. Flachio.*

dantes beneficio caloris generantur ac paulatim in ipso sæpius osse solidiorem substantiam indurantur, ossaque fracta ferruminant [*l*]. Et ut propius ad scopum accedamus, nonne omnes & singulæ partes molles, præcipue autem glandulæ ejusmodi indurationi, quæ parum ab ossea substantia recedit, sunt obnoxiæ? unde tot Scirrhi Hepatis, Lienis, Matricis, Mesenterii, Pancreatis, Mammarum, Omenti, aliarumque partium, quæ à nulla alia causa oriuntur, quam ab extravasatione seu restagnatione humorum spissescentium, exhalantibus tenuissimis portionibus, & relicto albo terrestri, cujus fibræ [*m*] sensim condensantur. Sic ante aliquod tempus Argentorati vidi rusticum, qui in regione tonsillæ sinistræ scirrhum eximiæ magnitudinis gestabat, totumque collum cum

(*l*) In illa fractura ubi pars ossis aufertur, quod sæpius in vulneribus sclopetorum contingit, jactura ossis ad miraculum interdum succrescente sufficienti callo resarcitur; quod non tantum trepanatio ad oculum demonstrat, sed etiam tot observationes testantur. Sic *Gregr. Horst. Observ. Med.* P. II. L. IV. obs. 10. miræ fracturæ femoris exemplum prodit: *fuisse nimirum Juveni murario femoris partem insignem trium digitorum transversorum longitudine, à Chirurgo post fracturam duplicem extractam; quod tamen femur, singulari naturæ miraculo ita fuerit restitutum, ut, non solum non claudicaret post consolidationem, sed etiam, quid huic femori in longitudine nihil quicquam decesserit, sed perfecte curatum fuerit. Lindanus* quoque in sua Physiologia *de puero sexenni* exemplum refert, *qui spatio* 4. *pollicum substantiam ossis deperdiderat, quod spatium sensim callo repletum, & ossa invicem unita fuêre.* Quale anologum a *Diemerbroeckio* in adulto recensetur, *Molitor*, inquit, *quidam è sua mola decidens tibiam cum fistula in medio confregit, tanta cum violentia, ut superior pars carnem perforans in ipsam duram terram vi adigeretur, atque non solum carne, verum etiam periostio privaretur; senex quidam Chirurgus in arte sua experientissimus, qui olim famosæ obsidioni Ostendæ interfuerat, suasit istius ossis periostio circiter ad duorum digitorum latitudinem penitus denudati ablationem: mox consentientibus cæteris Chirurgis dictum factum, & secunda religatione os illud subtili serra amputatum fuit: tunc dictus Chirurgus crus ad pristinam longitudinem rursus extendit, & sic in lignea Theca æqualiter deposuit, vulnus quotidie sine cruris commotione inspiciendo; atque sic ex utroque ossis fine paulatim succrescens callus tandem coibat, ac sensim in osseam duritiem firmabatur ita ut crus pristinam longitudinem retineret, & ubi os ablatum esset, vix videri posset. Conf. Bonet. Medic Sept. Collat* L. I. sect. 3. c. 14. 16. 18. Eph. N. C. II. 2. obs. 184. Sic majorem ossis frontis partem ablatam, & in ejus locum succretum Callum vid. *Wolfii Obs. Chir. Med.* p. 41. Sed sæpius etiam natura deficiente contrarium evenit, vid. *Amman. Consil. de Just. Med.* L. V. P. II. S. I. c. 1. p. 354. & callus quidem generatur, sed non sufficiens neque ossa conjunguntur, hinc nova infequitur articulatio vid. *Excell. D. D. Salzmanni Diss. de Articulat Analog.* c. v. §. 5. p. 26.

(*m*) Vid Eph. N. C. II. 7. obs. 30. hæ fibræ sanguinis, de quo legendus *Illustr. Boyle* P. III. *Hist. sang. Hum.* in ipsa productione ossium, illorum stamina maxime conficiunt; pars vero oleosa ab illa separata, gluten illud, quod in intersitiis fibrarum & staminum ossium existit, illaque conjungit, nec non medullarem substantiam constituit. vid. *Disp. D. Adolphi de Spina Ventosa.* §. 8.

cum mala illo in latere occupat, ut etiam ſuffocationem minatus ſit. Huc merito etiam referendi calli manuum, pedum, vel in aliis corporis partibus, qui vulgo: *Schwielen* appellantur, & nil aliud ſunt, quam cuticula indurata à frequenti labore [*n*], itinere aliove denſior reddita. Sed plura hic enarrare ſuperſedebo, quippe allata partim jam ſufficiunt ad confirmandam oſſificationem partium mollium, partim peculiaris Diſſertatio de hoc Themate ſub Præſidio Viri Excell. D. D. *Salzmanni*, uti mihi relatum, ſub prelis ſudat.

§. XIV.

Cauſæ quæ ad talem indurationem anſam præbent variæ accuſantur [*o*]. Sic illi, qui de fœtu Muſſipontano ſcripſerunt, acriter inter ſe de ejus petrefactione dimicarunt, & ultimum refugium atque aſylum erat vis quædam Lapidifica. Hippocrates calculi generationem non aliter fieri putavit, quam quod ſedimentum miſta pituita veluti gluten ſeſe habeat. Neoterici recurrunt ad ſtagnationem in renibus ſanguinis, & hinc ſubnata hujus viſceris corruptione ulceroſa, ex quo ulcere lympha γλιχρὰ glutinoſa exſudat & accedente ſalſugine primum in lenteſcentiam mucidam, mox in tophaceam cruſtam & ſucceſſive in talem duritiem convertitur (*p*). Sicuti etiam in regno minerali ſuccum quendam, ſeu ſpiritum petrificantem in generatione lapidum aut induratione rerum petrefactarum, auctorem conſtituunt, ſimili prorſus ratione ſuccum quoque ejuſmodi oſſificationis partium cauſam eſſe pronunciant, qui in animalium corporibus ſoliditatis tum naturalis nonnullarum partium, tum corporum, præter naturæ conſuetum morem in corpore imprimis humano, genitorum ſit autor: ſic ſi ſuccus talis oſſificus, qui in oſſium nutrimentum converti debuiſſet forſan a via ſua aberrat, & portio quædam in partes molles devenit, convertitur ibi & in ſolidam, quæ oſſibus ſolennis eſt, ſubſtantiam agglutinatur (*q*). Alii ſoliditatem partium a

(*n*) Vid. *Pechlin.* *Obſerv.* *Phyſ.* *Med.* II. obſ. 43. L. III. obſ. 9.

(*o*) Conf. Diſp. *Excell.* D. D. *Mezgeri ſupr. alleg.* §. 13. ſeq.

(*p*) Exempla emictæ Urinæ materiæ mucilaginoſæ, quæ in matula calculum ex tempore generavit, vid. Eph. N. C. III. 4. obſ. 64 *Act. Hafn.* Vol. III. obſ. 70.

(*q*) Quid ſit oſſium nutrimentum, & unde fluat diſceptant Phyſiologi, nonnulli peculiarem ſuccum oſſificum ſtatuunt, qui ad cæteras corporis partes nutriendas ineptus, uti Autor ſupr. cit. *Diſſert de Callo* §. 13. p. 10. It. *Excell. D. D. Scheid.* in Eruditiſſ. Diſſ. *de Duobus Offic. in Cerebr. H. repertis.* Q. 1. p. 4. ſeq. quod nonnulli probant glutine ex oſſibus fractis ſtillante, quod ſecundum illorum ſententiam ſupponit proventum non aliunde, quam ex nervis, quas partes tenent *Charleton*, *Entius*, *Cole*, *Gliſſonius*, qui etiam argumenta ſua ab atrophia partium depromunt. Alii vero experimentis demonſtrant oſſa æque ac alias partes ab arteriolis nutriri, licet ſub diverſa proportione ac quantitate, de quibus *Clopton Havers*

a calore; alii a frigore; alii denique a partium reficcatione derivant. Quicquid fit, corpus durum eft id, quod ex partibus craffioribus, ad motum minus aptis, divifioni difficillime cedentibus, firmiori nexu inter fe cohærentibus conftat (r). Quoniam igitur fœtus male erat collocatus, & tunicæ, quibus involutus erat, forfan jufto robuftiores & propter liquidi defectum à calore nativo exficcatæ fuere [s], facillime iftæ in ejufmodi duritiem progreffu temporis tranfire atque partes erasfiores fibrofæque offis in modum indurari potuerunt. Placenta autem, quoniam pars ejus quo utero adhærebat retinuit fubftantiam priftinam vafculofam, continuo illam fecundinarum partem irroravit & irrigavit, cui adnata erat, hinc etiam in tantam duritiem uti reliquus globi ambitus totus exfuccus, non evafit, fed cartilagineus fubftitit [t]. Depravatam infuper imaginationem hic in caufa fuiffe [u], mihi non videtur, quamvis enim follicite inquifiverim, nihil tamen refcire potui, fufficiant ergo fupra allegatæ caufæ ad tale productum fatis fuperque idoneæ.

§. XV.

Decidamus adhuc quæftionem, quæ forfan nonnullis fupervacanea videri poffet, *An fcil. hic fœtus falvari & fuperftite matre felix vivusque in lucem produci, an vero poftmodum ad præcavenda ea, quæ à fœtu mortuo metuenda funt, ex ventre materno extrahi potuiffet?* quod hoc fpectat problema, denuo in mentem funt revocanda, quæ fupra propofuimus, nempe an in Tuba, an vero in utero conceptus fuerit nofter infans? Quoad primam conceptionem nullam video aliam medelam, quam partum Cæfareum, defperatum profecto conamen, quod tamen non femper infeliciter ceffit, & non tantum Cypriani fingularis obfervatio

vers *Ofteolog. Nov.* c. I. p. 89. Venulas elegantiffimè *Leuwenhoekius* in *Tranfact. Philof.* n. 186. per os tibiæ bovium difperfas exhibuit. Conf. *Difp. alleg. de Spin. Ventof.* p. 9. *Pechlin.* L. II. obf. 39. Cæterum modum offificationis egregie defcripfit *Pitcarn. in Element. Med. Phyf. Mathem.* L. I. c. 5. §. 81. 82.

(r) Vid. *Teichmeyer Phyf. Exper.* p. 81.

(s) Quod non tantum fæpiffime contingit, fed fortaffe in tam provecta ætate; in qua mulier noftra conceperat, ovula durioris effe fubftantiæ judiciofe conjiciebat Vir *Excell. D. D. Keckius, Confiliarius atque Archiater Sereniff. Principis Oettingens. Patronus fummopere Colendus.*

(t) Dum hæc typis imprimuntur, Excell. D. D. *Zellerus*, Patronus Venerandus, mihi refert, fe ulteriori indagatione hanc etiam partem offificatam inveniffe.

(u) Ejufmodi obfervationem habet *Pechlinus* L. I. obf. 28. cujus judicium ita fonat: *Sane ex omnibus indiciis*, inquit, *colligere licet, jam tum ad terrorem habitusque cadaverofi fpectaculum lente interiiffe hunc fœtum, & raro naturæ conatu in liquore illo fuo, velut Balfamo, merfum perduraffe, averfo jam etiam per tam vehementem animi paffionem à nutritione ejus fanguine materno, conftrictis, quod metus terrorifque proprium eft, venis.*

vatio supra citata, sed plura hinc inde exempla testantur [v]. Non enim quaevis gravida tam felix est, ut ejusmodi foetum, qui per vias ordinarias egredi nequit, vel frustulatim excernat sine ullo sanitatis detrimento, vel uti nostra usque ad XCIV. vitae annum secum gestet. Quanta enim mala talis foetus ultra debitum gestationis terminum in utero remanens, mortuus, imo putridus infelici matri affert, tristis proh dolor! testatur experientia, hinc omnis nervus eo intendendus ut foetui vivo justo tempore via paretur, vel si interit in claustris maternis ejus cadaver ex corpore suo eliminetur, ad evitanda gravissima symptomata. Si vero foetus noster in utero extitit, tunc facilius ex ergastulo suo deliberari potuisset, dum: videl. perita & cauta obstetrix, praesentibus sufficientibus imminentis partus indiciis, effusis aquis, & deprehenso situ uteri vitiato, parturientem demisso capite & reliquo corpore nonnihil elevato transversim lecto superimposuisset, manusque probe inunctae digitos, & quidem unum post alterum in uteri orificium blande immisisset, illudque sensim distendisset, donec totam manum in uteri cavitatem transferre potuisset, & sic foetum probe comprehensum caute extraxisset [x]. Quoniam autem videtur, fissuram in involucro per quam aquae effluxere, nimis fuisse parvam, quippe postmodum nullum omnino ejus vestigium apparuit, hinc, illam ulterius provide ampliare & ita foetus exitum promovere debuisset. Postquam vero, doloribus cessantibus, foetuque mortuo, spes ullius subsequentis partus evanuit, felicem praedico nostram mulierem, quod non obstante hoc cadavere, quod continuo secum gestabat, qualitercunque sana atque vegeta ad tale senium pervenerit. Felicesque praedico omnes illos, quibus hoc insolitum naturae miraculum videre contigit; ac magnae post mortem huic foeminae debentur grates, quod ipsa sese cultro anatomico, ac jucundo curiosiorum spectaculo propriis petitionibus subjecerit. Haec Muliercula exemplo sit plebi superstitiosae, tantopere, nescio qua stupiditate inductae, ut ab ejusmodi sectionibus abhorreant, ac impediant perscrutationem frequentiorem naturae phaenomenorum, qua multa adhuc abscondita detegi possent, ast haec sunt pia desideria & surdo narratur fabula.

(v) Conf. *Act. Erud.* MDCXCIII. p. 229. *Verduc. Chirurg.* P. I. c. 36. *Bartholin. Hist. An.* Cent. II. obs. 8. circa fin. *Fienum Chirurg.* Tr. VIII. c. 2. p. 116. seq. *Aquapend. Pfizer*, *Juncken*, *Hildan. Blancard. Rousset. Cornarium*, *Roonhausen* &c. Contrarium tuentur *Paraeus*, *Mauriceau* &c. & funestam cessisse operationem testantur *Guillemau*, *Rolfinck*. Diss. An. p. 182.

(x) Vid. Dissert. Cel. Di D. *debelii* De Extractione Foetus Hum. ex Utero. §. 13.

EXPLICA-

Tab. XXVII.

Fig. 1.



Fig. 3.




Fig. 2.



EXPLICATIO FIGURARUM.

Fig. I. Exhibetur involucrum osseum.

A. *Pars pro cartilaginea habita, ab Excell. D. D. Zellero vero quoque ossea reperta, quæ carni squamosæ seu placentæ adnata atque contigua erat.*
B. B. B. C. C. C. *Membranæ plus minus cruentæ, quæ globum hinc inde cingebant.*
D. D. D. D. *Fissuræ & incisiones securi factæ.*
E. E. E. E. E. *Ipsa involucri ossificata substantia, multis parvulis prominentiis conspicua.*
F. *Contusio atque conquassatio, a rudi tractatione orta, ubi quoque membranæ crassiores semiputridæ conspiciuntur.*

Fig. II. Ipse fetus diductis hemispheriis sese sistit.

A. A. A. *Involucrum, quo adhuc fetus ex parte tectus.*
B. *Fetus ad partum maturus, in situ suo ordinario.*
C. *Cavea, a manu dextra impressa, hic in conspectum veniunt:*
α. *Nasus depressus, atque β. Osculum, compressum quidem, non vero apertum uti in figura falso depictum.*
γ. *Oculus clausus & denique in latere δ. Auricula.*
D. D. *Brachia, quorum dextræ manus pollex duas phalanges candidas ac cute denudatas exhibet. Neque omittendum, brachium dextrum sinistrum magnitudine superasse.*
E. *Genu prominens.*
F. F. *Funiculus umbilicalis disruptus, & quidem ea pars, quæ umbilico adhæret:*
G. G. *Altera portio, involucro annexa.*
H. *Pectus elatum.*
I. *Incisio in latere sinistro, ubi substantia carnis rubescens quidem, sed parum succulenta & carni fumatæ non multum absimilis comparuit.*

Fig. III. Biga costularum, ex latere sinistro extractarum, naturalis substantiæ, coloris ac magnitudinis.

A. A. *Earum processus & connexio cum vertebris.*
B. B. *Connexio cum sterno.*

F I N I S.

CXLIX.

J. ERNESTI TURCK

HISTORIA MULIERIS VARIA OSSA PER ALVUM EJICIENTIS

Ultrajecti 19 Maij 1727.

I.

QUia leges Academicæ a me defideraverunt, ut Difputationem quandam confcriberem, animum applicui ad differendum de Cafu quodam mihi nuperrime Bergæ in Norwegia, a Viro fumme Reverendo, Fautore & Amico longe æftumatiffimo propofito. Obtulit mihi nempe, cum abituriens ipfi valedicerem, fcatulam offa continentem, quæ Mulier fucceffu temporis ex alvo pepererat. Verum ut omnia bene intelligi queant, hiftoriam mihi candida fide narratam, breviter pertexam.

I I.

Mulier ætatis viginti quatuor, præter propter, annorum, nupta aliquot annis, gravida fit: Primis menfibus fatis bene fe habet; venter, more folito, feliciter intumefcit, & fœtus, quem alvo geftabat, plurima vitæ indicia edit: Spem uterque concepit Parens, devoratis adhuc paucorum menfium tædiis, pulchra prole fuum beatum iri ftemma: quamvis aliquid finiftri fubeffe metueret ob menftrua folito tempore prodeuntia. Sed abhinc tumor decrefcit, vitæ geftatæ perceptio perit, remanente folummodo preffione quadam in latere dextro; inde concidit fimul omnis fpes futuræ progeniei. Verum poft aliquot tempus rurfus imprægnatur, toto geftationis tempore tamen dolores circa regionem uteri fentiens. Tandem enititur prolem juftæ magnitudinis poft 9 menfes, vivamque. Ab hac tempeftate cum febricula colluctatur, dolorem in abdomine fentifcit, manente in dextro latere tumoris, preffionifque fpecie. Tandem alvum depofitura, angitur, veluti paritura, valdequam, in inteftino prope anum dolorem experitur infandum, & fæcibus excernendis obftat quafi aliquid. Ecce parit ex ano cranii partem folidum fere æquantem, ornatamque fuis capillis. Sufpicata igitur hæc fore offa primi in fe concepti infantis, a quo delufa erat, attendit follicite num plura deponeret, nec incaffum: Nam fucceffivis abhinc diebus fæcibus immiftas obfervavit coftas, dein fcapulas, poftea femoris offa, tibias, offa humeri, cubitos, & digitorum phalanges, tandem fquammas offium perfecte æmulantium ungues, non abfciffos cultro, fed abftractos vi quadam & in refegmina folutos; & horum omnium jam tantus collectus eft cumulus, ut theculam adimpleat, ipfa ægra autem adhuc plura in fuo corpore latitantia offa percipiat.

Ecquid pro hac mifera remedii foret, me gravis ille vir rogavit; & cum nihil fit vita hominis carius, nihil quam eam fervaffe Medico præftantius & magis honorificum, attentius mecum cafum evolvere cæpi, & quem ad modum huic miferrimæ fœminæ auxilium fit ferendum, exponere aggrediar.

III.

Poſtquam Harveius, Grafius, Ruyſchius & Malpighius aliique præſtantiſſimi viri generationi animalium obſervandæ operam dederunt, *Omne Animal ex Ovo naſci*, ne quidem homine excepto deprehenderunt, ita confirmantes antiquiſſimam Brachmanum Philoſophiam, qui *omnia ex ovo* & nata & naſci pronunciaverunt.

Hæc ova in corpore muliebri humano in duobus naſcuntur Ovariis, ſuperne adhærentibus Tubis Fallopianis: horum organorum deſcriptionem prætereo, quia clare elegantiſſimeque hæc depinxit Grafius. Ova vero ex ovariis prodire plurimis obſervationibus confirmavit Peyerus, Geiderus, Nukkius, aliique quorum catalogum hic attuliſſe, nimis operoſum foret.

IV.

Omnis conceptus in hiſce ovis peragitur, quæ ſive hæreant adhucdum intus, aut ſemipulſa ex ovario ſint, ſive excepta a Tubis Fallopianis (quarum Fimbriæ inſtar digitorum ovarium amplexæ, ovum detrahunt, deferuntque in Tubarum cavitatem) ſive in ipſum uterum provoluta, fæcundantur a ſemine paterno, cujus minima particula ab ovo, in quacunque ſuæ viæ parte excepta, id præſtat, ut producatur homo.

V.

Semen enim Patris non tantum in uterum injicitur, ſed etiam in Tubas Fallopianas, uti tum ab ipſo Fallopio, tum a Leewenhœkio detectum fuit: quamobrem in orgaſmo venereo tubarum fimbriis amplectantibus ovarium, uti Ruyſchius, Grafius, & Leuwenhoekius obſervarunt, non mirandum eſt, ſi ſemen quoque uſque ad ovaria per tubas provolvatur, quod ovo maturo & moxmox ex ovario exituro circumfuſum, illud fæcundat. Unde illæ calamitoſæ matribus natæ progenies in ipſis ovariis, ovo nempe iis nimium adhærente, nec poſtea expulſo; meminique Abbatem de la Rocque in ovario dextro conſpexiſſe fœtum, utero illæſo, & traditione accepi Cl. Ravium oſſa fœtus teſticulo innata conſervaſſe, & rudimenta in ovulo cum ovario cohærente conſpecta fuiſſe memoriæ proditum eſt in Act. Lipſ. Anno 1706. pag. 265.

VI.

Quod ſi igitur conceptus fieri poſſit uſque in ovario (forſitan id quidem non ſemper fiet, ſed in Tubis ipſoye utero, de hac re ſerram non

reciprocabo) & ovum a fimbriis Tubæ, quæ se prorsum invertit, sursum se flectendo ut ovarium amplectatur, abruptum fuerit, atque ab iis tanquam a manu seu digitis prehensum, an non fieri facile potest, ut tuba se rursus invertente, & quacunque ex causa, paralyseos specie fimbriis inducta, iisve relaxatis paulum, ovum lubricum decidat; quod sæpius cum non fit, admirandum potius, quam quod aliquando contingit; sed inde benigni Creatoris amor in conservanda sua pulcherrima creatura evidentissime elucet. Quo igitur cadet ovulum? in pelvim; sive cavum illud, quod utero, intestino recto, & vesicæ urinariæ continendis, dicatum est. Nullus etiam dubito, quin in hoc cavo sæpius deciderint ova, sed eorum nonnulla suffocantur, aut locum, cui accrescunt, non inveniunt: alia, nescio an feliciora dicam, accrescunt, vegetant, suam progeniem alunt; & inde nati sunt fœtus, qui extra uterum in pelvi hæserunt. Sed observationibus mea dicta adstruenda erunt. Monconysius Tom. 2. Itiner. memorat Chirurgum Aurelianensem anno 1672. in hospitali illius urbis cultro subjecisse fœminam, quæ diu doloribus partus vexata, nihil enitebatur, suumque obibat diem, pelvi aperto egregius & optime formatus prodiit puellus, non in utero, non in ovario, non in tubis, sed in ipsa cavitate pelvis jacens, vid. Ephem. Natur. Curios. Decur. 1. Ao. 1. ubi docte a Cl. Sachsio differitur de pluribus extra uterum observatis fœtibus. Et prostant apud probatos autores plura exempla, inter quæ notatu dignum mihi visum est, quod memoratur in l'Hist. de l'Acad. Roy. 1716. cum fœtus extra uterum formati placenta primæ secundæque lumborum vertebræ adhæserit. Imo & simile quid in animalibus advertitur, cum in iis generatio modo simili humano peragitur, hinc in Lepore fœtus extra uterum gestatus descriptus prostat in Act. Lipf. anni 1687. pag. 278. in iisdem Actis anni 1710. p. 137. Novi equidem magnos in arte viros aliam fovisse opinionem de fœtibus extra uterum repertis, quos sentiebant uterum perrumpere, atque per vulnus in abdomen intrare: concedam lubenter, ejusmodi casus exstitisse, verum hos omnes subito fuisse matri lethales facile evinci posset: memoriæ proditi sunt nonnulli apud Hildanum Cent. 1. obs. 64. Veslingium in Syntagm. Anatom. cap. 7. apud Joh. Caspar. Fansium aliosque, quos recitat Bohnius in Circul. Anatom. progymn. 1. p. m. 20. & 21. & in Ephem. germ. Dec. 2. anno 7. pag. 16. Verum viva matre & postea adhuc fertili, fœtum perrumpere uterum non adducar ut credam; saltem nostro in casu locum id non habuit, cum absque insigni hæmorrhagia & in uteri cavum & in abdomen ejusmodi transitus fieri non posset, sed hæmorrhagia in Norwegica muliere observata non est, quæ a mensibus ordinariis erat distinguenda: præterea nulla fuisse signa tam vehementis causæ, quæ vulnus tantum utero inflixisset: nulli parturientis conatus, nullus lapsus, pressiove inæqualis præcesserunt. Quamobrem nullus potest amplius dubitationis superesse locus, quin

quin ex ovario decidua ova, inprægnata tamen prius à fœcundo femine Patris, deciderint in cavum pelvis, ubi excreverunt haud aliter, quam in utero fieri folet. Ovorum tunicæ, chorion & Amnion adhærentes interiori membranæ pelvis, vel utero exteriori, vafa fua ipfius vafis immiferunt, quorum ope nutritius e matre fanguis ad fœtum pervenit; hæ inde tunicæ æque increfcentes induratæ fuerunt, finxeruntque quafi alterum uterum, quod fabulæ de duplici utero originem dediffe videtur, fœtu nempe reperto in pelvi, obvoluto fuis membranis, quæ cum uteri cervice coaluerunt, uti colligere licet ex obfervatione ad Cl. Dionifio facta, defcriptaque in Ephem. germ. cur. dec. I. an. 2. pag. 160. Alius fœtus parti fuperiori pelvis adhærens, Peritoneum adverfus Mefenterium compreffit fua mole, hinc hujus vafa cum illius concreverunt, vifus idcirco fuit fœtus vafa fua cum iis inteftinorum & mefenterii immifcuiffe & communicaffe, atque ingreffum fuiffe abdomen, fed vifus ita tantum fuit ab obfervatoribus rei Anatomicæ nequaquam peritis; quale obfervatum apud Fr. Baylium in Phyf. oper. proftat. : fed non rari funt aliorum quoque errores, qui fœtus in cavo abdominis fe deprehendiffe notant, non diftinguentes pelvis abdominifque cavitates.

VII.

Aft redeamus in viam, & infpiciamus propofitum nobis cafum penitius, demonftratum enim ex fuperioribus abunde erit, noftratem Norwegicam mulierem ovum in pelvin delapfum aluiffe; quod enim ab utero exceptum nutritumque fuiffet, adduci nequeo, cum bene formatæ viventifque prolis poftea facta fit mater. Quomodo enim cum mortuo, corruptoque fœtu, quomodo cum offibus cariofis, pungentibus, ichorem neceffario acrem demittentibus, tenellus concreviffet in eodem carcere fœtus? Sed hoc tempore legitimo partus exclufo, quidni fimul exclufa fuiffent putrefacta folutaque primi fœtus offa? Hac igitur difficultate remota, dico, quod fœtus in pelvi adoleverit, vel placentam, ejufve fimile quid, & chorion, amnionque affigendo partibus nonnullis, quas prius propiufve attigit in hac cavitate, adolevit ufque ad aliquot menfes, tumque vel nutrimenti defectu, vel ex ægritudine periit, quamvis priorem caufam potiorem ratus fim, cum menftruata fuerit interea temporis fœmina, fanguinem ita emittens, quem natura alendo fœtui dicaverat: Verum in omnibus fere cafibus, in quibus fœtus extra uterum jacuerunt, menfes folito tempore paffæ funt fœminæ.

VIII.

Mortuus igitur eft nofter fætus, jacet cadaver ejus in pelvi, vivumque fepulchrum ipfi præbet mater, imo præbuit anni fpatio: fierine hoc

hoc poteſt, nonne inquinabunt in putrilaginem ſolutæ partes teneram pelvis membranam, uterum, inteſtinumque? Cum gangræna haſce partes occupaverit ſemel, cito proſerpit, & an major hæc gangræna proſerpendo non quoque afficiet vivam matrem? Valetudinem adverſam, quacum conflictavit per annum, quæ febriculam comitem habuit, liquido probare arbitror matris viſcera non plane immunia ab hac labe, aut ſana perſtitiſſe. Merito tamen hic inquiritur, an per tantundem temporis fœtus in vivo corpore geſtari poſſit? Vix adhiberemus fidem in loco tam tepido humidoque, in quo omnia ad putrefactionem, citiſſimamque diſſolutionem compoſita videntur, evincentibus Chemicis, per tot menſium decurſus manere poſſe indiſſolutum tam tenellum & vix conſiſtens adhuc cadaverculum, niſi frequens obſervatio penitus hoc adſtrueret. Forſitan diutius conſervatio hic extenditur, aëri cum ſit via denegata, quæ cæteroquin putrefactionem plurimum accelerat: quod obſervationes attinet cadaverum, aut ſceletorum diu in vivis matribus incluſorum, longam adferre poſſem ſeriem, ex Ephem. Germ. Cur. dec. I. Ao. 6. p. 327. Ubi caput fætus ſeptem per annos in utero delituiſſe dicitur: & in Dec. I. Ao. I. p. 137. ſceleton memoratur, quod duobus fere annis poſt legitimum partus tempus excretum eſt. Et in iiſdem Ephem. D. 2. Ao. 5. pag. 352. Sceleton ultra ſexennium in viva matre perſtitiſſe. Tum in Centur. 5. p. 307. memoratur ſceleti hiſtoria, quod mater per 3. annos in ſua alvo geſtavit. Sed Georg. Orth. in Diſſert. Inaugur. habita Tubingæ 1720. hiſtoriam exhibuit Fætus in utero materno per 46. annos detenti; adeo ut nullum poſſit eſſe tempus tam longum, quin diutius fere fœtus mortuus in utero hæreat.

IX.

Oſſicula autem putrefacta & aſpera hinc inde exſtantibus angulis pungunt, inflammant, exulcerant, quaſcunque contingunt in pelvi partes, atque ita viam ſibi quaſi quærunt extra corpus vivum, tam provida ſibi eſt natura, ut omne heterogeneum plerumque ope exulcerationis ex corpore eliminet, teſtantibus id quotidie rebus peregrinis in bello cum vulneribus ſimul corpori inflictis, & ſuppuratione expulſis. Oſſa noſtri fœtus maternum inteſtinum pupugerunt, inflammarunt, exulcerarunt, & per illud viam nunc ſibi quærunt, procul omni dubio eam perforantia inteſtini recti partem, quæ per pelvim tranſit, atque ita cum fæcibus ſimul exonerantur per anum. Ne autem aliquis opinetur, viam hanc a me temerario conſilio effictam, modumque exitus ex ludibrio ingenii creatum. Abſit hæc a me temeritas! Graviſſimos allegabo Auctores, quorum obſervationibus innixus, hæc adſerui, vel potius modo confirmavi, quæ illi ipſi diu ante me invenerunt. Ita enim Langius Lib. 2. Epiſt. med. 39. memorat uxorem civis ex oppido Eberbach, quæ fætum vi-

ventem aliquot menfes in utero geftaverat, & cum jam tempus partus inftaret, ubera prius turgida lactis detumuerunt, puero in utero non fubfiliente, tandem fætus in matrice computrefcebat, cujus crura craniique offa denigrata & carie obfita, cum mulier ob inteftini exulcerationem alvi profluvio laboraret, anno decimo, non per vulvæ oftiola, fed per anum excrevit. Aliud ejufdem generis exemplum, quod Romæ contigit Anno 1571. fuppeditat Marfilius Cagnatus Lib. 4. obf. variar Cap. 9. a fe adhuc Tyrone & a præcipuis urbis medicis vifum, fcil. plebeja diu quædam ægrotaverat fœmina febre hectica perpetua ac debili, duroque imi ventris tumore: unde ille effet tumor non facile inveniebatur, cum nulla fufpicio aderat eam quid amplius utero gerere: verum ægrotanti ex improvifo falus advenit, nam fætus humani carnes putrefactæ, offaque feparata per anum exiverunt, natura fe fponte exonerante: quo ad priftinam poftea rediit mulier fanitatem. Amatus Lufitanus Cent. 2. Cur. 10. fcribit. Nafonis uxorem, cum quinque menfium fætum mortuum diutius geftaffet in utero, profluente quotidie ex utero colluvie quadam faniofa non fine febre, indiefque corpore marcefcente, attenuatiffimo habitu jam affecta, per feceffum excernere cæpit officula quædam, quæ in exitu dolorem inferre funt ab ipfa deprehenfa, ac a ftercore mundata confervabantur, nec deftitit ab hujufmodi excretione per menfes & annos, donec permulta officula hujus generis emiferit. Confirmat eandem Hiftoriam Marcellus Donatus. Balduinus Rouffeus Epift. med. 1. de Muliere Goudana fcribit, partus tempore prætermiffo, revoluto jam anno, una cum Lotio illam primum digitorum articulos excreviffe, ac fenfim alia majora offa, Tibiam, radium, coftas, & id genus alia per pofticam cum excrementis emififfe, ac denique fecundo a parturitione anno, maximos ante perpeffam labores, calvariam totam cum cubito, coftis & aliis aliquot offibus ejeciffe. Roffetus fect. 4. de partu Cæf. c. 2. hift. 1. & 5. Bina exempla prodidit matricis ulceratæ pertufæque verfus inteftina, cum excretione offium infantilium. Horatius Augenius Lib. 2. Cap. 27. de part. hom. cafum, Ao. 1571. Ferrariæ contigiffe, hunc notat, quod mulieris gravidæ doloribus partus advenientibus & aqua plurimum fluente legitimo tempore nihil tamen pareretur: dolores illico ceffarunt, ventre adhuc tumido manente, atque ipfa magnam gravitatem fentiente, hinc creditum a Medicis mulierem geftaffe molam, fed anni abhinc effluxerunt bini, tum fluore alvi corripitur, fætentiffimo, excrementa erant flava ac fublivida, copiofaque, tum fimul cum iis effluunt duæ coftæ, fequenti die rurfus binas alias excrevit, fed exfpiravit: exenterato cadavere uterus putrefactus deprehendebatur, qua parte rectum inteftinum tangit, quod ibidem etiam exulceratum, offibus conceffeгat viam. Sed prolixior evaderem, cæteroquin obfervationem Tulpii Lib. 4. cap. 30. adferrem, tum Roonhufii obf. medic. part. 1, obf. 1. pag. 15. tum Morleyi, quod proftat in a-

ctis Britannic. philoſ. no. 227. p. 486. quod ultimum exemplum ſatis congruit cum noſtro in plurimis, niſi quod non amplius conceperit mulier ibi deſcripta, adde obſervationem in Phil. Tranſ. n. 387. pag. 171. attentionem quoque mereretur obſervatio a Litrio inſerta Hiſtoriæ Academ. Pariſin. Anni 1702. p. 234. ſpectans fœtum per anum excretum: plura qui deſiderat, præſtantiſſimum eruditiſſimumque conſulat Thom. Bartholinum in viis Inſolitis part. human. cap. 14. Quemadmodum igitur oſſa perrumpere uterum & inteſtinum rectum potuerunt in allatis Medicorum obſervationibus, quid ni in noſtro caſu inteſtinum idem, licet in alio loco, perforabunt? Quomodo pertundunt, facile oſtenderem, ſi adjungere voluiſſem inteſtinalium tunicarum deſcriptionem, quam nemo mortalium tam clare, tam recte dederit, quam Clariſſ. Præſtantiſſimuſque Doct. & Profeſſor B. Albinus, hujus illuſtris Academiæ diligentiſſimus, feliciſſimuſque Anatomicus, in ſpecimine quodam Anatomico, & ideo manum de tabula, & ad finem properandum eſt.

X.

Ecquid igitur remedii noſtræ conveniet ægræ? An naturæ committendum erit negotium, an vero Medici dexteritas, aut vis herbarum multum ſolatii opiſque adferre poterit? Proſtant exempla mulierum per alvum oſſa parturientium, quas ἡ Φύσις νόσων ἰητρὸς curavit abſque medicamentis ullis, aliæ autem perierunt. Cum autem ſuppuratum ſit inteſtinum, imo forte in nonnullis locis putrefactum, opinor hic conducere injecta enemata, quæ a putrefactione ulteriori inteſtina conſervent, & quotidie alterniſve diebus immitti poſſent, veluti hoc vel ſimile quid

℞. *Herb. Scord.*
Sabioſ.
Cardui. Bened.
Veron. aa. *Mß.*
Coqu. in Aqu. Font. q. ſ.
per horam dimidiam
Colat. ℥viij. *vel* IX.
adde
Mellis ℥ß.
Terebinth. ʒj.
Ol. comm. ℥ß.
Vitell. ov. no. j.
M. F. Clyſter.

Tum ne in interiori cavitate pelvis oriatur putredo, ſaltem ut præſer-

vetur, judicarem applicandum esse fotum ex illis herbis, quæ putredinem egregie arcent, quales sunt chærefolium, levisticum, hyssopus, absynthium ponticum, ruta, majorana, scordium, carduus benedictus, quarum hæ aliæve in vino coctæ & ope pannorum, vel ipsæ calide applicatæ noctu toti abdomini, imprimis autem regioni pubis, quæ omnes has partes præstantissime fovebunt, & adversus putrefactionem munient. Sed interna quoque conducunt, quæ hecticæ adventum, hic cæteroquin ante fores (ob putridam materiam facile per venas lymphaticas absorbendam, totique sanguini communicandam) arceat: Decocta ex plantis abstergentibus, aperientibus, sudorem leviter excutientibus egregie hoc præstabunt; hæc enim instar theæ quotidie epota moderate, poterunt nonnihil emolumenti afferre. Erunt hæc omnia eo majoris efficaciæ, quo diæta observetur accuratior, in qua nihil quod facile putrescat assumendum judico. Quibus a Medico factis sola ulterior curæ spes in Deum Omnipotentem, & Patrem misericordiæ, cui perpetuo laus & honor sit, rejicienda erit. Nunc enim ad sectionem cæsaream non confugiendum esse arbitror, cum maxima pars ossium, quæ fœtum componunt, deposita sit, & natura sibi conciliavit viam, per quam se satis bene liberat, hanc quoque in hac occasione cum Medicinæ Principe Hippocrate sequendam, pronuncio.

F I N I S.

J. CAROLI

CL.

J. CAROLI UNGNAD,

CASUS.

ANATOMICO-PHYSIOLOGICUS

RARIOR.

Stettin. 12 Januar. 1750.

Ex Exempl. MSSC, ad Editorem.

JUſſu Illuſtriſſimi Regiminis menſe Auguſto anni præteriti corpus Hedewicæ Catharinæ Hartin, in aquis ſuffocatæ, in diœceſi Colbatz, in pago Selow, a phyſico atque chirurgo civitatis inſpectum ac obductum eſt. Inprimis autem hocce in cadavere exquiſite examinandum fuit,

Utrum illud ingravidatum fuerit, nec ne?

Externe nullum in integro hoc cadavere vel minimæ læſionis apparebat indicium, niſi quod ipſa aqua, cui defuncta aliquot jam dies innataverat, ſtella item ſyria, nec non inſignis temporis mora, hocce cadavere tunc temporis novendecim ante dies jam jam extincto, univerſam corporis peripheriam putredinoſam reddiderint.

Caput, thorax & abdomen una cum omnibus viſceribus & contentis nulla prorſus laborabant labe.

Præcipuum autem laboris noſtri objectum, puta uterum, qui alias in ſtatu ordinario exiguam quidem attamen parumper craſſam atque compactam figuram pyriformem extra ſtatum graviditatis offert, non tantum majoris erat molis & capacitatis, ſed & longe amplius extenſus, unde quoque vaſa ejus ſanguinea mirum in modum ſanguine diſtenta conſpiciebantur.

Primo intuitu, fatemur, non exiguum nobis de facta hujus cadaveris impprægnatione ſubnatum eſſe dubium, quandoquidem uterus plane vacuus nobis videbatur, nec ullum fetus in eo deliteſcentis veſtigium apparebat.

Illico vero ergaſtulum hocce debito modo perſcrutati, in eo ſatis diſtincte plurimas partes cranii, ſcilicet os frontis, utrumque os bregmatis, nec non maxillam inferiorem, omnia tamen ab invicem ſeparata tenerrimeque exſtructa, ac ſollicite a nobis aſſervanda, obſervabamus.

Subtilis ſimul artuum extremorum hac in regione præſens erat pars, quæ procul dubio radium & cubitum lateris dextri ſeu partem mediam brachii dextri conſtituebat.

Omnia igitur hæcce momenta atque documenta unum quemvis ipſo ſole clarius convincunt, hocce cadaver revera concepiſſe, fœtumque geſſiſſe, licet pauciſſimæ ſaltem illius partes noſtrum in conſpectum venerint.

Quoniam vero omnes illæ a nobis recenſitæ partes fetus adeo teneræ ac ſubtiles erant, omni jure judicamus, fœtum hunc bimeſtrem tantum fuiſſe reliquas vero inviſibiles atque abſentes hujus fetus partes ex inſigni ardore ſolis, ex mora tot dierum, nec non ex vi corruptibili aquæ, in qua corpus hoc ſubmerſum fuit, plane conſumptas, corruptas & in putredinem redactas fuiſſe; oſſa autem a nobis indicata hanc forte ob cau-

ſam a corruptione reſtitiſſe libera, quia, teſte experientia, oſſa cranii præ reliquis univerſi corporis oſſibus citius a natura formantur.

Cæterum ne minimum quidem ullius violentiæ illatæ in ventre ſupremo hujus cadaveris exſtabat ſignum, verum potius ejus integumenta una cum cranio ac partibus contentis apparebant integra ac ſana.

Nulla porro nobis ratione hujus cadaveris ſuboritur ſuſpicio veneni vel introſumpti vel oblati, ſiquidem externe ne minimum hujus rei apparebat indicium, imo neque in ipſo ventriculo ulla mutatio coloris, vel aliqualis tumor, vel levis inflatio, multo vero minus inflammatio ſeſe manifeſtabat, certiſſimo indicio, corpus hocce in aquis extinctum exſpiraſſe.

Hocce igitur in caſu quam maxime mirum nobis videtur, quod oſſa calvariæ paulo ante a nobis recenſita atque in utero reperta ne minimam corruptionem experta, verum potius recentia, ſana ac albicantia reperta fuerint.

Etenim extremitates atque apices horum oſſium, quorum coalitu ſucceſſu temporis futuræ formantur & oſſa cranii invicem junguntur, ſubtiliſſimis villis niveis ſimiles erant, unde innumeræ illæ crenulæ, quæ figuram ſerræ ſubtiliſſimæ ſenſui viſus offerebant, non ſine maxima animi voluptate a nobis conſpectæ fuere.

Non levis porro nobis inde ortus eſt ſcrupulus, quod, omnibus reliquis iiſque innumeris fetus hujus partibus diſperſis atque abſentibus, paucula tantum hæcce cranii oſſa in cavitate uteri reſidua fuerint, & cur illa non pariter evanuerint.

Sana ratio, ut opinamur, prohibet, ne medicus in cadaver humanum inquirens, illud, quod tantum auditu, non autem viſu percepit, relationi medico-chirurgicæ inſerat; hinc omni jure momenti hujus maxime notabilis, quod ex ore affinium hujus ſuffocatæ percepimus,

Scilicet quod illa, ex aquis repetita, in imis corporis partibus ſive abdomine ſanguine quam maxime tincta atque maculata fuerit,

in relatione noſtra nullam plane mentionem fecimus, attamen illud, prouti decebat, judici coram expoſuimus.

Prius vero quam huic diſquiſitioni finem imponamus, merito dubitamus, utrum omnes fetus hujus deperditæ partes uno ictu & per abortum, an vero per intervalla temporis & per ſucceſſivam corruptionem evanuerint!

Ex hæmorrhagia paulo ante deſcripta judicandum ſane eſt, quod cadaver hocce ſub undis & in ipſo agone mortis ingentem matricis ſpaſmum imo plane abortum perpeſſum fuerit.

Per hunc vero abortum plurimæ fetus hujus partes abſentes ſine dubio ejaculatæ & aquis immerſæ fuere.

Inge-

Ingenue itaque fatemur, caufam hujus rei adhuc nos latere, cur fcilicet pauca hæc a nobis recenfita offa, præfertim autem radius & cubitus dexter in utero refidua fuerint, non autem una cum fetu evanuerint, cum nihilominus integer encephalus & nonnullæ ejus partes continentes offeæ a nobis non fuerint obfervatæ.

Quærenti ex nobis, numne partes fetus abfentes, matre adhuc in vivis exiftente, ex utero egreffæ fuerint, refpondemus, id nobis hanc potiffimum ob rationem impoffibile videri, quia mater ad ultimam vitæ fuæ lineam ufque fana fuit, nec ullum vel inflammationis vel fphaceli vel alius morbi in fetu ante mortem matris apparuit fignum.

Recenfet equidem Clariff. Scharfchmid. in relationibus medico-chirurgicis Part. I. caf. 63. hominem mercenarium medios inter labores & pauciffimo temporis fpatio aliqualem dolorem in brachio dextro fenfiffe, idemque brachium poft tres feptimanas fine amputatione & fponte decidiffe, reliquis omnibus imo ipfis vicinis totius corporis partibus fanis reftitantibus; attamen hocce exemplum noftro cafui parum vel nihil luminis accendit, dum l. c. de partibus externis, nobis vero de partibus internis fermo eft.

Alii ex hiftoria hujus cafus forfan judicabunt, fœtum demum poft mortem matris extinctum partes fuas per corruptionem aquarum & moram temporis fucceffive & diverfis vicibus perdidiffe.

Ponamus, hanc fententiam firmo niti fundamento, nullo tamen modo perfpicimus, qui fieri potuerit, quod plurimis fetus partibus abfentibus pauciffima illa officula in utero non tantum præfentia fed & fana & plane incorrupta, & cur illa permultis aliis corporis offibus longe teneriora non fimul exftirpata fuerint.

Pro dijudicanda hac lite, quæ forfan intuitu partus, præfertim vero dyftociæ maximos exerere ufus potis eft, ingenium noftrum dubium fimulque imbecille deploramus, hinc unum quemvis, qui leviffimas hafce meditationes perfcrutatione dignas cenfebit, amice ac fubmiffe rogamus, ut nos hac in re adeo fluctuantes benevole erudiat, caufamque, cur illa offa poft mortem matris fola fimulque fana in utero reftiterint, indigitet.

Rem certe nobis facturus eft longe gratiofiffimam, qui fua de hoc cafu perquam memorabili nobifcum communicare meditamina voluerit.

F I N I S.

DISPUTATIONUM

AD HISTORIAM ET CURATIONEM MORBORUM

PERTINENTIUM TOM. III. PARS III.

MORBI ABDOMINIS.

LXXIII. J. Jacobi Ritter, olim Difcipuli noftri, *de impoffibilitate & poffibilitate abftinentiæ a cibo & potu, occafione puellæ Frutingenfis dit. Bernenfis inediam longam fimulantis* Diff. Bafil. 1737. Fraudulenta inedia, a feveriori Præfecto continuo detecta, ægræ tamen puellæ hic defcribitur. Inde de nutritione, de decremento per tranfpirationem; de minori neceffitate alimenti in animale non tranfpirante, de vita minima egit. pag. 1

LXXIV. *Danielis Wilhelmi* Triller & *J. Erh. Frid.* Bulisii difp. *de fame lethali & callofa oris ventriculi anguftia* Witteberg. 1750. 3. april. Poft multum glaciei ufum paulatim amiffa deglutiendi facultas, & longa fames, cum emaciatione, ad mortem duxit. Induratus, pene offeus & anguftiffimus erat œfophagus, qua in ventriculum fe demittit. Multa fcitu digna addit vir clar. 31

LXXV. *Georgii Augufti* Langguth *de tabe ficca lethali ex callofa pylori anguftia* progr. ad difp. LXXIV. Memorabilis cafus vomitus perpetui, tabifque funeftæ, a ventriculi oftio inferiori callofo, ipfo vero eo receptaculo in ampliffimam caveam dilatato. Caufa ab ictu, aque omenti fcirrho ab auctore derivatur. 63

LXXVI. *Henrici* Henrici & J. *Friderici* Messer *de Cholera Morbo* Hall. 1740. Choleræ caufas varias collegit Cl. Henrici, & ipfe ex propria experientia protulit, a repreffis fudoribus pedum fætidis, a fonticulo occlufo: a comeftis fungis: a cucumeribus & cerevifia: a frigidæ potu: ab ovis pifcis barbi: a lactuca: a terrore: a tartaro emetico non rite præparato. Inter remedia plurima, & aliqua ex hypothefi collegit, ut indigeftam illam cryftallum montanam: opium rejicit, & a veteribus adhibitum fuiffe negat. 73

LXXVII. *J.* Kæmpf *de infarctu vaforum ventriculi* Bafil. 1751. Morbum non valde notum hic fufe defcribit auctor, fanguinis nempe in vafis ventriculi congeftionem & ftagnationem: ejus morbi in cadavere detecta veftigia producit, hæmorrhoides fere cum ejufmodi obftructionibus conjungi monet, lienem in vomitu cruento accufatum fæpe innocentem effe addit. Demum caufas mali enarrat, eo corticem peruvianum refert, ferrum, opium, fpiritum vini, vim externam. Ex aliqua harum caufatum fanguis in ventriculi vafa congeftus his fractis denique erumpit, aut putrefcit, aut in fcirrhum cogitur. Ad curationem fuadet venæ fectionem, fales medios, cichorium, clyfteres ex furfure, decoctum radicis juniperi. Aegrotorum novem hiftorias fubjungit, inter quas etiam uteri & recti inteftini putrefactio continetur. 99

LXXVIII. *Gothofredi* Sand & *Georgii Alberti* Stolz *rarus ventriculi abfceffus* Regiomont. 1701. Hiftoria morbi mortifque ex vero purulento, inque ventriculum rupto, abfceffu. 125

LXXIX. *Francifci* Thiery præfide *Camillo* Falconet, doctiffimo viro, propofita thefis in hæc verba *Ergo ab omni re cibaria vafa ænea prorfus ableganda* Paris. 1749. Celebrata utique, variifque linguis reddita difputatio lites excitavit, legibufque fanciendis pro fundamento fuit, quibus cuprea vafa, tamquam valetudini adverfa damnan-

nantur. Sed neque ftamni aut innocentiæ, aut minus tutæ craffitiei fidit. 175

LXXX. *Pauli Henrici Gerhardi* MOERING Epiftola ad Ill. virum *Paulum Gottlieb.* WERLHOF *quæ mytulorum quorumdam venenum, & ab eo natas papulas cuticulares illuftrat.* Brem. 1742. Morbus fingularis ex mytulis etiam pauciffimis comeftis natus, in quo adfectio ventriculi naufea, vomitus cum convulfiva indole & demum urticata eruptione conjungitur: brevis tamen morbus, etfi minax & facile fuperabilis eft 183

LXXXI. *Danielis* HOFMANN & *Ferdin. Chriftoph.* OETINGER *de aere microcofmi factitio* Tubing. 1737. Prima hiftoria eft emphyfematis ex lapfu, fractaque cofta nati: in expofitione ejus mali experimenta memorabilia interponuntur. 201

LXXXII. *Abrahami* VATER & *Laurentii* WEIDNER *chordapfus Celfi occafione ventris enormiter contracti in homine fubita morte exftincti obfervati* Witteberg. 1728. Id nomen inponit contractioni abdomini, cum anguftia ventriculi plerorumque inteftinorum conjunctæ. 223

LXXXIII. *Joh.* ZELLER & *Immanuel* WEISMANN *docimafia, figna, caufa & noxa vini lithargirio mangonifati variis experimentis illuftrata* Tubing. 1707. Utilis difputatio, qua funefta vini mangonia anni 1705. defcribuntur, cum anno pridem 1695. fimiles fraudes graffatæ fuiffent. In cadaveribus inflammatus ventriculus adparuit. Præter confueta fymptomata aliquando etiam diuturnum afthma, alias ulcus ventriculi fucceffit. A folo plumbo hæc fymptomata ortum duxiffe conftat, cum acidiffima vina abfque malo potata fuerint, folaque nocuerint, quæ ex fraude faturnina dulciora evaferant. Experimentis etiam variis oftendit auctor, etiam externo ufu ceruffam eadem mala excitaffe, quæ deglutita movet. Venena lenta ad faturninam claffem refert. Liquorum exploratoriorum optimum fuiffe expertus eft eum, qui ex lixivio calcis vivæ cum auripigmento componitur, & melius, quam alia præfidia, plumbi exiguum momentum cum vino conmiftum detegit. Recentem vero oportet adhibere. 235

LXXXIV. *Johannis* ASTRUC & *Petr. Ludov. Mariæ* MALOET thefis in hæc verba *Ergo morbo colica pictonum dicto venæ fectio in cubito Paris* 1751. Antiquum morbum effe, & ante CITESIUM Parifiis innotuiffe oftendit: fedem in fpinali medulla ponit, & rachialgiam dici jubet. Suadet doloris tempore venæ fectionem, plurimum ufum decoctorum diluentium, fomentum ad lumbos, femicupia, narcotica. In ftadio paralytico præcipit decoctum lignorum, fudorem ope fpiritus vini vel fumi cinnabaris excitum: fales medios, mercurialia, thermas Baregianas, embrocham, arenationem, veficatoria. 259

LXXXV. J. *Baptiftæ* du BOIS thefis in hæc verba *Non ergo colicis figulis venæ fectio* Paris. 1751. & 1756. Morbos percurrit, quibus opifices in metallis occupati obnoxii vivunt. Oppidi *Villedieu les poëles*, in ære elaborando occupati, malignam valetudinem defcribit, adhibet forte emeticum ex vitio antimonii trito, eo fucceffu, ut fere intra quatriduum morbus fuperatus fit. Emollientia & venæ fectionem, quam ad emollientia refert, vehementer rejicit, & in nofocomiis morbum difficillimum reddere per experimenta queritur. Sedem mali ponit in obftructo mefenterio. Sua methodo trecentos ægros abfque trifti eventu fanavit. Peffime habere obfervat eos, qui corium auripigmento tingunt. 277

LXXXVI. J. *Guilielmi* ILSEMANN *de colica faturnina metallurgorum* difp. Goting. 1752. Eximia difputatio, & per experientiam nata. Labores primum metallicos defcribit, eas maximas operas hac colica adfici obfervat, quæ lithargyrium excoquunt: auctores recenfet, qui de eo morbo fcripferunt. Symptomata mali enarrat, alvi conftipationem, colicam in paralyfin degeneraturam, etiam cæcitatem. Caufam non ponit in arfenico, cum uftores a malo fere immunes fint, mineræ hercinicæ arfenico vix mifceantur, a puriffimo lithargyrio figuli fimilibus malis adficiantur, neque in argento vivo, quo fodinæ hercinicæ deftituuntur, fed in plumbo,

cujus pars non minima avolat, dum calcinatur, ut in polline furnos obducente omni-no verum plumbum fit, quod recuperari poffit, & lithargyrium fudanti operario-rum faciei adhærefcat, deque manibus, quas blandituri canes lingunt, fimillima tormina etiam beftiæ referant. Venenatam efficaciam ad lithargyrium refert, quod ab acido primarum viarum folvitur, abfque eo acido innocens futurum, quale id omne eft, quod pulmone recipitur. In fanguinem autem penetrare certum eft, cum ex urina plumbum reftitui poffit. Curationem ab emollientibus & febrifugis repetit, ut tamen acida excludat. Machinam excludendis aptam vaporibus pro-ponit. 297

LXXXVII. J. *Ernefti* Kuhnii *de ileo* diff. Leidæ 1702. Ab. involutis inteftinis, aut in fe invicem fufceptis, malum repetit. Duo exempla adducit. Addit frequens effe malum, & a Ruyfchio quater obfervatum. 347

LXXXVIII. J. *Gottl.* Leidenfrost *de volvulo inteftini fingulari* eximium progr. Duisburg. 1750. Poft verum volvulum inteftinum de abdomine eruperat, inver-fum, & per duos pedes invaginatum, ut phænomena tunicæ villofæ curiofitati medici patefcerent, qui ea opportunitate egregie ufus eft. Morbus præter ulcufcu-lum inteftini, facile fermentis vinofis adhibitis convaluit. 364

LXXXIX. *Martini Jacobi* Kupfer diff. fiftens *volvulum fanguineum ejufque cura-tionem in viro* quodam Regiomont. 1720. Vomitus poft fæviffimos dolores coli-cos recurrens, cum alvo obftructa diuturnus, fuperatus linimentis, clyfteribus, medicamentis amaris &c. Caufam in fanguine per venam portarum ftagnante po-nit. Memorabilis obfervatio eft, in Livonia hæmorrhoides rariffimas effe. 369

XC. *Laurentii* Gruber *de febre acuta epidemica exanthematico-dyfenterica* Bafil. 1747. Tiguri hæc dyfenteria fæviit, de genere putrido, ut emetica omnino non ferret, purgantia non facillime, & per exanthemata judicaretur, hinc per fudorifera medicamenta rectiffime curaretur. 385

XCI. *Abrahami* Vater & auctoris J. Gottlieb Vogel *de dyfenteria epi-demica maxime contagiofa & maligna fuperiori anno patriam devaftante* Witte-berg. 1747. Dyfenteriam ex nebula ortam fuiffe contendit auctor, quæ fibi & urbi patriæ gravis incubuerit. Ab horæis fructibus negat natam fuiffe, cum an-te eos fructus graffata, neque ab iis aucta, & aliquando omnino levata fuerit. A bobus dyfentericis homines, mitius tamen, infectos fuiffe teftis eft. In curatio-ne rejicit venæ fectiones, emetica: laudat blanda laxantia, tum theriacam, & alexipharmaca. Adftringentia nocuiffe confirmat. 399

XCII. *Andr. Eliæ* Buchner & auctoris *Thomæ* Laurich difp. *de fingulari quadam Indorum orientalium dyfenteria ejufdemque præcipua a noftrate differentia.* Hall. 1752. Auctor in infula Java ab anno. 1742. ad 1749. medicinam fecit. Def-cribit dyfenteriam hybernam ejus regionis a fructuum horæorum abufu, aque cap-to frigore natam, per initia mitem, fenfim vero invalefcentem, fex integris men-fibus duraturam, raro lethalem, non contagiofam. Eam curat, non quidem ad-ftringentibus fructibus, ut Indi folent, fed orizæ decocto, vino rubro cum nuce mofchata, abforbentibus, quibus nitrum admifcet. A fructu ananas liberalius co-mefto in Europa dyfenteriam fucceffiffe vidit. 421

XCIII. *Samuelis* Ernst Arovienfis helveti, & difcipuli noftri olim amici *Ema-nuelis* Koenig, Difp. *de tænia fecunda Plateri* Bafil. 1743. Primam tæniam, in Belgio, frequentem ab Helvetia abeffe fcribit. Anatomen animalis exhibet, qua-lis artificiofe repletis arteriis, aut canalibus adparet. Quodvis internodium ha-bet fua vafa chylo turgida. Alia funt ex communi trunco, & quafi aorta, nata, qui medium articulum percurrit, & alius denique truncus quadrangularis, oram ambit articuli. In alterutro, incerto, latere ofculum eft: aliud vero vicinum punctum minus. Omnes articulos conjungit canalis, qui longitudinem animalis fe-quitur, & qui in extremo articulo, cum fimili femper fequentis articuli canali con-

continuatur. Vivere porro hanc animalium catenam oftendit auctor, fed catenam potius effe, quam fimplex & unicum animal, ut omnino canalis, qui longitudinem fequitur primi animalis, fe ad fimilem alterius beftiolæ canalem adaptet. De capite dubitat. Oftium laterale in papilla eminens pro vero ore habet, quo animal alimentum captet, idem forte evomit. Propria etiam ova admittit. 431

Clariffimi van Doeveren egregiam de vermibus inteftinorum difputationem nimia, pro fcopo noftro longitudo, vetuit recipere.

XCIV. *J. Gottlieb* Bauer *epiftola* ad amicum olim noftrum doctiffimum, *J. Godofredum* de Hahn *de molis inteftinorum* Drefd. 1747. Curationem defcribit hominis, cui frequens in vomitum definens capitis dolor, non fine aliis vitiis moleftus erat. Huic cum fanguine puro multa concrementa fibrofa, cartilaginofa, fecefferunt, ex fanguine forte retento & perinde in fpeciem folidam compacto uti molæ fanguineæ in utero folent. 461

XCV. *Sigifmundi* Koenig, ex medica apud Bernates familia clinici, λιθογενεσιας *humanæ fpecimen duab. epiftolis ad Soc. Reg. Brit. comprehenfum* Bern. 1685. 12. Memorabilis hiftoria confervari meretur & tradi pofteris. Virgo lapides varii generis per vomitum & feceffum rejecit, qui in aere in pollinem relabebantur; in fpiritu nitri folo folvebantur; deftillati dabant terræ plurimum, falis urinofi volatilis pauxillum & aliquantum acidi. Multa etiam alia fingularia in eo morbo fuerunt, clyfterum vomitus, urinæque fœtidæ. 475

XCVI. *Imman.* Weismann *hiftoria lithotocæ mulieris* Tubing. 1716. 4. edita. Unice confervavi hiftoriam ipfam, reliquam, nimis longam, ratiociniorum & fimilium cafuum collectionem omifi. 493

XCVII. Ex *Johannis* Lembke & *Andreæ* Westphal diff. *qua pars inteftini jejuni per guttur inferius excreta falva manente ægri vita defcribitur* Gryphifwaldiæ ann. 1741 edita, perinde hiftoriam rei geftæ folam retinui. Per dyfenteriam de ano deceffit pars inteftini jejuni cum fibris mufculofis, valvulis, villofa adeo tunica, glandulis miliaribus, & mefenterii particula. 495

XCVIII. *Georgii Erhardi* Hamberger *de ruptura inteftini duodeni ex fcirrho ulcerato & denique rupto* Jenæ 1746. 499

XCIX. *Caroli Friderici* Kaltschmidt *de ileo a fcrupulis pirorum mefpilaceorum erofo & perforato* Jen. 1747. Longa particula ilei obftructa duris fæcibus, ut omnino ne argento quidem vivo via libera effet, & denique tribus locis perforata, ut ileum pene a colo avulfum effet. 502

C. *Henrici* Henrici & refp. *Georg. Ludov.* Nottnagel utilis difp. *de abfceffu mefenterii & mufculorum abdominis plane fingulari* Hall. 1712. In primo ægroto multum humoris nigri, etiam in fila collecti, & mefenterii, nempe cellulofæ ejus partis, magna fedes ulcere abfumta, quod fuper obturatorem internum ad genua ufque continuabatur. In altera hiftoria abfceffus peritonæum inter & mufculos abdominis pofiti a quo vertebræ, dorfi ultima & prima lumborum luxatæ. Pulmo etiam aeri inacceffus, cafeofa materie plenus. Inde alias crebrafque abfceffuum mefenterii hiftorias obfervatas fecundum caufas difponit, menftruas & hæmorrhoideas purgationes omiffas, aut repreffas; affectum hypocondriacum, hepar obftructum, repreffas variolas, calidorum abufum, & fpirituofi potus, denique glandularum obftructionem.

Altera pars difputationis eft de abfceffibus abdominis a vulnere extus claufo, cum intus pateret: a vulnere fola intervalla mufculorum abdominis perambulante, ab inflammatione prægreffa. 505

CI. *J. Georgii* Scherb *de calculo receptaculi chyli hydropis caufa* Leid. 1729. In medio chylo poft paracentefin fruftra factam lapillus repertus eft, quem crediderunt in chyli receptaculo habitaffe, quod in pectore nullum ductus thoracici

ci veftigium fuperftes repertum fuerit. Defcribuntur viæ chyli, & hydropis raræ fpecies, etiam oculi. 535

CII. *Rudolphi Jacobi* CAMERARII & *Jonæ* BRUNNER difp. exhib. *hepatite defunctorum extifpicia* Tubing. 1716. Duæ incifiones quibus conftitit, in hepate dura coagula fuiffe. 555

CIII. *Abrahami* VATER programma *quo hepar in hydrope fæpius infons effe e fectione viri ante duas feptimanas poft diuturnum alvi fluxum cruentum tandem hydrope exftincti demonftrat* Witteberg. 1720. Nempe faniffimum hepar in hydropico. 570

CIV. *Aug. Friderici* WALTHER *de atra bile* progr. Lipf. 1741. Alterum exemplum dat fanguinis in arteriis venifque coacti: alterum bilis & fanguinis lienalis nigerrimi. 573

CV. *Andreæ* PETERMANN & *Guntheri* ALBRECHT *Scrutinium uteri ex calculis veficæ felleæ occafione cafus cujufdam fingularis* Lipf. 1698. Hiftoria icteri aliquoties egeftis per alvum calculis foluti, denique vero incifi cadaveris, & numerofiffimorum in eo repertorum calculorum. 581

CVI. *Georgii* BETZOLD diff. *de Cholelitho* Argentor. 1725 Bonæ hiftoriæ, altera dolorum hypochondrii dextri egefto calculo fublatorum, altera plurimorum calculorum repertorum in viis cyfticis 605

CVII. J. *Andreæ* WISLICEN *lapides biliofolymphatici per metaftafin febris catarrhalis exorti ac per abdomen exulceratum exclufi* Lifp. 1742. Sponte fubnatus tumor denique ruptus, atque egefti calculi 50, ab oleo tartari folubiles, ut oleum confpicuum reftitueretur. 629

CVIII. *Hermanni Friderici* TEICHMEYER & *Wilh. Henr. Aug.* STROEHLEIN diff. *de calculis bilariis* Jen. 1742. Experimenta enarrantur, capta in bilariis calculis. Inflammantur, folvuntur in fpiritu nitri parte aliqua molli fuperftite. Hepatici calculi molliores funt, pallidiores, femper natatiles 639

TABULA DISPUTATIONUM
QUARTI VOLUMINIS,
Scil. Partis tertiæ continuatæ.
DE MORBIS ABDOMINIS.

CIX. *Car. Friderici* KALTSCHMIDT Progr. *de liene pueri novem annorum raræ magnitudinis*, Jenæ 1751. Lien unius libræ demta uncia, cum hepar sescunce unico major foret, cætera sanus. In adulto homine lien solet uncias pendere duodecim, *pag* 1

CX. *J. Valentini* SCHEID & *J. Godofredi* SCHEID *Observationes quatuor lienum disruptorum*, Argentorat. 1725. Inter frequentiora violentæ mortis ab exigua causa natæ exempla, hæc est mollissima viscerum ruptio, 5

CXI. *Abrahami* VATER & *Christiani Sigismundi* ETZLER Diss. *de Scirrhis viscerum occasione sectionis viri tympanite defuncti*, Witteberg. 1723. Post icterum, hecticumque morbum hepar majus, tuberculosum, pancreas scirrhosum, lien spissus quin carneus, 21

CXII. *J. Philippi* METZ *Diabetis observatio rara*; Basil. 1737. Omnino enormis urinæ copia, quæ longo tempore, quotidie adsumtorum copiam quatuor in die libris superavit, 33

CXIII. *Christiani Gottlieb* KRATZENSTEIN *Theoria fluxus diabetici more geometrico explicata*; Hall. 1746. Observationes aliquot, & propria experimenta, & theoriam continet, qua diabetes a constrictione venosa deducitur, *Tab. XIII.* 51

CXIV. *J. Martini* OTT *Historia renis sinistri maximi tumidi & corrupti in cadavere humano reperti*, Basil. 1719. Ren maximus, gangrænosus, ruptus; intestinum colon comprimens, sanguis effusus in cerebri ventriculos, & scriptorium calamum, 87

CXV. *Christiani Andreæ* KOCH Gottingensis olim Doctoris libellus, quo *affectus in libris & praxi rarissimus ab Hermanno* BOERHAAVE *in Nosocomio Leidensi sanatus describitur*, Leid. 1718. editus. Cum post ischuriam, & subsequentem urinæ incontinentiam, denique secessisset de vesica lacinia calculis plena, & maneret dysuria, atque vesicæ ulcus manifestum foret, BOERHAAVIUS alvum quidem duxit medicamento; quod præcipitatum mercurium recipiebat; deinde decoctum dedit glycyrrhizæ nitratum, & opiatum pharmacum. Ita ex crudeli morbo fœmina convaluit, *Tab. XIV.* 103

CXVI. *J. Bapt. Ludovici* CHOMEL & *J. Franc. Clementis* MORAND thesis in hæc verba *Ergo tumidis hæmorrhoidibus hirudines*, Paris. 1750. Multa exempla insignium, horum vermium ope perfectarum, curationum adfert, 116

CXVII. *J. Hieronymi* LAPI de curatione stranguriæ contumacis frequentem maleque tractatam gonorrhœam consequentis diss. Edit. II. Rom. 1754. Exiguum faciileque periturum libellum, non vulgaris saporis, hic in collectione nostra conservandum esse duxi. Oleum injicit in eo stranguriæ genere, & omnes hujus curationis cautelas sollicite adducit, 125

CXVIII. *Gottlob Henrici* TROSCHEL nostri aliquando Cl. Auditoris, *de Morbis ex alieno situ partium abdominis* Disp. Francofurti ad Viadr. ann. 1754. proposita. Ampliori, quam quidem in Academiis solent, libello magnum morborum ambitum amplexus est: aliqua etiam vitia contemplatur, vix dum a medicis considerata, ut viscerum ob ligamentorum laxitatem mutatum situm; hepatis magnitudinem, cum vinculis ad ejus mali tolerationem excogitatis: mesenterii in susceptione intestinorum adfectionem, *Tab. XV.* 143

CXIX. *Jeremias* LOSS & *Frider.* GEITZINGER Disp. *de languore lymphatico*, Witteb. 1673. Curationes aliquas hydropicorum habet, & lymphaticorum vasorum sub cerebri membranis visorum memoriam, 213

CXX. *J.* BOECLER *ad exteros Medicos occasione fraudulentæ mulieris quæ per totam fere vitam monstroso ventre omnium decepit oculos conscripta epistola*, Argent. 1728. Innocentissimam Medicorum Argentoratensium exspectationem excusat, qui fraudulentum tumorem, ut quidem decebat, a morte feminæ avebant incisioni subjicere, 241

CXXI. *Hermanni Pauli* JUCH & auctoris *Georg. Christophori Beati* BREHM *de hydatidibus* Disp. Erford 1745. Tumor scirrhosus enormis, universis fere abdominis visceribus adnatus, plenus hydatidibus ad multa millia, quarum plusculæ per paracentesin effluxerant, *Tab. XVI.* 253

CXXII. *J. Christophori* POHL *de hydrope saccato ex hydatidibus* Progr. Lips. 1747. Cellulosa tela diaphragmatis plena 200 hydatidibus: in femina tamen gravida, *Tab. XVII.* 267

CXXIII. *Jacob Christoph.* SCHEFFLER & *Christiani* JACOBI *historia hydropis saccati*, Altorf. 1724. 281

CXXIV. *J. Hadriani* SLEVOGT & *J. Sebastiani* STEUBE *de infelici hydropis saccati curatione*, Jen. 1721. Saccò lieni & reni adnato pertuso cum 28 libræ aquæ uno tempore effluxissent, mors post quartam partem horæ successit. Hydrocephali, hydropis pectoris historiæ, aliaque utilia doctæ disputationi mista, 291

CXXV. *Michaelis* ALBERTI & *Christophori Ernesti* CONO auctoris, *casus memoria dignus hydropis lapsu integro abdomine sanatæ*, Hall. 1727. Sanatio obtenta per copiosissimum seri ex vesica profluvium, quod lapsui supervenit, 309

CXXVI. *Polycarpi Gottlieb.* SCHACHER & *Job. Gottlieb* MOEBII *de Virgine ascitica post paracentesin purpura maligna exstincta*, Lips. 1725. Sedes fuerat in ovario, quo & aqua & plurimæ hydatides continebantur, *Tab. XVIII.* 329

CXXVII. *Ludovici* SALZMANN *de abscessu interno miræ magnitudinis cum hydrope & aliis notatu dignis in muliere Argentorati nuper observato*, Argentor. 1671. Hydropica, in cujus abdomine fuerunt 56 libræ aquæ, inguinis vero mirus tumor plenus hydatidum, 353

CXXVIII. *J. Huldr.* PEYER IMHOFF *ovarium hydropicum in Virgine repertum*, Basil. 1718. In hydropica saccus maximus 42 librarum, in quo gelatina, & materies caseosa varia. Duas alias, *Wepferianas*, addit historias, quarum altera est hydropis ovarii cum pilis pilosis in ovario conjuncti: & alia hydropici ovarii MIEGIANA historia, 375

CXXIX. *Abrahami* VATER & *Pauli Gottlob* BERGER *Graviditas apparens ex tumore ovarii dextri enormi orta per tres annos cum dimidio durans tandemque in ascitem terminata*, Witteberg. 1722. Post lac in mammis, & alia signa graviditatis hydrops ovarii dextri maximus, renes comprimens, ut urina in uretere retineretur. Uterus adeo perfecte de pelvi elapsus, ut ejus nihil quidquam in pelvi supereſſet, *Tab. XIX.* 389

CXXX. *J. Ehrenfried* SCHLENCKER *de singulari ovarii sinistri morbo*, Leid. 1722. nempe tumore ovarii scirrhoso & lapideo, *Tab. XX.* 417

CXXXI. *Nicolai* WILLII *stupendus abdominis tumor*, Basil. 1731. Ovarii nempe aquosus tumor centum & ultra librarum, unica cavea, in qua partim hydatides,

tides, & partim gelatinofus liquor : hepar fanum, pectus ad fecundam coftam ufque repulfum. Aliud exemplum maximi tumoris abdominis in Virgine, qui poft 14 annos fponte evanuit, cum ex lapfu maxima vis aquæ per urinam excreta foret, *Tab. XXI.* 441

CXXXII. *Polycarpi Gottlieb* SCHACHER *de ovarii tumore pilofo* Progr. Lipf. 1735. Pilorum in cellula ovarii tumefacti per pinguedinem repertorum glomeres nafcebantur, ex interna craffaque ovarii tunica, *Tab. XXII.* 474

CXXXIII. *J. Francifci* FONTAINE *Obfervatio rarior tumorem abdominis ex fcirrho ovariorum præfertim finiftri infigni*, continens. Bafil. 1753. Iterum hepar fanum, ovarium finiftrum 10 librarum: plenum pinguedine, aliaque parum cum fanitate conveniente materia, *Tab. XXIII.* 481

CXXXIV. *Chriftophori* CUNRAD & *J. Friderici* STARKE *de hydrope uteri* Difp. Regiomonti 1701. Hiftoria mali a *J. Friderico* DECKERO mutuata, in fcriptis hujus Cl. Viri non reperitur. Poft longum & difficilem intellectu morbum, nihil aquæ in abdomine repertum, fed uterus ad vaginam cæcus, ut unice foramen minimum, cum vafis vero uteri fanguineis communicans, menfibus fundendis aptum fupereffet. Multum in utero fcirrhorum & hydatidum, 495

CXXXV. *Georgii Ernefti* STAHL & *Georgii Friderici* JÆSCHKE Diff. *de infolitis menfium viis*, Hall. 1702. Varia ex menfibus retentis nata mala hoc titulo comprehendit, hæmorrhagias, morbos colicos, hæmoptyfes, & fanguineum vomitum, urinam demum cruentam. Medicamenta etiam proponit, 525

CXXXVI. *Polycarpi Gottlieb* SCHACHER *de hæmorrhagiis gravidarum*, Lipf. 1717. Hæmorrhagiæ perpetuæ cum bonis ægri rebus, hiftoria, quam denique placenta fecuta eft, quæ de utero deceffit. Inquirit autem Vir Clar. qui fieri potuerit, ut fetus abfque putredine in utero tam longo tempore potuerit fupereffe, 555

CXXXVII. *Johan*, D'URBAN *de hæmorrhagia uterina*, Edimburg. 1753. Hujus difputationis utilitas magis in bono ordine & vero candore eft. Obfervationes tamen etiam habet, gravis in prægnante femina, per ereptam placentam fublata: fimilemque in hæmorrhagia a placenta in partu refide, atque feliciter educta curationem, aliaque utilia. 559

CXXXVIII. *Chrift. Gotthil.* KIRSLING bonæ fpei juvenis, qui ante diem interiit, Difp. inauguralis, qua *uterus poft partum inflammatus* defcribitur, Lipf. 1754. Præter doctam morbi expofitionem, etiam ejufmodi fcirrhofum uteri & veficæ ulcus habet, quale defcripfi, 583

CXXXIX. *Georgii Ernefti* STAHL & *J.* KANOLD (qui ex Uratiflavienfium obfervationum collectione celebritatem confecutus eft) *de abortu & fetu mortuo* Diff. Hall. 1704. Abortum verfus redeuntium menfium periodos fere fieri; abortui veri fetus facile abortum alicujus concrementi fuccedere obfervat. Plethoram felici prægnationi nocere, atque fetum a nimio appetitu extenuari; non femper nocere fanguinis effluxum, aliaque ad hiftoriam medicam abortus pertinentia addit, 605

CXL. *Polycarpi Gottlieb* SCHACHER & *Chriftiani Jacobi* SEILER *de placentæ uterinæ morbis* Difp. Lipf. 1709. Inter alia notatu minime indigna, hiftoriam habet funeftæ in partu fanguinis jacturæ, cum placenta orificio uteri adhæfiffet, 631

CXLI. *J. Georgii* ROEDERER & *J. Georgii Chriftiani* HIRSCHFELD Diff. *de uteri fcirrho*, Götting. 1754. Altera hiftoria eft uteri, pariter ut glandulæ mefenterii & ipfius circa peritonæum adipis indurati, altera mercurio dulci fublati fcirrhi, *Tab. XXIV.* 657

CXLII. *Georgii Daniel* COSCHWITZ & *Georgii Henrici* HATZFELD *de Virgine hydropica uteri mola fimul laborante*, Hall. 1725. Mola de utero pendens fibrofa, carnofa, cum fanguine in tribus cavernis effufo, 667

CXLIII. *Abrahami* VATER & *J. Gottlieb* VATER *mola prægnans*, Witteberg. 1729. Varias placentas morbificas, & ova etiam humana depingit Vir Cl. *Tab. XXV.* 695

CXLIV. *G. Rutgeri* HANCOPH *de mola occafione molæ offeæ in vetula octogenaria inventæ*

inventa, Götting. 1746. Mirum morbum ipse vidi, accurate hic descriptum, carneam nempe rotundamque massam, cortice osseo tectam, in utero repertam, *Tab. XXVI.* 713

CXLV. *J. Georgii* SCHMIDT *de concrementis uteri* Disp. Basil. 1750. Ejusmodi concrementa sc. molas alias feliciter egestas, alias a morte, in cadavere inciso, repertas auctor describit, 721

CXLVI. *Car. Friderici* KALTSCHMIDT *de mola suppuratione confecta relinquente globum pilorum pugni magnitudine cum testa sebacea* Progr. Jenæ 1752. & ejusdem Progr. 751

CXLVII. *De mola scirrhosa in utero inverso exstirpata*, ibid 1754. fere ex titulo intelliguntur, 755

CXLVIII. *Rud. Jac.* CAMERARII & *Georgii Friderici* ORTH *de fetu 46 annorum* Disp. Tubing. 1722. Etiam hunc mirum fetum vidi induratum, sed involucro cartilagineo & osseo obductum, ex femina 94 annorum, exque uteri cavea sed a morte excisum, *Tab. XXVII.* 757

CXLIX. *J. Ernesti* TURK *Historia mulieris varia ossa per alvum ejicientis*, Ultraject. 1727. Post vivum & legitimum fetum femina ossa alterius fetus paulatim per alvum egessit, 791

CL. *J. Caroli* UNGNAD *Casus anatomico-Physiologicus rarior*, Stettin 1750. ex Epistola ad me data. In utero inciso ossa reperta, quantum ad fetus sceleton quidem non sufficeret; ut non constaret, qua via reliqua ossa perierint, 801

FINIS TOMI QUARTI.